BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
3 Q
3

14-7-I-32.

49. 2.10.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

B. S. 14-3-2-3

MARCI ANTONII PASSERI,

COGNOMENTO GENVAE,

PATAVINI PHILOSOPHI SVA TEMPESTATE FACILE PRINCIPIS,

ET IN ACADEMIA PATAVINA PHILOSOPHIÆ PVBLICI PROFESSORIS.

In tres libros Ariſto. de Anima exactiſsimi Commentarij:

Iacobi Pratellii Monteflorenſis Medici, & Ioannis Caroli Saraceni diligentia recogniti, & repurgati.

Necnon locupletiſsimo Indice, propter maiorem legentium facilitatem, vtilitatemq́ue, ab eodem Ioanne Carolo Saraceno amplificati.

CVM PRIVILEGIIS.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

Venetijs, apud Damianum Zenarum, & Socios. 1576.

IACOBO ZABARELLAE
ILLVSTRI COMITI,
EXCELLENTISSIMOQVE
PHILOSOPHO,

Gratioſus Perchacinus Typographus

CVM M. ANTONII GENVÆ, perſpicaciſsimi, præclariſsimiq; Philoſophi Commentarij in tres libros Ariſtotelis de Anima, Iacobi Pratellij præſtantiſsimi Medici, & Ioannis Caroli Saraceni tibi, mihique neceſsitudine coniunctiſsimi, diligentia recogniti, & caſtigati, in lucem nunc primùm, ex noſtra Officina progrediantur; nemo omnium, quos circunſpexi, EXCELLENTISSIME VIR, te ipſo aptior, cui vigiliæ hæ dedicarentur, mihi viſus fuit: Patauini nanque opus, Patauino; Affinis, Affini; Philoſophi, Philoſopho; Præceptoris, Diſcipulo; hæreditario quodam iure mehercle debetur: præſertim cum tui in grauiſsimum illum ſenem, quæ probi filij in iuſtiſsimum parentem, reuerentia ſemper extiterit. Tu è Zabarella Familia præclaræ, antiquiſsimęque nobilitatis deſcendiſti: quæ Sabadina antea appellata, Bononiaque originem ducens, complures viros & armis, & literis florentes varijs temporibus peperit. In qua, vt cæteros omittam, Bartholomæus Zabarella Florentię Archiepiſcopus, omni literarum genere exuberauit: & in qua Franciſcus Zabarella, Florentinus pariter Archiepiſcopus, cum in Iure Canonico pręclara volumina edidiſſet, propter eximiam eius virtutem in ſacrum Cardinalium Collegium fuit aſcriptus. Tu immatura quindecim annorum ætate, quod vix credendum videtur; quæſtionibus ſubtiliſsimis, ſubtiliſsimeque in Patauino Gymnaſio diſputatis, Doctoratus inſignia honorificentiſsimè accepiſti. Tu Logicam facultatem primo loco publicè es profeſſus; eamque adeò acutè interpretatus fuiſti, vt tua in Logicen ſcripta, ab omnibus maximi ſemper fuerint ęſtimata. Tu Naturalem Philoſophiam ſeptennium primo loco extraordinario, ſummaque cum audientium vtilitate perlegiſti. à quibus lectionibus poſtquam

deſtitiſti, incredibile tui deſiderium ſtudioſorum vniuerſitati reliquiſti. Opus tuum de Methodis, & Ordinibus omnes mirificè expetunt: quod cum in lucem exierit, nihil prorſus in copioſa illa, difficillimaque materia dicendum amplius, dubitandumve remanebit. Tu demum ea es vitæ integritate, animi ſinceritate, morumque ſuauitate; itaque alloquio facilis, conſuetudineque iucundus; vt vnuſquiſque vitæ ſuæ regendæ, moderandæque præclarum à te exemplum profectò accipere debeat. Cum igitur, DOCTISSIME VIR, ad te honeſtandum tot egregiæ confluxerint virtutes; nil mirum, ſi ego quoque te operis huiuſce patronum, ac defenſorem mihi delegerim. Sique tibi gratas eſſe noſtris typis excuſas lucubrationes haſce perſpexero; nihil eſt certe, quod poſthac mihi gratius, iucundiuſve accidere poſsit. Vale. Venetijs, Idibus Martij, M. D. LXXVI.

IN M. ANT. IANVAE LIBROS DE ANIMA

BERNARDINI TOMITANI PHYSICI CLARISS.

CARMEN.

Qvisqvis ades Lector, Sophia monumenta paratus,
Natura & matris myſteria noſcere ſolers,
Auribus hac hauri, atq; animo interiore reconde.
Hic tibi ſtat placido Pallas *Tritonia vultu,*
Gorgone depoſito, poſitisq; minacibus armis,
Pralia ſanguinea, & denſas pertaſa phalanges.
Hanc chorus Aonidum totus, Charytesq; ſequuntur,
Athlantisq; nepos ſuperúm facunda voluptas,
Et Lepor, & Decus, & caſto Venus aurea corde;
Tum Genius, tum nata Deúm de ſemine Virtus,
Cui comites eternus Honos, & Fama perennis,
Aere cauo ingeminans illuſtria facta per orbem.
Hac Bellona *licet ſauo ſit dicta flagello;*
Sit licet hac alias gradiuo fratre ſuperba,
Geſtiat & feruens hoſtili ſape tumultu,
Docta ciere animos inſani Martis amore;
Nunc tamen humanis ornari moribus optat,
Mentis *& atherea flagrat tibi dicere vires,*
Et Fati leges, ſuperùmq; arcana docere,
Crinibus atq; tuis ramos promittit oliua.

AD PHILOSOPHIAE STVDIOSOS IACOBI PRATELL. MONTEFL. PHYS.

EXASTICHON.

Ianva iam ſophiæ patet, en ſtudioſa iuuentus.
Ianva (nanq; ſuis reſpondent nomina rebus)
Ecce aditum præbet, procul hinc eſtote prophani:
Fontibus è ſacris at vos haurite liquores:
Iamque moram tollat, qui munus habere Deorum
Optat; & ad rutilum ſic perget clarus olympum.

In Præclariſsimum Philoſophum MARCVM ANTONIVM IANVAM

OCTAVII PRATELL. IACOBI F.

Encomium.

QVos nunquam glacialis hyems, ac humida nunquam
Aura ſuſurrantis poterit confundere venti;
Qui nunquam in ſolida nimio præ ardore iacebunt
Terra, cum Phœbi radijs micat aureus æther;
Quorum Puniceis ſertis generoſa iuuentus
Tempora præcingent; hos legit IANVA flores:
Poſtera qui ſæcla illuſtrant, reteguntque latentes
Fructus. quos qui optant fœcundis carpere in hortis;
Donaque doctiloquæ cognoſcere Palladis ardent;
Inquirant, capiantque aditum; quem IANVA præbet.
Haud vnquam cuius præſtantia munera Famæ
Tempus edax rerum, abſument anniquevoraces;
At cunctas ſemper ſpargentur lęta per vrbes.

Τȣ͂ αὐτȣ͂ εἰς τὸν αὐτόν

Δῶρα πέριν τύτῳ γλαυκῶπις σιγαλόεντα
Οὗτος δ' ἄλλοισιν κάλλιμα ταῦτα δίδω.

IOANNES CAROLVS SARACENVS

AD LECTOREM.

S*TVDIOSISSIME Lector, cum in præſentia Commentarios omnes celeberrimi, eruditiſſimiq́ philoſophi Marci Antonij Genuæ, aliàs Ianuæ, in Ariſtotelem edere ſtatuiſſemus; haud immeritò ab eius in libros de Anima ſubtiliſſima interpretatione, tanquam à parte nobiliori, placuit exordiri. Cuius quidem conſilij duplex extat ratio: tum quia in vniuerſa philoſophia naturali, libri de anima, & propter ſubiecti nobilitatem, & propter altiſſimarum quæſtionum pertractationem, & propter multiplicem eorum, reconditamq́ doctrinam, principem locum, omnium conſenſu, ſibi vendicant: tum quia ſapientiſſimus ille vir, ſi in alio vnquam Ariſtotelico opere, in hoc potiſſimùm exponendo, præ cæteris excelluiſſe putatur: adeò vt, cum libros de Anima, tertiumq́ præſertim de intellectu pertractantem, in Patauino Gymnaſio publicè declararet; omnes ex eius ore, tanquam ex Delphici Oraculi reſponſis, pendere quodammodo viderentur. Verùm in hoc negotio illud in primis ſcias velim, quòd Lauræ, excellentiſſimi viri huiuſce filiæ, & Hieronymi Docti nobiliſſimi ciuis coniugi; ſpectatæq́ virtutis, fidei, & pietatis matronæ, immortales gratiæ tibi ſunt agendæ. Quæ, ne parentem propria gloria, nèue cæteros conuenienti vtilitate defraudaret; reconditos hoſce theſauros ſumma quadam liberalitate mundo communicauit; Daulum Doctum, Patauinum Canonicum, viriq́ ſui fratrem; vitæ integritate, profundaq́ eruditione quammaximè conſpicuum, in adeò pio, præſtantiq́ munere adiutorem ſortita. De Marci Antonij Genuæ verò laudibus nihil eſt, quòd in præſentia verba faciamus; cum eius nomen per cuncta tum Italica, tum extera Gymnaſia paſſim circunſonet, atque diſcurrat. Illud tantummodo libet commemorare; quòd præcipuæ, inſignioresq́ fælicitatis partes in præclaro illo Viro perſpicuè admodum refulſerunt. Ipſe enim ex illuſtri Paſſerinorum familia, qui Mantuæ, Mutinæq́ olim imperarunt; poſtea eiecti, Genuam ſeſe receperunt; demum Patauium commigrarunt; originem traxit: quapropter in hodiernum diem vſque, & Paſſerorum, & Genuenſium cognomen ab eius gentilibus retinetur. Ipſe formoſiſſimo corpore, procera ſtatura, venuſtiſſima facie, & viuaciſſimis oculis ingenij acumen præſeferentibus, natura benignitate, fuit inſignitus. Ipſe in Ariſtotele publicè explanando, in Auerroe interpretando, in Simplicio dilucidando, poſtremoq́ in Peripateticorum placitis exponendis, eam gloriam quadraginta annorum ſpatio Patauio obtinuit; quæ rarò admodum, & perquam paucis conceſſa fuit. Ipſe in arcanis philoſophiæ explicandis, præter iucundiſſimam vocis ſuauitatem, eam habebat claritatem, facilitatem, venuſtatem, facundiam, & grauitatem; vt de lectionum fine potiùs, quàm de earum prolixitate, rerumve difficultate auditores conquererentur. Ipſe demum mores ita compoſitos, animumq́ à perturbationibus tranquillum vſque adeò, pacatumq́ obtinuit; vt non ſolùm ſcientia, atque eruditione; ſed vita quoque, & factis philoſophi nomine dignum ſeſe præſtiterit. Cuius memorabile illud extat argumentum, quòd in vnici filij, & doctiſſimi, & liberalibus artibus, muſicaq́ præſertim ſtudijs exculti adoleſcentis morte perferenda, fortiter adeò ſeſe geſſit; vt alios in tanto caſu potiùs ipſe conſolaretur, quàm aliorum conſolatione indigere videretur. Eoq́ magis fuit illud mirum; quòd cum filius menſes complures propter diuturnam tabem in lectulo grauiter decumberet; fortiſſimus parens libros hoſce de Anima tunc publicè exponens, nullam prorſus vnquam lectionem intermiſit, nec ob priuatum dolorem publicæ vtilitatis iacturam vllam paſſus eſt fieri. At de tanti viri laudibus hactenus. Illud modò reliquum eſt, humaniſſime Lector, vt te ad horum Commentariorum ſedulam, attentamq́ adhortemur lectionem: ex ea enim & iucunditatem, & vtilitatem quammaximam te percepiſſe tandem comperies. Quodſi acciderit; laboribus, quos in excudendo opere complures menſes ſuſtinuimus, gratiſſimum vtique præmium perſolues. Vale.*

ERRATA SIC CORRIGITO: PRIMO NVMERO, PAGINAM; SECVNDO, columnam; tertio, lineam denotante.

15.4.38. quæ tametſi in materia prima, dele, quæ: 14.1.26. In textu 3. lege in tertia: 15.2.53. quod poſt hoc, lege, q d poſt hoc: 16.1.14. Quæſito eſt, lege, Quæſtio eſt: 17.2.15. quod ſit ipſum ſingulare, dele, quod: 19.3.18. problebata, l. problemata: 21.1.50. exemplo iſta. l. expoſitio iſta. 21.3.48. ex ſeparatis, ſeparatam, l. ex ſeparatis, ſeparationem. 22.2.12. 2.75. art quæſtio. l. q̃ſtio. 2. art. 75. 22.3.27. organo tertia, l. organo tertio animæ. 27.2.21. ſubſtancia indiuiduæ, l. ſubſtantiæ indiuiduæ. 31.4.50. Auerroes, l. Auerrois: 31.4.59. tenent. l. tenat: 32.4.26 quòd eſſa, l. quòd eſſet. 32.4.23. ad in, l. ad 25. 32.4.56. aliis naturalib. l. aliis naturalib. 35.4.11. propoſitione, l. operatione: 46.1.31. in toto qualitatiuè, l. in toto quantitatiuè: 47.4.23. voluptas, l. nõ ſõras. 52.4.15 diuiduntur, l. diuidunt. 57.2.45 perductu, l. productũ. 57.3.11. entiũ, l. vtentiũ: 58.2.5. iri eadem ſint parte, non tamen in natura, l. nõ in eadẽ ſint parte tamen in natura. 67.1.3. Primam partem, l. Prima pars. 68.4.60. ſpecies odoris, quàm ſpecies ſoni, l. ſpacies ſoni, quàm ſpecies odoris. 74.4.57. ſtrangulum. l. ſtragulum 75.2.2. in hac corollaria, ſecunda duo, l. in hac ſecunda corollaria duo, 79.4.52. cous, l. conus. 85.2 27. ſ. acutum, l. ſed acutũ. 85.2.30 cẽtus aeris incorporei, l. actus aeris incorporeus. 86 1.46 hoc in eo, l. hac in eo. 88.5.52. concluſione ultima, l. quæſtione ultima. 90.4.30. trigrum, l. tigrium. 91.1.28. odoriferum, l. ſonuch. 100.2.4. concluſione, l. quæſtione. 100.2.25. conami, l. coñatus. 102.1.30. ſenſorium non eſſe, l. ſenſorium eſſe. 106.3.57. in l. ut, 107.1.53. patiens, l. agens. 108.1.52 cui. l. ei. 108.1.55. contrapoſitionem. l. per contrapoſitionem. 110.2.15. colorẽ. l. calorẽ. 115.2.47. auditũ. l. auditũ. 115.4.28. cõcluſione. 2. l. quæſtione. 2. 119.3.23. curde. l. corde. 128.2.35. realiter. l. intētionaliter. 130.2.9. de hoc. l. de hac. 130.2.47. immaturialem. l. immaterialẽ 131.2.56. materialẽ. l. materialiũ 139.4.39. & l. ut. 140.1.33. ſeparato. l. ſeparata. 146.1.14. praſſum. l. paſſum. 146.2.32. ſpium. l. ipſum. 146.2.59. Philoponus. l. Philoſophus, 147.2.29. propoſitio. l. proportio. 147.4.56. cuocluſione. l. quæſtione. 152.2.54. quid. l. quia. 152.3.2. participant. l. participat. 152.3.36. actum. l. actu. 154.3.24. phantaſmata. l. phantaſma. 158.4.13. intellectus poſſibilis. l. intellectus paſſibilis. 159.2.59. non ẽt. l. non eſt ẽt. 164.2.30. & non plurificatus. l. & plurificatus. 166.2.34. cognoſcatur. l. cognoſcit. 170.4.31. quia tales. l. quia ſi tales. 175.4.48. Alexander, l. Alexandrum. 177.1.18. Intellectus in habitu. l. Intellectus ſpeculatiuus ex in habitu. 182.4.37. ſenſibilia, l. ſenſibile. 187.2.13. eſſentiam. l. per eſſentiam. 188.4.47. nihil cõe. l. non nihil commune. 191.3.16. quo. l. quod. 197.4.8. cælementaris. l. coelementaris. 199.2.24. accedere. l. accedere. 199.2.55. re ipſius. l. rem ipſius. 200.2.47. ſenſus. l. ſenſu. 202.2.29. diuturnus eſt, l. diuturnum eſſe.

VBERRIMVS, ET LOCVPLETISSIMVS
Index rerum inſigniorum, quæ toto hoc ſparſim Opere continentur,

A IOANNE CAROLO SARACENO
ſumma diligentia confectus, atque alphabetico ordine diſtributus.

A

ABSOLVTVM purum, per reſpectum minimè diffinitur. 33
Abſoluta per intrinſeca, tanquam per formalia diſtinctiua, diſtinguuntur. 50
Abſtrahentium non eſt mendacium. 18
Abſtrahere eſt intentiones imaginatas, è potẽtia intelligibilibus actu intelligibiles conficere. 155
Abſtrahere in nobis eſt prius, quàm intelligere. 156
Abſtrahere, operatio propria intellectus agentis. 156
Abſtracta à materia, natura manifeſtiſſima, certiſſimaque. 10
Abſtracta, haud per materiam, verùm ſemetipſis indiuiduantur. 147
Abſtracta penitus à materia, ſolo intellectu pcipiũtur. 149
Abſtracta per eſſentiam, non intelliguntur à nobis per ſpecies à phantaſmatibus dependentes. 177
Abſtracta, & vt agentia, & vt fines mouent. 179
Abſtracta à nobis intelligi poſſe, neceſſariò confitendũ. 179
Abſtracta ſubſtantiæ tantummodo, apud Ariſtotelem, verè intelligibilia. 151
Abſtractarum ſubſtantiarum cognitio, haud pars ſcientiæ ſpeculatiuæ exiſtimanda. 177
Abſtractio mathematica maior, quàm naturalis; & metaphyſica maior, quàm mathematica. 5
Abſtractio intellectus à corpore, multifariam intelligi poteſt. 42
in Abſtractis à materia, indiuiduum non differt à quidditate. 133
in Abſtractis, identitas. 146
in Abſtractis, quidditas, & eſſentia idem. 147
in Abſtractis idem intelligens, intellectio, atque intellectum 147.150.175.177
ab Abſtractis per eſſentiam, quæcunque vera, & realis compoſitio remouenda, & tantummodo ſimilitudinaria quædam compoſitio, ſolo Deo excepto, ipſis tribuenda 147
in Abſtractis, quidditas, & indiuiduum, eadẽ intellectuali virtute, à nobis cognoſcibilia. 147
in Abſtractis omnino à materia, nullum accidens reperitur. 150
Abſtractorum multitudo, per naturam intellectus poſſibilis humani nobis innoteſcit. 158
Abſtractorum intelligendorum deſiderium, naturaliter nobis ingenitum. 179
Abſtractorum intellectio à nobis habita, eſt propter copulationem intellectus agentis nobiſcum. 179
Abſtractum Metaphyſicum duplex, per indifferentiã, & per eſſentiam. 4.5
Abſtractum eſſe intelligens, ab animaſtico diuinus Philoſophus ſumit. 12
Abſtractum per eſſentiam, eſt quidditas ſimplex, non habẽs quidditatem. 177
Abſtractum ab hic, & nunc, ab omnibus conditionibus indiuiduantibus abſtractum eſſe intelligitur. 179
Accidens ad cognitionem ſubſtantiæ confert mediatè, inſtrumentaliter, atque diſpoſitiuè 20
Accidens, & accidentale inter ſe differunt. 29
Accidens nobis ſubſtantia notius. 33
Accidens concretum tria ſignificat, primò naturam accidentis, ſecundò ſubiectum, tertiò congregatum ex vtroq;. 34
Accidens immateriale ſimpliciter nobilius, quàm ſubſtantia materialis. 56
Accidens nullum eſſe indiuiduationis principium, falsò de mente Auerrois colligit Hiſpanus. 71
Accidens omne, dummodo ſit accidens denominans, poteſt denominare ſubiectum, in quo eſt. 77
Accidens vnum idemq́; numero, in diuerſis numero ſubiectis minimè reperitur. 82
Accidens de ſubiecto in ſubiectum migrare, impoſſibile. 93
Accidentia non quæcunque, ſed per ſe, intrinſeca, propinqua, & eſſentialia, in ſubſtãtiarum cognitionem perducunt. 19
ex Accidentibus ſubſtantias contemplari, non quoad naturam, ſed quoad nos, intelligendum. 19
Accidentia vel communia, vel propria. 20
Accidentia, quomodo ad ſubſtantiarum conferant cognitionẽ; diuerſa Peripateticorum ſententia. 20
Accidentia non per ſe, ſed virtute intellectus agentis, tanquam inſtrumenta, intellectum poſſibilem ad ſubſtãtiæ cognitionem diſponunt. 20
Accidentia cõia in cognitionẽ ſubſtantiæ cõfuſam tantummodo nos perducere valent: at propria in ſubſtantiæ clarã diſtinctamque nos attollunt cognitionem. 20
Accidentia interminata, materiã primam; terminataq́;, ſubſtantialem formam conſequuntur. 24
Accidentia interminata, in materia; terminata verò, in compoſito, merito formæ, primò fundantur. 24.29.140
Accidentia omnia, ſecundùm communem Latinorum viam, vnà cum compoſito deſtruuntur. 29
Accidentia in compoſito, quędam ratione formæ, quædam ratione materię. 29

INDEX

Accidentia in triplici differentia; quædam primò in forma, quædam primò in materia, quædã primò in toto compoſito fundata. 29

accidentia terminata ad deſtructionem compoſiti deſtruuntur. interminata remanent. 29

accidentia eiuſdem ſpeciei ſolò numero differentia, in eadem parte ſubiecti eſſe; in realibus, materialibusque inconuenit accidentibus; at non in ſpiritalibus, atque intentionalibus. 79

accidentia plura ſolo numero differentia, in eodem ſubiecto reſidere non poſſunt. 135

accidentia in ſubſtantijs ſenſibilibus habent locum; at in intelligibilibus, minimè. 140

accidentia quædam ad nullum finem directa, naturam de neceſſitate conſequuntur. 199.200

accidentium, ſecundùm Scotiſtas, duplex diffinitio; quidditatiua, & quietatiua. 19

acraſia propriè eſt pugna inter paſſiones, atque rationem, victoria in neutram partem inclinante. 198

acratia eſt paſſionum victoria ſupra rationem. 198

actio vltra gradum proprium nequaquam extenditur. 9

actio alicui attributa propter duo, neceſſe eſt vt duorum illorum vnum formæ, alterum materiæ rationem obtineat. 43.44

Actio à forma tanquam principali agente, & à materia tanquam cauſa ſine qua non, in compoſito prouenit. 44

actio duplex; tranſiens, & immanens. 66

actio de extremo in extremum terminans, per medium neceſſariò efficitur. 79

Actio tam realis, quàm ſpiritalis, neceſſariò per contactum efficitur. 80

Actio non à ſimili, ſed à contrario proficiſcitur. 102

Actio ab infinitis actionibus pendens, compleri neutiquam poſſet. 112

Actio in agente, denominatiuè; at in patiente, formaliter exiſtit. 114

Actio animæ indicatiua, impartibilis eſt, in inſtantique efficitur. 116

Actio omnis corporea, per contactum efficitur. 118

Actio mutua inter aliqua duo, ſupponit eorum communicationem in materia. 149

Actio tam ſenſus, quàm intellectus, inſtantanea, atque perfecta: verùm materialis altera, altera abſtracta. 169

Actio ex congregato duorum conſurgens, alteri, vt materiæ, aut inſtrumento; alteri, vt formæ, aut agenti, eſt referenda. 178

in Actione ſemper aliquid vel fugiendum, vel proſequendum apparet. 193

Actiones omnes, de particularib. & circa particularia. 173

Actiones ſunt ſuppoſitorum. 196

Actionis principium, eſt vltimum, quod ab actiuo intellectu agendum cognoſcitur. 195

Actionis impetus in neruis præcipuè reſidet. 198

Actus vel ex obiecto; uel ex qualitate, ſeu modo laudatur. 9

Actus eſt ratio intelligendi. 13

Actus quadrifariam ſumitur. 14

Actus, & potentia, non directè, ſed reductiuè in genere collocantur. 14

Actus, & potentia ſunt differentiæ diuiſiuæ, omnia prædicamentorum genera circumcurrentes. 15

Actus vniuſcuiuſque, in potentia exiſtente, propriaque materia aptus natus eſt fieri. 20

Actus primus, formà: Actus ſecundus, operatio; vel potius ipſamet forma operans. 27

Actus duplex, entitatiuus, atque formalis. 32

Actus eſt quid abſolutum, connotans tamen reſpectum. 33

Actum corporis eadem ratione omnibus animis corruptibilium conuenire, falſò ex Ariſto. Porcius deducit. 36.37

actus in diffinitione animæ poſitus, non eadem ratione de intellectiua, atque de alijs ſpeciebus animæ dicitur. 37

actus de anima intellectiua, & de alijs animæ ſpeciebus analogicè dicitur. 37.38

actui vnicuique propria correſpondet potentia. 44

actus eſſentialiter poſterior potentia. 50

actus per obiecta extrinſecè, nõ formaliter, diſtinguũtur. 50

actus duplex; imperfectus, atque perfectus. 65

actus, motus, & paſſio, communiter ſumpti, coincidunt; propriè verò, maximè inter ſe differunt. 66

actus potentias, & eſſentias manifeſtant; Platonis, & Ariſtotelis, auctoritate. 85

actus in diſpoſita, præparataque materia ſuſcipiuntur. 89

actus agentis, & paſſi, in patiente ſubiectiuè reperitur. 113

actus ſenſibilis, & ſenſitiui, ſubiecto idem, ratione diſtinctus. 114.115.

actus ſeparat, & diſtinguit. 140

actus quilibet cognoſcitiuus, ſuo cognoſcibili determinatur. 151

actus, & potentia, in eodem genere. 154

actus primus, in potentia accidẽtali, non eſſentiali ad actum ſecundum. 156.

actus, ſimplicite prior potentia. 158.161.168.

actus præcedit potentiam natura, honore, ac dignitate. 168

actui per accidens cõuenit diminutio, atque imperfectio. 169.

actuum diſtinctio arguit diſtinctionem potentiarum. 173

ab actu, vtpote à perfectiori, tum differentia capienda, tum denominatio facienda. 174.

actus primus apud Ariſtotelem, idem quod forma ſubſtantialis. 186.

acutum, quaſi pungit, diuiditque continuum. 85

acutum, quod ſenſum mouet in pauco tempore, multum. 85

acutum, & obtuſum; non acutum, & graue; circa tactũ propriè opponuntur. 85.

acutum, & graue in ſonis, per metaphoram à tãgibilibus. 85

acutum in ſono, quod in auditum citò penetrat, & diu manet. 85

acutum in ſono, propter maximam penetrationem, interdum auditum offendit. 85

acutus ſapor, omnium calidiſſimus. 96

Aequiuoca illa dicuntur, quæ in propriam non poſſunt operationem. 110.115

in æquiuocis non eſt contradictio. 141

aer in myringa interclusus, organi; extrinſecus verò, medij deferentis, in auditu rationem obtinet. 81

aer in ſono aliquando, & percuſſi reſiſtentis, & medij deferentis ſimul vicem gerit; non tamen eadenmet ſui particula, ſed diuerſis. 81.82

aer ſono, & vt ſubiectum, & vt medium delatiuum ſoni, deſeruit. 82

aer quandoque, vt in ſibilationibus; & percutientis, & percuſſi, & medij, diuerſis ſui particulis, munere fungitur. 82

aer reſpectu ſoni, & cauſa, & concauſa. 83

aer interior, auditui connaturalis, auribuſque congenitus, ad myringæ ſalutem. 83

Aer aeri non contiguus, ſed continuus. 83.84

Aer ad auditionem triplex concurrit; extrinſecus, medius, ac intimus. 84

ab erem

INDEX

ab Aerem intrinſecus congenitum, ſub aquis etiam ambitus. 84
Aer auditui connaturalis, vel immobilis; vel motum quietiſſimum, & vitalem potius, quàm localem abſque vlla ob viveus perturbatione. 84
Aer extrinſecus auditui, propter facilem ſolubilitatem; & intrinſecus, propter immobilitatem, ſoni expers; & vterque ob faciliorem ſonorum ſuſceptionem. 84
Aer interior in aure, duplex; alter complantatus in myringa organum ſpiritale auditus, idemque perpetuò manens; alter naturalis, in anfractibus detentus, auditui q, pro medio puriori deſeruiens; qui ſecundùm partem ſucceſſiuè acquiritur, atque deperditur. 84
Aer, & ad temperandum cordis calorem, vtpote neceſſarium; & ad vocem reddendam, propter melius; animalibus perfectioribus à natura tributus. 86
Aer minùs ſenſibilis tactu, quàm aqua. 100.
Aer, ſubtiliorum partium, quàm aqua. 100. 101
Aer, primum humidorum. 103
Aeris proprium, celeriter diſponi, receptamque diſpoſitionē quam citiſſimè abijcere. 108
Aer non per ſe, ſed per accidens, ob vaporum admiſtionem, redditur odoratus. 108
Aer olfactui, audituique deſeruit. 109
Aeſtimatiua in brutis eorum, quæ ſenſibus non imprimuntur, apprehenſiua. 71. 119
Aeſtimatiua brutis, loco cogitatiuæ in homine, à natura tributa. 119
ab Aeterno nulla noua prouenit actio. 128. 133. 135
Aeternum à parte ante, & à parte poſt, tum ad inuicem ſeſe inferunt; tum ad inuicem ſeſe auferunt. 132
Aeterna habent cauſam efficientem, non verè, nec propriè; ſed metaphoricè duntaxat, & ſecūdùm ſimilitudinē. 133
Aeterna temporali menſura minimè ſubiacent. 161
in Aeternorum explicatione falſitas duntaxat à nobis committitur rōne prædicati, non ratione temporis. 163
Aeternum corruptibili vnione reali, non cognitiua vniri poſſe, malè à Sueſſano pronunciatum. 179
Agens virtuale, formali agente præſtantius. 10. 66
Agens naturale, quantum dat de forma, tantum dat de accidentibus conſequentibus formam. 20
Agens patienti, ſecundùm virtutem vnitur. 31
Agens inſtrumentale non mouet, niſi motum. 48
Agens bifariam; vel per veram tranſmutationem; vel per naturalem quandam reſultationem. 49
Agens duplex, principale, & inſtrumentale. 63
Agens principale ſe habet, ſicut forma; inſtrumentale, ſicut materia. 63
Agens, aliquid de potentia ad actum deducens, duplex; vel extrinſecum, vel intrinſecum. 67
Agens formam in materia, & Agens formam tantùm, diuerſa. 69
Agens immediatum, ſimul cum paſſo. 69
Agens duplex; vel diſponens, & præparans; vel perficiens & complens. 70
Agens agit in patiens bene diſpoſitum. 76
Agens per formam, non per materiam agit. 106
Agens naturale, ſecundùm ſe totum agit in paſſum; etſi forma in eo, principalis ſit ratio agendi. 106
Agens aſſimilat ſibi paſſum, vel vniuerſim, vel ſecundùm quid. 107
Agens idem, non poteſt duobus ſimul vti inſtrumentis. 138
Agens vniuocum generat ſibi ſimile in ſpecie. 144
Agens principale, diſpoſitiuo præſtantius. 154
ab Agente inuariabili, & æterno, noui, diuerſique effectus immediatè proficiſci minimè poſſunt. 156
Agens ſemper honorabilius, & præſtantius patiente. 70. 157
Agent præſtantius eſſe patiente, de agente totali æquiuoco intelligendum. 157
in Agibilibus quatuor ſibi ordine incedunt; apprehenſio; iudicium; delectatio, aut triſtitia; fuga, vel proſecutio. 169
Agibile eſt, qđ in actionē denique finit, ac terminatur. 173
in Agibilibus duplex motus; alter intentionalis, & reſolutiuus, alter realis, atque compoſitiuus. 193
Agibile bonum, circa particularia. 194
in Agibilibus, principium à fine deducitur. 195
Albertus, ſimia Auerrois. 96
Alexander inter Peripateticos nobiliſſimus. 134. 183
Alietas, relatio quædam. 116
Alterans ſimul cum alterato. 63
Alterans primum eſt corpus, nempe cælum ipſum. 65
Alteratio largè ſumpta, duplex; ab habitu ad priuationem, & à priuatione ad habitum. 67
Alteratio vera, de contrario terminato in contrarium terminatum efficitur. 67
Alteratio, non animæ, ſed eius potius organo, atque inſtrumēto conuenit. 68
Alteratio realis, cum fiat per elemētares qualitates, paſſum corporeum ſupponit. 186
Alteratio generationem præcedit. 102
in Alteratione datur alterans inalterabile; & alterans ſimul, ac alteratum; atque alteratum tantummodo. 201
in Amantibus coloris immutatio vnde prouenit. 23
Amaritudo, quandoque à calido, quandoque à frigido prouenit. 96. 97
Amicitia honeſta cæteris durabilior, atque præſtantior. 8
Ampulla in aqua, leuioris, aereæque naturæ. 101
An, particula apud Ariſtotelem ſolutiua. 150
Analogum duplex ſecundùm Scotiſtas, æquiuocum, & vniuocum. 4
Analogum medium inter æquiuocum, & vniuocum. 52
de Anima natura, & quidditate, variæ philoſophorum ſententiæ. 1
Animæ cognitio præſtantiſſima, ac difficillima ſimul. 1
Animæ perfecta intelligentia, hominem ad ſuimet cognitionem perducit. 2
Anima, non omnis à corpore inſeparabilis, contra Alexandrum, Pomp. & Nicoletum Theatinum. 2
anima, non omnis à corpore ſeparabilis, contra Niuum. 2.
Anima tum vegetatiua, tum ſenſitiua, quidditatiuè à phyſico conſideratur. 2
Anima tum vegetatiua, tum ſenſitiua, à corpore inſeparabilis, atque mortalis; intellectiua verò immortalis, & à corpore ſeparatur 2. 161
Animæ analogia, reſpectu ordinis, nō reſpectu conceptus. 4
librum de Anima, in naturali Philoſophia eſſe ſextum in ordine, Auicenna cum omnibus Latinis exiſtimauit. 5
librum de anima, in naturali philoſophia octauum reſidere, Græci vnà cum Auerroe, cunctiſque Modernis, voluerunt. 5
libro de anima octauum locum aſſignantes, trifariam diuiduntur 5
librum de anima in octauo naturalis philoſophiæ loco reponendum, Auctor determinat. 6
animā, quoad ſuam diffinitionem, eſſe per ſe notam; at, quoad ſuam quidditatem, minimè: Therapolinus exiſtimauit. 7

animam eſſe ſubiectum in libris de anima, vt diſtinctè cognita contra corpus animatum, Auctor determinat. 7
anima reſpectu paſſionum conſideratur, vt quo, non, vt quod. 7
anima, vt anima eſt, habet ſemper eſſe cum corpore, vel ſubiectiuè, vel obiectiuè. 7
animam, quoad eius ſubſtantiam, vt per ſe notam ſupponi; at vt eſt ſubiectum, probari poſſe Hiſpanus aſſeruit. 8
animam eſſe, ab animaſtico à poſteriori poteſt probari. 8
anima humana, creaturarum omnium inferiorum, omniumque entium naturalium nobiliſſima. 10
anima per ſe nequaquã ſenſibilis, ſed corporis interuentu. 10
anima eſt fons certitudinis omnium aliarum ſcientiarum. 10
anima, animatorũ cauſa, & principium, tripliciter; efficiens, formale, & finale. 11.57
anima humana in medio abſtractorum, atque materialium. 12.15.133.158.
anima vegetatiua, & ſenſitiua, nec ex parte rei, nec ex parte noſtri modi intelligendi, ſummã præſtat difficultatẽ: at intellectiua ex parte vtriuſque difficillima cognitionis. 13
anima cum cæteris rebus incommunicabilis. 14
anima rationalis, tanquam intermedia, partim diuidua, partim indiuidua. 15.165.
anima altrix, & ſenſitiua, ſubiecto vna, eſſentia diuerſæ. 18.
anima, vt progreſſa, inſeparabilis; vt in ſe manens, ſeparabilis à corpore. 20.22.23
animæ cõmunicatio cum corpore duplex, vel ſubiectiua, uel obiectiua. 20.21.22
in anima ex operationis ſeparatione, vel inſeparabilitate; ſubſtantiæ inſeparabilitas, vel ſeparatio coarguitur. 21.22
animæ appetitiua, tam concupiſcibilis, quàm iraſcibilis virtus, neceſſariò cũ corporis immutatione alteratur. 21.23
animæ cognoſcentis duplex operatio, apprehenſiua, atque appetitiua. 23
anima in communi quid unum, non vniuocum, nec æquiuocũ ſed analogum, vt quæ ab uno, & quæ ad vnum. 26
anima eſt ſubſtantia, non accidens. 26.29
anima nõ ſẽtitur p ſe; ſed ratione coniuncti, atq; cõpoſiti. 27
anima per accidens ſentitur, ratione ſuarum operationũ. 27
anima eſt ſubſtantia, quæ eſt forma. 28.29.33.43.44.56
animam eſſe formam, tripliciter à Themiſtio probatur. 28
animæ à natura diſtincta. 30
anima in corde, ut in propria ſede, ac radice, naturaliter reſidet. 30.45
anima humana, in generationis, atq; æternitatis confinio. 30
anima ad corpus conuerſa, partitam à propria ſubſtantia operationem obtinet: at in ſemetipſam collecta, & à corpore ſeparata; vnitã propriæ eſſentiæ hẽt operationẽ. 27.30.
anima ad corpus bifariam comparatur; & vt informans, & vt vtens. 30.31.32.44.107.187.196
animæ nomen de animabus cælorum, & generabilium, atque corruptibilium, æquiuocè dicitur. 32
animæ diffinitio, nequaquam corporibus cæleſtibus, ſed generabilibus, & corruptibilibus tantummodo applicanda. 32. 35
anima eſt actus primus corporis, non via generationis, temporis, aut naturæ ſimpliciter; ſed ordine perfectionis, reſpectu omnium, quæ in animato corpore inueniuntur; necnon natura, & tempore, reſpectu ſuarum operationum. 32
anima dupliciter eſt actus corporis, perficiens, & mouẽs. 32
anima eſt ſubſtantia ſecundùm eſſe, & relatiuum ſecundùm dici. 33
anima rationalis, ſecundùm ſeipſam indiuidua; at ſecundùm operationem à ſubſtantia eius differentem, diuidua, atque partibilis. 35
anima rationalis rectè, propriéque nautæ aſſimilatur. 35
animam eſſe temperaturam, malè ex Ariſt. collegit Gal. 36
anima, vt mouens, & influens in hæc inferiora, actus corporis nequaquam dicenda. 36
animam pro gradu intellectiuo eſſe actum, & formam corporis, Auctor contra S. Thomam, & communem Latinorum viam oſtendit. 36
anima corpus ſemper vel actu, vel aptitudine reſpicit. 36
animam ſeipſam mouere, Ariſtoteles vnà cum Platone concordat. 39
anima ad omnes ſex mouet differentias poſitionis. 39.58
animæ, eſſentialis diuiſio, in tria; gradualis, in quatuor; potentialis, in quinque membra explicatur. 39 47.125
anima non formaliter, ſed cauſaliter viuit. 40
animæ facultates in plantis, & animalibus imperfectis, non ſubiecto, ſed ratione diſtinctæ. 41
anima in plantis, & animalibus imperfectis, vna actu, potentia plures. 41.45
anima rationalis, quædam intelligentiæ vmbra. 42
anima non corpus, ſed corporis actus, forma, atque perfectio. 44
animam quantitatiuè indiuiſibilem eſſe, & ſedem habere in corde; Albertus, & cum eo Simplicius, exiſtimauit. 45
animam diuiſibilem eſſe quantitatiuè, & totam in toto corpore, partemque in parte corporis exiſtere; Gandauenſis aſſeruit. 45
animam in plantis, imperfectiſque animalibus, diuiſibilem eſſe quantitatiuè; in animalibus autem perfectis, quantitatiuè indiuiſibilem eſſe; S. Thomas, medius inter Albertũ, & Gandauenſem pronunciauit. 45
anima quæcunque, & in quibuſcunque animalibus, intellectiua excepta, quantitatiuè tota in toto, & pars in parte exiſtit. 45
animam indiuiſibilem eſſe ſecundùm eſſentiam, quinimo ſecundùm eſſentiã in ſolo corde reponi; Alber. aſſeruit. 46
anima dicitur tota totalitate eſſentiali in qualibet corporis eſſe parte, per ſimilitudinem, & ratione ſuæ perfectionis. 46
anima in vegetabilibus eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. 46
animam totam totalitate eſſentiali in qualibet parte corporis eſſe, Auctor vnà cum S. Tho. & Auer. determinat. 46
animam eſſe in qualibet parte corporis totam totalitate poteſtatiua, Gandauenſis tuetur. 46
anima totalitate poteſtatiua eſt tota in toto, ſed non tota in qualibet parte. 46
anima, ſecundùm Scotum, potentias ſuas, quamuis formaliter inter ſe, ab eaque differentes, continet vnitiuè. 48
anima ſuarum potẽtiarum finis dicitur, non propria, ſed communi naturalitate. 49
anima poſterior, finalis cauſa prioris; at prior, materialis cauſa poſterioris. 52
Animæ conſequenter ſe habent. i. ſecundùm prius, & poſterius, non ſecus ac numeri, & figuræ. 52.53
anima prior in poſteriori, potentia, tanquam ſubſtantialis quædam ad poſteriorem, veluti ad actum completum diſpoſitio, dicitur contineri 53
anima prior in poſteriori, potentia, ideſt, virtualiter, non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad operationes continetur. 53
anima eſt cauſa efficiens cuiuſcunque ſpeciei motus, nempe

& in

& in quantitate, & in qualitate, & in loco. 57
anima reſpectu corporis organici, finis, gratia cuius; reſpectu animati, finis, cui. 57
anima, inanimatorũ finis, gratia cuius, & ab extra; finis verò animatorum, cui, & ad intra. 57
ànima, actio nutriendi principaliter tribuenda. 62
anima, locus ſpecierum, non verè, ſed proportionaliter. 67
animarum gradus diuerſi, quantũ ad actionẽ, & paſſionẽ. 69
anima non per partem, ſed tota ſimul vnita per ſeipſam cognoſcit. 70
anima perfectior, perfectius corpus informat. 89
anima, vt ſenſorium informans, vnà cum eo a ſpeciebus ſenſibilibus cõiunctim mouetur; vt autem ſenſorio vtens, intrinſecus excitata, de receptis ſenſibilibus ſpeciebus indicium promit. 107
anima non eſt propriè componentium ſymmetria; ſed tali potius præſidens, ac ſupereminens ſymmetriæ. 107
animæ humanæ in tres gradus diſtributio, abſtractum, materialem, & intermedium; nempe intellectiuum, vegetatiuum, & ſenſitiuum. 114
animæ vis, non eſt ipſamet formaliter temperatura, ſed ex temperatura reſultat. 115
anima, ſupra naturam. 117
anima, ex omniũ entiũ principijs, ab antiquis cõſtituta. 118
aĩæ duæ præcipuæ differentiæ, cognitio, atque appetitus. 118
animam à conuerſione in ſemetipſam, corporea implicatio abducit. 118
anima diutius in ignorãtia, quam in ſcientia immoratur. 118
aĩa q̃libet cognoſcitiua, ſuã hẽt appetitiuã cõcomitãtẽ. 118
animæ vnitas, non vniuoca, ſed analoga. 125
anima rationalis in nobis, eſt & progreſſa, & manens ſimul nec enim ita progreſſa, quin manens; nec ita manens, quin progreſſa 126.127.139.154.161.165
anima, ſecundùm Platonem, immortalis. 128
in anima, iuxta Platonẽ, datur pictor, & ſcriptor. 128.151
anima, apud Platonem, libro perſimilis. 128.151
anima per corpus tracta, veluti ebria, vacillat. 128
anima in corpus deſcendens, amens efficitur. 128
aĩa tã quã tabula raſa, ĩ qua nihil ẽ deſcriptũ. 128.143.150
anima humana, partim corpori communicans, partim ipſum excedens. 133.137
animæ humanæ contemplatio, iuxta Alex. antecedentẽ corporis humani contemplationem requirit. 134
animam humanam eſſe mortalem, vel immortalem, iuxta Auerroem, problema neutrum. 136
animam humanam eſſe immortalem, cuncta leges affirmant 136.140.189
anima humana, reſpectu ſpeciei, æterna, reſpectu indiuiduorum, generabilis, & corruptibilis. 136
anima rationalis in homine, non motor, ſed firma. 137
anima rõnalis nõ ex elementorum educitur mistura, vt malè Alex. ſed homini ab extrinſeco datore cõfertur. 137.138
animã rõnalẽ in quolibet homine vnã numero eſſe, tribus facultatibus, nempe vegetatiua, ſenſitiua, intellectiuaque, p̃ditam, de mente Ariſtotelis Latini ſuſtinent. 137.144
animã rõnalẽ, reſpũ potentię vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, corporis eſſe actũ; at, ſecũdũ potẽtiã intellectiuã, nullius corporis actum exiſtere; Latini de mẽte Ariſt. affirmant. 137
animam rationalem, ſecundùm eſſentiam, intrinſecam, propriamque eſſe hominis formam; at intellectiuæ facultatis merito, nullius corporis eſſe virtutem, aut actum; multipliciter ex Ariſtotele probant Latini. 137
anima rõnalis, iuxta Latinos, ſecũdũ intellectiuã virtutẽ, ſeparabilis, atque immortalis; at, ſecundũ vegetatiuã, ſenſitiuãque facultatẽ, inſeparabilis, atque mortalis. 137.186
in anima rationali eadẽmet numero eſſentialiter, nõ poſſunt virtutes, ſeu poteſtates diuerſæ, tum corruptibiles, tum incorruptibiles ineſſe; contra Latinos. 138.139
animæ humanæ duplex virtus, operans, ac ſciens 138
anima nutritiua, ac ſenſitiua ab Ariſto. in corde, vt in ſubiecto collocatur. 142
animam humanam eandemmet numero, partim organicam, vegetatiuæ & ſenſitiuę virtutis ratione; partim ab omni organo ſeparatã, merito intellectiuę facultatis; ſecundùm fidem veriſſimum; at de mente Ariſtotelis neutiquam ſuſtinendum, contra Latinos. 144
in anima humana duę ſunt virtutes; actiua vna; paſſiua reliqua. 159
animam rõnalem in homine, per ſe, & eſſentialiter, ex cogitatiua, & intellectu componi, ſecundùm Auctorem falſiſſimum, contra Sueſſanum. 160
anima humana corpore ſoluta, iuxta Ariſt. nec circunſcriptiuè, nec diffinitiuè poſſet locari; contra Platonem. 161
in anima vegetatiua, & ſenſitiua, obiecta occurrunt virtutibus notiora; at in intellectiua e contra. 162
anima humana, corpus quoddam, ſubtile aereum primò naſciſcitur, antequam terreſtre hoc informet. 162
de anima humana, poſt mortẽ, ſecũdũ Peripatetica fundamẽta, nihil poſſumus enunciare : at ſecundũ Platonicorum placita, cõplura poſt mortẽ de ea proloqui licet. 162.166
animam rationalem ex ſubſtantia impartibili, ſubſtantiaq; partibili eſſentialiter componi, Sueſſanus de mente Simplicij falsò opinatur. 167
anima rationalis à mentis perfectione diſcedens, ad phantaſiam vſque progreditur. 167
anima rõnalis, haud ſecũdum partẽ diuidua, ſecũdũ partẽ indiuidua; ſed tota, & ſecundũ ſe totam, diuerſimodè ſumpta, & comparata, diuidua, indiuiduaque exiſtit. 167
anima rationalis imperfecta, in ſeſe recurrens, ac ſeipſam veris plenam rationibus intuens, à ſeipſa perfecta è potentia ad actum reducitur. 168
ex eo quòd anima ſine phantaſmate nihil intelligit, mortalem eam eſſe deducere, falſiſſimum. 170
anima rationalis in ſua progreſſione, ſuaque partibili intellectione, ſine phantaſmate nihil intelligit. 170
anima humana interdum ſupra ſenſus ad ſuperiorem mundũ eleuata, prophetiam exercet. 171
anima & à præſentib. et ab abſentib. mouetur obiectis. 172
anima ex quatuor elementis, ab Empedocle cõſtituta. 181.
anima ex athomalibus corpuſculis a Democrito cõflata. 181
anima, ſecundùm Ariſtotelem, quoquo modo omnia. 181
anima, iuxta Latinos, haud eſt entia materialia, ſed entium intentiones, ac ſpecies. 181
anima ſpecierum omnium tum ſenſibilium, tum intelligibilium cognoſcitiua. 182
anima humana media inter pura intelligibilia, poſtremaque ſenſibilia. 182
anima, iuxta Themiſtium, materiam varijs formis exornat, atque figurat. 182
anima humana, occaſione ſenſuum, per medium intellectum practicum, atque ſpeculatiuum, in ſupremam, altiſſimamque mentem conſcendit. 183
animæ quomodo ab igne corporeo crucientur, apud Theologos dubium. 183.186
anima ſecũdùm duas principales potentias diſtincta, diſcretiuam, atque motiuam 189

INDEX

Animæ humanæ immortalitas in locos compluribus à Platone clariſſimè expreſſa. 189

Animæ humanæ, iuxta Plat. famoſa, ac tripartita diuiſio; nempè in rationem, iram, atque concupiſcẽtiam. 190.191

Animæ partes, ſiue potentiæ, iuxta Ariſtotelem, ratione tantũmodo, nõ loco, aut ſubiecto diſtinctæ: cõtra Pla. 190

Anima, etſi impartibilis, non tamen penitus una. 190

Animæ tripartita, iuxta Platonem, diuiſio, moralibus actionibus quammaximè confert. 191

Anima de ſuis ſpeciebus analogicè dicitur. 195

Anima, vt mouens corpus, corporeoque vtens inſtrumento; ſeipſam, vt corpus antea informantem ſupponit. 196

Animalia, plantarum exemplaria. 5

de Aĩalibus integra diſciplina, ex triũ cognitione depẽdet. 6

Animalia nonnulla, cur abſque exteriori cibo, hyemis tempore, interiùs nutriuntur. 30

Animalia anuloſa, imperfecta. 33

in Animalibus imperfectis partes deciſæ viuunt, propter exiguam eorum organizationem. 45

Animalia ſimplici aere nutriri, falſum, atque ridiculum. 50

Animalia miſto, non ſimplici corpore nutriuntur. 50

Animalia cur fameſcunt, & ſitiunt. 51

Animalium localem motum habentium, alia progreſſiua, alia reptilia, alia ſerpentia. 53

Animalia orbata bifariam; vel ab extra, vel ab intra; ſiue ſub alijs verbis, vel ab arte, vel à natura. 55

Animalia omnia, complexione innata, frigida; complexione influxa, calida; & complexione innata per influentem actuata, quadã calida, quædam frigida, quadã media. 59

Animalia triplici cauſa, parua à principio generantur; ratione loci, materiæ, & finis. 60

Animal in principio diminutum, tum ob anguſtiam loci, tũ ob paucitatem materiæ. 62

Animal in lucem editum, ſtatim ſentit. 67

Animalia exanguia, quatuor generum, mollia, cruſtata, teſtacea, inſecta. 85

Animalia exanguia non indigent aeris refrigeratione, & propterea reſpirationis inſtrumenta non habent. 85

Animalia exanguia non vocant. 85

Animalia pedibus gradientia, cæteris calidiora. 86

Animalis propriæ, quatenus animal, actiones, quæcũque ab imaginatione, & impulſu proficiſcuntur. 86

Animalia nonnulla, vt cancri, locuſtæ, & ſimilia, ob duritiẽ oculorum, ad viſionem inepta. 89

Animalia tã ſanguinea, quàm exanguia, cõiter odorant. 90

Animalia ancipitis vita, & in aere, & in aqua uiuũt. 92

Animal, vt animal ſimpliciter, ſolo tactu; vt autẽ perfectũ cæteris quoque ſenſibus indiget. 109.110.200

Aĩali pfecto, vt pfecto, oẽs quinq; ſenſus neceſſarij. 109.201

Aĩalia ĩperfecta, ĩperfectã dũtaxat: perfecta verò & perfectã, et ĩperfectã ſimul imaginatiuã obtinẽt. 42.120.123

Animalia, quæcũq; nec imperfecta, nec orbata, omnes quinque poſſident ſenſus. 110

Aĩalia impfecta, pfecta ĩ ſpecie, at impfecta in gñe. 110.197

Animalia perfecta, non quæ ſimpliciter mouentur, ſed quæ ordinatè mouentur. 110

Animalis pars in ſuam exire non valens operationem, æquiuocè talis. 110.115

Animalia imperfecta, ſicut imperfectam imaginatiuam, ita imperfectum quoque ſenſum communẽ obtinuerunt. 117

Animalia complura irrationalia, per æſtimatiuam virtutẽ nonnihil prudentiæ demonſtrant. 118

aĩalia impfecta, ſolo tactu, ĩdeterminatoq́, guſtu pdita. 192

Animalia imperfecta, non tota, ſed partiũ dilatatione, contractioneque duntaxat mouentur. 197

Animal à phantaſia, intellectuque mouetur. 197

Animalia corruptibilia, cognoſcitiuas formas ſine ſenſu præcedente recipere nequeunt. 199

Animalia omnia, ſenſu tactus prædita, nec appellari ſine tactu animal quicquam poteſt. 200.201

Aĩalia, viuẽtia media ĩter plãtas, corporaq́; cæleſtia. 200

Animalis corpus nullo modo ſimplex, ſed neceſſariò miſtum atque tangibile. 200.201

Animal perfectum dicitur, quod progreditur, mutatque locum ſecundùm ſe totum. 201

Animal vniuerſum, ſenſorium tactus exiſtit. 202

Animal diuinum haud ſenſibus indiget. 202

Animaſticus, artifex medius inter naturalem, diuinumq́ue Philoſophum. 4.126.185

Aĩatorũ triplex gradus, vegetãs, ſentiẽs, atque ĩtelligẽs. 2

Animatorum quatuor gradus, vegetabilium. Zoophitorum, imperfectorum, & perfectorum. 46

Animatum corpus, quatenus animatum i. per ſe, & ſecundùm quòd ipſum, nutritur. 62

Animatum, ratione quantitatis, augetur; ratione ſubſtantiæ, nutritur. 62

Animatum omne habet calorem innatum, ad concoctionem nutrimenti peragendam. 63

Animata corpora, haud aeream, nec aqueam; ſed duram, firmam, terreamq́ue conſtitutionem requirũt. 100.104

Animata, vel immobilia prorſus, vt plantæ; vel mobilia: & hæc bifariã, vel mobilia ſecũdũ partes, vt Zoophita, orbeſq́ue cæleſtes; vel mobilia ſecũdũ totũ, vt pgrediẽtia. 199

Antiqui aerem, vacuum exiſtimabant. 83.84

Antiqui intellectum cum ſenſu confuderunt. 118

Apes phantaſia non exacta, ſed indeterminata præditæ. 121

Apes naturali potius ĩclinatione, q̃ prudẽtia operãtur. 121

Api ineſt memoria. 121

Appetibile naturali appetitu, neceſſariò pulchrum. 8

Appetibile ſemper bonum, ſiue verum, ſiue apparens. 191

appetibile ĩtellectũ actiuũ pariter, & deſideriũ mouet. 193

Appetibile principiũ rõcinandi, & terminus operãdi. 193

Appetibile ſummum principium, primaque origo motus localis progreſſiui animantium. 193.194.195

Appetibile, bonum vel ſimpliciter, vel apparens. 194

appetibile in anima, mouet ad appetibile extra animã. 194

Appetibile, primum mouens animal. 194.195.197

Appetibile, non quidẽ ſimpliciter, ſed vt cognitũ, & volitũ, habet rationem finis in motu animali progreſſiuo. 195

appetibile nõ ſubiecto, ſed rõne diſtĩguitur ab appetitu. 196

Appetibile, velut finis appetitui comparatur. 196

appetibile, in motu pgreſſiuo, eſt mouẽs primũ immobile. 196

Appetitiuæ animæ operationes, manifeſtiſſimè à corpore, vt à ſubiecto, dependent. 23

Appetitiuum mouet neceſſariò vnà cum imaginatione. 197

Appetitus duplex, naturalis, & animalis. 8.47

Appetitus aĩalis, ppriã cognitionẽ; naturalis verò, naturã ab intelligentia non errante directam conſequitur. 8

appetitus aĩalis duplex, ad nutrimẽtũ, & ad motũ localẽ. 47

Appetitus cognitiuus triplex, cupiditas, ira, & volũtas. 47

Appetitus concupiſcibilis, & iraſcibilis ſenſum; volũtarius intellectum conſequitur. 47.190.191

Appetitus de ſenſitiuo, & de rationali æquiuocè, ſiue analogicè potius dicitur. 47.195

Appetitus naturalis, plantas; ſenſiblis, bruta; & rationalis humanum genus conſequitur. 47.48

Appetitus

INDEX

appetitus duplex, naturalis, & liber. 56
appetitus ſibi ſimile generandi, in animalibus electiuus; in plantis, & inanimatis, tantummodo naturalis. 56
appetitus ſenſitiuus, à ſenſu; & intellectiuus, ab intellectu, realiter nequaquam diſtinguitur; ſed quadam duntaxat proprietate. 170
appetitus, abſque præuia obiecti appetibilis cognitione, nullus omnino. 190.191.195
appetitus in homine, tam iraſcibilis, quàm concupiſcibilis, ad rationem quodammodo reducibilis. 190
Appetitus rationalis per participationem. 190
appetitus ſenſitiuus non poteſt ab intellectu vniuerſali corrigi, dirigique; niſi diſcurſus ſenſus, ratioque cogitatiua particularis intercеſſerit. 190
appetitus ſenſitiuus, vnus in genere, duplex in ſpecie. 191
appetitus concupiſcibilis à bono delectabili mouetur, & item in bonum delectabile tendit: at iraſcibilis à triſtabili malo hẽt originẽ, in delectabile tamẽ terminatur. 191
appetitus cognitiuus, plantis nullus ineſt. 192
appetitus non in nutritiua virtute; ſed in ſenſu, plantaſiaque reperitur. 192
appetitus ad motum progreſſiuum cauſandum principalior, quàm intellectus. 193.194.195
appetitus triplex; naturalis, ſenſitiuus, & rationalis. 194
appetitus naturalis, ſenſitiuus, & rationalis, inter ſeſe realiter, atque eſſentialiter diſtinguuntur. 194
appetitus irrationalis duplex; ira, atque concupiſcẽtia. 194
appetitus modò rectus, ſi rationi paret; modò non rectus, ſi illi repugnat. 144
appetitus vnuſquiſque ab eſſentia, quam conſequitur, non realiter; ſed ſola ratione diſtinguitur. 194.195
ad appetitum ſtatim fuga ſequitur, vel proſecutio. 195
appetitus ſẽſitiuus, à iucũdo, & rõnalis, à bono mouet. 195
appetitus in homine contrarij. ratio, atq; cõcupiſcẽtia. 195
appetitus, non quidem ſimpliciter; ſed vtpote cognoſcitiuus, motus animalis principium. 195
appetitus ſẽſitiui, & rationalis q̃nque in homine pugna. 198
appetitus vincit appetitum, propter victoriam cognoſcitiuę virtutis vnius ſuper alteram. 198
apprehendendi quatuor modi, &c. 71
in Apprehenſiua virtute dominatur humiditas. 119
aqua ad ignem, materiæ ad formam reſpectum obtinet. 60
aqua, ſecluſo aere, non ſonat. 82
aqua, non ſubiectum ſoni, ſed medium, ſonum tantummodo deferens. 82.84.
aqua ſuapte natura inſipida, & ideo facilè omnium ſaporũ receptiua. 93
aqua, ſuapte natura formalior, quàm terra. 94
aqua, ꝑ terræ admixtionem, varijs ſaporibus inficitur. 94
aqua pura non caleſit, ſed vaporum admiſtione. 102
aqua viſui ab Ariſt. aſcribitur. 109.110
Ariſtoteles, Deus naturæ. 1
Ariſt. in agendo de ſenſibus, nobilitatis, perfectioniſq; ue ordinem ſecutus. 90.93.97.
Ariſtoteles artis vbique ſtudioſiſſimus. 109
Ariſtoteles declaratis de ſenſu in ſecundo libro, vtitur pro notitia intellectus in tertio. 109
Ariſt. in philoſophãdo, à notiorib. nobis vbiq; procedit. 162
Ariſtoteles ſemper medio ſumpto à ſenſu philoſophatur. 166
Ariſtotelem propter ſequendos expoſitores dimittere, erratũ grauiſſimum. 170
Ariſtotelis varia colliguntur auctoritates, intellectus noſtri immortalitatem denotantes. 183
Ariſtotelem, quantum ad mortalitatem, uel immortalitatem humani intellectus, dubium fuiſſe; & probabiliter, diuerſimodeq́ue locutum eſſe, Scotus exiſtimauit. 184.187
Ariſtoteles, ex ſententia Auerrois, miraculum naturæ. 187
ars qualibet, boni alicuius operatrix. 57
ars, principium factiuum cum ratione dirigente. 120
ars eſt habitus animi ſecundù m rectam rationẽ factiuus. 153
artes omnes, formas ab eis principaliter intentas, in determinatam, diſpoſitãque materiam inducere, cogitant. 25
artes ad ſenſum delectationem inuentæ. 115
artifex nullus, per ſolam diffinit materiam. 25
artifex probat ſuum ſubiectum eſſe, partes ſubiectiuas, atq́; principia, quomodo per ſe nota probari poſſunt. 47
in artificialibus, finis à forma diſtinguitur. 24
artificialia, quatenus artificialia, per artificiales formas ſuum eſſe conſequuntur. 34
artificialia habent eſſe à forma, exiſtere autẽ à materia. 34
in artificialibus nomen, quantum ad eſſe artificiale, primò formam; quantum ad exiſtere, primò materiã deſignat. 34
aſſenſus, commune genus perſuaſioni, & aſſuefactioni. 121
auditio. patiente aere intrinſeco, vel myringa: aut nulla prorſus, aut debilis. 84
auditus cæteris ſenſibus, uiſu excepto, ſpiritalior, atque perfectior. 81
auditus aeri proportionatur. 87.109
auditus, ſenſus diſciplinæ. 89.111
Auerroes, alter Ariſtoteles. 1
Auerrois opinio de intellectus vnitate, quodammodo magis impia, quàm Alexandri de eiuſdem mortalitate. 140
Auer. à calũnijs, et execrationib. Scoti, auctor defendit. 187
augmentatio, nouæ ſubſtantiæ generationem requirit. 60
augmentationis triplex operatio: apponere, aſſimilare, ac vnire; ſed maius, quàm deperditum fuerit. 60
augmentationis finis, attingentia debitæ quantitatis; inſtrumentum, calor naturalis fortis, & copioſus. 60
augmentatio eſt verus, proprieq́ue acceptus motus. 169
augmentatio præcedentem alterationem requirit. 199
augmentatiua facultas cũ animali incipit, non tamen ſimul cum eo deſinit. 60
augmentum, nutritionis finis. 39
augmentum non ab elementis, ſed ab anima prouenit. 57.58
augmentum animæ, ac formæ; non igni, nec materię principaliter tribuendum. 59
augmentum fit per partes formales, non materiales. 60
augmentum, iuxta Auerroem, ex pluribus motibus, & pluribus quietibus compoſitum. 169
augmentum, & decrementum nutritionẽ conſequuntur. 201
Auic. in tractãdo de ſenſibus, naturę ordinẽ ſecutus. 80.97
auribus compreſſis tinnitus, ac bombus interior, ſalutis indicium. 83.84
auris ſorde obſtructa, aut non audit, aut malè. 84
auris extra lata, ad ſonorum meliorem ſuſceptionem: intuſq́ue tortuoſa anfractuoſaq́ue, ad aerem cõgenitum tutius detinendum, & ab extrinſecis lædentibus cõſeruandum à natura formata. 84

B

BAlneum, vt in anima, in genere cauſę mouet efficientis, vt extra animam, in genere cauſę finalis. 195
Beatitudo humana, corpori quamprimùm exitialis, & mortifera foret. 180
Beatitudo humana haud in diſcurſiua, nec in abſtractiua cognitione: ſed in intuitiua intellectus agẽtis ſpeculatione,

&

& conſequenter in vnita ſimul omnium ſpeculabilium, vt in rationibus ſuis, actuali viſione conſiſtit. 180
Beatitudo matutina, in Dei viſione conſiſtit. 180
Beatitudinem humanam, Theologi à Deo conferri; at Philoſophi, naturali ordine ab ipſomet homine acquiri poſſe voluerunt. 180
Beatitudo, philoſophicè loquendo, homini in hac vita, etſi difficillima, non tamen impoſſibilis exiſtit. 181
Beatitudo humana, manente adhuc vita in calido & humido naturali, à nobis poteſt acquiri: qua quidem acquiſita, homo nõ amplius hac, ſed altera vita viuere dicitur. 181
Beneuolentia tribus modis captatur, ab auditoribus, à perſona docentis, à reipſa. 8
Bilioſis omnia amara videntur. 95
Bilioſi, cur mel extremę linguæ appoſitum, quam amariſſimum ſentiant. 95
Bonitas cæterorum ſenſuum, bonitatẽ tactus ſupponit. 89
Bonitas tactus, bonitatem ſenſitiuam ſimpliciter; at Bonitas viſus, & auditus, bonitatem ſenſitiuam ſecundùm quid duntaxat, oſtendit. 89
Bonum æqualiter enti. 8
Bonum quotuplex dicatur. 8
Bonum, & Honeſtum, ſubiecto idem, ratione differunt. 8
de Boni ratione eſt ſuã communicare alijs perfectionem. 141
Bono malum contrariari, tenet tantummodo de bono generabili, & corruptibili; fallit de bono æterno. 165.166
Bonum, ſalutare. 169
Bonum, vt bonum; & malum, ut malum, non à ſenſu, ſed à ſolo intellectu cognoſcitur. 169
Bonum, & verum conuertuntur. 173
Bonum confert vero appetibilitatem. 173
Bonum intellectus ſpeculatiui, eſt ſimpliciter bonum; at practici, ſecundum quid. 173
Bonum morale in operationibus voluntarijs conſiſtit. 174
Bonum delectabile, in ſenſu; at ſimpliciter, in intellectu. 191
Bonum vniuerſale ab intellectu, at ſub determinata ratione, à ſenſu apprehenditur. 191
Bruta ſentiunt quidem florum odores: non tamen ab eis, ſicut ab odoribus ſapores inſequentibus, commouentur. 88

C

CAdauer, organicum dici neutiquam debet. 32
Cœleſtia ad vbi tantummodo potentiam ſortiuntur. 15
Cæleſtia corpora, ſphærica. 53
Cæleſtia corpora in intellectum haud directè quidem agunt neque per ſe; ſed indirectè tãtũmodo, & per accidẽs. 118
Cæleſtia, abſque ſenſuum adminiculo, purè, abſtractè, ue ſemper intelligunt. 200
Cœlum, nequaquam organicum dicendum. 32
Cœlum, animal magnum. 58
Cœlum primum alterans, non alteratum. 63
Cœlum vnà cum intelligentia, eſt mouens primum, quod in mouendo mouetur. 63
Cœlum viſibile, ratione luminis. 74
Cœlum inter corpora diaphana primum. 76
Cœlum & diaphanum, & actu ſemper illuminatum. 77.78
Cœlum abſque contrario. 89
Cœlum à quatuor primis qualitatibus abſolutum. 105
Cœlum medium inter intelligentias, atq; inferiora. 135.156
Cœlum, iuxta Ariſtotelem, tanquam agens vniuerſale, agit in hęc inferiora ſolo motu, & lumine; nequaquam autem per influentiam. 140
Cœlum medium actionis abſtractorum in hęc inferiora. 156
in Cœlo, iuxta Ariſtotelem, duplex tantummodo motus. 198
Cœli tanquam impaſſibiles, ſenſu minimè indigent. 199.200
Cœlum, ſimplex corpus. 200
Caliditas à tota ſpecie vniuerſam frigiditatem excellit. 9
Caliditas in aqua, non à ſubſtantia, propriaq́ue eius natura; ſed vaporum ei admiſtorum ratione prouenit. 102
Calidi eſt attrahere. 39
Calor, inſtrumentum nutritionis. 46
Calor temperatiſſimus cordis in cerebro. 46.47.59
Calor naturalis, animæ inſtrumentum. 58.59
Calor naturalis, nequaquam igneus. 59
Calor naturalis ad animam, & vt inſtrumentum, & vt materia comparatur. 59
Calor naturalis, non qualitas; ſed ſubſtantia calida, ſeu corpus calidum ſubſtantiale. 60.63.64
Calor duplex, ſimplex, & mixtus: & ſimplex adhuc duplex, elementaris, atque cæleſtis. 63.64
Calor naturalis, animæ inſtrumentum non ſeparatum, ſed coniunctum. 63
Calor naturalis alterare cibum minimè poteſt, niſi priùs localiter moueatur 63
Calor naturalis in agendo alterationem cibi terminatam, ab anima dirigitur. 63
Calor elementaris, deſtructiuus, & corruptiuus: at cæleſtis, viuificus, atque conſeruatiuus. 64
Calor naturalis animalium, & plantarum, ex cęleſti, & elementari calore reſultat. 64
Calor naturalis in corde potiſſimum reſidet. 64
Calor ſeminalis plantarum, & animantium, cęleſti calori perſimilis. 64.
Caloris virtus in ſaporum, odorumq́ue miſtura, neceſſariò requiritur. 92
Calor quammaximè vitalis, & ad exercenda animæ opera neceſſarius. 104
Calor, uitę quammaximè expediens. 110
Calor mẽbrorũ, veluti forma: ĩnatus autẽ, veluti materia. 110
Calor naturalis, calori ſtellarum proportionatus. 183
Canes, leporarij pręſertim, odoratu quãmaximè præſtãt. 88
Capilli, ut pote terreſtris naturæ, ſenſu deſtituti. 201
Caro, iuxta Ariſtotelem, organum tactus. 46
Caro in tactu, vel medium, vel ſenſorium ſecundum. 97
Caro ab Alexandro, non medium, ſed organum tactus exiſtimata. 99.102.103.104
Caro, è ſententia Auerrois, omniumq́ue ferè Ariſtotelis expoſitorum; in tactu non inſtrumenti, ſed medij connati vicem gerit: contra Alexandrum. 99.102.103.104
Caro neruoſa, ſecundùm Medicos, tactus organum, ac inſtrumentum. 103.104
Caro, cordis præſertim, temperatiſſimę cõplexionis. 105
Caro in tactu, organum ſimul, ac medium exiſtit. 105.106
Caro in medio tactilium qualitatum conſtituta. 107
Caruncul æ quędam vias olfactuum cooperientes, à natura animalibus anhelantibus inſertæ, quę inſpirationem detecta, liberum odoribus præſtant ingreſſum. 92
Cauſa diſpoſitiua ad materialem reducitur. 49
Cauſa inſtrumẽtalis, ad genus cauſæ efficientis reducitur. 56
Cauſa materialis, reſpectu aliarum cauſarum, quoquo modo inſtrumentum. 62
Cauſa æquiuoca, perfectior cauſato. 69
Cauſę materiali haud omnia committenda. 134
Cauſarum cognitio multò melior, quàm effectuum. 144
Cẽtrũ circuli, actu, & eſſentialiter indiuiſibile, ac vnũ; potẽtia

tia verò ac habitudine, diuiſibile, atque plurificatū. 117
Cerebrum omnis expers ſenſationis. 47.93.119
Cerebrum, iuxta Galenum, volantarij motus origo. 86
Cerebri temperatura, in homine præſertim, quammaximè frigida, & humida. 88.92
Cerebri particulæ nullo pacto pro olfactus ſenſorio aſſignandę, contra Galenum. 93
Cerebrum, ſecundùm Medicos, ſedes ſenſuum interiorū. 119
Cerebrum, tertium, quod generatur, apud Galenum. 119
Certitudinis diuiſio, & ſubdiuiſio. 10
Certitudo demonſtratiua duplex; vel formaliter, vel virtualiter talis. 10
Cibus odoratus morboſus. 50
Cibus, vegetatiuę animę obiectum. 60
Cicadarum Platonica fabella. 85
Cicadarum ſonus, non per vocalia inſtrumenta, ſed per membranæ cuiuſdam motum efficitur. 85
Cinis, propter nimiam ſiccitatem, inodorabilis. 92
Ciuitatis regimen, humanæ animæ regimini perſimile. 125
Cogitatiua propria hominis forma, in eo quò d homo, & intentionum particularium collatiua: vnde meritò ratio particularis, paſſiuusque intellectus nuncupatur. 11.12.73. 119.132.159.160.173.187.190.158.
Cogitatiua virtus, iuxta Auerroem, indiuiduales ſubſtantias cognoſcit. 20
Cogitatiua à Medicis in medio cerebri ventriculo diſponitur 47.119.142.
Cogitatiua, potentiarum animæ mortalium vltima, atque ſuprema. 53
Cogitatiua in homine ſpecierū nō ſēſatarū apprehēſiua. 71
Cogitatiua, vinculum ſenſus cum intellectu. 73
Cogitatiua intentiones particulares decem omnium prædicamentorum comprehendit. 71.117.
Cogitatiua circa particularia componit, diuidit, atque diſcurrit. 119.120
Cogitatiua ad actionem cum intellectu practico ſimul concurrit. 120
Cogitatiua ſe non per propriam ſpeciem, ſed per propria ſui ipſius accidentia cognoſcit. 130
Cogitatiua immediatè intellectui deſeruit, eique ſubordinatur. 136.138
Cogitatiua perfectiſſima ſenſitiuarum virtutum. 138
ad Cogitatiuam, ob eius maximam perfectionem, ſtatim ſequitur intellectus intrinſecùs operans. 138.139.
Cogitatiuæ officium, iuxta Auerroem, eſt diſtinguere intentionem ab idolo. 143
Cogitatiua eſt virtus indiuidualis, indiuiduales tātummodo, non autem vniuerſales intentiones diſtinguens. 143
Cogitatiua eſt finalis cauſa ipſius imaginatiuæ. 143
Cogitatiua ad memoratiuam, tanquā ad finē dirigitur. 143
Cogitatiua intellectui perquàm ſimilis, haud tamen intellectus; contra Galenum. 143
Cogitatiua circa particularia particulariter diſcurrit. 145. 159.187.194.197.
Cogitatiua ad vnum potiùs, quàm aliud indiuiduum cogitandum, a compluribus cauſis poteſt impelli. 155
Cogitatiua circa particularia componit, diuidit, atque diſcurrit, non ſecus ac intellectus circa vniuerſalia. & ideo ipſa quoque ratio, ac intellectus nuncupatur. 159
per Cogitatiuam, tanquam per formam propriam, atque ſpecificam, homo, & homo eſt, & ab alijs diſtinguitur animalibus. 160
Cogitatiua in homine eſt moralium virtutum ſubiectū. 160
Cogitatiuę ſingulorum hominum particularium, numero ſunt abinuicem ſeparatæ, atque diſtinctæ. 160
Cogitatiua virtus in homine, neceſſaria eſt diſpoſitio, vt ipſi intellectus aſſiſtat. 160
Cogitatiua quatuor modis præcipuè in homine variatur. 160
Cogitatiuæ munus eſt rem abſentem à ſenſu, ac ſi ſenſui præſens eſſet, referre. 172
Cogitatiuæ determinatum, ac manifeſtatiuū inſtrumentum, eſt medium cerebri ventriculum. 173
Cogitatiua, intentionum imaginatarum compoſitiua, atque diſſolutiua. 173
ad Cogitatiuam, imaginatiua, & memoratiua ſubordinantur. 173
Cogitatiuæ duplex officium. 173
Cogitatiua ſpiritalior, minuſque corporea, quàm imaginatiua. 183
Cogitatiua, iuxta Auerroem, eandemmet habet cum intellectu poſſibili ſubordinationem, ac vnionem; quam apud Alexandrum, poſſibilis cum agente. 185
Cogitatiua, vtpote virtus materialis, aſſidua cogitatione hebetatur. 189
Cogitatiua humana circa contingentia, agibiliaque diſcurrit. 197
Cogitatiua humana haud eadem cum intellectu practico, vt malè Saeſſanus; verùm ab eo, vt ratio particularis ab vniuerſali ratione, diſtinguitur. 197
Cogitatiuæ humanæ proprium eſt, in deliberādo bona particularia inter ſeſe conferre, maiuſque minori præferre. 197.198.
Cognitio noſtra ab imperfectis, atque communioribus auſpicatur; & ad perfecta, magiſque propria contendit. 2
Cognitio tam boni, quàm mali, bona. 9
Cognitio duplex, intuitiua, & diſcurſiua. 20
Cognitio ſuperficialis, rei, ab Ariſto. logica, & dialectica nuncupatur. 24
Cognitio vniuerſalis, cognitioni propriæ præmittēda. 26.64.
Cognitio per ſimilitudinem cognoſcentis ad cognitum efficitur. 67.174
Cognitio intellectiua à ſenſitiua dependet. 88
Cognitio intellectus, vniuerſalis; ſenſus verò particularis. 108.119
Cognitio ſenſitiua, in quo conſiſtat. 113
Cognitio, vel ad extra, vel ad intra. 119
Cognitio quò præſtātior, eò obiecto cognito magis vnita. 151
Cognitio, in agibilibus quoque, eſt actioni præponēda. 168
Cognitio qualibet rationalis, extrinſecùs ortum habens, in ſeipſam tandem colligitur. 172
Cognitio de Deo à nobis habita duplex, & quę. 179
Cognitio à nobis de Deo habita per effectus, nec intuitiua, nec abſtractiua appellanda. 179
Cognitio q̄libet ꝑ abſtrationē efficitur à materia 184.186
Cognitio in homine, haud ſufficiens cauſa motus localis. 193
Cognoſcens conuenientiam, & differentiam inter aliqua duo vtrūq; illorū neceſſariò ſeparatē cognoſcit. 117.148.164
Cognoſcibile, abſque virtute cognoſcente, potentia eſt tantū modo, non actu cognoſcibile. 166
Cognoſcibilia in triplici ordine, ſenſibilia, mathematica, & abſtracta. 182
Cognoſcitiua virtus, iuxta Beatum Thomā, triplex, & q̄ 178
Cognoſcitiuam virtutem vnamquanque, ſuus conſequitur appetitus. 190.191
Cognoſcitiua facultas quęcūq;, ſua ꝓſtātior appetitiua. 195
Colligantia maxima in homine intellectus, & voluntatis vniuerſalis,

vniuerſalis, cum intellectu, & volũtate particulari. 140
Color per ſe viſibilis, in ſecundo modo dicendi per ſe. 69. 70.74.75.76.
Color, ſuapte natura, ſuperficiebus corporum inſidet. 74.75
Color, vt color, actus, ſiue extremitas perſpicui terminati. 74.75.79.
Color, ut viſibilis, motiuus diaphani ſecundùm actum. 75.79
Color, vt color, in de ſenſu, & ſenſili; vt viſibilis, in ſecundo de anima, ab Ariſtotele diffinitur. 75
Clor, admiſtio luminis cum opaco terreo. 75
Color a Pythagoreis epiphanus appellatus. 75
Color haud viſibilis ſine lumine. 75.79.85
Colores ĩ tenebris nõ vidẽtur, ob medij ĩdiſpoſitionẽ. 75.76
Color, & lumen eſſentialiter differunt: Auerroes contra Auempacem, & Auicennam. 75
Coloris duplex eſſe, materiale, & formale. 75.76.80.
Color formaliter, ac materialiter, quid, ſecundũ Alb. 75.76
Color non habet ſuũ eſſe formale à lumine, contra Alb. 76
Color vnde viſibilitatem acquirat. 76
Color, quantum ex ſe, in tenebris quoque per ſe viſibilis dici poteſt. 76
Colores, formæ imperfectę. 76
Color albus magis de lumine, & minus de opaco terreo; niger verò è contrario, particeps. 76
Colores non actuantur à lumine. 77
Color non mouet diaphanum, niſi quatenus illuminatũ. 79.
Color in viſu non per phyſicam, ſed per formalem, ſpiritalemque actionem recipitur. 79
Color non videtur per defluxum corpuſculorum à re colorata, in aerem, & oculum ſeſe inſinuantium, ſed purè intentionaliter: contra Democritum. 93
Communitas non à materia, ſed à forma accipitur. 24
Communitas, propria paſſio Dialectica. 24
Comparatio, rerum comparatarum cõuenientiam in aliqua natura communi ſupponit. 56.187
Comparatio duorũ, vel plurium, comparabiliũ, ſecundũ propriã rationẽ factã antea determinationẽ ſupponit. 109
Compoſitio cum materia, falſitatis cauſa. 4
Compoſitio duplex in via Scoti, phyſica, & metaphyſica. 17
Compoſitio metaphyſicalis, Scoti, ab Auerroe nequaquam admittitur. 17
Compoſitio, in quo differt à miſtione. 122
Compoſitio cum tempore, bifariam, vel primò, vel ſecundariò. 163
in Compoſitione tria conſideranda, & quæ. 163
Cõpoſitio, in aĩa, vt ĩ cauſa efficiẽte: in voce, vt in ſigno. 163
Compoſitio propoſitionis, quorum opus. 163
Compoſitum à quib. & in quib. dependent. 16
Compoſitum, quoad apparentiam, videtur habere digniorem ſubſiſtendi rationem, quàm forma. 27
Compoſitum eſt reuera hoc aliquid. 27
in Compoſito quantitatiuo partes quantitatiuæ omnes ſunt in potentia, nulla autem in actu. 31
in Compoſito eſſentiali, partium eſſentialium vna in potentia, altera in actu neceſſariò exiſtit. 31
Compoſitum, & eſſe, & vnum eſſe habet à forma. 31
Compoſitum eſſe perfectius forma, Scotus aſſeruit. 31
Compoſitum eſt perfectius forma extẽſiuè, intenſiuè autem cum forma ęquè perfectum exiſtit. 32
Compoſitum, quòd ſit actu tale, habet à forma. 34
Compoſita atque confuſa, nobis primò nota. 38
Compoſitum ex aliquibus, neceſſe eſt, vt in ſe quoquomodo habeat componentia. 122
Compoſitum ex materia, & forma apud Auerroem, dicit tertiam entitatem. 135
Compoſitum omne ex duobus principijs eſſentialibus, quorum vnum eſt ſubſtantia in potentia, & aliud actus, eſt generabile, & corruptibile. 142
Compoſitũ, ex materia, & forma, velut ex cauſis cõſtat. 146
in Compoſitis, aliud forma, aliud forma in materia; ſiue aliud quidditas, aliud habens quidditatem. 146
Compoſito deſtructo, deſtruuntur quoque illius partes eſſentiales. 187
Concentus propriè in voce. 115
Concluſiones, ex primis principijs nobis innoteſcunt. 178
Concluſionum ſcientia, ex primis principijs intellectuque agente conſurgit. 178
Concoctio à calido efficitur. 59.61.110
Concoctio nutrimenti non fit à calido ſimpliciter, ſed à calido animato. 63
Concupiſcibilis virtutis duæ potẽtiæ, appetitus, & fuga. 170
Conſequentia ex antecedente, & conſequente impoſſibilibus neceſſaria quandoque colligitur. 136
Conſequentis impoſſibilitas, infert impoſſibilitatem antecedentis. 91
Conſonantia ex graui, & acuto ſono inuitem temperatis reſultat. 115
Conſtrictio triplex, 194
Contactus corporum naturalium, haud perfectus, nec abſolutus; ſed medium aerem, aut aquam intercipit. 100.101
Contactus elementorum inter ſeſe, & cęleſtium corporum tum inter ſeſe, tum cum elementis, necnon durorum corporum cum elementis, immediatus. 101
Contactus in corporibus mollibus, immediatus; at in duris, mediatus. 101
Contactus corporum durorum in aere, & aqua, ſi ſenſim iuxta ponantur, haud immediatus; at ſi ui ſe tetigerint, immediatus exiſtit. 101
Contactus durorum corporum cum mollibus, ſi vi fiat, immediatus exiſtit. 101
Continens, concupiſcentiæ ſtimulis fodicantibus, rationem tamen ſectatur. 193
Continentia vnitiua, in vnione reali, formalique diſtinctione conſiſtit. 48
Continentia vnitiua vel ad ſuperiora, vel ad poſteriora continente, ſe extendit. 48
Continuitas, recti materia. 148
Continuum, actu indiuiſibile, potentia diuiſibile. 163.165.
Cõtinuũ potentia diuiſibile, vel re, vel ſaltẽ imaginariè. 163
Continuum, per ſe motum conſequitur. 169
Contrarietas duplex, intrinſeca, & extrinſeca. 60
Contrarietas in quocunque genere, penes diſtantiam maximam per ſe, & non per accidens ad genus illud attinentem, conſideranda. 96
Contrariorũ vna eſt ſciĩa, & vna quoq; eſt ignorantia. 118
Contraria à Deo, non quatenus contraria, ſed per identitatem, quam habent in diuina eſſentia, cognoſcuntur. 167
Contraria, ſecundùm vnam rationẽ magis, ſecundùm alterã minùs diſtant, quàm diuerſa. 172
Contraria, ab eadem potentia cognoſcuntur. 172
ex Contrariorum cõparatione quæſita facilè eluceſcũt. 192
Cõueniẽtia ſpecifica ĩter id, quod agitur; & id, quo agitur. 48
Cor, iuxta Ariſt. & Auer. animę altricis ſenſitiuæque principium, ac ſedes. 15.18.104.110
Cor, membrum corporis principale. 40
Cor, primum, quod in animalibus generatur. 45

Cor

INDEX

Cor, pulſus eſt origo. 86

Cor, caloris naturalis fomes, omniumque viſcerum calidiſſimum. 86.104

Cor, propter maximum ſuum calorem, pulmonis ventilatione, refrigeratione que indiget. 86

Cordis calor, quamuis intenſus, per cerebri tamen contemperatur frigiditatem. 105

Cor, membrum non ſimilare, ſed officiale, atq; organicũ. 105

Cor, ſecundùm Ariſto. commune ſenſuum omnium interiorum domicilium. 119

Cor, iuxta Ariſto. primum; at iuxta Gal. ſecundum, quod generatur. 119

Cor, principium, & finis in animali. 196

in Corde initium ſenſus, & motus. 196

Cor in medio animalis, velut centrum in medio circuli. 196

Corporeitatis forma, priuationis nomine ab Ariſto. ſignificata, ęterna in materia prima; ex ſententia Auerrois, contra Latinos. 45

Corpus quoddã ſpiritale, ꝓpriũ animę vehiculũ. 22.23. 162

Corpus duplex in ſubſtantiam, alterum quantitatiuum, alterum qualitatiuum, Nominales perperã introduxerũt. 78

Corpus, triplici magnitudine prędıtum. 200

orpus animatũ, nequaquã ſimplex, ſed neceſſariò miſtũ. 125

Corpus animæ indumentum eſſe, Platonis opinio. 125

Corpus ſimplex nullum, ſenſitiuum. 200

Corpora naturalia magis ſubſtantia, quàm nec artificialia, nec mathematica. 27

Corpora animalium & plantarum, animæ inſtrumenta. 57

Corpora omnia naturalia, animæ inſtrumenta. 57

Corpora omnia naturalia, terminatæ quantitatis. 59

Corpora nonnulla; alia ſui parte, lucida, & alia, colorata 76

Corporum penetratio impoſſibilis. 77.78.79.90

Corporum quędam lucida ſolùm; quedam ſolùm diaphana; quædam lucida ſimul, atque diaphana. 78.

Corpora in propria miſtura magnam aeris partem intercipiẽtia, valdè ſonora. 81.

Corpora ſimplicia quinque tantummodo, nec plura, nec pauciora. 111

Corruptibilia, quo pacto diuinum eſſe participent. 56

Corruptibile aliquod indiuidualem ſempiternitatem appetere, appetitu libero conceditur; at naturali appetitu negatur. 56

Corruptio hominis eſſentialis, merito non intellectus, ſed cogitatiuę virtutis. 38

Creatio de nouo, ab Ariſt. impugnata. 183.185

in Creaturis, potentia, ab eſſentia diſtincta. 48

Chryſippus ex aris, & ſacrificijs ridiculè Deos eſſe concluſit. 19

D

DAemones, ex Platonicorũ ſentẽtia, medij inter Deos, & Homines. 51

Dęmones purioribus, quàm homines, ſenſibus prędıti. 51

Dæmones tenui, aereoque corpore circumueſtiti. 51

Dæmones, aerea quædam animalia. 200

Dæmones, propterea quòd ſenſum effugiunt, apud Peripateticos nulli. 200

Delectabile ſenſui, ſicut bonum intellectui. 169.173

Delectatio vnde oriatur. 115

Delectatio, reſpectu boni. 169

Delphinus pulmonem, & arteriam habet; & ideo aliqualem vocem, etſi inarticulatam emitt 85

Democritus animam ſpiritum appellat 25

Demonſtrandi modus in ſcientia, eſt quid aduentitium, & accidentale, 9

Demonſtratio quia, & propter quid, de eadem re, ad diuerſas ſæpenumero ſpectat ſcientias. 6

Demonſtrationes eadem, vniuerſaliori, vel minus vniuerſali ratione acceptæ: non ſolùm diſtinctas eiuſdem ſcientiæ partes, verùm diuerſas quoque ſcientias parere ſolẽt 6

Demonſtratio ſimpliciter, per principia formalia, & eſſentialia procedit. 7

Demõſtratio de vniuerſalibus, nõ de ſingularibus habetur. 17

in Demonſtratione medium, non ſolius ſubiecti, nec ſolius paſſionis, ſed ex vtraque conſtans diffinitio. 19

in Demonſtratione medium eſt paſſionis perfecta, & quietatiua diffinitio, à ſubiecto ſ. ſui rationem aſſumens. 20

Demonſtratio ſcientiam generat. 24

Demonſtratio duplex, quia, & propter quid. 38

Demonſtratio, ex proprijs, non ex cõmunibus cõficiẽda. 134

Demonſtratio dans cauſam, & eſſe, vno duntaxat ſyllogiſtico diſcurſu vtrunque quæſitum abſoluit. 142

Demonſtratiua tam docens, quàm vtens, ſcientifica. 24

Denominatio à digniori facienda. 31

Denominatio ab actu, non à potentia efficitur. 31

Denominatio à fine, tanquam à præſtantiori nobilioriquæ cauſa deducenda, 63.160

Denominatio fit à forma vltimò ſecundùm proprias ſuas diſpoſitiones inducta in materia. 106.

Denominatio fit à ſuperabundanti. 183.185c.

Dentes, apud Galenum, ſenſu præditi; at apud Ariſto. ſenſus expertes. 104

Denſitas, quatenus denſitas, eſt in infinitum multiplicabilis, at nõ quatenus in naturalibus corporibus reperitur. 90

Denudatio duplex, vel ſecundùm eſſentiam, vel ſecundùm ſubſiſtentiam. 130

Dependentia à corpore obiectiua duplex. 22

Dependere ſubiectiuè, eſt habere ſuum eſſe in materia, ſiue ſubiecto, ſecundùm extenſionem, & diſpoſitionem quantitatiuam. 184

Deſiderium tum ſenſus exterioris, tum ſenſus communis, vt ab exterioribus apprehenſionibus dependet, eſt de re tantummodo indiuiduali, atque præſenti. 169.170

Deterius, gratia perfectioris, tanquam finis. 8

de Deo duplex notitia, abſtractiua, & intuitiua: & intuitiua adhuc duplex, finita, & infinita. 9

in Deo ſolo, potentia eadem omnino cum eſſentia. 48

Deus particularia non cognoſcit, niſi vt in ſpecie contenta. 55

Deus ſecũdũ Auer. de particularibus nequaquã ſolicitus. 55

Deus non agit influxu vniuerſali, contra Hiſpan. 69

Deus, apud Peripateticos, in hæc inferiora immediatè agere nequit. 69

Deus, apud Peripateticos, inferiora hæc particularia nequaquam cognoſcit: alioquin vileſceret. 69

in Deo, ſecundùm Theologos, intellectus, & voluntas, ſunt ęqualis perfectionis. 69

Deus nequaquam animæ particula appellandus. 126.186

in Deo quidditas, & eſſentia idem. 140

Deus, æquiuocum, non vniuocum agens. 144

Deus, omnium intelligibilium ſimpliciter primus. 247

Deus, vtpote ens per eſſentiam, & per eſſentiam bonus, eſt alijs cauſa, & ut ſint, & vt bona ſint. 153.155

Deus Soli potius, quàm lumini comparandus. 158

Deum ſemetipſum, vt proprium, primariumque obiectum apprehendere; bona verò conſecutiuè, intuitu ſuæ eſſentiæ &

mala

mala verò intuitu bonorum, ſimul, & ſemel in inſtanti intelligere; Sueſſanus de mente Peripateticorum malè determinauit. 166

Deus, iuxta Ariſtotelem, & Peripateticorum doctrinam, priuationes, malaque non intelligit: at iuxta Theologos vnà cum Platone, & mala, & priuationes cognoſcit. 166.167

Dei cognitio, haud abſtractiua, ſed intuitiua. 167

Deus, quo pacto cuncta cognoſcat. 167

in Deo, numeris oĩbus, ſciẽs, & ſcitũ idẽtificatur. 168.178

in Deo non primarium, nec ſecundarium obiectũ; nec ordo intelligendi per prius, & poſterius, introducenda videntur. 178

in Dei eſſentia, omnia vt lucent. 178

Deus ſeipſum intelligens, omnia quoque creata, non vt materialia ſunt, ſenſuque cognoſcibilia; ſed vt in eo vita ſunt, & eminenter cognoſcit. 178

Deus iuxta Theologos, eſt ſibimet beatitudo per naturam, & neceſſariò; alijs verò per volũtatẽ, & cõtingẽter. 180

Deus, non vt agens, ſed vt finis intellectibus cõparatur. 181

Deus, apud Ariſtotelem, in hæc inferiora immediatè nequaquam operatur. 187.188

Deum materiam generabilem, & corruptibilẽ eſſentialiter informare, in philoſophia nequaquam dicendum, contra Alex. tenentem intellectum agentem nobis poſtremò, vt formam, copulatum eſſe Deum. 189

Dialectica, vt docens, ad ſcientiam accedit; vt vtens, à ſcientia recedit. 24

Dialectica, opinionem, & probabilitatem inducit. 24

Dialectica ad omnes ſcientias habet ingreſſum. 24

Dialecticus per ſolam formam diffinit. 24

Dialecticus dicitur diffinire per formã, nõ quę eſt altera pars compoſiti, ſed quę eſt idem eſſentialiter cũ cõpoſito. 24

Dianoetica, virtus eſt animę intellectiua, nequaquam autẽ ſenſitiua, contra Sueſſ. 126.170

Dianoetica, vt pote diuidua, diuiduas quoque formas intelligit; haud tamen, quatenus diuiduæ exiſtunt. 164

Dianoetica eſt illa, quæ diuerſis habitibus informata, tum practica tum ſpeculatiua appellatur. 170

Dianoeticæ phantaſmata ad intellectionem neceſſaria, ſicut exterioribus ſenſibus ſenſibilia ad ſenſationem. 170.171

Dianoetica in ſeipſam conuerſa, diſcurſus de agibilibus excitat. 172

Dianoetica potẽtialẽ, progreſiũque intellectũ deſignat. 173

Diaphaneitas à raritate, non ſola, ſed cum ſubtilitate, & ſpiritalitate partium coniuncta, proficiſcitur. 76

Diaphaneitas, cõmunis qualitas perſpicuis omnibus corporibus, colorum delatiua. 80.107

Diaphanum actuatur à lumine. 75.79.82

Diaphani diuiſio, ac ſubdiuiſio. 75.76

Diaphana omnia, non quatenus talia, aut talia, ſed per naturam communem innominatam, diaphana. 76

Diaphanum, vt in potentia, à lumine; vt in actu, à colore perficitur. 76

Diaphanum, intra ſe totum, & abſque vlla ſui alteratione, mutationeve, colorum receptiuum. 76

Diaphanum, in potentia ad lumen, & tenebras; vt prima materia in potentia ad formam, & priuationem. 77

Diaphanum, abſque vllo prorſus colore. 78

Diaphanum lumine actuatum, eſt ſuſceptiuum colorum, eorumque delatiuum ad viſum. 78.79.85

Diaphanum illuminatum, medium ad viſionem neceſſariò requiſitum. 202

Differentia vel diuiſiua, vel conſtitutiua. 52

Differentia ſenſibilium & propriorũ, & communium ſeparatim, & propriorum ad communia, à nullo particularium ſenſuum, ſed à ſenſu communi indicatur. 117

Differentia ſenſibilium, ut differentia, à ſenſu communi; vt autem relatio, non ab eo, ſed à cogitatiua cognoſcitur. 117

Differentia ſpecifica arguit differentiam formalem. 131

Differentiæ animæ, cum differentijs entium eædem. 181

Difficiliora priùs probabiliter ad vtranque partem diſputari; poſtea demonſtratiuè determinari, ab Ariſtotele conſueuerunt. 112

Difficultas in cognoſcendo duplex, ex parte rei, & ex parte noſtri. 13

Difficultas in materiæ primæ, & intellectus poſſibilis cognitione, ex parte rei eſt æqualis; at ex parte noſtri, intellectus poſſibilis ipſius, maior. 13

Difficultas in intelligendo, maior ex parte intellectus intelligentis, quam rei intellectę. 13

Difficultas intellectui noſtro in intelligendo, non per ſe, nec quatenus intellectui, ſed per accidens, & quatenus nobis copulato, contingit. 31

Difficultatem in cognoſcendo non ex parte rei, ſed ex parte intellectus noſtri tantummodo prouenire, Scotus contra Auerroem arbitratur. 13

Difficultas in cognoſcendo nec rei ſolius, nec ſolius intellectus merito, ſed ex improportione vnius ad alterum conſurgit. 13.94.

Difficultas ſcientię de anima, tum ex parte vię, tum ex parte principiorum. 13

Diffinitio eſt ſermo expreſſiuus ſubſtantiæ rei. 4

Diffinitio conuertibilis cum diffinito. 14

Diffinitiones componuntur ex principijs proprijs, in re obiectiuè, & ſignificatiuè exiſtentibus. 14

Diffinitionis diuiſio, & ſubdiuiſio. 14

Diffinitio ex genere, & differentia, tanquam ex intrinſecis, & eſſentialibus prædicatis componitur. 14

in Diffinitione quęnam genera inquirenda. 14

Diffinitio, diuiſiua compoſitiuaque methodo inueſtigatur, regulis tamen topicis poſterioriſticiſque ſuppoſitis. 14.26

Diffinitio nec ſuperflua, nec diminuta conficienda. 14

Diffinitio diuerſimodè à metaphyſico, & à logico conſiderata. 14

Diffinitio quidditatiuè, et idẽticè prædicatur de diffinito. 16

Diffinitio eſt vniuerſalium, non ſingularium. 37

Diffinitio bifariam vitioſa, & quomodo. 70

Diffinitio accidentia non manifeſtans, dialectica, & vana, & æquiuocè diffinitio. 20.38

Diffinitiones paſſionum animæ, quia cum materia, naturales exiſtunt. 23

Diffinitio quotuplex. 24.38

Diffinitio per ſolam formam Dialectico; per ſolam materiã Mechanico; per utranque ſimul, Naturali philoſopho conuenit. 24

Diffinitio dialectica duplici de cauſa poteſt uocari. 24

Diffinitio, quidditatis, & intellectus inſtrumentum 26

Diffinitio animæ in communi, diffinitionibus proprijs ſingularum animæ ſpecierum, meritò pręponenda. 26

Diffinitio ſiue vniuoca, ſiue analoga, debet omnibus ſub diffinito contentis omni tempore conuenire. 30

Diffinitio tum vniuerſam diffiniti ſubſtantiam exprimere, tum cum eo conuerti debet. 32

in Diffinitionibus formarum ponitur ſubiectum, modò informe, modò formatum. 32

Diffinitio per additamentum quę dicitur, & quando. 33
Diffinitiones ſatis eſt, quòd ſi non actu, aptitudine ſaltem verificentur. 33
Diffinitio bona, à priori propriorũ accidentium diffiniti notitiam largitur. 35.140
Diffinitio, vel principium, vel concluſio. 38
Diffinitio animæ in communi; deſcriptio potiùs, quàm diffinitio appellanda. 38
Diffinitio nõ ſolùm quod quid eſt diffiniti, ſed cauſam quoque accidentium per ſe diffinito inhærentium, oſtendit. 39
Diffinitionem animę ab Ariſto. traditam vniuocam eſſe, perperàm Latini aſſeruerint. 51
Diffinitio, non ęquiuoca, ſed vel vniuoca, vel analoga. 51.52
Diffinitio bene aſſignata, omnes dubitationes circa diffinitum contingentes diſſoluit. 131
Diffinitio animæ in communi ab Ariſt. tradita, nec purè vniuoca, nec purè æquiuoca; ſed analoga; contra Alex. qui eam vniuocam exiſtimauit. 134 139. 188
Diffinitio animæ in communi, iuxta Auer. competit intellectui fermè æquiocè. 138
Diffinitio, haud ex accidentibus conſtat. 147
Diffinitio ſumitur à forma. 187
Digeſtioni tres deſeruiunt virtutes; attractiua, retentiua, expulſiua. 61
Digeſtiones quatuor nutrimenti; in ſtomacho, hepate, venis, & membris. 61
Dyche, qualitas communis aeris, & aquæ, delatiua ſonorum. 80.101.107
Dimenſio ignis, maxima; & terræ, minima; quam materia recipere poteſt. 59.90
Dioſmos, qualitas communis aeris, & aquæ, odorum delatiua. 80.90.101.107
Diſciplina, quædam mentis noſtræ reminiſcentia. 67
Diſciplinatio, haud propriè alteratio dicenda. 67
Diſcurſus bonitas, à bonitate temperaturæ dependet. 89
Diſcurſus per præmiſſas in concluſionem mouetur. 173
Diſcurſus intellectiuus, eſt de obiecto vniuerſali à materia ſeparato. 190
Diſpoſitio in ſenſu patiente, reſpectu ſpeciei; diuerſa à diſpoſitione in obiecto ſenſibili, reſpectu formæ. 106
Diſpoſitio noſtra in intelligendo, diuerſa ab intelligentiarum diſpoſitione. 160
Diſpoſitiones in materia introductas, in priori naturæ minimè deſtrui; nec materiam nudam in eo ſigno remanere formam ipſam ſubſtantialem recipientem; Auctor cõtra Latinos demonſtrat. 29
Diſpoſitiones in organo ſenſus, pro reali, ac pro intentionali receptione, oppoſitæ requiruntur. 130
Diſpoſitiuum duplex; receptiuum, & non receptiuum. 156
Diſpoſitiuum receptiuum, ad materiale; & non receptiuum, ad efficiens genus cauſæ reducitur. 156
Diſtinctio quotuplex. 46
Diuerſa, vna ratione magis, altera minus, quàm contraria diſtant. 172
Diuerſitas materiarum eſt propter diuerſitatem formarum; & non è contra. 131.144
Diuerſitas inter indiuiduum, & quidditatem, non eſt quantum ad eſſe, ſed quantum ad modum eſſendi. 146
Diuina eſſentia nihil prorſus, nec contrariè, nec priuatiuè aduerſatur. 166
Diuiſibilitatis, non ſecus ac infinitatis ratio primò, & per ſe competit quantitati. 165
Diuiſio per accidens competit formis. 45
in Doctrina demonſtratiua, æquiuoca nomina effugienda. 150
Dulcedo, modò à calido, modò à frigido proficiſcitur. 96.97
Duobus in aliquo ſubiecto receptis, imperfectius, materię; & perfectius, formæ vicem gerit. 178
Durities carnium, non accidentalis, ſed naturalis, ineptitudinem ingenij oſtendit. 89
Durum ad ſiccum reducitur. 97

E

Echo fit ex aere, qui vnus, & incluſus, percuſſus vſque ad parietem vaſis concaui, feriẽs, neque potẽs exire, ab illo reiectus, ſimiliter primo ſono, ſonum reddit. 82
Echo ſemper ſonum quocunque modo concomitatur. 82
Echo, ſonus iteratus, primo reſpondens. 82
Echo, ſonus reflexus potius, quàm ſoni accidẽs appellãdus. 82
in Echo non eſt eadem nec numero aeris particula, quæ ſoni ſpeciem ante, & retro defert. 82
Echo, tum pilæ à pariete repercuſſæ, tum lapidi in aquã proiecto, eleganter aſſimilatur. 82.83
Echo à ſono reali, & non à ſpecie ſoni intẽtionali cauſatur. 83
in Echo ſonus primò formatus, & à pariete repercuſſus, eiuſdem exiſtit ſpeciei. 83
in Echo, quomodo ſonus reflexus maneat eiſdem ſyllabis ſignificatiuus. 83
in Echo, cur poſtremæ tantùm, & non primę ſyllabę audiuntur. 83
Effectus abſolutiſſima cognitio, ex notitia cauſę, prҫcipuèque formalis acquiritur. 5
Effectus aliquando perfectior ſua cauſa, non quidem totali, ſed partiali. 69
Effectus æternus à cauſa generabili, & corruptibili nequaquam dependet. 133
Efficere, quàm recipere nobilius. 69
Elementa in miſto, ſecundùm viam communem Latinorum, non formaliter, ſed virtualiter remanent. 29
Elementa in miſto formaliter remanent, contra Latinos. 30
Elemẽta ſunt cõtraria ſub eſſe intenſo, nõ ſub eſſe remiſſo. 31
Elementa, tanquã propinqua primę materia infigurata, interminataque de ſe exiſtũt; facilè aũt ſunt figurabilia, ac terminabilia à quibuſcunque corporibus terminatarum dimenſionum. 5
Elementa quatuor cum lite ſimul, ac amicitia, principia omnium ab Empedocle conſtituta. 96
Elementorũ nullum, nec odoriferũ, nec ſaporoſum. 90.91.94
Elementorũ triplex cõſideratio, vt media extrinſeca ſenſibilium, vt loca naturalia viuentium, vt peregrinarum impreſſionum receptiua. 102
Elementum, quò cælo proximius, eò formalius. 102
Elemẽtũ ĩ ſua puritate, vtrãque hẽt in ſummo qualitatẽ. 102
Elementum in natura purum minimè reperitur. 102
Elemẽtũ à cælo cõtinẽdi, locandique virtutẽ nãciſcitur. 102
Elementũ elementi locus, ſecundũ vnam tantummodo; at locus animalis, ſecundùm vtranque qualitatem. 102
Elementum locus dicitur naturalis, non formę, ſed qualitatis ratione. 102
Elixatio, à calore humido, velut aſſatio à calore ſicco. 64
Empedocles cognitionem, è ſimilis; & deceptionem, è diſſimilis contactu prouenire exiſtimauit. 118
Ens ſecundùm multiplicem conſiderationem, multipliciter quoque diuiditur. 15
Ens, nullum, nobis naturaliter ignotum. 88
Entia pfectioru minima in quãtitate, maxima in virtute. 54

Entia, diuerſis quidem per vniuerſum perfectionibus diſperſa; atqui in vnum ordinatè redacta; & ſibi gradatim deſeruientia. 125
Entia vel ſenſibilia, vel intelligibilia. 131
Entia creata, à Theologo, vt in Deum relata; at à Philoſopho, vt talia, vel talia, conſiderantur. 180
ex Entibus pluribus in actu, quatenus in actu, vnum per ſe fieri minimè poteſt; ſed bene, quatenus vnum ad alterum, vt perfectibile ad perficiens ſubordinatur. 139
Entium quadruplex diſtributio. 1
in Entium ordine datur mouens tantùm; mouens ſimul, & motum; & quod mouetur ſolùm. 122
Error paruus in principio, maximus fit in fine. 130
Eſſe ab eſſentia proficiſcitur. 31
Eſſe materiale, eſſe ſenſibilis, atque intelligibilis fundamentum. 55
Eſſentia eademmet intellectualis in nobis, dicitur in actu, per agentem; & in potentia, per poſſibilem intellectum. 160
Eſſentiam numero eandem, ſecundùm diuerſas habitudines, diuerſaque eſſe, diuerſas quoq; operationes habere, haud inconuenit; contra Pomponatium. 185
in Eſſentialibus, abſque in infinitum proceſſu, eſt deuenire ad aliquod primum. 14
Eurithmus ad Poetas præſertim ſpectat. 85
Exceſſus, ſenſus corrumpunt. 115
Excrementa alimenti, terreſtris ſunt naturæ. 94
de Exēplo nō verificatio, ſed ſola manifeſtatio requiritur. 75
Exemplum, ad rei difficilis explicationem, perquàm accommodatum. 117
Exiſtimationis differentia ſcientia, opinio, & prudentia. 120
ad Exiſtimationem ſequitur motus in parte appetitiua, & alteratio deinceps in corpore. 120
Exiſtimatio duplex; vniuerſalis, atque particularis. 198
Expiratio, eſt aeris calidi. 86
Expiratio, pulmonis beneficio conceſſa. 86.87
Extrinſecum quippiam, ad rei alicuius operationem bifariam requiritur. 64

F

FAbri admiranda ſolertia. 172
à Facilioribus, via doctrinæ, ſemper exordiendū. 130
Fœlicitas humana, in ſubſtantiarū ſeparatarū ſpeculatione, potiſſimum ſtatuenda. 11
Fœlicitas humana, in copulatione intellectus agentis cū poſſibili, ab Auer. reponitur. 11.36
Fœlicitas moralis, in intellectus agentis cum poſſibili copulatione nequaquam reponenda, ſed in vita ſecundùm virtutem conſiſtit. 11
Fœlicitas ab Auerroe in adeptione intellectus agentis repoſita 36
Fœlicitas humana, haud in perfectione intellectus per ſcientias ſpeculatiuas ſtatuenda. 152
Fœlicitas, nec brutis, nec pueris communicabilis. 180
Fœlicitas bifariam nobis contingit, vel bonitate diuina, vel per ſcientiarum habitus acquiſitos. 180
Fœlicitas, ex ſententia Ariſtotelis, nobis quidem ineſt, ſed parua tempore durat. 181.184
Fœlicitas actiua ad contemplatiuam, tanquam ad præſtantiorem, finemque hominis poſtremum ſubordinatur. 189
Fœlicitas hominis propria, quatenus homo, haud ſpeculatiua ſed moralis actiuaque exiſtit. 189
Fœlicitas contemplatiua homini competit, non quatenus homo, ſed quatenus ad diuinitatem ſublato. 189
fœlicitas hominis contemplatiua, haud in diſcurſiua, & per effectus, ſiue à poſteriori acquiſita; ſed in intuitiua, eſſentialique Dei intellectione conſiſtit. 189
fœlix, tempore ſomni, à miſero nequaquā diſtinguitur. 179
falſitas in propoſitionibus bifariam committitur, vel ex parte rei, vel ex parte temporis. 163
falſitas, & eſt in genere mali, & in mali cognitione conſiſtit. 173
falſitas, & falſum: lege Veritas, & Verum.
fames eſt appetitus calidi, & ſicci. 51
fames eſt ſenſus reſolutionis ſubſtantiæ craſſæ, calidæ, & ſiccæ. 51
φάσις, apud Ariſtotelem, & Platonem, dictionum ſimplicium expreſſiua. 167
figura, quæ termino, vel terminis clauditur. 52
in figuris prius, & poſterius. 52.53
figura, quantitas terminata. 72
figura ſenſibile commune 72.96.97
figura, nihil contrarium. 96
figura eſt qualitas in quantitate. 111
figura non idem, quod magnitudo, ſed ſemper magnitudinem conſequens. 111.112
finis duplex, acquiſitus per motum, motuique ſuppoſitus. 8
finis duplex, quo, & gratia cuius. 11
finis duplex, generationis, & rei iam genitæ. 11
finis practicæ, opus; ſpeculatiuæ, veritas. 11
finis his, quæ ad finem, nobilior. 24.56
finis bifariam naturalis; vel propria, vel communi naturalitate. 49
finis tempore poſterior, ratione prior. 54
finis duplex, gratia cuius, & cui. 56
finis, eiuſdem rationis cum his, quæ ad finem. 176
fixio rei, extrinſecam ab alio dependentiā nō ſupponit. 182
fluxio corporum, à materia proficiſcitur. 181
forma tum materia, tum compoſito perfectior, atque nobilior. 7
formę nomen ab Auerroe, Scoto, & Sancto Thoma, diuerſa accipitur ratione. 17
forma, apud Auerroem, ſubit rationem naturæ communis per differentiam indiuidualem contractæ, apud Scotum. 17
forma bifariam; vel pro altera parte compoſiti, vel pro forma totius. 24
formæ ſubſtantiales per accidens ſentiuntur. 27
forma, ſecundùm veritatem, digniori modo ſubſtantia, quàm compoſitum & dicitur, & exiſtit. 27
à forma prouenit nomen, eſſentia, perfectio, abſolutio, & diffinitio rei. 27
formam omnem eſſe accidens, nonnulli falsò exiſtimarunt. 28
formæ accidentalis ſubiectum, ens in actu; ſubſtantialis, ens in potentia. 28
forma ſubſtantialis pars ſubſtantiæ compoſitę, accidentalis minimè. 28
formæ elementorum mediæ inter ſubſtantias, & accidentia. 29
forma miſti, in via Auerrois, immediatè terminat formas elementorum ſubſtantiales. 29
formarum ſubſtantialium in compoſito pluralitatem, Sanctus Thomas, & Pomponatius negarunt: Auicebron, Auerroes, & Gandauenſis conceſſerunt. 29
forma à perfectione, vt minus commune à communiori, diſtinguitur. 30

Forma materia, ſecundùm eſſentiam vnitur. 31
Forma primò, & per ſe eſt ens, & vnum. 31
Formam eſſe principium indiuiduationis, malè ex Auerroe Truſianus collegit. 31
Forma, in materia, ſuæ derogat perfectioni. 32
Formæ, quantò magis materiales, tantò minus p̄ſupponũt. 32
Formæ elementorum, miſtorumque inanimatorum, ob earum imperfectionem, nulla indigent organizatione. 32
Forma duplex, informans, & aſſiſtens. 132
Forma intenſiuè eſt perfectior compoſito, non ratione habiti, ſed ratione modi habendi. 32
Formę artificiales ſunt accidẽtia; at naturales, ſubſtãtia. 34
Formæ operationes ſuas in materia, ſubiectoque corpore perpetuò exercentes, à corpore materiaque inſeparabiles exiſtunt. 35
Formæ naturales ad maximũ, minimumque determinãtur. 42
Formæ ab agentibus in materiam inductę, in determinato, rectèque diſpoſito patiente collocantur. 43
Formam inclinatio conſequitur. 47
in Formis inmaterialibus, potẽtia cũ eſſentia realiter eadẽ; at in materialibus vna ab altera realiter diſtincta. 48
Forma accidentalis, vt inſtrumentum, in virtute formæ ſubſtantialis, ſubſtantialem formam producit. 48.49
Formę ſubſtantiales, & accidentales, in quo conueniunt, & in quo differunt. 49
Forma, vt quo, non, vt quod, operationis principium. 49
Formæ accidentalis actualitas, cauſatur ab actualitate ſubiecti. 49
Forma ſubſtantialis facit eſſe ſimpliciter, eiuſque ſubiectum eſt ens in pura potentia: at Forma accidentalis, facit eſſe ſecundùm quid, & eius ſubiectum eſt ens in actu. 49
Forma eadem, in duabus materijs ſpecie differentibus reperiri neutiquam poteſt. 55
Forma ſola inter omnes cauſas, eſt ſimpliciter, & ſine additione aliqua, cauſa ipſius eſſe. 57
Forma bifariam agit, & vt forma in materia, & vt inſtrumentum primæ cauſæ. 68
Formæ, aliæ reali ſimul, intentionalique agunt actione; aliæ, intentionali duntaxat. 69
Formæ reali actione agentes, intentionali quoque agunt actione, ſed non è conuerſo. 69
Forma reali agens actione, ad agendum eget organo corporeo, & qualitatibus primis: at Forma intentionaliter agẽs, ſeipſa agit, abſq; corporeo inſtrumento. 69
Formæ materiales, ſi vniuerſales, ab intellectu; ſi particulares, à cogitatiua cognoſcuntur. 71
Forma de materialibus, atque immaterialibus æquiuocè dicitur. 131
Forma duplex apud Auer. conſtituta in eſſe per ſubiectum, & non conſtituta in eſſe per ſubiectum. 132
Forma propria hominis in eo, q̄ homo, non intellectus, ſed cogitatiua exiſtit. 132.138.185.187
Forma triplex, materialis, abſtracta, & media. 133.174
Formæ dantur ſecundùm merita materiæ. 134
Formæ quantò nobiliores, tantò magis virtutem habent materiam ſupergredientem. 137
Formarum ſubſtantialium in eodem compoſito pluralitas, à Latinis omnino negatur. 137
Formæ veræ intelligibiles, in manente, & actuali; illarũ verò veſtigia, in progreſſo, ac poſſibili reſidẽt ĩtellectu. 145
Forma maximè digna, vt principium appelletur. 138
Forma bifariam inſeparabilis dicitur, vel quia informans, vel quia organica. 142
Forma limitat, & diſtinguit materiam. 144
Formam de ſubiecto in ſubiectum migrare, impoſſibile. 154
Forma materialis, per ſe indiuiſibilis, per accidens diuiſibilis, contra Philoponum. 165
Forma materialis, vt in ſubiecto eſt diuiſibili, haud intellectus ipſius in actu; ſed magis dianoeticæ virtutis obiectum. 165
Forma materialis, vt forma, & actu, & potentia per ſe indiuiſibilis; diuiſibilis verò per accidens, prout in ſubiecto diuiſibili exiſtit. 165
Formæ ſubſtantiales elementorum, omnium imperfectiſſimæ. 169
Forma eſt cauſa eſſendi. 181
forma à materia imperficitur, atque vileſcit. 181
formæ præuiæ, ad vltimam, vt potentia ad actum, in eodem indiuiduo ſubordinantur. 185
formæ abſtractæ quidditatiuè à Metaphyſico conſiderantur. 185
forma, vt forma, mouet; vt in materia, mouetur. 189
in formis totis, q̄ præter naturã eſt, minimè reperitur. 192
frigiditas generationi inimica. 55
frigus, vitæ inimicum. 110
fruſtra illud dicitur, quod eſt natum in aliquo attingere finẽ, quem non attingit. 46
fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, & æquè bene. 119.120
formicæ non perfectam, ſed indeterminatam obtinent phantaſiam. 121
formicæ memoria præditæ. 121
formicæ grana colligentes, naturali potiùs inſtinctu, quàm diſcurſiua, animaliùe prouidentia hoc operantur. 121.195
fundamenta Ariſtote. ſenſata; Platonis, intellectualia; Theologorum, credita. 166.189

G

GEnerabile, cum ad perfectionem generationis ſuæ peruenerit, ad perfectionẽ quoque virtutis, atque operationis ſuæ, vel actiuæ, vel paſſiuæ perueniſſe videbitur. 176
in generabili quocunque, quidditas diſtinguitur ab habente quidditatem. 177
Generãdi facultate priuantur animalia imperfecta, orbata, ſpontaneamque generationem habentia, & cur. 55
Generare ſibi ſimile, eſt opus naturaliſſimum viuentibus; nõ quatenus talia, aut talia viuentia; ſed quatenus viuentia ſimpliciter. 56
Generare, animatis, & inanimatis æquiuocè conuenit. 60
Generatio pręcedentem ſemper ſupponit alterationem. 20.41.46.179
Generatio omnis ſubiectum, contrariumque requirit. 45
Generatio, terminus alterationis. 48
Generatio bifariam; ab extrinſeco, & ab intrinſeco; ſiue cõmuniter, & propriè. 55
Generatio ad eſſe ſpecificum, ſpecificamque immortalitatem conducit. 55
generatio duplex; realis, ſeu materialis; & intentionalis, ſeu ſpiritalis. 56
generatio, & corruptio, apud Peripateticos, ſucceſſiuè æterna. 132
generationis via ĩperfectũ, in eodẽ, perfectũ antecedit. 161
generatio hominis duplex, materialis, ac ſpiritalis. 179
generatiua facultas, nutritiua, & augmẽtatiua finit. 60. 63
generatiua facultas, neque cum animali incipit, neque cũ eo ſimul deſinit, ſed in determinato tempore operatur. 60

Generatiua duplex operatio,deciſio ſeminis ex ſuperfluo alimenti vtili,& procreatio ſimilis in ſpecie generanti. 60
Generatiua materia,ſiue inſtrumentum,eſt vltimò decoctũ alimentum;finis,permanentia in ſpecie ſempiterna. 60
Genita ex putredine,& ex propagatione,nequaquam eiuſdẽ ſpeciei,contra Latinos. 57
Genus per ſeipſum,ſecluſis ſpeciebus, nihil penitus eſſet. 16
Genus generaliſſimum ſubſtantia vniuocum,non eſt ſubſtantia,ſed corpus ſenſibile. 27
in Genere vnoquoque datur vnum primum,penes cuius acceſſum,& receſſum cætera omnia in illo genere menſurantur. 52
in Genere vnoquoque eſt vna prima contrarietas. 98
Genus duplex,proximum,& remotum. 98
Ginglymus eſt vel duorum oſſium compoſitio,vel duorũ anulorum connexio;ita diſpoſitorum,vt alterius conuexũ concauo reliqui adhæreat. 196
Gradus in miſtis duplices,intentionales,atque reales. 32
Graue,quaſi continuum pellit. 85
Graue,quod ſenſum mouet in multo tempore,paruum. 85
Graue in ſono,quod auditum tardè mouet, & citò ceſſat. 85
Grauia ſub leuibus naturaliter diſponuntur. 101
Grilli, abſciſo capite, cantant. 85
Guſtus duplex, perfectus, & imperfectus: ſiue communiter, & propriè ſumptus. 50.51.53
Guſtus communiter ſumptus, in quocunq; animali,pariter ac tactus,reperitur:at propriè acceptus,in animalibus duntaxat perfectioribus reſidet. 50.51
Guſtus imperfectus,ſiue communiter ſumptus, idem realiter cum tactu,ſolaque ab eo ratione diſtinctus:at perfectus,ſiue propriè acceptus,à tactu realiter diſtinctus. 51.53
Guſtus aquæ aſcribitur. 87
Guſtus eſt quidam tactus: & ideo in homine perfectior ac certior,quàm in cæteris animalibus. 89
Guſtus tactu nobilior, minoriſque neceſſitatis pro vita animalis. 93
Guſtus quidam tactus dicitur eſſe quoad ſentiẽdi modum, nõ autem rõne obiecti;ſiue quoad materiã,nõ quoad formã. 93
Guſtum quẽdam eſſe tactum,trifariam declarat Egidius; ex parte medij,obiecti,atque inſtrumenti. 94
Guſtus eſt realiter formaliterque potẽtia à tactu diuerſa,nec ab eo diuerſa diſpoſitionis duntaxat ratione diſtinguitur, vt falsò nonnulli aſſeruerunt. 94
Guſtus ſenſorium,potentia,haud actu humidum. 95
Guſtus non per medium extraneum,ſed connatum guſtabile percipit. 103
Guſtus animali,pariter ac tactus,neceſſarius. 200
Guſtus eſt ſenſus nutrimenti. 200.201
Guſtus haud ſimpliciter tactus,non tamen ſine tactu, 201
Guſtus,vt diſtinctus à tactu, tactu melior atq; pfectior. 202

H

HAbitui,potentia ad operandum,eſſentialis; actualis autem operatio, accidentalis. 33
Habitus haud ſubſtantia,ſed circa ſubſtantiam. 144
Habitus acquiſiti ſignum,eſt facilis,expeditaq; operatio. 160
Habitus intellectus triplex,ſpeculatiuus, actiuus,& quodãmodo medius. 173
Habitus actiui omnes,circa ſingularia. 173
in Habitibus generandis, ratio practica, atque ſpeculatiua ſumitur ab obiectis: at Habitibus intellectiuis præſentibus,ratio vtriuſque à fine deducitur. 174
Habitus actiui,& morales,ad fœlicitatem ultimã aſſequendã pernecesſarij exiſtunt; contra Sueſſa. 179.180
Haccheitates Scotiſtarum. 17
Haccheitates Scoti,à Sancto Thoma,& ab Auerroe nequaquam admittuntur. 17
Harmonia,commenſuratio circa acutum,& graue. 85.115.
Harmonia in commenſurata quadam reperitur proportione. 107
Hepar,primum,quod generatur,ſecundùm Galenum. 119
Heraclitus animam,ſcintillã ſtellaris eſſentiæ nũcupauit. 25.
Heroica virtus,virtus diuina. 180
Hippocrates duo fuerunt,Medicus vnus, Mathematicus alter. 14
Hippocrates animam ſpiritum tenuiſſimum, per omnia membra diffuſum,aſſeruit, 25
de Hiſtoria animalium liber,ſextus in naturali philoſophia. 6
Homo ex anima, & corpore conſtitutus. 1.132
Homo,ſecundùm Plotinum,ex corpore, anima,menteque cõſtans. 1
Homo animalium omnium perfectiſſimus. 1.50
Homo, animal electiuum. 1
Homo, omnia quodammodo entia, ipſumque vniuerſum. 1.125.178
Homo, diuinorum cum naturalibus nexus; & mortalium, ac æternorum indiſſolubile vinculum. 1.2.125
Homo, ſecundùm Platonem, ſola puraque anima, corporeo vtens inſtrumento, diffinitur. 1
Homo non ab intellectu,ſed à cogitatiua eſſe propriũ,& ſpecificum obtinet. 38.132.138.160
homo animalium prudentiſſimus. 46.47.59.89
hominum corpora erecta. 53.58
homo,omnium ſublunarium finis. 57
homo ſolus inter animalia,rectus incedit. 58
hominem ab ortu vſque ad interitum,non eundem per æquiualentiam tantummodo,fluminis inſtar,vt malè Sorticula; ſed eundemmet numero remanere, ratione humidi radicalis,quod non ex toto corrumpitur, ſed vſque ad obitum aliqua ex parte conſeruatur; Auctor vnà cum Alexandro, Auerroeque determinat. 62
homo poteſt ad libitum intelligere,non autem ad libitum ſentire. 67
homo, animal communicatiuum. 86
homo,pro magnitudine ſui corporis,minimè omnium ferè animalium à remotis odorat: meliùs tamen, & exactiùs cæteris animantibus odorabiliũ differentias cognoſcit. 88
homo in odorando brutis,in duobus inferior,& in duobus ſuperior 88
homo,deterioris odoratus in recipiendo, at melioris in indicando. 88.89
homo,per ſe quidem perfectioris odoratus, quàm cætera animalia; per accidens autem tantummodo,deterius ipſis odorat. 88
homo maiorem,quàm cætera animalia,cerebri quantitatem pro ſui corporis tenet menſura. 88
homo praui odoratus,propter organi indiſpoſitionem, difficilemque odorum in ſenſiterio receptionem. 88 89
homo odorabile percipit,vt triſte,vel iucundum, ob vehemẽtem ſenſiterij commotionem. 88.89.92
homo temperatiſſimæ complexionis,reſpectu aliorum animalium. 88.89.
in homine cutis tenuiſſima,præ cæteris animalibus. 88.89
homo ſecũdũ viſum,auditũ,& olfactũ,multis inferior aĩalibus:at ſecundùm tactũ,& guſtum,omnibus ſuperior. 89

Homo, abſque inſpiratione, nequit odorare; & ideo ſub aquis non odorat. 80.91
Homo, vt odoret, indiget forti motu ab obiecto, eius ſenſorium vehementer feriente. 92
Homo, vt animalium perfectiſſimus, ſenſibus omnibus à natura donatus. 110.112
Homo à Deo differt, vt medium vniuerſi ab vniuerſi principio. 125
in Homine intellectus, primò, vt poſſibilis; ſecundò, vt in habitu; poſtremò, vt in actu, operatur. 125
in Homine duplex natura; materialis, & abſtracto; necnon mortalis, atque æterna. 125.126
Homo per alteram formam dicitur homo, & per alteram intellectiuè operatur. 132
Homo per intellectum intelligit, tanquam per formam, nõ informantem, nec dantem eſſe; ſed aſſiſtentem, atque intrinſecùs operantem. 132.133.139
Homo, quoquomodo Deus. 178
Homo ſolus inter compoſita, in Dei cultum ordinatus. 180
Hominem in hac vita beari poſſe, ab Auerroe affirmatum, à Sancto Thoma negatum. 180
Homo non in hac vita, ſed in altera beatur; nec ſic in altera, vt non etiam in iſta. 181
Homo vtriuſq; naturæ, mortalis, ſ. immortaliſq; particeps. 183
Homo per vegetatiuam, ac ſenſitiuam mortalis; per intellectum, & voluntatem immortalis. 183
Homo ſolus inter mortalia, quammaximè diuinitatis particeps. 184.187
Homo ſolus animalium conſultiuus. 187
Homo eſt homo per cogitatiuam, non per intellectum, contra Scotum, Pomponatium, & Alexandrum, 187.189.
Hominẽ, ob bonitatem cogitatiuæ, quidpiam, quod nunquam ſenſit, nec illius ſimile, cogitare; particularum tamen nonnularum in ſenſu reſeruatarum beneficio adiutum; eſt poſſibile. 172
Homo non componitur ex corpore, & intellectu, vt ex motore, & moto; ſed vt ex forma intrinſecùs operante, hominíque non ſpecificum, ſed diuinum eſſe largiente. 185
Homines in triplici communicãt intellectu, ſpeculatiuo, actiuo, & factiuo. 189
in Homine animæ tres, ſed animatio vna. 194
Homo per ſenſitiuum appetitum, à iucundo; & per rationalem, à bono mouetur. 195
Homo à duobus contrarijs appetitibus ſimul quandoque mouetur. 198
Homo, iuxta Alexandrum, temporis factiuus. 195
Homo ſolus animantium, tempus cognoſcit. 195
Homo ſolus animantium, futurum conſiderat. 195
Honor, virtutis præmium. 8
Humanum genus vniuerſum, corpori vnius indiuidui ex diuerſis membris, varioſque functiones habentibus conſtituto, perbellè à Pomponatio aſſimilatur. 189
Humanum corpus, propter nobilitatem temperamenti, cutiſque tenuitatem, quammaximè paſſibile. 199
Humidum, cibi vehiculum. 51
Humidũ in animali duplex, ſeminale, atq; nutrimentale. 62
Humidum ſaporoſum, vel actu, vel potentia proxima guſtus obiectum. 93
Humidum ex ſicci admixtione, ad varios ſapores recipiẽdos promptiſſimum. 94
Humidum, quatenus humidum, nõ eſt formale guſtus obiectũ ſed materia tantummodo proprij, & formalis guſtus obiecti, nempe ſaporis. 95

I

Ictericus humorem bilioſum per corneam ſuffuſum, per vueam, tãquam per mediũ actu lucidũ, introſpicit. 81.
Ictericis omnia crocei coloris apparent. 130
Idea Platonica, ab Ariſtotele multipliciter improbãtur. 17
Idea, iuxta Platonicos, particularium cauſa tum in eſſendo, tum in cognoſcendo. 15
Idea in rebus cõſequẽter ſe habẽtib. iuxta Pla. nulla. 51.52
Idea in anima humana, intellectus agentis beneficio, à Themiſtio, & Auer. clariſſimè aſſeruntur. 182
Idem contrariorum ſimul eſſe ſuſceptibile, verificatur potẽtia duntaxat, actu nequaquam. 117
Identitas numeralis in indiuiduo animante remanet, ratione membrorum ſpermaticorum principalium. 45
Ignis in concauo orbis Lunæ, nõ habet accidentia per ſe ſenſibilia. 19
Ignis, non inquãtũ ignis, ſed inquãtũ calidus operatur. 20.49
Ignis non per verum augmentum, ſed per iuxta poſitionem creſcit. 39.40
Igni nutritio, & augmentũ potiſſimùm attribui ſolet. 58.61
Ignis ad nutritionem, & augmentum, non vt cauſa, ſed vt cõcauſa potiùs, ac inſtrumentum concurrit. 59
Igni nec verũ augmentũ, nec vera nutritio cõuenit. 59.61
Ignis in concauo orbis Lunæ inuiſibilis, propter ſeparationẽ ſenſibilium communium à ſenſibilibus proprijs. 73
Ignis triplex. ignis carbo, ignis flãma, & ignis lumen. 77
Ignis vtriuſq; naturæ, lucidæ. ſ. & coloratæ particeps. 79.80
Ignis, omnium corporum rariſſimus. 90
Illuminatio non fit per partem poſt partem, nec ſucceſſiuè; ſed tota ſimul, & in inſtanti; contra Gandauenſem. 78
Imaginatio, nõ appetitiua, ſed cognoſcitiua aĩæ facultas. 118
Imaginatio, in noſtra poteſtate. 119
Imaginatio ad impoſſibilia extenditur. 119
Imaginatio meni quoque paſſiua appellatur. 119
Imaginatio ab exiſtimatione diuerſa. 119.120
Imaginatio in confinio ſenſus, atque exiſtimationis. 119
Imaginatio ab opinione diuerſa. 119.120.121
Imaginatio neque ſenſus, neque intellectus, ſed ab vtroque diuerſa. 119.120.121
Imaginatio, nec ſenſus ĩ potẽtia, nec ſenſus in actu. 121.122
Imaginatio nunquam ſine ſenſu, ab eo tamen diſtincta. 121
Imaginatio à ſcientia, & intellectu diſtincta. 121
Imaginatio, nequaquam ex opinione, & ſenſu compoſita, contra Platonem. 121.122
intellImaginatio, non ſemper vera, ſed modo vera, modo falſa. 121.123
Imaginatio & ſomni tempore, & cum ſenſibilium quoque abſentia operatur. 121.223
Imaginatio ſecũdũ Plat. inter ſenſum, opĩonẽq; media, p extremorũ æquidiſtantiã, non per eorũ compoſitionem. 122
Imaginationem eſſe ipſamet ſimulachra a ſenſibus accepta, falsò nonnulli exiſtimarunt. 122
Imaginatio, ſeu phantaſia, eſt motio quædam, non ſine ſenſu, ſed in his, quæ ſentiunt, & quorum ſenſus eſt. 122.123
Imaginatio, apud Græcos φαντασία, nomen a ſenſu viſus accepit. 123
Imaginatio, ſeu Phantaſia, eſt motus factus a ſenſu ſecundùm actum. 123
Imaginatio ſenſui maximè coniuncta, atque affinis. 123
Imaginatio, in ſuis figmentis, initium capit à ſenſu. 123
ſecundùm imaginationem multa & facere, & pati, animalia contingit. 123.124

INDEX

Imaginatio abſque conſilio, electioneque mouet. 124

Imaginatio in ſomnijs, in animi perturbationibus, & in morbis, intellectu tunc quodammodo conniuente, inordinatè operatur. 124.

Imaginatiua operatur, obiecto non præſente. 18

Imaginatiua duplex; perfecta, & imperfecta; & duplex inter vtranque diſcrimen. 41.123.191

Imaginatiua imperfecta, præſentia tantùm cognoſcit, ſemperque vnà cum ſenſu exteriori operatur; at perfecta, abſentia quoque percipit; & per ſeipſam operatur, exterioribus ſenſibus quieſcentibus. 41

Imaginatiua perfecta, in parte determinata cerebri reſidet: at imperfecta, per totum corpus diffunditur. 41.191.197

Imaginatiua à Medicis in primo, anterioríque ventriculo cerebri conſtituta. 41.47.119.142.

Imaginatiua abſtrahit tum à materia, tum à præſentia materiæ; nō tamē ab appēditijs, ſeu cōditionib. materiæ. 71

Imaginatiua, in perfectioribus duntaxat aīalib. reperta. 86

Imaginatiua, ſpecierum à communi ſenſu ad ipſam tranſmiſſarum retentiua. 119

Imaginatiua, ſecundùm Auerr. à cogitatiua diſtincta. 119

Imaginatiua, ſiue phantaſia duplex; rationalis altera, hominis propria, quę cogitatiua appellatur; & irrationalis reliqua, quæ in brutis reperitur. 119.120

Imaginatiua, ſiue Phantaſia bifariam accipitur; metaphoricè, & propriè; & propriè adhuc bifariam, vel in poteſtate noſtra conſtituta, vel minimè. 120

Imaginatiuam eſſe virtutem cognoſcitiuam, à ſenſu cōi realiter diſtinctam, Auctor vnà cum Beato Tho. & Auerro, contra Auicennam determinat; qui eam retentiuam tantummodo eſſe exiſtimauit. 120

Imaginatiua valde conuenit cum intellectu. 122

Imaginatiua eſt per omnem ſenſum, tam cōem, quàm particularem, formarum ſenſibilium ſuſceptiua. 122

Imaginatiua in ſenſibiliū cōium, & per accidens iudicio, pariter ac ſenſus, frequenter decipitur; circa ſenſibilia etiā propria, in eorum abſentia, multoties errat. 123

Imaginatiua, qua formas ſenſibiles tantummodo recipit, circa propria ſenſibilia, ſemper vera; qua verò, prout vult, effingit, atque depingit; modò vera, modò falſa. 123

Imaginatiua, virtus in corpore, & materialis, atque extenſa. 134.165

Imaginatiua ad cogitatiuā, tanquā ad finem ordinatur. 143

Imaginatiua ſeu phantaſia, in abſtractorum quoque diuinorumque contemplatione, intellectui progreſſo frequenter ſeſe immiſcere ſtudet. 161

Imaginatiua ac phantaſia, à Platone extremum malum appellata. 161

Imaginatiua ſeu phātaſia, ītellectus quādoq; appellatur. 172

Imaginatiua perfectior ſenſu communi. 178

Imaginatrix facultas, ſubiecto vna, eademque cum ſenſibili ratione tamen ab eo diſtincta. 123

Imperfectius, in virtute non quidem propria, ſed ſuperioris alterius agentis; vltra gradum proprium agere, perfectiuſque producere poteſt. 20.57

Imperfectum, in eodē, generationis via, pfectū antecedit. 30

Impfecta, naturæ ordine, ad perfectorū cōmodū ordinata. 57

Imperfectum bifariam; vel reſpectu propriæ ſpeciei, vel reſpectu proximi generis. 192

Inanimata, animæ inſtrumenta. 57

Inanimata impropriè nutriri, impropriéque augeri dicuntur. 57.199

Inanimatorum nullum, niſi metaphoricè, vocat. 85

Incontinens ratione recta dictante dimiſſa, proſequitur appetitum. 193.194

Indiuiduales conditiones, ad ſubſtantiarum quidditatem minimè neceſſaria. 174

Indiuidualitas intelligibilitati repugnat. 137

Indiuiduum eſt tale per formam. 34

Indiuiduū per formā, & non per materiā, hēt eſſe actu. 34

Indiuiduum ſubſtantia, à ſola hominis cogitatiua apprehenditur. 73

Indiuidua accidentalia magis per ſubiectiuam inhærentiam, quàm per obiectiuam dependentiam diſtinguuntur. 137

Indiuiduum, quatenus indiuiduum, ſenſu cognoſcitur. 146

Indiuiduorum ſub eadem ſpecie multiplicatio, per materiam quantam efficitur. 185

Indiuiſibile per ſe non ſentitur, ſed bene, vt in aliquo diuiſibili exiſtens. 74

Indiuiſibile quippiam, atque in indiuiſibili temporis moueri ſimul à contrarijs, impoſſibile. 116

Indiuiſibile quinque modis accipitur, vt terminus in propoſitione, vt continuum, vt punctum, vt forma materialis, vt forma immaterialis. 162

Indiuiſibile bifariam; potentia, vel actu. 163

Indiuiſibile potentia, actu quoque indiuiſibile; at non e contra. 163

Indiuiſibile verum, forma, ſ. & quidditas, eſt ſola mente, indiuiſibilique intellectione cognoſcibile. 163.164

Indiuiſibile quantitate, eſt actu quidem indiuiſibile, potentia tamen diuiſibile: at indiuiſibile ſecundùm formam, eſt & actu, & potentia ſimul indiuiſibile. 164

Indiuiſibilia omnino, quammaximè cognitu difficilia. 165

Indiuiſibilia omnifariam, vt priuationes diuiſibilium cognoſcuntur. 165

Indiuiſibilia per diuiſibilia, velut priuationes per habitus innoteſcunt. 165

Indiuiſibilitas quidditatibus formalibus, dimenſionumq; terminis diuerſimodè competit. 163

Inductio non demonſtrat. 99

Infantes nuper editi, ſecundùm ſenſum tantummodo, non ſecundùm imaginationem operantur. 121

Inferiora ſuperioribus pro ſuo captu ſtudent aſſimilari. 56

Infinitum quatenus infinitum, nobis ignotum. 157

Infinita, à ſenſu impertranſibilia. 157

Infinitum, in principio abſciadendum 177

Infinitum in actu, à natura nequaquam admittitur. 190

Informatiua virtus in ſemine, diuinum quoddam. 60

Inodorabile triplex; vel nullum prorſus, vel parum, vel prauum habens odorem. 90

In Inſectis, ad hoc ꝙ in partibus deciſis ſaluetur anima, tres requiruntur conditiones. 42

Inſecta, frigida temperatura. 59

Inſecta non ſanguine, ſed humore proportionali ſanguini prædita. 97

Inſpiratio, eſt aeris frigidi. 86

Inſpiratio, cordis refrigerio potiſſimum inſeruit. 86.87

Inſpiratio, nequaquam per ſe cauſa odoratus. 92

Inſpiratio in animalibus reſpirantibus, ad odorandi actum nō formaliter, nec completiuè; ſed diſpoſitiuè tantummodo, & præparatiuè neceſſaria. 92.93

Inſpiratio, motus quodammodo in loco. 191

Inſpiratio non omnibus animalibus, ſed duntaxat pulmonē habentibus ineſt. 192

Inſtans in tempore, potentia, actuq; ſimul indiuiſibile. 164

Inſtans per ſe indiuiſibile, per accidens diuiſibile. 165

INDEX

Inſtans inſeparabile à tempore. 165
Inſtans confert tempori vnitatem. 165
Inſtantaneum tollit rationem motus, contra Sueſſanũ. 169
Inſtrumẽta corporalia, pro actionibus animæ neceſſaria. 30
Inſtrumenta, ad vſum vtentium. 57
Inſtrumenta à principali agente, atque ab artifice regulanda; vt decenter, atque ad ſalutem operentur. 59
Inſtrumenta muſica, metaphoricè vocalem ſonum edere dicuntur. 85
Inſtrumẽtum agentis æterni, nullo modo variabilis nec per ſe, nec ꝑ accidẽs, ab eoq; cauſatũ, neceſſariò æternũ. 178
Inſtrumentum mouet, quia mouetur; & eſt mouens, ac motum ſimul. 196
Inſtrumenta in plantis, propter earum imperfectionem, ſatis ſimplicia; atque terreſtria; at in animalibus, vtpote perfectioribus, exactiora, magiſque elaborata. 199
Intangibile duplex; vel vix, vel nimis tangibile. 106
Intellecta ſpeculatiua, genita ab intellectu agente, & in intellectu poſſibili recepta. 133
Intellecta ſpeculatiua, duplex habent principium; intentiones imaginatas, obiectiuè; & intellectum poſſibilem, ſiue in habitu, ſubiectiuè. 134
Intellecta ſpeculatiua, ratione ſubiecti, æterna; at ratione obiecti, generabilia, & corruptibilia. 134
Intellecta, apud Platã ſunt in aĩa, ſicut extra animã. 159
Intellecta ſpeculatiua, atque vniuerſalia, ſunt cum imaginibus colligata, & ad illarum corruptionẽ corrupta; adeò vt ab illis, & ĩ eſſe, & in cõſeruari depẽdẽt. 170. 171. 177
Intellecta creare, naturaliter prius, quã eadẽ intelligere. 177
Intellecta ſpeculatiua, per formas imaginabiles nobis copulantur. 178
Intellecta, iuxta Auerroem, nobis dupliciter inſunt, alia naturaliter, aliaque voluntariè. 178
Intellecta falſa, aſſequendę fœlicitati è diametro repugnant. 179
Intellectum in actu, per abſtractionem à conditionibus materiæ, dicitur tale. 135
Intellectum actu, duplex recipit impedimentum; vel ex materialitate, vel ex quantitatis extenſione. 137
Intellectio, tum intelligibilibus intus exiſtentibus, tum abſq; vlla corporea motione, in nobis perficitur. 127
Intellectio, actio immanens. 128. 153
ad Intellectionem, præter intellectum poſſibilem, & agentem, intentiones quoque imaginatæ concurrunt. 135. 159
Intellectio actualis in homine prouenit per actualem continuationem intellectus cum eo, mediante ſpecie intelligibili actu intellecta. 135. 145.
Intellectio ſubſtantiarum abſtractarum eſt ſimplex; noſtra verò quodammodo miſta, atque compoſita. 160
Intellectio per ſe indiuidua, per accidens diuidua. 165
Intellectio noſtra quidditatis, cum ea, quæ intelligentiarũ, æquiuocè dicitur. 167
ad Intellectionem explendam, non intellectus ſolus agens cum poſſibili concurrit; ſed phantaſma quoque occaſionaliter, & excitatiuè requiritur. 177
Intellectio eſt intellectus ipſius circa phantaſma actus, & operatio. 183
Intellectiua anima non reali, ſed ſpirituali motu mouetur; & non corruptiua, ſed perfectiua alteratione alteratur. 2. 3
Intellectiuæ animę conſideratio, nec metaphyſica prorſus, nec naturalis omnino; nec partim à naturali, partim à metaphyſico tradita: ſed Animaſtici inter naturalem, & metaphyſicum interiecti, propria. 4. 5. 153
Intellectiua anima humana, media inter prima, extremaque entia; inter verò intellectualia, & naturalia; inter impartibilia, ac partibilia; inter abſtracta, & materialia; inter ſemper eadem, atque tranſmutabilia; inter manentia in ſe ipſis, & exiſtentia in altero. 11. 152. 154. 161. 171. 184
intellectiua anima in intelligendo, à corpore obiectiuam tantummodo, non ſubiectiuam retinet dependentiam. 22
intellectiua anima non eſt perfectio corporis, vt aliæ formæ materiales. 25. 35.
intellectiua anima non eſt actus corporis, quantum ad propriam eſſentiam, ſed quoad operationem tantũmodo. 27.
intellectiuam animam humanam eſſentialiter eſſe actum corporis phyſici organici, nec poſſe eſſe, nec operari ſine corpore, malè ex Ariſtotele Pomponatius collegit. 36
intellectiuam animam eſſe actum corporis, non quantum ad ſubiectiuam, ſed quantum ad obiectiuam dependentiam; malè quidam Auerroiſtę ſenſerunt. 36
de intellectiua anima triplex opinio, Alexandri, S. Thomæ, & Auerrois. 36. 132
intellectiuam animam mortalem neutiquam eſſe, quatuor medijs contra Alexandrum, Galenũ, Pomponatium, & Portium, Auctor demonſtrat. 37
intellectiua anima, ſecundùm ſe, propriamq́ue quidditatem, immortalis; at, prout nobis vnitur, mortalis exiſtit. 37. 38
intellectiua anima eſt actus corporis aſſiſtens, intrinſecusque ĩ corpore operatur, ut nauta ĩ naui. 37. 38. 132. 136. 139
intellectiua anima ſecundùm totalitatem eſſentialem, & poteſtatiuam, eſt in toto, & in qualibet parte: & item ſecundùm totalitatem priuatiuè quantitatiuam, in toto, & in qualibet parte exiſtit. 46
intellectiua anima per accidens in capite dicitur reſidere, ratione virtutum ei phantaſmata pro intellectione ſubminiſtrantium. 46
intellectiua animæ tria illa prædicata ab Ariſt. attributa; immiſtio, ſcilicet, impaſſibilitas, & ſeparabilitas, eius immortalitatem, contra Alexandrum, manifeſtant. 127
intellectiua anima, ſecundùm ſubſtantiam, æterna; at ratione progreſſionis, noua, de nouoque recipit. 128
intellectiua anima, ſecundùm Alexandrum, generabilis, & corruptibilis. 134. 137.
intellectiua anima in homine à ſenſitiua, non virtute ſolùm ſed eſſentia quoque, ſubſtantiaque diſtinguitur; contra Latinos. 139. 144. 147.
intellectiuæ animæ inſtrumentum, eſt vniuerſus orbis humanus, ſecundùm ſucceſſionem tantummodo, haud ſecundùm vnitatem numeralem ęternus. 140
intellectiuas animas, & à Deo creari, & numero inter ſeſe diſtingui; Auctor Theologorum acquieſcens auctoritati, contra Ariſtotelem ex preſſè profitetur. 140
intellectiua anima, haud corpori pręexiſtens, vt malè Plato; ſed unà cũ corporis generatione, vt rectè Theologi, ex nihilo à Deo producta 140
intellectiua anima, haud ex poſſibili, & agente, vt ex materia, & forma eſſentialiter componitur: contra Gandauenſem, & Beatum Doctorem. 141. 153. 158
intellectiua anima, ſecundùm eſſentiam, ſimplex, & indiuiſibilis: ſecundùm modum eſſendi, diuiſibilis, atque compoſita. 153. 158
in intellectiua anima, pars progreſſa, materiæ, & pars manens, formę nomen obtinuit 154
intellectiua anima ſpecie intelligibili informata, dicitur à Gandauenſe in potentia eſſentiali ad intelligendum, tanquã potentia per eſſentiam ſuam ad actum intelligendi, ne

lus

lut ad proprium finẽ, propriumque bonum ordinata. 156

intellectiua anima, quanquam à principio in nobis progreſſa haud perpetuò tamen in illa manet progreſſione; verùm à phantaſmatibus adiuta, atque excitata, in ſeipſam tandem perfectam reuertitur. 161

intellectiuę animæ humanæ immortalitatem naturali ratione demonſtrari poſſe, negauit Scotus. 179

intellectiuam animam humanam, beatitudinis eſſe capacem Theologi vnà cum Philoſophis concordes enunciãt. 179

intellectiuam animam humanam, beatificabilem eſſe; naturali ratione tum ex parte obiecti, tum ex parte actus demonſtratur. 179

intellectiua anima, velut terminus ab Ariſto. naturali conſiderationi ſtatutus. 183

intellectiuam animam humanam haud realiter à ſenſitiua eſſe diſtinctam; & ſimpliciter immortalem, ſecundùm quid mortalem exiſtere; & veram hominis eſſe formam, numeratamque ad indiuiduorum hominum numerum necnon incipere eſſe per creationem cum corpore, non tamen ſimul cum corpore deſinere; Sanctus Thomas pronũciauit: quę quidem omnia, etſi in ſe veriſſima, à philoſophia tamen Peripatetica quammaximè abhorrent. 183.185

intellectiuam animam humanam, ſimpliciter mortalẽ, & ſecundùm quid immortalem exiſtere; Pomponatius vnà cũ Scoto determinat. 184.186

intellectiuam animam humanam, formam hominis ſpecificã eſſe, Scotus contra Auerroem ſuſtinet. 184.187.

intellectiua anima, in ſtatu perfectionis, nomen animæ amittit, & appellationem intellectus, mentiſque retinet. 153

in intellectiua anima, non verè, ſed ſecundùm ſimilitudinem tantummodo materia, formaque reperitur. 153.154

intellectiua anima non dat eſſe ſpecificum homini, contra Scotum. 188

intellectiuam animam humanam, realiter à ſenſitiua diſtinctam, ſimpliciter incorruptibilem eſſe, videlicet quantum ad eſſentiam; ſecundùm quid tamen eſſe corruptibilẽ, diuerſorum reſpectuum viriumque, quas habet, ratione, Auctor vnà cũ Auerro. & Gręcis determinat. 188.189

intellectiuam animam humanam per creationem incepiſſe, poſt mortem perpetuò remanſuram, Auctor; Ariſt. abdicato, cum Theologis ſimul concludit. 189

in intellectualium genere proportionale formæ, atque materiæ, perinde ac in genere ſenſibilium vera materia, formaque reperitur. 140

intellectus triplex operatio; ſimplicium apprehenſio; compoſitio, atque diuiſio; ratiocinatio. 4

intellectus eſt actus corporis, non vt vegetatiua, aut ſenſitiua, ſed tanquam nauta in naui. 5.35.

intellectus à ſenſu obiectiuè in cognitione dependet 18

intellectus non in omni ſtatu in intelligendo à phantaſia dependet, ſed in primo tantummodo, non autem in vltimo: contra Pomponatium. 19

intellectum nullam prorſus ſubſtantiæ, ſed accidentium duntaxat ſpecies, p ſtatu iſto, recipere, Scotus exiſtimauit. 20

intellectus habet operationem propriam, quæ eſt eadem cum eius eſſentia, dependentem à phantaſia. non tanquam à cauſa, ſine qua non; ſed per quandam duntaxat concomitãtiam, atque conſecutionem. 22

intellectus, quantum ad habitus practicos, & ſpeculatiuos, ſenſui, phãtaſiæque neceſſariò annectitur: at circa vera opera intelligibilia, corpore, & phantaſia minimè vtitur indigetùe; ſed phantaſia tunc intellectum, velut vmbra corpus, & cęlũ intelligentiã conſequitur. 22.23.35

intellectus non modò ab excellenti intelligibili non corrumpitur, verùm quammaximè potius perficitur. 23

intellectus non patitur, nec alteratur per ſe, ſed duntaxat per accidẽs: ad cogitatiuæ nempe eius miniſtræ alterationem atque paſſionem. 23.35

intellectus homini, vt intelligentia orbi aſſiſtit. 25.37.40. 125.128.132.

intellectus, decreſcente corpore, viget magis. 35

intellectus in prima eius operatione, à corpre nullo modo dependet. 35

intellectus, quatenus intellectus, non eſt actus corporis phyſici organici; neque in intelligendo, & volendo eget corpore, nec ſubiectiuè, nec obiectiuè. 36

intellectus vbique in homine, vt in cælo intelligentia, exiſtit in capite tamen principaliter operari videtur, per accidens. 37

intellectus nobis per cogitatiuam, ipſaque phantaſmata vnitur, & colligatur. 37.38

intellectus ad cogitatiuam non accidentalem. ſed eſſentialem ordinem, ac habitudinem habet, perinde ac intelligẽtia ad orbem. 38.138

intellectus triplici ęquiuocatione anima appellatur. 42

intellectum non virtute, & facultate tantummodò, ſed ſubſtantia quoque à vegetatiua, ſenſitiuaque differre, contra Portium Auctor oſtendit. 43

intellectus, & à materia, & à materia ſimul conditionibus abſtrahit. 47.107

intellectus, potentia intelligibile. 66

intellectus, vt pote immaterialis, & abſtractus; vniuerſalia, & immaterialia intelligit obiecta. 67.131.197

intellectus, facultas, ſeu virtus inorganica. 109.130. 142. 143.144.184.186.200.

intellectus, poſt maximi intelligibilis intellectionem, tantò melius atque facilius, minus intelligibile percipit; ex aduerſo ſenſus. 109.144

in intellectu nihil, quin prius in ſenſu. 112.131.162.

intellectus, & ſupra operationem propriam, & ſupra propriam potentiam atque ſubſtantiam reflectitur. 114

intellectus complures habet errandi cauſas. 119

intellectus cum conſilio mouet, atque electione. 124

intellectus immortalitas, de mente Ariſtotelis, clariſſimè ex verbis ipſius primo de anima tex. 66. & 2. de anima tex. 162. colligitur. 124

intellectus vnitur nobis medijs intelligibilibus. 125

intellectus, ſecundùm Sueſſanum, triplex; dianoeticus, noeticus, & penitus ſeparatus. 126

intellectus triplex; in potentia, ſiue poſſibilis; in habitu; & in actu. 126.127.131.152

intellectus, vt primò in nobis imperfectus, habet operationem à propria ſubſtantia diuerſam; vt demum perfectus, operationem eandem prorſus cum ſubſtantia habet coincidentem. 127.128

intellectus ab intelligibili, perinde ac ſenſus à ſenſibili, paſſione patitur perfectiua. 128

intellectus, pariter ac ſenſus, primò recipit, mox de recepto iudicium facit. 128

intellectus eſt ſubſtantia ſimplex, omninò à corpore ſeparata, omnique ex parte æterna. 128

intellectus, neque corpus, neque in corpore virtus. 128. 129. 131.132.133.134.144.151.

intellectus duplex operatio, accidẽtalis, atq; ſubſtãtialis, 128

intellectus ab Anaxogora, propter imperium, at ab Ariſtotele, propter cognitionem, immiſtus conſtitutus. 129. 130

INDEX

intelleᶜtus, & in potentia, & in receptione, ſenſui aſſimilatur. 130

intellectus, abſque vlla recipit trãſmutatione, at ſenſus, cum tranſmutatione. 130

intellectus, pro intellectione, ad phãtaſmata; ſicut viſus, pro viſione, ad uiſibilia conuertitur. 130

intellectus, reſpectu phantaſmatum, tum paſſiuam, tum actiuam habet virtutem. 130.159

intellectus, vtpote inorganicus, nullam habet oppoſitam diſpoſitionem ipſum impedientem à ſpecierum omnium intelligibilium receptione, omniumq; intellectualium habituum informatione. 130.131

intellectus natura, à natura materiæ, formæ, compoſitiq; diuerſa. 131

intellectus communiter ſumptus apud Græcos, & Auer. de imaginatiua quoque, cogitatiuaq; dicitur. 131.138.159

intellectus eſt potentia intentiones omnes formarum vniuerſalium. 131

intellectus corpori non ſpecificum, ſed nobile quoddam eſſe largitur. 132

intellectus vnio cum homine tam eſt naturalis, quàm intelligentiæ cum orbe. 132

intellectus, reſpectu ſui, actu ſemper intelligit; at reſpectu noſtri, modò ſic, modò non. 133

intellectus non reſpectu ſui, ſed reſpectu noſtri, poſſibilis, & agens, vocitatur. 133

ex intellectu, vtroque intelligibili, tanquã ex indiuiſibilibus abſq; vllo medio, & abſque vlla diuerſitate copulatis, fit maximè vnum; & multò magis, quàm vel ex intelligentia, & orbe; vel ex materia, & forma. 135

in intellectu, tanquam in abſtracta virtute, manente vnitate eſſentiæ, operationes plurificari optimè poſſunt. 136

intellectus, uirtus omnino abſtracta, & incorporea. 137. 144.148.152.

intellectus, iuxta Auerroem, continuatur cum homine, non per eſſentiã; ſed per intentionum intellectarum cum phantaſmatibus colligantiam. 138.139

intellectus, iuxta Auerroem, intelligit de nouo reſpectu huius, atque illius indiuidui, non reſpectu totius humanæ ſpeciei. 138.159

intellectus in homine eſt ſubſtantia per ſe realiter à ſenſu diſtincta; non facultas, ſeu uirtus, ſeu potentia animæ humanæ; contra Latinos, 138.144.147.185.188

intellectus in homine non propriè motor, ſed forma, non tamen informans, ſed aſſiſtens. 139

intellectus vnitas, ex communium animi conceptionum in omnibus hominibus naturali impreſſione cõprobatur. 139

intellectus in pueris, haud omnino informis, materiæ primæ inſtar; ſed forma, in potentia ſpecierum ſuſceptiua: Philoponus contra Alexandrum. 141

intellectus æquiuocè dictus de ſpeculatiuo, & agente. 141

intellectus perfectio, non iuxta plurium numero, ſed iuxta perfectiorum intellectionem, modumque perfectiorem intelligendi perpendenda 141.166

intellectus impaſſibilitas, ab ĩpaſſibilitate ſẽſus diuerſa. 143

intellectus, formarum locus ab Ariſtotele per ſimilitudinem quandam appellatus. 143

intellectus, vt in ſe manẽs, formas conſitas, & congenitas habet actu; vt progreſſus, tantummodo poteſtate. 143.144

intellectus circa ſpeciem intellectam diſcretionem, iudicium, atque reſolutionem operatur. 144

intellectus vniuerſalia a ſenſu colligit, & phantaſia. 144

intellectus in intelligendo defatigatur, atque laborat, non per ſe, ſed per accidens, nempè vitio cogitatiuæ virtuti intellectui deſeruientis. 144.16

intellectus progreſſus duplex, poſſibilis, & in habitu. 144. 146.149.

intellectus, iuxta Sueſſanũ, ĩ ſe, uniuerſalia ſolũ; at, vt ad nos conuerſus, & vniuerſalia, & particularia intelligit. 146

intellectus, vt in ſe manẽs, ſimplicia, & indiuiſibilia; at, vt progreſſus, compoſita, & partibilia intelligit. 146

intellectus, iuxta Latinos, directè, vniuerſalia; at per reflexionẽ quandam ad phantaſmata, ſingularia cognoſcit: verùm ſecundùm Græcos, & Auerroem, & ipſummet Auctorem; nullo modo, nec directè, nec reflexè ſingularia percipit. 147.148

intellectus abſtrahit quidditatem à quidditate, donec ad formam omnium ſimpliciſſimam perueniat. 147

intellectus, vt in ſe manens, perfectus, ac mẽs; ideales quidditates, ac à materia prorſus abiunctas directè attingit: vt verò progreſſus, imperfectus, ac anima efficitur; quidditates materiæ implicitas, & cum materia conuolutas, reflexè intelligit. 147.148

intellectus obiectum eſt quidditas, haud ſpecies intelligibilis. 149

intellectus perfectus, formas tantummodo ſimplices; at progreſſus, formata, compoſitaque contemplatur. 149

intellectus perfectus ſecunda intelligit intelligibilia, nihil ab illis recipiens, nec patiens, neque eiſdem communicãs; ſed in ſuis cauſis, atque eminenter. 149

intellectus manens, & progreſſus, re vnus ac idem; ratione ſola diſtincti. 150

intellectus progreſſus, quando in ſuam reuertitur perfectionem; reſpectu ſuipſius perfecti, dicitur reminiſci. 151

intellectus, haud potentia, ſicut materialia; ſed actu, vt abſtracta, intelligibilis. 151

intellectus, haud per ſpeciem; ſed per ſe, de ſuique natura intelligibilis. 152

intellectus vnio, à Platone per fabulam figurata. 154

intellectus in nobis duplex operatio; abſtrahere, & intelligere. 155.176.177

intellectus in nobis triplex; poſſibilis, agens, & factus. 156

intellectus in nobis rectius, & magis propriè per virtutem actiuam, quàm per paſſiuam deſcribitur. 156.17

intellectus in formanda vniuerſali propoſitione, virtualiter infinita iudicat, atque percurrit. 157

intellectus, iuxta Sueſſanum, tribus capitur modis; tum vt infimus abſtractorum, tum reſpectu ſphæræ, tum reſpectu indiuidui. 159

intellectus nomen quadrifariam dicitur; de agente, poſſibili, in habitu, & cogitatiua. 159

intellectus, iuxta Auerroem, tripliciter nobiſcum copulatur: primò per naturam, mox per ſpecies intelligibiles, poſtremò per adeptionem. 159

intellectus ipſius comparatio cum igne, non ratione actionis ac repaſſionis; ſed ratione obſcurioris, clarioriſque intellectionis venit interpretanda. 159

intellectus per ſe, & ſuapte natura impaſſibilis. 161

intellectus, iuxta Plotinum, nunquam errat, ſiue attigerit, ſiue non attigerit. 162

intellectus à corpore ſeparatus, haud materialia amplius intelligere poteſt, ob cogitatiuæ interitum; ſed benè intelligit per eſſentiam abſtracta, & materialium omnium quidditates. 162

intellectus in ipſamet pluralitate vnitatem concipere ſolet. 163.164

intelle-

Intellectus & cõpoſita diuidit, & diuiſa cõponit. 163.164
Intellectus æterna abſque tempore, generabilia verò cum tempore intelligit. 163
Intellectus perfectus, ac in ſeſe manens, indiuiſibilia indiuiſibiliter attingit: at imperfectus, ac progreſſus, circa diuiſibilia diuiſibiliter operatur; componendo, diuidendo, ac diſcurrendo. 163
Intellectus indiuiſibile ſpecie, tum indiuiſibili tempore, tum indiuiſibili animæ notione intelligit. 164
Intellectus noſter nullo pacto, nec in prima, nec in ſecunda operatione. plura, vt plura, ſimul intelligere poteſt; ſed ſemper, vt vnum: contra Gandauenſem. 164
Intellectus, non ſolus, ſed ſimul cum rationali anima, & cogitatiua virtute, dimenſionem capit, & temporalem intellectionem exercet. 164
In intellectu imperfecto, atque progreſſo; modò potentia, modò actus conſpicitur: at in perfecto, ac in ſeipſum reuerſo actus ſimpliciter abſque vlla potentia refulget. 166
Intellectus noſter, vtpote imperfectus, è potentia in actum procedit. 168
Intellectus priùs tempore ſecundùm ſe purè operatur, ſeipſum intelligens, mox in operationes à phantaſia pendentes deſcendit. 168
Intellectus noſter in cognitione ſimplicium quidditatum, viſui ab Ariſtotele meritò comparatur. 168
Intellectus, & voluntas, idem ſubiecto, ratione tantùm diſtincti. 170
Intellectus nobis per phantaſmata copulatur. 171
Intellectus vniuerſaliter, quod cogitatiua particulariter, cognoſcit. 272
Intellectus à præſentibus mouetur imaginabilibus, perinde ac ſenſus à præſentibus ſenſibilibus. 172
Intellectum dianoeticum, practicum, & noeticum, ſpeculatiuũ dici, Sueſ. de mẽte Græcorũ perperã exiſtimauit. 173
Intellectus in re proſequenda, & fugienda, quandoque ſenſui aſſentitur, quandoque ipſi repugnat. 173
Intellectus, vt progreſſus, vnitus eſt ſemper ſenſui, ac phantaſia, nec ſine phantaſia quicquam intelligere poteſt. 174
Intellectus cum ſenſu, atque imaginatione connexus, materialia, & accidentia tantummodo; nequaquam autem veras ſubſtantias nouit. 174
Intellectus de potentia intellectis facit actu intellecta 175
Intellectus naturalia cum phantaſia, & ſenſu; mathematica verò cum phantaſia ſine ſenſu intelligit. 175
Intellectus recto naturæ ordine, priùs ſubſtantias, quàm accidentia intelligit. 175
Intellectus, actu quidpiam intelligens, res ipſa efficitur intellecta. 175
Intellectus eſt aptus natus extrahere quidditatem à quocunque habente quidditatem. 177
Intellectum noſtrum per abſtractionẽ quidditatis ab habente quidditatem, ad intellectionem ſubſtantiarũ ſeparatarũ denique peruenire, falſum: Auer. contra Auempac. 177
Intellectus noſter intelligit abſtracta per formalem, & abſolutiſſimã intellectus agentis nobiſcũ copulationem, 178
Intellectum noſtrum non ſemper, ſed de nouo; nec in principio, ſed in fine tantummodo abſtracta per eſſentiam intelligere; vnde prouenit. 179
Intellectui noſtro intelligere cum phantaſia, & per phantaſmata, nõ eſſẽtialiter, ſed accidẽtaliter cõuenit. 180.166
Intellectus, pro ſtatu iſto, nempe progreſſus, in intelligendo à ſenſu, phantaſiaque neceſſariò dependet. 182
Intellectus, iuxta Ariſtotelem, haud eſt ſimpliciter, ac identicè intelligibilia: cõtra Empedoclem, & Democritũ. 181
Intellectus progreſſus, rationes rerum, veraſque formas minimè contemplatur. 182
Intellectus ſemper habet imaginationem vel præcedentem, vel conſequentem. 184
Intellectu iam perfecto, non ipſe à phantaſmate amplius dependet: verùm phantaſia ipſum potiùs, vt amatum, & deſideratum conſequitur. 185.186
Intellectus eſt actus corporis, ſicut nauta naui, & intelligentia orbi. 185
Intellectus ſi eſſet forma materialis, nec in ſeipſum reflecti, nec vniuerſaliter intelligere poſſet, contra Pompo. 186
Intellectus, quantum ad eſſentiam, incorruptibilis: at quatenus poſſibilis, quatenus agens, quatenus in habitu, quatenus actu ſpeculans, corruptibilis. 188.189
Intellectus hominis proprius, nec ſpeculatiuus, nec factiuus, ſed actiuus exiſtit. 189
Intellectus, rationalis per eſſentiam. 190
Intellectus nomen, de phantaſia quoque verificatur. 190
Intellectus duplex, ſpeculatiuus, & actiuus. 192
Intellectus à materia, eiuſque conditionibus ſeparatus. 197
Intellectus in animalibus genitis progredientibus neceſſariò ſenſum ſupponit. 200
Intellectus humani cognitio, philoſopho quammaximè neceſſaria. 1
Intellectus humanus, medius inter abſtracta, & materialia. 4.171.
Intellectus humanus dupliciter intelligit, vel mendicando à phantaſia, vel per ſuammet eſſentiam. 4.5
Intellectus humani duplex conſideratio, vel ſub ratione mentis ac intellectus, vel ſub ratione animæ. 4
Intellectui humano duo prædicatorum genera tribuũtur, materialia, & abſtracta. 4
Intellectus humanus, nec per indifferentiam, nec per eſſentiam abſtractus appellandus. 5
Intellectus humanus in primo ſtatu obiectiuè, & in poſtremo conſecutiuè cum phantaſia intelligit. 5
Intellectus humanus non per ſpecies increatas, ſiue infuſas cognoſcit. 13
Intellectus humani duplex ſtatus, potẽtialis, atq; vnitus. 22
Intellectus humanus, vt in duplici potentia, in operatione ſua dependet à corpore obiectiuè, tanquàm à cauſa, ſine qua non. 22
Intellectus humanus, vt vnitus, depẽdet à corpore, pro quanto ad eius operationem conſequitur aliquid exiſtens in corpore, operans. 22
Intellectus humanus, iuxta Theologos, in altero ſtatu, & in patria; nullo modo à corpore in intelligendo, nec ſubiectiuè, nec obiectiuè dependebit. 22
Intellectum humanum, quia à mortalibus animæ facultatibus ſeparari non poteſt, mortalem exiſtere; malè Pomponatius argumentatur. 40
Intellectus humanus, in orizonte æternitatis, & tẽporis. 42
Intellectui humano, vtpote à ſeſe progreſſo, duæ vires attributæ, poſſibilis, & agens. 128.139.
Intellectus humanus in primo progreſſionis, imperfectionisque ſtatu, patitur, ac recipit; at in poſtremo perfectionis, atque reuerſionis, non amplius recipit, nec patitur, ſed agit. 128
Intellectus humanus, ſecundùm Alexandrum, ex miſtione qualitatum elementarium reſultat. 134.137.158.
Intellectum humanũ plurificatum, atque immortalem, de mente Ariſtotelis Latini poſuerunt. 137

intellectus

Intellectus humanus, iuxta Auerroem, incorruptibilis, contra Alexandrum. 138

Intellectus humanus, quomodo eſt alijs intelligentijs comparabilis, 141.142

Intellectus humanus in ſtatu perfectionis, non ſecus ac intelligentia, primò propter ſe, ſecundò propter orbē ſuum humanum operatur. 142

Intellectus humanus, à ſubſtantiali ſua cadens intellectione, in imperfectum degenerat. 152

Intellectus humanus, quando eſt perfectus, eſt & à ſeipſo intelligibilis, & ſeipſum per eſſentiam intelligens. 152

Intellectus humanus, neque penitus in ſe manens, neque omnino à ſeipſo progreſſus; ſed partim manens, partim progreſſus. 152

in Intellectu humano, vt progreſſo, materia, & agens proportionaliter reperitur. 153

Intellectus humanus, quatenus progreſſus, naturalis; at quatenus in ſe manens, diuinę conſiderationis exiſtit. 153

Intellectus humanus, re, & eſſentia vnus: differens tamen multiplici graduum, reſpectuumq́ue ratione. 157

Intellectus humanus, iuxta Platonem, tum ob molem huiuſce corporis, tum ob varias ſenſuum delectationes, ab intellectione retardatur. 159

Intellectus humanus, reſpectu humanę ſperę, ſemper intelligit; reſpectu indiuidui, quandoque. 159

Intellectus humanus, in propria eſſentia vnus ſimpliciter numeratur in ſingularibus hominibus per diuerſas copulationes ad phantaſmata, numero ſecundū quid diſtinctus, atque plurificatus. 162

Intellectus humani, iuxta Philoponum, triplex diſtinctio; ſimplex, & compoſitus; potentialis, & actualis; practicus, atque ſpeculatiuus. 167

Intellectus humanus, immaterialia quidem intelligit; ſed non continuè, & ſemper, ſicut diuinus. 175

Intellectum humanum beari poſſe, compluribus ſcripturæ ſacræ auctoritatibus confirmatur. 180

Intellectus humanus, iuxta Alexandrum vnà cum Medicis, ex ſemine traductus, atque mortalis. 183.184

Intellectum humanum immortalem eſſe, de mente Ariſtotelis, Theophraſtus, ac Themiſtius ſuſtinuerunt. 183

Intellectus humanus, quaſi inter intelligentiam, ſenſumq́ue medius, à materia non ſubiectiuè, ſed obiectiuè tantùm dependet. 184

Intellectus humanus iuxta Pomponatium, in quocūque eius opere, ac ſtatu, phantaſmate ſemper indiget. 184

Intellectus humani ſubſtantia, æterna; at aſſiſtentia, de nouo. 185

Intellectus humani natura, eſt de natura Angelorum. 186

Intellectus humanus, in intelligendo, à virtute materiali vel obiectiuè tantummodo, vel duntaxat occaſionaliter dependet. 186

Intellectus humanus, etſi in primo imperfectionis, progreſſionisq́ue ſtatu, à phantaſia obiectiuè dependet; in altero tamen ſtatu reuerſionis, & perfectionis, à tali dependentia eſt liber, atque ſolutus; contra Pomp. 186.187.188

Intellectus humanus, medius dicitur inter ſenſum, & intelligentiam; quia in primo ſtatu vnà cum ſenſu, & phantaſia operatur: at in poſtremò, intelligentiarum more, per eſſentiam intelligit. 188

Intellectus humanus eſt ſubſtantia quędam, manens ſimul, atque progreſſa. 198

Intellectum nec poſſibilem, nec agentem à phyſico quidditatiuè conſiderari, quidam exiſtimarunt. 2

Intellectum tam poſſibilem, quàm agentem, quidditatiuè à phyſico cōſiderari, Gand. cum ſuis ſequacibus opinatur. 2

Intellectum, ſub ratione poſſibilis ad agentem, à phyſico; at ſub ratione materiæ ad formam, à Metaphyſico conſiderari; Auctor vnà cum alijs aliàs aſſeruit: quam tamen opinionem, modò ſeipſum retractans falſiſſimam eſſe demonſtrat. 3.4

in Intellectus poſſibilis cum agente copulatione, imperfectio, & materia nomen funditus aboletur. 3.4.158

Intellectus poſſibilis, virtus paſſiua. 18

Intellectus poſſibilis, in pura potentia ad omnes ſpecies intelligibiles, tam ſubſtantiarum, quàm accidentium. 20

Intellectus poſſibilis, omnium formarum materialium, omniumq́ue ſpecierum cognoſcibilium receptiuus. 88.108.129.130.114.135.183.

Intellectum poſſibilē pati, medio demōſtratur naturali. 128

Intellectum poſſibilem non reali, nec ſubiectiua; ſed intentionali tantummodo, obiectiuaq́ue receptione ſpecies intelligibiles apprehendere, Sueſ. perperam exiſtimauit. 128

Intellectus poſſibilis; quatenus intellectus, æternus; quatenus poſſibilis, generabilis, & corruptibilis. 128.161.188

Intellectus poſſibilis, & agens, de mente Ariſto. & Auerro. non realiter, ſed formaliter tantūmodo differūt. 128.130

Intellectus poſſibilis, materia ſpecierū intelligibiliū. 129.131

Intellectus poſſibilis, materiæ primæ perſimilis. 129

Intellectus poſſibilis, accidentalem formarum potius, quàm verarum ſubſtantiarum cognoſcitiuus. 129.155

Intellectus poſſibilis, pura pręparatio ab Alexandro exiſtimatus. 129.141.143.151.158

in Intellectu poſſibili, potentia, ſeu poſſibilitas ab eius eſſentia, velut accidens à ſubſtantia, diſtinguitur. 129

Intellectus poſſibilis in ſua progreſſione, haud puras, indiuiſibilesq́ue ſubſtantias contemplatur; ſed vt in paſſiones, partitionesq́ue terminantur. 129.155

Intellectus poſſibilis à propria perfectione verſus irrationales, ac ſenſitiuas virtutes egreſſus. 129.144

Intellectus poſſibilis, cū omnes materiales formas recipiat, idcirco ab eis omnibus denudatur; & conſequenter immaterialis, ac immortalis exiſtit. 130.134

Intellectus poſſibilis, ſiue materialis, à prima materia tripliciter differt. 131

Intellectum poſſibilem nihil eſſe actu eorum, quę ſunt, antequam intelligat; de verè, proprieq́ue intelligibilibus eſt exponendum; cuiuſmodi ſunt rationes rerum impartibiles, ideales, atque quidditatiuæ. 131.150.153

Intellectus poſſibilis in duplici potentia, tum ad diſcurſiuos habitus, tum ad Ideales rerum quidditates. 131

Intellectus poſſibilis, ſecundùm Latinos, eſt propria hominis forma, dans ei eſſe intrinſecùs, & ad hominum indiuiduorum multitudinem numero plurificatus. 132.137

Intellectus poſſibilis, ſecundùm Auerroem, eſt forma hominis, non quidem ei dans eſſe intrinſecùs, ſed extrinſecùs ipſi duntaxat per operationem, vt nauta naui, vnitus. 132.135.138.

Intellectus poſſibilis, ſecundùm Auerroem, vnus numero in omnibus hominibus. 132.135.138.

Intellectum poſſibilem, in philoſophia Ariſtotelis, non dare eſſe intrinſecùs hominibus ſecundùm fidem, & veritatem homini intrinſecùs eſſe præſtare, Auctor determinat. 132.133

Intellectus poſſibilis ſeu materialis ipſius ſubſtantia, ingenerabilis, & incorruptibilis. 133

Intellectus poſſibilis, tum impaſſibilis, tum ſeparabilis, tum ſimplex. 133.138.

Intellectus

intellectus poſſibilis, ſi vnicus numero, conſequēter æternus; at ſi multiplicatus, mox generabilis, & corruptibilis. 133
intellectus poſſibilis, prima; & ſpeculatiuus, poſtrema hominis perfectio. 133
intellectus poſſibilis, iuxta Alexandrum, multiplicatus, & generabilis, ac corruptibilis. 134.177.178.179.
intellectus poſſibilis, apud Alexandrum, inſtrumentum intellectus agentis. 134.184.187
intellectus poſſibilis, haud eſt ipſamet imaginatiua phantaſmatibus illuſtratis referta. vt malè Abubaccher exiſtimauit. 134
intellectus poſſibilis haud ſignatè, ſed vniuerſaliter recipit. 134.135.
intellectus poſſibilis, vt materia; & agens, vt forma; non propriè: ſed per quandam duntaxat ſimilitudinem. 136
intellectum materialem ſiue poſſibilem, iuxta Auerroem, nō eſſe denudatum à principijs naturalibus communibus ſpeciei humanę, & formationibus ſingularibus; tripliciter exponitur. 136
intellectus poſſibilis, agentis, & ſpeculatiui operatio; in ſpecie humana, perpetua, atque continuata; at in ſingulis indiuiduis, intermiſſa, & corruptibilis. 436.159.
intellectus poſſibilis, è Latinorum ſententia, vt prima perfectio, non poteſt eſſe vna. 137.138.
intellectus poſſibilis ad ſcientiarū habitus, vt perfectio prima ad perfectionem ſecundam comparatur. 137
intellectum materialem ſiue poſſibilem, haud plurificatum, ſed vnum numero, è ſentētia Ariſt. eſſe; Auctor vnà cum Auer. & Græcis omnib. cōtra Latinos determinat. 139.
intellectus poſſibilis imperfectiſſimus in ordine intellectualium, vt materia prima in ordine corporalium. 141
intellectus poſſibilis eſt forma non educta, ſed extrinſecùs adueniens. 141
intellectus poſſibilis, & agens, non propriè; ſed per quandā duntaxat ſimilitudinem, materia, formæque obtinet appellationem. 141
intellectus poſſibilis, per ſpecies; at agens, per eſſentiam intelligit. 141
intellectus poſſibilis, diſpoſitus primò per materialia, immaterialia deinde intelligit. 141
intellectus poſſibilis non ſimpliciter, nec abſolutè; ſed ſecundùm quid, & reſpectiuè, potentia pura appellatur. 142
intellectus poſſibilis, à corpore non ſubiectiuè, ſed obiectiuè dependet. 145
intellectus, nec vt poſſibilis, nec vt in habitu, ſeipſum intelligere valet; ſed ſolùm, vt in actu. 145.152
intellectus, vt poſſibilis, ſolùm recipit; vt autem in actu, ſiue in habitu, intelligit. 146
intellectus, vt poſſibilis, in potentia valde remota; at, vt in habitu, in potentia magis proxima ad ſeipſum intelligendum. 149.151.152
intellectus in potentia, in habitu, & in actu; non re, nec eſſentia; ſed ſola ratione diſtinguuntur. 149
intellectum poſsibilem, vt abſtractorum infimum, nulloque pacto ad corpus conuerſum, ſe per eſſentiam propriam intelligere; vt autem potentia intelligibilia, copulatusque nobis, intelligere ſe per intellectionem aliorum; Sueſſanus perperam exiſtimauit. 152
intellectus poſsibilis, haud perpetuò poſsibilitatē ſiue potentiam retinet; ſed ab agente intellectu demum perfectus, & ad actum reductus, illam deponit. 152.153.154.161
intellectus poſsibilis, eſt inſtar materiæ; vnde materialis quoque appellatur. 163
intellectus poſsibilis, reſpectu formarū omnium, quas agēs in eum imprimere poteſt, poſsibilis nuncupatur. 153
intellectus poſsibilis, ſi materialis, & corruptibilis eſſet; phantaſma ipſum mouere poſſet abſque agente intellectu. 155
intellectus poſsibilis; vltimus abſtractorum. 157
intellectus poſsibilis, & agens, re, ac eſſentia, vnus; ſola ratione, modoque diuerſi. 159.161.181.
intellectus poſsibilis, iuxta Themiſtium, eſt cauſa, quòd non ſemper intelligamus. 159
intellectus poſsibilis, intelligentias abſtractas intelligit, quatenus per intellectum agentem perficitur. 159
intellectus, nec vt poſsibilis, nec vt ī habitu, nec vt adeptus, nulla prorſus ratione plura, vt plura, ſimul intelligere poteſt; ſed tantùm, vt vnum; contra Therapolinum. 164
intellectus tam poſsibilis, quàm adeptus, apud Auerroem, vnus numero. 164
intellectus poſsibilis, merito potentię inſita, eſt priuationum cognoſcitiuus. 165.166
intellectus poſsibilis, meritò potentiæ ingenitæ, & imperfectus exiſtit; & imperfectè, imperfectaque obiecta intelligit. 166
intellectus poſsibilis, intelligens habitum aliquem, eademmet intellectione priuationē quoq; habitus illius intelligit ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundū quòd priuatio extiterit. 166
intellectus poſsibilis, à materia ſubiectiuè quidem, non tamen obiectiuè eſt abſtractus. 167
intellectus noſter poſſibilis, atque progreſſus, in partibili ſua, partibiliumque cognitione, neceſſariò phantaſmatibus indiget obiectiuè. 170
intellectus poſsibilis ad diuerſa numerata phantaſmata, ſicut ſenſus cōis ad diuerſa particulariū ſēſuū ſenſibilia. 171
intellectus poſsibilis ſine imaginatiua, & cogitatiua nihil quicquam intelligit. 173
intellectus poſsibilis ſiue materialis, ſi generabilis, & corruptibilis eſſet; abſtracta per eſſentiam intelligere minimè poſſet: Auerroes contra Al[illegible] 175
intellectus poſsibilis ſiue mate[illegible]alis, iuxta Auerroem, æternus. 175.178
intellectum, nec vt poſsibilem, nec vt in habitu, ſed vt adeptū ſubſtantias abſtractas intelligere; voluit Alex. 175
intellectus poſsibilis, cum fuerit perfectus per omnes ſpecies intelligibiles; agens deniq; ei vnitur, & copulatur, vt forma; in quo beatitudinis ſtatu, poſsibilis, & agentem, & per ipſum alia abſtracta intelligit. 175.176
intellectus poſsibilis, abſtractis, & æternis ſubſtantijs, lōgè, quàm materialibus, & corruptibilibus ſimilior. 176
intellectus poſsibilis ſiue materialis, tum materialia, tum abſtracta comprehendit. 178
intellectus poſsibilis non vnitur nobis per ſpecies; ſed potius eius vnio eſt cauſa, quòd per ſpecies intelligamus. 179
intellectus poſsibilis, in ſpiritali regeneratione, per habitus actiuos, & ſpeculatiuos diſpoſitus; agentem deniq; vt formam, recipit: & ita beatificatus, ſeipſum per eſſentiam, ſuperioraque abſtracta intelligit. 179.180
intellectus poſsibilis, iuxta Alexandrum, via naturalis generationis ex quatuor elementis conſurgit. 184
intellectus agentis in ſuo eſſe abſtracto, & prout eſt intelligentia, tum propria eſſentia, tū propria operatio; ab Ariſt. in tertio de anima explicantur. 4
in intellectu agente, principia omniū ſciētiarū relucent. 10
intellectus agens, doctor intrinſecus 67
intellectus agens transfert res de ordine in ordinem, eaſque actu intelligibiles reddit. 69.148.154.155

intelle-

INDEX

Intellectus agens ad producẽdam intellectionem concurrit, & vt agens,& vt forma. 70

Intellectus agens ad phantaſmata,vt lumen ad colores. 75

Intellectum agentem eſſe cauſam naturalium rerum productiuam,negat Auer. 128

Intellectus agens extrahit intellectum poſſibilem de potentia ad actum. 133

Intellectus agens,haud verè agens;nec ſpeculatiuus, verè factus;ſed duntaxat ſecundùm ſimilitudinem. 133

Intellectus agens ſuo ſplendore phãtaſmatum illuſtratur.134

Intellectus agẽs,apud Alex. Deus.134.153.155.158.175.184

Intellectus agens,nequaquam oĩum inferiorũ cauſa;ſed ad cauſandas ſpecies intelligibiles tantũmodo limitatus. 135

Intellectus agens,iuxta Themiſtium, vnus; at poſſibilis,quodammodo plurificatus. 139

Intellectus agẽs,& poſſibilis,duæ dĩa eiuſdẽ ſubãæ.141.158

Intellectus agens,& poſſibilis, infra ſphæram Lunæ. 141

Intellectus agentis cum lumine triplex ſimilitudo. 141

Intellectus agens, cauſa intellectionis immediata. 153

Intellectus agẽs,iuxta Marinũ,Dæmõ,aut Ang qſpiã.153

Intellectus agens,nec eſt Deus,contra Alexan,nec Dæmon, aut Angelus,contra Marinum;ſed animæ noſtræ rationalis particula,virtus,ſiue facultas. 153.155.158

Intellectus agens,eſt potens omnia facere;& poſſibilis, potens omnia fieri. 154

Intellectus agens,primò,vt agens;poſtremò,vt forma ſeu finis,homini continuatur. 154

Intellectus agens ad facienda actu vniuerſalia introductus, contra Platonem 154.155

Intellectus agens, intẽtiones imaginatas à conditionib. materiæ extrahit;eaſq; de potentia intelligibilibus, potẽtiaq; intellectis,actu intelligibiles reddit,actuq; ĩtellectas.154

Intellectus agens,in poſſibili ſciẽtias,habitus,vniuerſaliaq; intellecta generãdo,è potẽtia ad actũ ipſum reducit.154

Intellectũ agentem,abſque vlla phantaſmatũ tranſmutatione,& abſque vlla ſpecierum intelligibiliũ introductione; poſſibilem intellectum pro phantaſmatum ipſorum ſub eſſe vniuerſali repræſentantium receptione, ſolùm diſponere; Sueſſanus perperam exiſtimauit. 154

Intellectum agentẽ reddere phantaſma actu intelligibile à conditionibus materiæ indiuiduantibus per illuſtrationẽ quãdam illud depurando,abſtrahendoque,& ſic in ſpeciẽ intelligibilem illud cõuertendo; Latini vnà cũ Arabibus, Græcisque ferè omnibus communiter tenent. 154

Intellectus agens ab Ariſtotele,arti,habitui,ac lumini comparatur. 154.155.158

Intellectus agẽs,iuxta Auctorẽ vnà cũ Simp. phãtaſmatib. occaſionaliter tantũmodo vtitur,ad ſeipſum, vt poſſibilẽ progreſſis formis ab idealibus quidditatib. deductis perficiẽdũ,excolẽdũq; cõtra cõem aliorũ ſnĩam.155.156.157

Intellectus agens, principium intellectionis productiuum; & poſſibilis,receptiuum. 156

Intellectus agentis operatio, in nobis prior operatione intellectus poſſibilis. 156

Intellectum agentem eſſe principium actiuum per ſe intellectionis,Gandauenſis tuetur. 156

Intellectus agens eſt principium actiuum per ſe intellectionis immediatum,contra Latinos. 156

Intellectus agentis,ſecundùm Scotum,duplex officium;de potentia intelligibili,intelligibile actu; & de actu intelligibili,actu intellectum efficere. 156

Intellectus agens,ſemper actu intelligit, at poſſibilis modò actu intelligit,modò non. 157

Intellectus agens,eſt agens totale,ac virtuale,reſpectu intellectus poſſibilis. 157

in Intellectu agente, ſcientia actu eſt eadẽ cum ſcito; at in poſſibili,ſcientia,& ſcitum,ab intellectus ſubſtantia diſtinguuntur. 157

Intellectus agens,entia mundi huiuſce inferiora, ac ſenſibilia,nõ eo modo,quo poſſibilis, intelligit.ſ.per paſſionẽ,ſpecierumq; receptionẽ;ſed eminẽter,& in eſſe cauſali.157

Intellectus agens dicitur ſeparabilis, non ſolùm à corpore, vitiſque corporeis; ſed à rationalibus etiam, tam practicis,quàm ſpeculatiuis. 157

Intellectus agentis ſubãa,eſt ſaamet actu operatio.157.160

Intellectus agens quandoque dicitur agere,& qñque nõ;nõ quidem reſpectu ſui,ſed reſpectu noſtri. 157

Intellectus agens,haud eſt intelligentia ab animis noſtris ſeparata,in quam humanæ animæ reſpectãtes perficiuntur; contra Algazelem,& Auicen. 158

Intellectus agens,infra motorem orbis Lunæ. 158

Intellectus agens indiuiſibiliter,ac intuitiuè; poſſibilis verò diuiſibiliter,& diſcurſiuè intelligit. 159

Intellectus agens,reſpectu indiuidui,quandoque abſtrahit, quandoque minimè;at reſpectu ſpeciei, ſemper reperitur abſtrahere. 159

Intellectus agens,ſimul omnes formas actu continet abſque vllo diſcurſu. 160

Intellectus agens,obiecto ſuo intelligibili notior. 162

Intellectus agens, vtpote ſemper in actu,haud intelligit priuationes. 167

Intellectus agens dupliciter nobis vnitur;primò,vt agens,in intellectione abſtractiua;poſtremò, vt forma, in intellectione per eſſentiam. 176

Intellectus agens per phantaſmata ſpecies intelligibiles format. 178

Intellectus agentis duplex operatio;abſtrahere formas à materia,& per eſſentiam intelligere. 178

Intellectus agens,forma & Intellectus in habitu, materia, reſpectu poſſibilis rationem obtinet. 178

Intellectus agẽtis ad intellectũ in habitu reſpectus,eſt in agẽte ſecũdũ dici,& in intellectu in habitu ſecũdũ eſſe.178

Intellectus agens biſariam nobis copulatur; primò per naturam,vt agens; poſtremò per ſtudium, atque exercitationem,vt forma. 178

Intellectus agens dr̃ nobis copulari,vel ĩ potẽtia,vel in actu, vel partim in potentia,partim in actu;p modo copulationis intellectorum ſpeculatiuorum nobiſcum. 178.179

Intellectus agens dr̃ nobiſcũ copulari ſecũdũ partẽ, nõ rõne operationis,nec rõne diſpõnis, ſed rõne abſtractionis.178

Intellectus agentis per intelligibilia actiua, & ſpeculatiua nobiſcum copulatio, eſt ſpuria,& nubiloſa;at per eſſentiã, eſt lucidiſſima,ac Idealis. 178

Intellectus agentis,vt forma,nobiſcum copulatio; vel eſt ipſamet abſtractarum ſubſtantiarum intellectio, vel ea ſaltem prior,quoad naturam. 178.179

Intellectus agentis cum poſſibili vltima copulatio, haud eſt ſcientia ſpeculatiua, ſpeculatiuam tamen ſcientiam diſpoſitiuè requirit 179

poſtrema Intellectus agentis cũ poſſibili copulatio, reſpũ noſtri,noua; at reſpũ ipſiuſmet ĩtellectus,æterna exiſtit.179

Intellectus,habitus principiorum,& melioris diſpoſitionis, quàm ſcientia. 120

intellectus,pro habitu principiorum,ſemper verus. 121

intellectus in habitu,à ſenſu valdè diſſimilis. 127

Intellectus in habitu, dupliciter in potentia, primò,ad ope-

rationem, ab eius ſubſtantia diuerſam; deinde, ad operationem cum eius ſubſtantia prorſus coincidentem. 144

intellectum in habitu per ſpeciem intelligibilem in ſe exiſtentem, ſemetipſum per accidens poſſe intelligere, falſum; contra Latinos. 145

intellectum in habitu nihil aliud eſſe, q̃ ſpecies intelligibiles à phantaſmatibus acceptas, falſum; contra Themi. 145.

intellectum in habitu per ſpeciem intelligibilem, tanquã per quoddam extrinſecum, in ſuimet cognitionem deuenire poſſe, falſum; contra Auerroem. 145

intellectus in habitu ſeipſum intelligere poteſt, non per ſpeciem intelligibilem; verùm vtpote in potentia proxima vt ab intellectu actu perficiatur, fiatq́; purus intellectus eſſentia; ſeipſum, & quæ in eo ſunt, formas ſine vlla paſſione ſecundùm perfectiſſimum actum intelligens. 145

intellectus in habitu, haud ab actu patitur ſuperueniente; ſed habitum potiùs agendo perficit, & excolit. 149

intellectus in habitu, medius inter poſſibilẽ, & adeptũ. 164

intellectus in habitu, apud Auerroem, generabilis, & corruptibilis, atque pluriſicatus. 164

intellectus in habitu, iuxta Alex. & Auemp eſt aggregatũ quoddã ex intellectu agẽte, ſpecieq; intelligibili. 176. 177

intellectus in habitu, occaſione phantaſmatum, ad agentem conuerſus, pro gradu ſibi poſſibili intelligit. 177

intellectus in habitu, in nobis eſt cauſa diſpoſitiua, vt abſtracta denique intelligamus. 177

intellectus in habitu, eſt in potentia ad intelligendum propinqua: at poſſibilis, in remota. 178

intellectus in habitu, ſecundùm diuerſas perfectiones, & practicus, & ſpeculatiuus appellatur. 178

intellectũ actiuũ cur ſpeculatiuo Ariſ. poſtpoſuerit. 126. 168

intellectus actiuus ad formandam electionem, vnde prouenit actio, phantaſmate ſemper vtitur. 173

intellectus actiuus, circa bonum, & malũ; ſpeculatiuus, circa verum, & falſum. 194

intellectus tam actiuus, quàm factiuus, in ſe, abſque phantaſia, ſemper rectus. 194

intellectus actiuus, vel ĩcõplexũ ſolũ, vel cõplexũ vniuerſale abſq; particulari intelligens, mouere minimè põt. 195

intellectus actiuus, in operando neceſſariò indiget ſenſu. 200

intellectus practicus, & ſpeculatiuus, ſubiecto idem, ratione diſtincti. 54

intellectus practicus craſſum quid, & materiale magis ſapit, quàm ſpeculatiuus. 54

intellectus practicus in mechanicis, materiam ad aliquam formam artis mouet determinatam. 57

intellectus practicus, inſeparabilis; ſpeculatiuus, ſeparabilis à corpore. 54

intellectus practicus eget corpore, viribuſq; corporeis neceſſariò ad ſuas actiones obeundas: at ſpeculatiuus non ſemper, neque omnino. 138

intellectus practicus, phãtaſia ſemper vtitur; at ſpeculatiuus non ſemper. 168. 170

intellectus practicus vnà cũ ſenſu, appetituq́; operatur. 169

intellectus practicus, à ſenſu & in operari, & in cognoſci dependet. 170

intellectus practicus q̃nque ſimul cum ſenſu operatur, q̃nque ſeorſum abſq; vſu ſenſus à ſola imaginatione mouetur. 172

intellectus practicus ſpecies in phantaſmatibus intelligit, vt communis ſenſus in particularibus. 172

intellectus tam practicus, quàm ſpeculatiuus, ſyllogiſmo communiter vtitur. 173

intellectus tã practicus, q̃ ſpeculatiuus, phãtaſia eget ꝓcedẽte; et ĩ itelligẽdo, à phãtaſmate obiectiuè depẽdet. 184. 186

intellectus practicus in homine, localis quidẽ ipſius motus cã cauſa, haud tamen totalis cauſa, exiſtimandus. 193

intellectus practici vltimum in ratiocinando, eſt principium in operando. 193

intellectus practicus, abſq; appetitu mouere minimè pt. 194

ĩtellectus practicus humanã dirigit, ac regulat phãtaſiã. 197

intellectus ſpeculatiuus, ſecundùm quid corruptibilis, at ſimpliciter incorruptibilis. 38

intellectus ſpeculatiuus, circa vniuerſalia; at practicus, circa particularia verſatur. 68. 152. 168

intellectus ſpeculatiuus, ſiue in habitu, iuxta Them. eſt ex poſſibili, & agente cõpoſitus. 133. 145. 159. 160. 176. 178

intellectus ſpeculatiuus merito Idearum, quas in ſeipſo ſpeculatur, æternus. 133

intellectus ſpeculatiuus. merito poſſibilis recipiẽtis, vnicus, atque æternus; at merito ſpecierũ intelligibiliũ, à phantaſmatibus in eſſe, & in cõſeruari dependentiũ, pluriſicatus, & generabilis, ac corruptibilis. 133. 136. 141. 160

intellectus ſpeculatiuus à duobus ſubiectis dependet, per quorum alterũ dr̃ verus, & per alterũ dicitur ens. 134. 136

intellectus ſpeculatiuus, ſubiectiuè vnus, atque immortalis; at obiectiuè multiplex, & corruptibilis. 136

intellectus ſpeculatiuus, in ſpecie humana, æternus; in indiuiduis, generabilis, & corruptibilis. 136

intellectus ſpeculatiuus, ſecundũ Auer. eſt intellectus materialis ſiue poſſibilis, ſpeciebus intelligibilibus ab imaginatiua pendentibus informatus. 136. 160

intellectus ſpeculatiuus, ſecũdũ Them. eſt ipſemet intellectus agens, poſſibilẽ intellectũ cõtãgens: at, ſecundùm Alex. eſt ab agente intellectu diuerſus. 159

intellectus ſpeculatiui, & practici diuerſitas, ex diuerſitate pẽdet phantaſmatum in cogitatiua reſidentium. 160

intellectus ſpeculatiuus, & practicus, ſubiecto idem; ratione tantummodo, ac habitudine differunt. 168. 170. 173

intellectus ſpeculatiui, & practici, triplex differentia. 168

intellectus ſpeculatiui obiectum, verum, & falſum; practici, bonum, & malum. 168. 173

intellectus ſpeculatiui finis, cognitio; practici, opus. 174

intellectus ſpeculatiui obiecta, perpetua, & neceſſaria; at actiui, in generatione, & contingentia. 174

intellectus ſpeculatiuus, iuxta Alexandrum, ex intellectu in habitu, & agente componitur. 177. 178

intellectus ſpeculatiui finis eſt ſcire, veritas, internaque ſuiipſius perfectio: at actiui, eſt operari, bonitas, & ad extrinſecum aliquid progreſſio. 193

intellectus ſpeculatiui finis eſt intra, actiui extra. 193

intellectus ſpeculatiuus mouet pariter, atque mouetur. 198

intellectus in actu, ꝑ hoc ab intellectu poſſibili, in habituq́; diſtinguitur; q; iſte ſemper intelligit, illi uñt q̃nque. 161

intellectus in actu, nihil quicquam, niſi ſemetipſum ſolum, intelligit. 166

intellectũ in actu, atq; diuinũ, priuationẽ ĩ ſeſe exiſtẽtẽ nullo pacto intelligere; ut bñ intelligere priuationẽ exiſtẽtẽ in rebus; Therap. in via Peripat. malè ſuſtinuit. 166

intellectus ſimpliciter in actu, abſque vlla potentiæ inquinatione, nec priuationes intelligit, nec mala. 166

intellectus in actu, atque diuinus, iuxta Ariſtotelem, nullo pacto mala, ac priuationes intelligere poteſt: at iuxta Theologicam veritatem, & priuationes, & mala neceſſariò cognoſcit. 166. 167

ĩtellectus ĩ actu ſeipsũ hẽt ꝓ obiecto; & ſic ideales formas, ac quidditates, vtpote eſſẽtia ſua realiter eaſdẽ, ĩtelligit. 166

intel-

INDEX

intellectus adeptus intelligit ſimul omnia, per eſſentiam intellectus agentis. 164

intellectus adeptus, abſque materiæ, & accidentium contagio, puras ſubſtantias contemplatur. 174

intellectus adeptus, præcedentem diſpoſitionem requirit. 180

de intellectu, vt adepto, ſiue ut ĩtelligẽtia pertractare, nec ad naturalẽ, nec ad metaphyſicũ, ſed ad aĩaſticũ attinet. 185

intellectus humanus, cum adeptus fuerit; à Deo, vt à fine ab eo, cognito, ardentiſſimeque amato, ipſe quoque, cæterarũ intelligentiarum more, mouebitur 187

intelligentia nulla, præter primam, ſecundùm Auerroem, eſt libera à materia. i. ab aliquali imperfectione, ac priuatione, ſi cum ſuperiori conferatur. 4.140.147

intelligentia qualibet, finitæ perfectionis. 9

intelligentiæ, ſecundùm diuerſos perfectionis gradus, Deum intelligunt. 9

intelligentiæ, ſatis æquiuocè cælorum animæ dicuntur. 36

intelligentiæ, ratione maioris, minoriſque perfectionis, latitudinem obtinent. 40

in intelligentia quacunque, apud Ariſt. idem eſt intelligens, intellectio, & intellectum. 126

intelligentia nõ datur apud Ariſt. cũ ſpecieb. concreatis. 126

intelligentiæ, omniũ generabiliũ, & corruptibiliũ cauſa. 135

intelligẽtiæ nõ per ſpecies, ſed per eſſentiam intelligunt. 140

intelligentia prima aliter intelligit inferiores, quàm ab eis intelligatur. 140

intelligentia prima non intelligit aliquid extra ſe: at cæteræ bene aliquid extra ſe intelligunt. 140

in intelligentia qualibet, citra Deum, S. Thom. compoſitionẽ ex eſſe, & eſſentia conſtituit. 140

in intelligentia qualibet, citra Deũ, ſimilitudinaria q̃dã eſt cõpoſitio; nẽpe ex ꝓprio actu ſeu perfectione, & ex priuatiõe ſeu defectu pfectionis ĩtelligẽtiæ ſuperioris. 140.147

intelligentia media inter Deum, & intellectum poſſibilẽ, nec puri actus, nec puræ potentiæ; ſed ex actu, & potentia quodammodo compoſita. 140.147

intelligentia qualibet, iuxta Auer. principali intẽtione, propter ſe agit; ſecundaria verò pp nos, iſtaq; inferiora. 141

intelligentia, per motum Cæli, ſuam inferioribus communicant perfectionem. 141

in intelligentias diſcurſiua cognitio minimè cadit, contra Auicennam. 150

ſola intelligentia prima nihil habet, à quo perficiatur; & ad quod, vt ad finalem cauſam ordinetur. 150

intelligentias per ſpecies abſtractas intelligere, in philoſophia Peripatetica haud concedendum. 150.158

intelligẽtiarũ beatitudo, haud in cognitione per ſpeciẽ abſtractiua; verùm in cognitione Dei intuitiua conſiſtit. 150

in intelligentias ſpecies concreatæ de mente Ariſt. nequaquã introducendæ, contra Beatum Thomam. 150

intelligentia ſuperior eſt cã inferioris in gñe cãæ finalis. 150

intelligentia non põt per ſuam vnicam, ſimplicem, ac finitã eſſentiam; pluralitatem, ſeu multiplicitatem vllam in intelligendo referre; contra Hiſpanum. 150

intelligentia inferior ſuperiorẽ recipere dr̃, nõ p formalẽ inhæſiõẽ; ſed vt perfectibile, extrinſecã ſui perfectionẽ. 150

intelligentiæ aliæ à prima, intelligunt ſe, prout intrinſecùs à ſeipſe perficiuntur; intelligunt autem ſuperiores, prout extrinſecùs perficiuntur ab illis. 150

in intelligẽtijs oĩb. ꝑter Deũ, reperiri potẽtiã, & cõſequẽter imperfectionẽ; nõ poſitiuè, ſed cõparatiuè ĩtelligẽdũ. 167

intelligentia in hæc inferiora mediante Cælo operantur. 178

intelligentia, nec ſubiectiuè, nec obiectiuè à materia dependent. 184.186

intelligentia mouet orbem in genere cauſæ finalis. 186

intelligentia vnaquæque proprium mouet orbem. 187

intelligentiæ omnes inferiores, à prima, vt à fine amato, atq; deſiderato mouentur. 187

intelligentiæ tot numero, quot orbes. 187

intelligentia humana, intelligentiarum omnium imperfectiſſima, atque poſtrema. 37.40.128.135.141

intelligentiæ humanę, tanquam intelligentiarum omnium imperfectiſſimę; humana ſphæra, tanquã imperfectiſſima omnium ſphærarum, meritò aſſignata. 37.40.128

intelligentia humana, à ſeipſa progreſſa. 128

intelligentia humana, infra intelligentiam Lunæ. 128

intelligentiæ humanæ ſphæra, non indiuidualiter æterna, ſicut ſuperiorum intelligentiarum; ſed æterna in ſpecie, in indiuiduis generabilis, & corruptibilis. 128.140

intelligentiæ humanæ per accidens cõuenit, habere actionem à ſua ſubſtantia diuerſam. 135

Intelligentia humana, partim manens, ratione agentis; partim progreſſa, ratione poſſibilis intellectus. 141.158

Intelligẽtia humana, quãuis intelligẽtiarũ oĩum imperfectiſſima; perfectior tamẽ eſt formis oĩbus materialibus. 141

Intelligere cum phantaſia duplex, vel obiectiuè; vel conſecutiuè. 5

Intelligere à ſentire quammaximè differt, contra antiquorum opinionem. 118.119 120

Intelligere eſt intentiones imaginatas, iam actu intelligibiles confectas recipere. 155

Intelligere de materialibus, atque immaterialibus haud vniuocè dicitur; contra Alexandrum. 176

Intelligere quodcunq; voluerimus, habito à nobis intellectu in habitu, in noſtra facultate ſtatuunt. 177

Intelligibile de materialibus, & de intellectu æquiuocè, vel analogicè dicitur. 152.

intelligibile, per formam intelligibile. 154

intelligibilia vera, apud Ariſt. ſubſtantiæ abſtractæ tantummodo exiſtunt. 151.

intelligibilia, quatenus intelligibilia, reſpectiua; at, quatenus ſecundùm ſe, abſoluta entia exiſtunt. 181

intelligibilia, pro ſtatu iſto, in ſenſibilibus, & phantaſticis ſpeciebus reperiuntur. 182

intelligibilia omnino abſtracta, ſenſu, ac phantaſia nequaquã percipiuntur. 182

intelligibilium ad imagines proportio, eſt, ſicut proportio coloris ad corpus coloratũ; non ſicut proportio coloris ad viſum: Auerroes aduerſus Auempacem. 170

intelligibilitas, ſpeciei intelligibili, ipſique intellectui æquiuocè competit. 145

intelligibilitatis ratio pendet à forma. 189

intemperantia non circa guſtum, ſed circa tactum. 95

intẽtiones imaginatę, haud actu, ſed potẽtia ĩtelligibiles. 154

intentiones ſecũdæ, ſolũ eſſe p opus intellectus nãciſcũtur. 18

intentiones imaginatæ ſunt mouentes non mota. 134

intentiones imaginatæ, intellectum poſſibilem mouere minimè valent; niſi prius ab agente fuerint illuſtratę, atque è potentia ad actum translata. 134.141.154.156.

intentiones vniuerſales dicuntur formæ, & particularium imaginum, ſecundùm eſſe reale; & intellectus, ſecundùm eſſe intentionale. 170

Ioan. de Gandauo, ſummus & Ariſtotelicus, & Auerroicus. 1

ὑπάτη, pp minimã extẽſionem, obtusè, & grauiter ſonat. 85

irrationalia non cognoſcunt tempus, ſed ea, quę ſibi in tempore acciderunt. 195

INDEX

Judicatiua animæ virtus impartibiliter, atque in indiuiſibili indicat. 116
Judicium ſenſui, intellectuique commune. 116.118
Judicium in anima ſecundùm ſeipſam reſeruatur. 190

L

LÆtitia, & triſtitia in odoratu, ob ſenſiterij excitationem; at in guſtu concomitanter, ad conueniens ab inconuenienti diſcernendum requiruntur. 90
Leue reducitur ad humidum. 97
Lapis non in anima, ſed ſpecies lapidis. 181.182
Latitudo entium naturalium, à Rabi Leui Gerſonide deſcripta. 152
Lauacra, tactui oblectando. 115
Lexis, ſyllabarũ formatio, ad loquutiõ ſolam excipiẽdã. 85
Libri tertij de anima principium, ſecundùm Græcos, ſecundùm Albertum, & ſecundùm Auerroem, diuerſum; melius tamen, quod ab Auer. aſſignatur. 108.109.118.125
Linea, indiuiſibilis potentia, ſecundùm latitudinem. 163
Linguæ radix, ex tribus conſtat membranis. 86
Lingua in homine & guſtui, ad eſſe ſimpliciter; & locutioni, ad bene eſſe inſeruit. 86.95
Lingua, extrema præſertim ſui parte, ſenſorium guſtus. 95
Lingua, ob ſaporum receptionem, nec nimis arida, nec nimis humida; ſed media temperatura conſtituta. 95
Lingua, etſi materialiter vna, diuerſa tamen ratione tactui, guſtuique deſeruit. 97
Lĩgua & ſaporũ, & tactiliũ qualitatũ ſimul perceptiua. 100
Lingua ſecundùm exteriores partes, medium; at ſecundùm intimas, organum guſtus. 100
Lingua, haud ſecundùm ſe totam, ſed ratione intimæ tantùm ſuæ particulæ neruoſæ, guſtus organũ, atq; ſenſorium. 100
Locus, æqualis locato. 102
Locus, ſimilis locato. 102
Locus duplex, communis, & proprius. 103
Locus, extrinſecus locato. 143
Loco mouere, æquiuocum quoddam. 191
Logica duplex, docens, & vtens. 24
Loquutio, vocis ſpecies; nẽpe vocis per linguã explicatio. 85
Lumen, nõ ad cauſandos colores in actu; ſed ad mediũ illuminandum, & actuandum diaphanum, neceſſarium. 69
Lumen ad viſionem neceſſarium. 75.85
Lumen, non propter mediũ, ſed propter colorẽ, vt actu mediũ moueat, requiri; Auempac. & Auic. ſuſtinuerunt. 75
Lumẽ ex parte diaphani ſeu medij, nõ ex parte colorũ requiri; Auer. vnà cũ Alex. cõtra Auemp. & Auic. tuetur. 75
Lumen neceſſarium ad eſſe coloris formale, etſi nõ materiale; Alb. quaſi iter Aui. & Auer. medius, exiſtimauit. 75.76
Lumen extrinſecum colori, & à colore diuerſum. 75
Lumen, actus diaphani interminati. 75.76.77.79.82
Lumẽ neceſſariũ eſſe, non ex parte coloris, ſed ex parte medij duntaxat, ad actuandum diaphanum; vt color medium ita actuatum mouere poſſit deinde ad viſionem producendam; Auctor determinat. 76
Lumen, actus diaphani interminati, non fixè diaphano adhærens; ſed modò accedens, modò recedens. 76
Lumen non propriè, ſed per quandam ſimilitudinem color, ab Ariſto. dicitur. 76
Lumen metaphoricè aerem colorat, in quantum eum viſibilem reddit. 77
Lumen effectum realem producit. 77
Lumen, & tenebræ non poſitiua, ſed priuatiua contrarietate opponuntur 77.78
Lumen non eſt corpus, cõtra Epicureorũ ſentẽtiã, ſed habitus quidã potius, & perfectio corporis diaphani. 77.78. 79
lumen, nullum prorſus motum habet localem. 77.78
lumen, in inſtanti totum illuminat hemiſphærium. 77.78
lumen eſt præſentia ignis, aut alterius corporis luminoſi, vt Solis, aut ſtellæ in diaphano, perfectiua. 77
lumen, ſecundùm B. Thom. in aere habet eſſe reale, & naturale; non autem intentionale: at ſecundũ Scotum, & Albertum, eſt intentio lucis in medio producta. 77
lumen in aere habere eſſe non omnino reale, nec prorſus intentionale; ſed tum reale, tum intentionale ſimul; Auctor Scotum, & Thomam vnà concilians, determinat. 77
lumen maius, minus offuſcat. 78
lumen, defluxum quendam eſſe à corpore luminoſo, vt ſenſit Empedocles, falſum. 78
in lumine à quocunque corpore fit reflexio, ab aliquibus fortior, à quibuſdam tenuior. 83
lumen, cauſa effectiua, vt colores videantur. 85
lumen, non quatenus lumen, ſed ratione qualitatis calidæ ei admiſtæ, calefacit. 108
lumẽ non facit colores, ſed exiſtentes manifeſtat. 158
luna, ſecundùm Auerroem, ex duabus naturis, lucida, atque diaphana, compoſita. 78
luna terræ aſſimilatur. 78
lunæ, diuerſæ adumbrationes, ſecundùm diuerſos ipſius ad Solem aſpectus. 78
lux ẽ qualitas ĩ primo, ac pricipali ſubõ, Cælo ſ. aut Sole. 77
lux nõ eſt forma ſubſtantialis, ſubiecti, in quo eſt; ſed qualitas actiua formã ſubſtantialẽ cõſequens corporis lucentis. 77
lux ad diaphanum, vt forma ad materiam. 77
lux immodica, viſum deſtruit. 115
lucis duplex reflexio; fortis, lucẽ; ac debilis, vmbrã pducẽs. 82
lucidum corpus, ad colorẽ, ſiue ad coloratum, reducitur. 98

M

MAgis, & minus non variant ſpeciem. 151
in Magnete virtus attractiua ferri, ſubſtãtialẽ magnetis formã inſequitur, & ex natura prouenit elemẽtari; nec à Cælo deſuper eſt influxa, contra B. Thom. 140
Magnitudo in ſono, non propriè, ſed metaphoricè. 72
Magnitudo, ſenſibile commune. 72.97
Magnitudo, terminus corporis naturalis. 72
magnitudinẽ, & paruitatẽ, in ſonis, atque in coloribus; haud propria viſus, vel auditus; ſed communia ſenſibilia appellanda; vnà cum Alex. atque Themiſtio, contra Simpl. ac Philop. Auctor determinat. 97.98
Magnitudo eſſentialiter, ac ppriè extẽſionis ſignificatiua. 98
Magnitudo, agit in ſenſum. 111
Malum, deſtructiuum. 169
Malum ſpeculatiui intellectus, eſt ſimpliciter malum; at practici, ſecundùm quid. 173
Manus, inſtrumentum inſtrumentorum. 182
Materia ſemper in compoſito manet. 3.158
Materia prima, ſuapte natura, difficillimæ cognitionis. 13
materia quanta, iuxta Auerro. indiuiduationis principiũ. 17
materia prima, in pura potentia ad omnes actus indiuiduales ſubſtantiales, & accidentales. 20
Materia ſenſibilis bifariã; vel ut qualitatib. ſenſibilib. in habitudine ad formã ſubſtãtialẽ, informata; vel pro ipſomet cõpoſito, in habitudine ad motũ & quietem, accepta. 24
Materia nuda, & ſola, à nullo prorſus artifice cõſideratur; ſed ſemper in habitudine ad aliquam formam. 25
Materia prima de ſe nõ formata, neq; p ſe aliquid ĩ actu. 27
Materia ad actionem inſtrumentaliter tantũ cõcurrit. 43
Materia in continuo fluxu, & refluxu. 45

Mate-

materierum diuerſitas pendet à diuerſitate formarum,& nō è conuerſo;contra Platonem. 68
materia iudicium,cognitionemq́ue impedit. 106.184
materia à forma ſecundùm eſſentiam,non tamē ſecundū ſubſiſtentiam eſt denudata. 130
materia,ſecundùm ſeipſam informis,& formarum tantummodo corporalium receptiua. 131
materia,vel ſenſibilis,vel intelligibilis. 146
materia ad formæ ſuſceptionē per accidētia diſponitur. 147
materia propter formam,& non è contra. 141
materia in naturalibus,atque in mathematicis,diuerſa. 148
materia,nequaquam pars quidditatis; contra B.Thom. 149
materia primò p quātitatē,deinde p qualitatē diſponitur. 162
materia,iuxta Platon. adulterina notitia cognoſcitur. 165
materia duplex, tranſmutationis,atque propoſitionis. 168
materia tranſmutationis,à philoſopho;at propoſitionis, à logico conſideratur 168
materia formæ proportionanda. 179
materia eſt cauſa generationis. 181
materia extrinſecùs,aduētitieq́; quoquo mō uitā recipit. 199
in materialibus,diuerſitas. 146
in materialibus indiuiduatio prouenit à materia. 147
in materialibus quidditas,& indiuiduū à nobis diuerſis virtutibus cognoſcuntur. 147
materialia,haud per ſe,nec per eſſentias, ac quidditates eorum intelligibilia; ſed extrinſecùs ab intellectu intelligibilitatem acquirunt;contra Sueſſanum. 151.152
materialia,potentia intelligibilia. 152.154
mathematica peritia,cum accidentia duntaxat perſcrutetur,nequaquam philoſophiæ nomine digna. 174
mathematica nequaquam ſunt realiter à ſenſibilibus ſeparata;contra Pythagoreos,& Platonem. 174
mathematica à ſenſibilib. abſq; vllo errore abſtrahūtur. 174
mathematica,in anima abſtractum;extra animam,materiale eſſe habent. 175
mathematicæ,Aſtrologia excepta,de ſubā nō ptractāt. 4.5
mathematicæ,haud verè,nec exactè ſcientiæ. 9
mathematicæ,in primo certitudinis gradu. 10.19
mathematicæ ſciētiæ de c.ib.ſenſibilib.pertractāt. 112.123
mathematicę veræ, geometria.ſ.& arithmetica, à materia ſenſibili quammaximè remouentur. 175
in mathematicis bonum, quomodo reperitur. 8
in mathematicis à principijs naturæ ſimul,nobisq́ue notioribus procedimus. 19
in mathematicis,non ſecus ac in naturalibus,& ſimplices,& compoſitæ reperiuntur quidditates. 148.149
mathematicus formas materiales per rationem,& intellectū abſtrahit à materia. 25
mathematicus abſtrahit à motu,& à materia ſenſibili; non tamen abſtrahit à materia intelligibili. 25.149
medicamentum uincit naturam. 97
medicamentorū duplices facultates; primæ,atq; ſecūdæ. 97
medici laudandi,non honorandi. 9
medici animam, complexionem ſtatuerunt. 14
medicina nec ſpeculatiua,nec actiua;ſed factiua,atque mechanica. 25
medicina,quamuis ratione finis practica,multum tamen de ſpeculatiuo participat. 173
medium ad vnionem materiæ,& formæ,intrinſecum, nullum prorſus requiritur. 31
mediū in ſēſatione duplex;aut extrinſecū, vt ī viſu,auditu,olfactu;aut ītrīſecū, vt ī guſtu,et tactu. 79.80.93.102.103
per mediū ſentire,oīb.ſenſib.cōe,& neceſſariū. 80.103.104
medium quaſcumque ſenſibiles ad quemuis ſenſum deferens qualitates,qualitatibus illis carere debet. 81
mediū odorū delatiuū, ſuapte natura odoris expers. 90
medium tranſitus duplex, vel ſecundùm formam, vel ſecundùm gradualem latitudinem intenſionis. 96
medium in ſenſu, vel à toto ſenſibili, vel ab extremis ſaltem actu denudatum. 100.105
medium in ſentiendo;vel ſimplex, vt in viſu, auditu , olfactu, aer,aut aqua;vel miſtum, vt in tactu, & guſtu,caro,aut carni proportionale. 100
medium in tactu, animali adnatum,eiusq́ue pars. 100
medium extrinſecum,nempe aer,aut aqua; in viſu , auditu, & olfactu,moti,mouentisq́ue ſimul: at in guſtu.& tactu, moti tātummō,nequaquā mouētis habet rōnem. 101.102
medium , extremorum receptiuum. 102
mediū extrinſecum,in viſu , auditu,& olfactu, vt per quod, at in guſtu,& tactu, vt cum quo tātummō,requiſitū. 102
medium duplex; vel neceſſarium, vel contingens ; & neceſſarium adhuc duplex, vel per ſe, vel per accidens. 103
medium cum quouis extremorum comparatum, extremi alterius vicem gerit. 106
mediū eſt ſpecierū ſenſibiliū receptiuum, non ſubiectiuè,nec primò & per ſe;ſed tranſitiuè,& rōne cōis naturæ. 107
media, quamuis diuerſa materialiter; idem tamen ſenſibile, ratione communis alicuius naturæ, valent deferre. 110
media minùs materialia,quam extrema. 115
mediæ, cognitu difficilia, atque interdum innominata. 167
medium à quouis duorum extremorum , ratione alterius extremi ſpecie differt. 131
media per extrema ab antiquis declarabantur. 167
medium duplex, vel per abnegationem, vel per compoſitionem extremorum. 186
melius, entitatis reſpicit perfectionem. 9
membra animalium, animæ inſtrumenta. 10
memoratiua in poſteriori ventriculo cerebri,ſecundùm Medicos,reſidet. 47.119.142
memoratiua eſt finalis cā quodāmō ipſius cogitatiuæ. 143
memoratiua ab Auer. ſpiritalior dr̄,q̄ cogitatiua,nō quātū ad res apprehenſas,ſed quantum ad apprehēdēdi modū. 143
memoria, rerum abſentium. 121
mentis virtutes, opinio recta, ſcientia, atque prudentia. 119
mēs,ut pfecta ē,ī ſeipſa vera obiecta cōtinet ītelligibilia. 127
mēs omnino a corpore ſeparabilis, neque vllo pacto mutabilis paſſione corporea. 144
mens ſola, iuxta Ariſt. extrinſecùs , ac deforis homini aduenit. 161.185.186.188
mens, omnifariam indiuiſibile in inſtanti attingit 164
in mente, operatio eadem prorſus eſſentiæ. 168
mens, a metiendo dicta. 197
metallum, expers odoris. 90
metaphyſicus circa abſtracta tam per eſſentiam, tum per ſimdifferentiam verſatur. 5
metaphyſicus duo principia quāmaximè neceſſaria capit , à philoſopho naturali ſibi tradita, ac demonſtrata: nempe abſtractum eſſe, ex 8.phyſic.& abſtractū eſſe intelligens, ex 3.de anima. 5.126.140.185.189
metaphyſicus à motu,& à materia tam ſenſibili, quàm intelligibili abſtrahit. 25.169
metaphyſicus formas actu , & ratione à materia abſtractas ſpeculatur. 25
Methodus diffinitionis inueſtigandæ; ab Hippocrate , demonſtratio; à Plat. diuiſio, ab Ariſt. compoſitio, cōſtituitur. 14
Methodus inueniendi diffinitiones oīum diffinibiliū, quantū

ad regulas,& canones vniuerſales,eſt vna: quantum ve
rò ad prĩcipia ꝓpria ipſorũ diffinibiliũ, eſt multiplex.14
Mirabilius,cauſa lateuti am reſpectat. 9
Miſtio eſt quædam miſcibilium alteratio, atque digeſtio,à
virtute caloris confecta 92
Miſtio,alteratorum vnio. 122.125
Miſtio,non eſt incorporeorum. 122
Miſtio terræ in ſenſorijs, ad cætera elementa dẽt eſſe propor
tionata,ad hoc vt ſequatur ſenſatio. 201
Miſtum æquale ad pondus,minimè datur. 31
in Miſto vnum ſemper dominatur elementum 31
in Miſto elementa dominata ſe habent per modum potentiæ,
dominans verò per modum actus. 31
ĩ Miſtis,terra ſecũdũ molẽ,ignis ſcd̃m virtutẽ dominatur.59
Miſta refractas habent qualitates. 102.105
Miſta omnia naturalia,à prædominio grauia. 201
Molis maioritas, arguit maioritatem virtutis. 59
Molle,quod tactui abſque reſiſtentia cedit. 82
Molle ad humidum,ſicut aſperum ad ſiccum,redigitur. 97
Mollities duplex;altera laudabilis,altera minimè. 89
Mollities à ſicco bene commiſto cum humido prouenit ; eſtq́;
ſubtilium ſpirituum generatiua. 89
Mollicies carnium naturalis,non accidentalis;& à ſicco cũ
humido bene commiſto,digeſtoq́ue proueniens; non ab hu
mido pituitoſo,indigeſtoq́ue proficiſcens ; aptitudinem ar
guit ingenij,atque prudentiam. 89
Monſtra in principalibus membris peccantia, quamprimùm
moriuntur 192
Monſtroſitas rarò contingit. 110
Mõſtroſitas,naturæ peccatũ,eiuſq; ab ĩtẽto fine auerſio.110
Moralis philoſophi intentio, ab intentione naturalis,diuini-
q́ue diuerſa. 11
Moralẽ , iuxta dictũ Auer.accipere ab aĩaſtico vltimũ finẽ
hoĩs,ĩ eo ꝙ hõ,de cogitatiua virtute ĩtelligẽdũ.11.12.160
Morborum duo genera, apud Medicos ; in ſimilaribus parti-
bus,atque in organicis membris. 92
Mors,calidi extinctio. 180
Motiua animæ virtus duplex,imperans,& efficiens:& impe
rans adhuc duplex,concupiſcibilis,& iraſcibilis. 51
Motiua animæ virtus,neruis,muſculis,chordis, & ligamen-
tis infuſa. 51
de Motiua anima,cur in fine tertij poſtremo loco Ariſt.per
tractauit. 126.189
Motor , ſecundùm eius actionem , eſt extrinſecum vniens
formam materiæ. 31
Motor in ſenſu,extrinſecus ; in intellectu,intrinſecus. 67
Motum,& quietem, de conceptu formali materiæ ſenſibilis
eſſe,quidã voluerũt:ei verò accidere, & circumloqui vl
timã ipſius differẽtiã nobis ignotam,alij aſſeruerunt. 24
Motus nutrimenti ad membra, ſicut ferri ad magnetẽ.39.61
Motus ferri ad magnetem,eſt motus amati ad amantem. 39
Motus,diſcurſus beneficio,intellectui quoque conuenit. 40
Motus bifariam acceptus; vel formaliter,pro fluxu formæ ;
vel materialiter,pro forma fluente. 56
Motus, eiuſdem generis cum termino,ad quem. 56
Motus localis,cæteris motibus prior. 63
Motus,actus imperfectus. 65
Motus propriè vereq́ue acceptus,non fit in inſtanti; ſed tem
pore partibiliter menſuratur. 66.73
Motus intellectualis, nec verus motus, nec verus actus; ſed
inter verum motum, verumq́ue actum medius. 66
Motus,ſenſibile commune. 72
Motus localis,ſpiritale quid magis ſapit, quàm alteratio.81
inter Motus duos oppoſitos,mediat quies. 82.83.199
in oĩ Motu,mouẽs ꝓximũ,& ĩmediatũ eſt ſimul cũ moto.91.
Motus à proportione maioris inæqualitatis mouentis ſupra
mobile proficiſcitur. 101
Motus ſenſu perfectior. 110
Motus in mobili reperitur. 113
Motus, diuiſibile quiddam. 117
Motus,ſecundùm Peripateticos,eſt æternus. 132
Motus,per actum diminutum entis in potentia, quatenus in
potentia,diffinitur 169
Motus differt à termino ad quem,per magis ſolùm,minuſque
perfectum. 176
Motus eſt vita omnibus natura ſubſiſtentibus. 180
Motus nutritionis,augmenti,atque generationis,non ſimpli-
citer naturalis, ſed vitalis appellandus. 191
Motus augmẽti,ad motũ in loco quodãmodo reducibilis.191
Motus localis animatorum,hominumq́ue præſertim;neque à
nutritiua,neque à ſenſitiua,neque à ſpeculatiuo intellectu
neq; ab intellectu practico,neque ab appetitu , tanquã à
ſufficienti cauſa,adæquatoq́; principio prouenit.192.193
Motus , fugientis aliquid,vel proſequentis. 193
Motus ipſius localis primum,ſummumq́ue principium,eſt ap
petibile. 193
Motus localis progreſſiuus inanimalibus,principaliter magis
ab appetẽte,q̃ à cognoſcẽte prouenit facultate.193.194
Motus localis progreſſiui principia in animãtibus,intellectus
practicus,phantaſia, & appetitus. 193.194
Motus localis aĩalis,fugã,vel proſecutionem ſupponit.194
ad Motum tria concurrunt , mouens immobile , mouens mo-
tum, & motum tantùm. 195
ad Motum progreſſiuum cauſandum quatuor cõcurrunt,phã
taſi.i,intellectus,appetitus,atque appetibile. 195
ad Motum animalẽ progreſſiuũ cauſandũ, virtus cognoſciti-
ua,& appetitiua concurrunt,non ſeparatim, ſed quatenus
ambæ ad vnum idemq́ue appetibile diriguntur. 195
Motus primi, nequaquam in poteſtate noſtra. 195
Motus animalis ex pulſione, tractioneq́ue componitur.197
Motus animalis , iuxta Auer.motui gyratiuo perſimilis.197
in Motu animalis ſemper aliquid datur quieſcens , quod eſt
principium pulſionis, finiſque tractionis. 197
in Motu animalis duo ſtantia requiruntur,extrinſecum , at-
que intrinſecum. 197
Motus progreſſiuus in nobis,immediatiùs depẽdet à minori ꝓ
miſſa particulari, quàm à maiori vniuerſali. 198
in Motu locali potiſſimùm,præter cæteros motus, tria illa ap
parent;mouens immobile,mouens motum,& motum tan-
tummodo. 201
Motus localis, regula aliorum motuum. 201
Motus localis per medium efficitur. 201
Mouens primum localiter,incorporeum. 63
Mouens duplex , tum quod in mouendo non mouetur , tum
quod in mouendo mouetur. 63
Mouens omne phyſicum,mobile. 113.117.
à Mouẽte æterno immediatè nõ prouenit nouus effectus. 132
Mouens,& Motum,eiuſdem ſpeciei,vel ſaltem eiuſdem ge-
neris proximi . 146
in Mulierib. partes inferiores craſſiores,rõne frigiditatis.58
Multiplicatio indiuiduorum ſub eadem ſpecie, per materiã
quantam exiſtit. 135
Multitudo vnitate percipitur. 172
Muſculus per neruum mouet, & per chordam ſiſtit. 196
Muſica, delectando auditui. 115
in Mutabilium explicatione,falſitas à nobis & ratione pæ
dicati

dicati,& ratione temporis committi poteſt. 163
Mutatio omnis, de contrario in contrarium. 61
Mutatio de habitu in actum, nec paſſio, nec alteratio verè proprieque exiſtit. 66.67
Mutatio de priuatione in habitum, ut de ignorantia in ſciētiam, haud propriè alteratio appellanda. 67
Mutatio repentina, & in re, & in actione, mala. 118
Mutatio parua circa principium, in magnas, ac plurimas extenditur differentias. 198

N

N*Arium cooperimentum in animalibus anhelantibus, non propter melius, ſed propter neceſſitatem.* 92
Naſus, primum organum reſpirandi. 92
Naturę generantis ordo, ab imperfecto ad perfectum. 2
Naturam communem actu vniuerſalem, ſecluſa quacunque operatione intellectus, dari, à ſingularibus realiter diſtinctam, malè ſenſit Burleus. 17
Natura communis, ſecundùm Scotum, ab intrinſeco; ſecundùm Auer. & S. Thom. ab extrinſeco indiuiduatur. 17.
Natura communis per indifferentiam, de ſe nec vna, nec plures; neque vniuerſalis, neque particularis. 18.188
Natura generica, ſi hypoſtaſes ſpecierum demantur, ad nihilum reuertuntur. 18
Natura vnitas differēter à Thomiſt. & à Scotiſtis poſita. 18
Naturæ ſpecifica per ſe competit communicabilitas, per accidens ſingularitas. 18
Natura nihil otioſum admittit, nec aliquid fruſtra operatur 21.107.110.119.
Natura ad vnā dūtaxat mouet poſitionis differentiā. 39.58
Natura in vniuerſi conſtructione, ab imperfectis ad perfecta gradatim procedit. 47.126
Natura, quidquid operatur, propter finem determinatum operatur. 57.199
Natura cōis hēt duplex eſſe, materiale, & abſtractum. 67.
Natura communis abſque principijs indiuiduantibus, non habet eſſe reale, ſed duntaxat in intellectu. 67
Natura nec in neceſſarijs deficit, nec in ſuperfluis abūdat 86.192.
Natura, & neceſſarij, & melioris ſolicita. 86
Natura nutrimentum vincit, at vincitur à medicamēto. 97
Natura ab extremo ad extremum, haud ſine medio pertranſit. 103.174.
Natura maxima, tum in neceſſarijs, tum in ijs, quæ melioris dignioriſq; notę ſunt gratia, animalibus contribuendis ſolicitudo. 110.112.
Natura ſummis vſque ad ima, per media ſemper progreditur. 152.155
Natura, qua ſurſum, principalior mouet. 198
Naturalia, quatenus naturalia, per formas naturales in eſſe reponuntur. 34
Naturalia habent, & eſſe, & exiſtere à forma. 34
Naturalia, per intellectū bene à materia ſenſibili indiuiduali, haud tamen à materia ſenſibili ſpecifica abſtrahuntur. 149
in Naturalibus à poſteriori fermè ſemper procedimus. 11.
in Naturalibus, ab effectibus notioribus nobis, naturæque poſterioribus proficiſcimur. 19
in Naturalibus forma eſt dignior nomine ſubſtantiæ, quam materia. 34
in Naturalibus nomen primò de forma, ſecundò de compoſito dicitur. 34
in Naturalibus, dempta forma, amittitur nomen, & diffinitio rei. 34
Naturalis diffinit cum materia. 23.24
Naturalis diffinit per materiam ſenſibilem, non quidem in habitudine ad formam ſubſtantialem; ſed in habitudine potius ad motum, & quietem. 24.25
Naturalis formas, & re, & ratione à materia inſeparabiles contemplatur. 25
Naturalis ea diffinit per materiam ſenſibilem, quę eſſentialiter, & quidditatiuè ab ipſo conſiderantur. 25
Naturalis oēs cās cōſiderat per reſpectum ad materiam. 25
Naturalis à mechanicis artificibus, quantum ad conſiderationem materiæ, in duobus differt. 25
Neceſſarium, ad ſimpliciter eſſe refertur. 11
Negatio in diuiſione conſiſtit. 163
Nerui ſenſitiui, molliores; motiui, duriores. 64.86
Neruorum opticorum punctualis contactus. 80
Neruus, voluntarij motus inſtrumentum. 86
Nerui, ſecundùm Galenum, ſentiunt; at, ſecundùm Ariſtotelem, minimè. 104
Neruos ad ſenſum, motumque conducere, poſt Ariſtotelem per anatomiam deprehenſum. 104
Neruus frigidus, & ſiccus in ſummo; ideò ad ſenſationem ineptus. 104.105
Nicedulę, noctu aerem illuminant. 77
Nicomachus, tū Ariſt. pater, tū Ariſt. filius appellatus. 179
Nētē, propter maximam extenſionem, acutiſſimè ſonat. 85
Nobilitas rei, iuxta perfectiſsimam eius operationem attenditur. 69.70
Noctilucę, quatenus colorata, in die; quatenus lucida, in nocte cernuntur. 78
Noetica perfectū, actuq; exiſtentē intellectū ſignificat. 173
Noetica, abſque vllo diſcurſu, ita rebus intelligibilibus; vt ſenſus ſenſibilibus, occurrit. 173
Nominibus conſuetis potiùs vtēdū, quā noua effingenda. 68
Non ſenſibile, reſpū vniuſcuiuſq; ſenſus, quadrifariā dicitur vel negatiuè, vel priuatiuè, vel intensè, vel remiſsè. 94
Non ens, ab intelligibilibus omnino ſecluſum. 167
Notio eſt animi actio in ſubiecto phantaſmate. 145
à Notioribus nobis, ad Notiora natura procedendum. 5.71
Notius aliquod nobis trifariam. 38
Notitia bifariam, vel pro ſcientia, vel pro quacunque cognitione. 9
Numeralis multitudo, atque diuerſitas, iuxta Auerroem, prouenit ratione materiæ. 138
Numerare, rationalis animæ proprium. 195
in Numeris prius, & poſterius. 52.53
Numerus, ſenſibile commune. 72
Numerus formalis, ſolo intellectu; materialis, ſenſu quoque cognoſcitur. 72
Numerus dupliciter à ſenſu cognoſcitur; priuatiuè, & poſitiuè. 111
in Numeris proportio, per vnitatis ſolius additionem, vel ablationem, variatur. 115
Nutribile patitur à nutrimento, non quantum ad ſubſtantiam, ſed tantummodo quantum ad qualitates. 61
Nutribilia omnia, à prædominio calida. 59
Nutriens, haud ſapor, ſed mixtum ex quatuor qualitatibus ſaporoſum. 201
Nutrimentum plantarum, & animantium miſtum, non ſimplex eſſe oportet. 50
Nutrimentum hominis, quàm brutorum; & brutorum, quàm plantarum, elaboratius. 50

Nutrimenti

Nutrimenti in cibũ, potũque diuiſio, tanquã in cõtraria. 51
Nutrimenti ud membra motus, atque attractio, non violenta, ſed naturalis exiſtit. 58
Nutrimẽtum crudum, nutribili contrarium; decoctum verò, atque digeſtum, ſimile. 60
Nutrimentum ad nutribile, ut materia ud formam comparatur. 60.61
Nutrimentum, ſecundùm diuerſas rationes formales, eſt nutritiuæ, augmentatiuæ, & generatiuæ virtutis obiectum. 60.62.
Nutrimentum bifariam; vel in actu, vel in potentiu: & in potentia trifariam; vel propinqua, vel remotu, vel remotiſſima. 61
Nutrimentum crudum, potentia: at vltimò decoctum, aſſimilatumque, actu nutrimentum exiſtit. 61
Nutrimentum in actu, eſt ſimile nutrito; tum in ſubſtantia, tum in quantitate, tum in qualitate: at Nutrimentum in potentia, omnibus biſce modis eſt ipſi nutrito cõtrariũ. 61
Nutrimentũ uctu, duplex; tum ſanguis dealbatus, materia proxima nutriendorum mẽbrorum; tum pars mẽbri iã effecta, in primo inſtanti ſubſtantiam deperditam animalis actu reſtaurans. 61
Nutrimentum à prædominio humidum, propter facilem in ſubſtantiam nutribilis conuerſionem. 61
Nutrimentum ad membru trahitur ratione ſimilitudinis, vacuitatis, & caliditatis. 61
Nutrimentum, & Nutribile, ud aliquid dicuntur, & relatiuè mutuò opponuntur. 62
Nutrimentum ad corpus animatum per ſe, & non per accidens refertur. 62
Nutrimentum, à natura vincitur. 97
Nutrimentum, cuicunque viuenti generubili neceſſariũ. 199
Nutritio duplex; vera, per ſubſtantiationem; & impropria, per iuxta poſitionem. 33
Nutritio, ob humiditatum continuè fluentium atque euaneſcentium reſtaurationem, animato cuicunque mortuli neceſſaria. 40
Nutritio ad eſſe ſimpliciter, atque indiuiduale expedit, 55
Nutritio ſimul cũ aĩali incipit, cũ eoque ſimul deſinit. 59
Nutritio tribus perficitur actibus; aſſimilatione, appoſitione, ac vnione. 59.61
Nutritio fit, non ratione qualitatum, ſed rõne ſubſtantię. 60
Nutritio, aggeneratio potius, quàm generatio appellãda. 60
Nutritio in corpore noſtro, cum lucerna ardente eleganter à Medicis comparatur. 62
Nutritio, motus, non localis, ſed alterationis. 63
in Nutritione tria principaliter conſiderata, quod alitur, quo alitur, & alens. 62.63.
in Nutritione calor naturalis vnà cum anima nutritiua, eſt primum mouens motum. 63
in Nutritione anima, tanquam ugens principale, & mouens non motum, ſe habet vt forma; calor verò naturalis, tanquam cauſa inſtrumentalis, quæ in mouendo mouetur, ſe habet per modum materię. 63
in Nutritione duplex inſtrumentum; coniunctum, calor ſcilicet naturalis; & ſeparatum, videlicet nutrimentum 63
Nutritio ud vitę conſeruationem neceſſaria. 199
Nutritio, particularum defluxum in animali reſtaurat. 199
Nutritiua animu, ſomni tempore potiſſimùm operatur 30
Nutritiuam animam in hepate eſſe illam, quæ per proprias venas, tanquã per propriu inſtrumenta, ad diuerſas corporis partes nutrimentum demandat; falsò Pomponatius, & Plus quàm commentator contra Auer. aſſeruerunt. 39
Nutritiuæ facultati quatuor deſeruiunt virtutes, attractiua concoctiua, retentiua, & expulſiua. 59.60.192
Nutritiuæ facultatis finis, reſtauratio deperditi; inſtrumentum, calor naturalis. 60
Nutritiua ſemen præparat generatiuæ facultati. 60
Nutritiua facultas ſine alijs, at non alia ſine ipſa. 199

O

OBiectum duplex, materiale, atque formale. 49
Obiectum formale, adęquatur potentiæ, materiule autem minimè. 49
Obiectum, ad actum potentiæ paſſiuæ, in genere cauſæ efficientis; & ad actum potentię actiuæ, in genere cauſæ finalis comparatur. 50.54
Obiectum, vt tale ſimpliciter, eſt prius eſſentialiter, & naturaliter operatione, ad quam actiuè, vel paſſiuè concurrit: verùm, vt obiectum, eſt cũ operatione ſimul natura. 55
Obiectum, vt ſenſatum, vel intellectum; perfectius habet eſſe, quàm, vt in materia. 56
Obiectu ſenſus, extrinſecu; intellectus, intrinſeca. 67
Obiectum excitatiuè duntaxat, uc diſpoſitiuè ad ſenſationem concurrit; contra Scotum. 70.71
Obiectu vnius ſenſus, omnia ad vnam communem naturam reducibilia. 75
Obiecta aliorum ſenſuum, præter, auditum, fixu, & conſiſtentia: at Obiectum auditus non habet eſſe permanens; verùm in quadam conſiſtit mutatione. 81
Obiectum notius potentia. 97
Obiectum à duabus ſubordinatis virtutibus animę apprehenſum, materialiter idem, formaliter diuerſum. 112
Obiectum idẽ, duabus diſparatis virtutibus æquè deſeruire impoſſibile: at virtutibus ſubordinatis, neceſſarium. 112.
Obiectum viſus, atque intellectus, proportionalia. 134
Obiecta ſenſuum particularium, communi quoque ſenſui deſeruiunt. 172
Obiecta ad ſenſationem, & ſcientiam conficiendam, non formaliter; ſed occaſionaliter tantummodo, & vt cauſa, ſine qua non, concurrunt. 181
Obiecta ſenſibilia, & mathematica, ab intellectu dependente à phantaſia cognoſcuntur: at omnino abſtracta, nequaquam. 182
Oculorum durorum, vel mollium in unimalibus, diuerſa conſtitutio. 92
Oculus, ob maiorem viſibilis ſpeciei vnionem, à naturu ſupercilijs, fouea, humoreque nigro circumſeptus. 110
Oculus aqueæ, non igneæ naturę. 110
Oculus cæci, oculus æquiuocè dictus. 115
Odor, ſecundùm Auicennam, eſt qualitas ſecunda in corpuſculis reſolutis à toto corpore odorabili, repertu, & cum eis ſimul ad olfactum delata. 80
Odorem non eſſe corpus diſſolutum in aere à corpore odorabilĩ, ſed qualitatem ſecundam ex primis reſultantem, Auerroes contra Auicennam argumentatur. 80.90.91
Odoris in medio duplex eſſe; propè corpus odorabile, materiale, atque reale; longius autem ab ipſo, intentionalę, ac ſpiritale. 80.91
Odorem eſſe corpus, falsò Auer. Auicennæ aſcribit. 80
Odor, ſiue odorabile, in calido, & ſicco conſiſtit. 88.92.95
Odorum redolentia, ad cerebrum contemperandum, homini maximè ſalutaris. 88.92
Odoris ſpecies, proprijs carent nominibus. 88
Odores ſapores inſequentes, omnibus animalibus communes: at Odo-

at Odores florum, homini proprij. 88

Odoris ſpecies, non tantùm duę extrema, verùm intermedia quoque, ab homine ſentiuntur. 88

Odor in ſapore fundatur; & non, niſi in corpore ſaporoſo, reperitur. 89.91

Odorum differentię, vtpote obſcuriores, à differentijs ſaporum, vtpote manifeſtioribus, per ſimilitudinem quandam deducuntur, ac nominantur. 89.90

Odorũ nomina ſatis impropria, propter eorũ obſcuritatẽ. 90

Odor in medio ſphęricè circumquaque diffunditur. 90

Odorum ſpecies, immediatiùs ex ſpeciebus ſaporum, quàm ex primarum qualitatũ combinationibus deducũtur. 90

Odor in medio, nec purè realiter, nec purè ſpiritaliter reperitur. 90

Odor in medio aere, vel aqua, non quatenus aere, vel aqua, ſed per naturam vtrique communem reperitur. 90

Odores, ac ſapores earundem rerum, modò conſimiles, modò diuerſi; pro conſimili, diuerſave eorum generatione. 90

Odores plantarũ, quã animalium magis cõſpicui, & cur. 90

Odor per maximam diſtantiam ſentitur, tigrium, ac vulturum exemplo. 90

Odor realis ſubiectiuè, non in medio reuera; ſed in corpuſculis vaporoſis à corpore odorabili reſolutis, & à medio ambiente locatis, ac circumſcriptis reperitur. 91

Odoris eſſe intentionale, ab eſſe eiuſdem reali, & in eſſe, & in conſeruari dependet. 91

Odorẽ, ſecundũ eſſe intẽtionale, in ſenſu: & ſecundũ eſſe reale, in corpore odorabili reperiri: inter omnes conuenit. 91

Odorẽ in medio habere eſſe purè reale, malè ſenſit Auic. 91

Odorem in medio elemento, puta aere, vel aqua, realiter, ſimul, ac intentionaliter reperiri; perperam quidam Latini aſſeruerunt. 91

Odorem in medio, quatenus vaporoſo, realiter; at quatenus reuera medio, intentionaliter reperiri; Auctor vnà cum Auerroe, atque Philopono determinat. 91

Odor in medio non ita ſpiritalis, vt color. 91

Odores, cur è proximo inſuauiores; & remotiuſculi, iucundiores. 91

Odor cur odore acutior; & cur alter ab altero vincitur, ac ſuperatur. 91

Odores mali, corrumpunt. 91

Odor à ſicco ſapido, percolato per humidum aqueum, aereumue prouenit, vi caloris digerente. 92

Odor, etſi mixtionem humidi cum ſicco requirit; pracipuè tamen in ſicco, ob fumidarum exhalationum reſolutionem, fundatur. 92

Odorabile, ſiccum non terreũ, ſed igneum potiùs requirit. 92

Odorabilia, guſtabilibus confinia, atque cognata. 89

bene Odorare, bifariam; vel ratione diſtantia, vel ratione iudicij. 88

Odorare abſq; inſpiratione, piſcibus, & inſectis peculiare. 91

Odorare inſpirando, homini, & animalibus anhelantibus proprium. 91

Odorare vel inſpirando, vel abſque inſpiratione, non arguit diuerſum ſenſum olfactus in animalibus; ſed eundem prorſus, modo tantummodo olfaciendi diuerſo exiſtente; qui à diuerſa animalium prouenit conſtitutione. 91.92

Olfactus vapori, exhalationique tribuitur. 87

Olfactus inter ſenſus medius, tum ex parte actus, tũ ex parte ſubiecti. 87

Olfactus organum in homine, malè diſpoſitum pro odorum receptione, ob cerebri propinquitatem. 88

Olfactus in homine, prę cõplurib. animalibus imperfectior, ratione receptionis; at perfectior, ratione iudicij. 88.86

Olfactus ſenſorium, tale potentia, quale odorabile actu. 92

Olfactus organum eſſe duos narium meatus, malè cum Auicenna exiſtimauit Auerroes. 92

Olfactus organum eſſe carunculas quaſdam dictas mamillares, in priori parte cerebri ſitas, malè exiſtimauit Alb. 92

Olfactus ſenſorium, in duabus quibaſdam cerebri cauitatibus anterioris partis, à Galeno collocatum. 92.93

Olfactus ſenſoriũ eſſe poſt carunculas mamillares, intra oſſa quędã cribroſa, in extremo nerui eò peruenĩetis, ſpiritũq; odoratiuũ ĩtra ſe cõtinẽtis, Auctor determinat. 92.93

Olfactus ſenſorium duplex; tum receptiuum, in extremitate nerui cum animali ſpiritu ibi reſidente; tum reſtitutiuum, in naſibus geminis collocatum. 93

Operata, fines operationum. 54

Operatio egreditur à virtute. 31

Operatio eſſentiam conſequitur, denotatque. 35.58.69.188

Operatio, natura poſterior eſſentia. 36

Operatio à forma per intermediam inclinationem proficiſcitur. 47

Operatio, vt accidens eſſentialiter potentiam conſequens, potentia poſterior; at, vt actus potentiam perficiens eadem prior. 55

Operatio nobiliſſima, arguit perfectionem ſimpliciter in eſſentia. 70

Operationes animalium, non ab anima ſola, ſed à coniuncto proueniunt. 88

in Operatione tria principaliter conſideranda; agens, patiens, & agendi modus. 107

Operatio notior eſſentia. 112

Operatione deſtructa, deſtruitur & eſſentia. 117

Operatio alicuius, vt quod, à forma tanquam à principio, ut quo, proficiſcitur. 132

Operationis multiplicatio, aut ex parte principij prouenit operantis; aut ex parte temporis, reſpectu obiecti. 138

Operatio bene eſt finis potentia operantis, haud tamen finalis cauſa. 142

Opinio a cogitatione diuerſa. 119

Opinio nihil aliud, quã aſſenſus cum ratione, & iudicio. 120

Opinio de hiſ eſt, quę poſſunt aliter ſe habere. 120.121

Opinio, quandoque vera, quandoque falſa. 121

Opinio bifariam ex vera fit falſa; aut quia opinans diſſuaſus vel oblitus; aut quia res, eo inſciente, permutata. 122

Opinio ſenſui quandoque repugnat. 122

Opinio eſt de concluſione, abſque vllo ad eam diſcurſu. 173

opinio duplex; altera, abſq; diſcurſu; reliqua, cũ diſcurſu. 198

Oppoſita, vnum per alterum, intelliguntur. 162

Oppoſita de eodem nequeunt verificari. 183

Oppoſitioni contrarietatis ſemper ſtat annexa oppoſitio priuatiua. 166

Opus, quantò nobilius, & perfectius; tantò ardentior ad illud inclinatio. 56

Ordinari vnum in aliud, dupliciter; vel in eodem, vel in diuerſis generibus. 9

Ordo Ariſtotelis in anima viribus explicandis. 2

Ordo librorum Ariſto. potiſſimùm ex eius epilogis, & dicta & dicenda continuantibus deprehendendus. 6

Ordo librorum in ſcientijs, uel ſecundùm neceſſarium, vel ſecundùm melius accipiendus. 6

ordo temporis, vniuocationem minimè tollit. 52

ordo accidentalis, nec ſpecificam, nec genericam tollit vniuocationem. 52

Ordo eſſentialis perfectionis inter aliqua duo; non excludit

eorum

eorum vniuocationem reſpectu tertij; ſed reſpectu illius, vnde talis ordo deducitur. 52
Ordo naturæ inter aliqua duo, tollit eorum vniuocationem, & reſpectu tertij, & reſpectu illius, vnde ſumitur talis ordo. 52
Ordo naturæ duplex: vel à digniori; vel ab imperfectiori. 126
Organicum dicitur, quod ex partibus compoſitione, temperatura, figura, ſituque differentibus conſtat. 32.33
Oſſa, vtpote terreſtria, ſenſu priuata. 40.104.110.199.201
Oſtreæ tactum, & guſtum habent; carent olfactu. 53

P

P*Aenis oblongus, ad generandum impotens.* 55
Palpebra in animalibus mollium oculorum, non propter neceſſitatem, ſed propter melius. 92.93
Papauer, frigidum. 59
Parietes ad motum nubium, & radiorum ſolarium in nubibus, colore plantarum colorantur. 75.79
Pars ſubiectiua in ſcientia probari poteſt à poſteriori. 8
Pars ſubiectiua habet eandem paſſionem, quam ſubiectum, per ſe, etſi non primò. 8
Pars ſubiectiua in propria ſcientia nunquam, niſi admodum rarò, demonſtratur. 47
Pars ſubſtantiæ, ſubſtantia. 190
Pars propriè ea nũcupatur, quæ ab alijs eiuſdem totius diſtinguitur, nec in illis reperitur. 190
Partes vel qualitatiuæ, vel quantitatiuæ. 31
Partes eſſentiales in eodem prædicamẽto, reductiuè ſaltem, in quo eſſentiale compoſitum, exiſtunt. 31
de Partibus animalium liber, vnà cum libello de inceſſu, ſeptimus in philoſophia naturali. 6
Particulare eſt cauſa proxima motus. 198
Paruitas, in ſenſum operatur. 111
Paſſio primò, & per ſe competens ſuperiori; inferioribus quoque competit ſecundariò. 16
Paſſio, nõ ſimilitudinis, ſed contrarietatis rõne efficitur. 102
Paſſio triplex; vel cum materiali paſſi alteratione; vel per ſolam formalis actus ab agente traditionem; vel in iudicium, & cognitionem denique terminans. 108
Paſſio perfectiua, haud arguit animæ immortalitatem. 128
Paſſio duplex, perfectiua, & corruptiua. 12.66.150
Paſſio de intellectu, ac ſenſu æquiuocè, ſiue analogicè dicitur. 156.178
Paſſio ſe tenet ex parte materiæ. 157
Paſſiones coniuncti, quædam, ab anima ab corpus, quædam à corpore ad animam terminantur. 12
Paſſiones omnes animæ, ſunt cum materia. 25
Paſſiones aĩæ, in ſenſitiua, haud ĩ intellectiua collocãtur. 161
Paſſionis nomen, magis propriè ſenſui, quàm intellectu conuenit. 127.128
Paſſum, antequam patiatur, contrarium agenti; at dum patitur, ex ſimili, & contrario admiſtum. 66
in Patiente, motus, actio, & paſſio, vt in ſubiecto reperiuntur. 113
Patiens tale potentia, quale agens actu. 150
Pax eſt, cum voluntas à recto ordine ſuo nõ impeditur. 180
Per ſe tot modis, quot per accidens. 73
Per ſe, de omni ſupponit. 92.192.
Per ſe, reſpectum includit. 108
Per accidens, ſupponit per ſe. 111
Per accidens vni, alteri per ſe ineſt. 111
Percuſſio motum localem requirit. 81
Perfectio, vel in eadem ſpecie, vel in eodem genere ſubalterno, vel in eodem genere generaliſſimo numeratur. 9
Perfectio de intellectiua, & ſenſitiua atque vegetatiua anima diuerſimodè dicitur. 29
Perfectio duplex, prima, & ſecunda. 29
Perfectio prima in diffinitione animæ poſita, de quacunque animæ ſpecie pro habitu ſemper verificatur; ſiue operationi coniuncto, vt in nutritiua; ſiue ab eadem disiuncto, vt in ſenſitiua, atque intellectiua. 30
Perfectio de virtutibus animæ analogicè dicitur; ideſt, per prius, & poſterius. 31
Perfectio integra in tribus conſiſtit: in ſubſtantia, potentia, & actu. 66
Perfectio, duplex, intrinſeca, & extrinſeca. 150
Perfectio de rationali, cæteriſque partibus animæ pura ferè dicitur æquiuocatione. 160
Perfectius, vel ſimpliciter, vel ſecundùm quid. 9
Perfectum, imperfecto ſimpliciter prius. 30
Perfectum ad imperfectum, vt forma ad materiam. 181
Peripatetica doctrina ſenſatis innititur. 162
Phantaſia magis actiuo, quàm ſpeculatiuo intellectui neceſſaria. 168.170.197
Phantaſia, ſi cum intellectu concordat, recta; aliter autem, minimè. 194
Phantaſia duplex; ſenſitiua, & rationalis. 197
Phantaſia ſenſitiua, omnibus animalibus communis; at rationalis, & conſultiua, hominis tantummodo propria. 197
phantaſia rationalis, & conſultiua, in idem cum cogitatiua coincidit. 197
phantaſia ad motum progreſſiuum, prꝰter intellectum, neceſſaria; ꝓpter minoris propoſitionis particularis ſub maiori vniuerſali inſertionem. 197
phantaſia in animalibus imperfectis indeterminata, ſicut indeterminatus quoque eorum motus. 197
phantaſia: lege, Imaginatiua, & Imaginatio.
phantaſma, veſtigium ſenſus. 145
phantaſma ſolum agere ſpeciem intelligibilem, nihil intellectu coagente, falſiſſimum; contra Gãdauẽſem. 155.156
phantaſmata ſunt vniuerſalia in potentia. ſ. obiectiua. 67
phãtaſmata ad ĩtellectũ, vt sẽſibilia ad sẽſũ. 67.170.171
phantaſmata habent eſſe ſpiritale, & ideo immediatè mouere poſſunt intellectum. 103
phantaſmata ad intellectum, vt colores ad viſum. 132
phantaſmata ſunt ſpecierum intelligibilium cauſa, in genere cauſæ efficientis. 133
phantaſmata illuſtrata, ſunt actu vniuerſalia. 134
phantaſmata ad intellectionem occaſionaliter tantùm concurrunt. 170
phantaſmata intellectioni animæ neceſſaria. 170
phantaſmata tam ſpeculatiuo, quàm practico, intellectui neceſſaria. 170
phantaſmata illuſtrata eſſe ipſummet intellectum, poſſibilẽ ſiue materialem, Auempaces malè exiſtimauit. 170
philoſophia, iuxta Auerroem, ſaluatur in maiori parte ſui ſubiecti in omni tempore. 136
philoſophia in Socrate, prauæ vitioſæque illius naturæ moderatrix. 193
philoſophus, naturæ imitator. 1.2
philoſophus ſolus ſeipſum cognoſcit. 2
philoſophus in philoſophando compoſitiua, reſolutiuaque methodo potiſſimum vtitur. 2
philoſophi eſt nobilitatis, ac perfectionis; non naturæ, imperfectionisque ordinem ſequi. 80

pictura, viſui delectando. 115
pili ex calida, ſiccaque materia generantur. 33
pili extrinſecùs nocuua repellunt. 33
pili nutriuntur nutritione impropriè dicta. 33
pili, vtpote terreſtris naturæ, non ſentiunt. 104.110
pili ad aliquem finē animalibus à natura tributi. 199.200
piſces, ob pulmonis carentiam, reſpiratione deſtituti. 80
piſces in Acheloo fluuio, propter branchiarum attritum, vocare videntur; etſi re vera minimè vocent. 85
piſces non vocant. 85.87
piſces pulmone, vocalibusque inſtrumentis deſtituti. 85.87
piſces branchijs aquam concutientes, internum calorem refrigerant. 87
piſces, non multæ admodum caliditatis. 87
piſcibus aquam aeris vice pro refrigerio, & brāchias pulmonis loco natura conceſſit. 87
piſces ſub aquis odorant. 90.91
piſcibus linguæ vſus perquàm exiguus. 95
piſces non carnē, ſed quoddā carni habent proportionale. 97
de plantis contemplatio, toti, quæ de animalibus, ſpeculationi poſt ponenda. 6
plantarum partes ſimpliciores, quàm animalium. 31
plantarum organa indiſtinctiora, atque latentiora, quàm animalium. 31
plantarū organa per cōparationē ad aīalia explicantur. 31
plantas viuere, contra Stoicos demonſtratur. 40
plantis nec ſomnus, nec vigilia verè competit, contra pythagoram. 40
planta ſenſu omnino deſtituta, cōtra antiquos. 50.199.200
in plantis ſurſum, & deorſum, contrario modo ſe habent, atque in vniuerſo. 58
in plantis radix, ſuperior; ramiq; inferior pars appellādi. 58
plantarū radices, capiti ſiue ori aīalium proportionales. 58
plantæ à terra radicibus, quaſi ore, proprium capiunt nutrimentum. 58
plantæ cur ſenſu careant, triplex ratio; ex parte materiæ, ex parte formæ, & ex parte finis. 107
planta terreſtris naturæ, ſi eum animalibus conferātur. 107
plantæ à qualitatibus tactilibus, non intentionaliter, nec ſpiritaliter; ſed realiter, materialiterque patiuntur. 107
plantis dormientem ſenſum tribuit Plato. 199
plantarum corpus quodammodo ſimplex, multumque à prædominio terreſtre. 199.200
plantarum contactus, inanimatorū cōtactui proximus. 200
plantæ, propter terreſtrem earum naturam, ad ſentiendum ineptæ. 201
Plato vnà cum pythagoreis, animam, ſubſtātiā aſſeruit. 14
Plato Timæum ſecutus, animam, ratione ſubiecti, tripartitò diuiſit; rationem in cerebro; iraſcibilem in corde, & concupiſcibilem in hepate conſtituens: vnàque cum eo Gal. 15.43.127.
Plato animam, eſſentiam ſeipſam mouētem diffiniuit. 25.39
Platonis opinio de anima intellectiua, Theologicæ veritati quàmmaximè concors. 140.180.189
Plato, Atticus Moyſes. 140
Plato ſolum intellectum, animā appellauit: ſenſitiuā autem, & nutritiuā, aīationes potiùs, quā aīas exiſtimauit. 143
Plato in anima humana particulam manētem, & actiuam nec non progreſſam, ac paſſiuam volens ſimul deſignare: ipſam αὐτοκίνητον, dixit. 161
Plato ſeparatas animæ particulas loco, & ſubiecto ponebat. 190
Platonici rationes intelligibiles in intellectu, vt ſenſibiles in ſenſu, concreatas poſuerunt. 128
pluralitas, diuerſitatem oſtendit 137
pluralitas numeralis, per materiam quantam efficitur. 183
pluralitas formarum in eodem compoſito, à Pomponatio prorſus negata. 182
pluralitas formarum in eodem indiuiduo, de mente Ariſtotelis, neceſſariò aſſerenda, contra Pomponatium. 185
Polus arcticus ſecūdū Ariſt. deorſū, & antarcticus ſurſū. 58
Pōponatius, acerrimus immortalitatis aīæ oppugnator. 183
Pomponatius contra Auerroem. 183
Pomponatium intellectum humanum, & formam materialem, & inorganicam ſimul exiſtere ſuſtinentem; Auctor nec Auerroem intellexiſſe, & Ariſtotelis dicta malè exponiſſe, & principijs naturalis philoſophiæ aduerſatum fuiſſe demonſtrat. 184.185.186.187.188.189.
ponticus ſapor, omnium frigidiſſimus. 96
ponticus ſapor, uim habet exaſperandi. 117
poſſibilitas ſcientiæ acquirendi, iuxta Auempacem, duplex; naturalis, atque diuina. 177
poſterius non eſt per ſe ratio diſtinguendi prioris. 50
potabile, & non potabile, duo extrema, quæ guſtabilia vniuerſa complectuntur 94
potabile, vt humidum, ad tactum; ut ſaporoſum, ad guſtum refertur. 94
potentia quadrifariā accipitur; pro materia, pro genere, pro potentia obiectiua, & pro imperfectiori. 14
potentia duplex, materialis, atque formalis. 28
potentia ſuperior poteſt, quicquid inferior; at non e cōtra. 35
potentiarum animæ, quædam in anima, vt in ſubiecto, & principio ſimul; quædam in anima, vt in principio tantùm, & in animato corpore, vt in ſubiecto fundantur. 46
potentiarum ſenſitiuarum quædam imperfectæ, quædam perfectiores, quædam perfectiſſimæ. 46
potentiæ ſenſitiuæ exteriores imperfectæ, tam in imperfectis quàm in perfectis animalibus; tum in toto, tum in qualibet parte corporis exiſtunt: at perfectiores, ſunt in partibus ſingulis ſingulæ diſtributæ. 46
potentiæ ſenſitiuæ interiores, in diſtinctis partibus cerebri, ſuas manifeſtant operationes. 47
potentiarum animæ quinque, ſufficientia, à Sancto Thoma perbellè deducitur. 47
potentiarum animæ diuerſitas, ex diuerſitate pendet operationum. 47
potentiæ animæ perfectiores, ſine imperfectioribus eſſe nequeunt; at bene è conuerſo. 47.51.53
potentia ad operationem, tanquam ad actum proprium refertur. 47
potentias animæ ab eſſentia animæ realiter differre. S. Thomas aſſeruit. 48
potentias animæ pro ſubiecto potente ſumptas, idem cum animæ eſſentia exiſtere; at pro immediato principio actiuo, vel paſſiuo operationis acceptas, ab eſſentia animæ realiter differre; Gandauenſis arbitratur 48
potentias animæ, nec ab eſſentia animæ, nec inter ſeſe realiter diſtingui; Scotus defendit. 48
potentia triplex; proxima, remota, & media. 48
potētias animæ proximas, tum ab animæ eſſentia, tum inter ſeſe realiter differre: remotas autem, & cum illa, & inter ſeſe realiter idem eſſe; medias denique, ab animæ eſſentia realiter, at inter ſeſe ratione ſola diſtingui; Hiſpanus de mente Scoti perperam exiſtimauit. 48
potentias animæ ab ipſa anima realiter, vt accidens à ſubſtantia, differre; at inter ſe ratione, quientiam aliquas re.

reali-

realitate.ſ.formali diſtingui; Auctor determinat. 48.49
potentię animæ, à priori, ſcipſis; à poſteriori, & quoad nos, per actus, diſtinguuntur. 49
potentiæ animæ ab eſſentia animę, vt à formali cauſa, dependere minimè poſſunt. 49
potentiæ animæ, iuxta Gandauenſem, ab eſſentia animæ, tã quam à cauſa materiali, & finali duntaxat; nequaquam autem vt ab efficiente cauſa dependent. 49
potentias animæ, ab eſſentia animæ in triplici genere cauſæ nempe materiali, efficiente, & finali dependere; vnà cũ S. Thoma contra Gandauenſem Auctor determinat. 49
potentiæ animę intellectiuę, in primo ſtatu, ab intellectus eſſentia realiter, vt accidens à ſubſtantia, differens: at in ſecundo, omnino eadem cum intellectus eſſentia. 49
potentiæ animę ſibi inuicem tripliciter cauſę, ſecundùm materiam, efficientem, & finem. 49
potentię animę, vel eiuſdem, vel diuerſarum virtutum. 49
potentię virtutum animę realiter differentium, & ipſę realiter differunt: at potentię eiuſdem virtutis, ſola diſtinguuntur ratione. 49
potentiæ vegetatiuæ, ac ſenſitiuę virtutis, ſubiectiuè in corpore animato; in ipſaq; aĩa, vt ĩ principio quo, exiſtũt. 49
potẽtiæ aĩæ duplices; vel primò diuerſæ, vel ſubordinatæ. 49
potentię per actus, manifeſtatiuè duntaxat, diſtinguũtur. 50
in potentijs animę actiuis limitatis, diſtinctio obiecti formaliter diuerſi, arguit formalem actuum diſtinctionem; & illa, potentiarum. 50
in potentijs animæ primò diuerſis paſſiuis, diſtinctio obiectorum limitatorum; propter complexiones organorũ limitatas, infert diſtĩctionẽ ſpecificã actuũ; & illa, potẽtiarũ. 50
in potentijs animæ non ſubordinatis, vnitas realis obiecti arguit vnitatem realem in potentia; contraque, diuerſitas, diuerſitatem. 50
in potentijs animę ſubordinatis, obiecta formaliter diuerſa arguunt realem actuum diſtinctionem. 50
in potentijs animæ ſubordinatis, ex identitate reali obiecti, haud actuum, nec potentiarum realis identitas eſt inferenda; ſed ex identitate obiecti ſecundùm rem, & rationẽ bene realis potentiarum identitas poteſt inferri. 50
potentię animę habent prius, & poſterius. 51
potentię animę intellectiuæ, tres apud Gręcos; intellectus, diania, & mens. 51
in potentia bifariam aliquid dicitur; primò ad habitum, ſecundò ad operationem. 66
in potentia trifariam aliquid exiſtit: obiectiua, ſubiectiua, & productiua. 67
potentia cognoſcitiua, ſimpliciter nobilior, atque perfectior, quàm non cognoſcitiua. 70
potentię animę intellectiuę, intellectus ſcilicet, & voluntas, in via Scoti ſunt idem realiter cum eſſentia animę: at potentiæ animæ toti compoſito communes, ab anima realiter diſtinguuntur. 70
potentię ſenſitiuę animalium ſpecie diſtinctorum, ſecundùm ſe, eiuſdem ſpeciei exiſtunt: prout tamẽ ad diuerſa continentia, animas videlicet ſpecie diſtinctas referuntur; ipſæ quoque ſpecie differunt. 88
potentia eadem contrariorum. 96
potentiæ per obiecta diſtinguuntur. 97
potẽtia animę receptiua, & cognoſcitiua ſpecierũ ſenſibilis in ſenſu, eadem ſubiecto, ratione tantùm diuerſa. 113
potentiarum animę organicarum multitudo, atque diuerſitas; ex multitudine, atq; diuerſitate pẽdet organorũ. 130
potentia materię eſt potentia cõtradictionis, nempe ad eſſe, & ad non eſſe. 141
potentia actiua duplex, propinqua, & remota. 144
potentia propinqua actui, eſt diſpoſitio media inter potentiam remotam, & actum perfectum. 150
potentia eſſentialis, iuxta Gandauenſem, duplex. 156
potentia accidentalis, iuxta Auerroem, duplex. 156
potentia eſſentialis, vt ad actum reducatur, indiget principio actiuo per ſe extrinſeco: at accidentalis minimè, niſi tantummodo per accidens. 156
potentia in eodem, tempore prior actu. 158.161.168
potentia componens, ac diuidens, duplex; intellectus, atque cogitatiua. 163
potentia, quę componit, & diuidit, eademmet quoque ſimplicia apprehendit. 163
potentię ſuperiores, in agendo, inferioribus neceſſariò quandoque connectuntur. 171
potẽtia, haud ſubſtãtia, ſed accidẽs de genere qualitatis. 190
potentia propriè ea dicitur, quę in vniuerſo; per quę vniuerſum corpus tota reperitur. 190
potentiæ animę quodammodo infinitæ, ideſt à nobis incomprehenſibiles, propter quammaximam actuum, obiectorumque multitudinem. 190
potentię animæ, ſubiecto eadẽ, rõne inter ſe differentes. 194
potentię animæ ſuperiores, in generabilibus atque corruptibilibus, inferiores ſupponunt; at non è contra. 200
potentia: vide Actus.
poteſtates animæ imperfectiores, perfectioribus ante ſubijciuntur. 111
practica ratio, vel imperfecta, in ſolo habitu reſidens; vel perfecta, ad operationem pertranſiens. 173.174
practicum, & ſpeculatiuum, reſpectu intellectus, accidentales: at reſpectu habituum, de quibus ſunt, eſſentiales differentiæ exiſtunt. 175
prædicata per accidẽs, à ſciẽtia demonſtratiua, reijciẽda. 15
prædicata ab Ariſt. intellectui poſſibili attributa; nempe immiſtio, impaſſibilitas, & inorganizatio; haud de præparatione, ſed de ſubiecto præparato intelligenda; contra Alexandrum. 134
prædicata hæc tria, ſeparabile, impaſſibile, & immiſtum & ſi agenti, poſſibilique intellectui communia: multò tamẽ puriùs, atq; ſinceriùs agẽti, quã poſſibili cõpetũt. 157
prædicatio eadem inter totum, & partes, eſt cauſalis, non identica. 35
pręparatio tria, nempe poteſtatem, priuationem, & ordinem includit. 134
præparatio animę intellectiuę ad intelligibilia, haud per ſe generabilis, & corruptibilis; ſicut nec pręparatio animę ſenſitiuę ad ſenſibilia. 134
præparationis natura, naturã ſubiecti cõſequit̃ pparati. 140
pręparatio eſt priuatio in ſubiecto apto nato, ſiue negatio cum aptitudine. 151
pręparatio vel propria, vel communis. 151
præparatio, iuxta Alexandrum, duplex; vel ad particularem, vel ad vniuerſalem receptionem. 151
præparatio intellectus ad intelligibilia, iuxta Alexandrum, nuditati potiùs tabellæ, quàm ipſimet tabellæ conferenda. 151.156.
pręparatio ſequitur, ac ſapit naturam ſubiecti pręparati. 186.188.
pincipatuum pluralitas, mala, ac deteſtanda. 125
princeps totius vniuerſi, ſecundùm Ariſtotelem, vnus. 125
in principijs demonſtrationes virtualiter continentur. 10.67
principia ſcientiarum, atque demonſtrationum, ſunt intus

quodammodo nobis innata. 11.67
Principia ſcientiarum, ex intellectus agentis lumine, atq; illuſtratione in nobis proueniant. 12
Principia rei alicuius nobis ignota, à poſterioribus in eſſe, nobisq; notioribus inueſtiganda. 38
Principia, neque intrinſeca, neq; extrinſeca, in propria ſciẽtia à priori queunt demonſtrari: at à poſteriori illa demonſtrari, non vtique inconuenit. 47
Principia vniuerſalium, vniuerſalia; & particularium, particularia. 138
Principiorum, quã principiatorum præſtantior cognitio. 144
prima Principia eſſe ipſummet intellectum agentem, antiqui perperam exiſtimarunt. 178
prima Principia ab intellectu agente in nos deriuantur. 178
prima Principia, abſq; ꝙ ſciamus, vnde adueniant, ſunt nobis naturaliter nota. 178
prima Principia intellectum ſpeculatiuum ingredientia, ſunt veluti materia, & quaſi inſtrumẽtã intellectus agẽtis. 178
Prioritas in ſpeciebus reperitur, aut merito generis, aut merito differentiæ. 52
Prioritas extrinſeci medij, in auditu, olfactuq; triplex; ſitus, temporis, & cauſæ; in viſu duplex, ſitus, & cauſæ; in guſtu, tactuq; ſimplex, ſolius videlicet ſitus. 101
Priuatio per habitum cognoſcitur. 73.90
Priuationes ſpeciẽ ſui nullam valent multiplicare. 74 90.106
Priuationes propriorum ſenſibilium, partim per ſe, partim non per ſe ſenſibiles. 74
Priuatio ſenſui exteriori cõparata, per ſe; at reſpẽ ſui poſitiui per accidens, ab exteriori ſenſu cognoſcitur. 90
Priuatio non pro ſimplici, & omnimoda negatione; ſed pro carentia formæ ſenſibilis in ſubiecto cũ aptitudine ad eã accepta; à ſenſu exteriori cognoſcitur; nõ quidem per vllam in eo factã impreſſionem: ſed per paſſionis, impreſſionisque ipſius carentiam, ac priuationem. 90.94
ad Priuationis apprehenſionem non exterior tantùm, verũ interior quoque ſenſus concurrit. 106
Priuatio deterior, cuius poſitiuum perfectius 151
Priuationes per habitus innoteſcere, tam in intellectu, quàm in ſenſu verificatur. 165
Priuatio, iuxta Gãdauenſem, per ſpeciem habitus, nõ quidem illius, cuius eſt priuatio; ſed alterius intelligitur 166
Priuatio, iuxta Egidium, ab intellectu bifariam per habitũ cognoſcitur, ſcilicet tum per habitum præſentem, tum per habitum abſentem. 166
Priuatio duplex; vel ſimpliciter, vel ſecundùm quid. 166
Proceſſus duplex; à principijs, & ad principia. 19
Proceſſus in naturaliũ, & abſtractorũ; necnõ in virtutũ actiuarũ, paſſiuarumq; indagatione, diſſimiles obſeruãdi. 19
Proceſſus ab obiectis ad operationes, & ab operationibus ad potentias; ſecundùm Auerro. eſt à poſteriori; at ſecundùm Beatum Thomam, eſt ſimpliciter à priori. 54
Proceſſum ab operationibus ad potentias, à prioribus, & notioribus nobis, ad priora, notioraq; natura; at Proceſſum ab obiectis ad operationes, à prioribus, ac notioribus nobis ſimul, & natura eſſe; Hiſpanus exiſtimauit. 54
Proceſſus ab obiectis ad operationes, & ab operationibus ad virtutes, eſt à notioribus nobis, 126
Proceſſus ab opationib. ad virtutes, eſt ab effectu ad cãm. 142
proportio inter agens, & paſſum neceſſaria, vt inde actio ſequatur. 115
proportio inter ſenſibile, & ſenſum neceſſaria, ad actum vtriuſque copulandum. 115
ꝓportio ſenſati ad ſentiens, qualis imaginati ad intellectũ. 134
proportionalitas inter olfactum, & guſtum; odorabilia, & guſtabilia. 89
Propoſitio ſemper à prædicato denominanda. 4
propoſitio omnis conditionalis vera, eſt neceſſaria; & omnis falſa, impoſſibilis. 22
propoſitio minor in agibilibus, actionis domina. 194
proprietas plurib. cõueniens, & nõ vni per alterũ; neceſſariò per aliquam cõem naturam omnibus ineſt. 103.104
proprium, diffinitionem ſubiecti conſequitur. 37
prudencia dux cæterarum virtutum. 89
prudentia virtutum omnium moralium architectonica. 89
prudentia, circa bona & vtilia conſiliatrix. 89
puer in potentia ad duplicem intellectum, ſpeculatiuum, & actualem. 136
in puero duplex ad intelligẽdũ potẽtia, actiua, & paſſiua. 136
pueri, iuxta Theologos, naſcuntur in peccato originali. 180
pueri, vt Dei faciẽ videre poſſint, oleo baptiſmatis vngẽdi. 180
pulmo, quia immediatus cordi, plus iaſto calet cordis ẽſtu. 86
pulmo piſcibus denegatus. 86.87
pulmoni, vtpote neruis deſtituto, & ſenſum, & motum proprium denegauit Galenus. 87
pulmo proprium habet motum à motu thoracis diſtinctum, ex ſententia Auerrois contra Galenum; etſi hi duo motus vnà ſemper coniuncti reperiuntur. 87
Punctus inſeparabilis à magnitudine. 165
punctus vnitatem longitudini confert. 165
punctus & actu, & potentia, & per ſe, & per accidens indiuiſibilis. 165
punctus ſimplici & quidditatiua intellectus apprehenſione, priuatiuè cognoſcitur. 166
purpura tactũ, guſtũ, olfactumq; poſſident; carẽt auditu. 53
Pythagoras animarum indifferentem de corpore in corpus tranſmigrationem concedebat. 15
Pythagoras aĩam, numerũ ſeipſum mouẽtem exiſtimauit. 25

Q

QVæſtio, ſi eſt, prior quæſtione, quid eſt. 38
Quãtitates interminatæ, ab Auer. in mãm primã introductę; & à via communi Latinorum reiectæ. 28.29
Qualitas media remittitur ex duarum extremarum refractione. 131
Qualitates ſenſibiles in ratione magis materiæ, quàm formæ conſiderantur. 25
Qualitates primæ, imperfecti guſtus obiectum. 53
Qualitates primas haud eſſe formas elementorum ex Ariſt. textu 113.2. de anima colligitur contra Alexand. 100
Qualitates elementorum, iuxta Auerroem, intenduntur, & remittuntur; ſecundùm intenſionem, & remiſſionem formarum ſubſtantialium. 102
Qualitates quatuor primæ, ſunt differentiæ corporum, non vt mathematica, verùm vt naturalia exiſtunt. 105
Qualitates oẽs ſẽſibiles, opationũ prĩcipia; ſed differẽter. 108
Qualitates complures naturales, innominatę. 112
Qualitates omnes ſenſibiles, à ſenſibus hõis ſentiuntur. 112.
Qualitates quatuor, in manu refractę. 130
Qualitates paſſibiles, quammaximè ab intelligibilibus remouentur. 142
Qualitatibus primis, accidit eſſe tangibiles. 108
à Qualitatibus primis tangibilibus dependet ſalus, atque interitus animalis. 200
Qualitatũ elementariũ proportio in miſtione põt nobiliori, ignobilioriq; rõne multipliciter augeri, atq; diminui. 140
Quidditas, intellectus obiectum, & virtute abſtracta tantummodo cognoſcibilis. 146.147.149

Quidditas ſubſtantiæ vera, & idealis, ab intellectu noſtro pro ſtatu iſto non intelligitur. 148
Quidditas, verum indiuiſibile. 163
Quidditas, proprium obiectum intellectus in actu. 165
Quidditas de materialibus, & abſtractis, non vniuocè; ſed æquiuocè, vel analogicè dicitur. 177
Quidditates ſimplices, à ſolo intellectu; at materiales, ab intellectu vnà cũ phãtaſia coniunctò intelligũtur. 148.149
Quies, ſenſibile commune. 72.111
Quies per priuationem motus cognoſcitur. 74
Quies, haud accidentaliter omnino; ſed eſſentialiter quoquomodo, etſi non per ſe primò, à ſenſu cognita. 111

R

RAdius per medium vitrum trãſiens coloratum, parietes colore eodem colorat. 75
Radius eſt luminis multiplicatio, ſecundùm inceſſũ rectũ. 77
Radij diuerſarum ſtellarum, diuerſos in inferioribus producunt effectus, ſecundùm diuerſas corporum naturas. 77
Raritas, etſi vt raritas, in infinitum augetur: vt tamen in naturalibus corporibus reperitur, in infinitum multiplicari minimè poteſt. 90
Ratio, concupiſcibilis, atque iraſcibilis aĩæ moderatrix. 125
Ratio ab Ariſtotele, & à Platone frequenter pro cauſa proxima capitur. 147
Rationes validiſſimæ illæ, quæ concordant ſenſatis. 143
Rõnis mendacia, opinio falſa, inſciẽtia, atq; intẽperãtia. 119
Rationis eſt, bonum à delectabili, & à triſtabili malum diſtinguere. 169
Rõnis opus eſt phãtaſiã ordinare, appetitumq́; moderari. 197
Rationale, vltima differentia in diffinitione hominis appoſita; ſimul & ſemel tum exprimit cogitatiuam, vt formam ſpecificam, ac informantem; tum connotat intellectum, vt formam aſſiſtentem, atque intrinſecùs operantem. 179
Rationale duplex, per eſſentiam, & per participationẽ. 190
Raucedo, ex catharro ad Laryngem cauſatur. 86
Receptio ſpecierum ſine materia, at nõ ſine conditionibus materiæ; conuenit ſenſui primò, & per ſe, nempè in eo quòd ſenſus ſimpliciter; tam ſi exterior, quàm ſi interior exiſtat. 107
Receptio ſpecierum ſine materia, at non ſine præſentia materiæ; ſenſibus quinque exterioribus primò, & per ſe conuenit, nempe in eo, ꝙ ſenſus exteriores. 107
Receptio ſpecierum ſine materia, aliter ſenſui, aliterq́; intellectui conuenit. 107
Receptio ſpecierum ſenſibiliũ in medio, ſine iudicio; at in ſenſu, cum iudicio ſubſequente efficitur. 108
Receptio duplex; realis, atque intentionalis; ſiue ſubiectiua, & obiectiua. 128
Receptio ſignata, virtutem arguit materialẽ recipientis. 130
Receptio formarum in intellectu, eſt ſpiritalis, vniuerſalis, atque cognoſcitiua; at in materia prima, eſt realis, ſignata, abſque vlla cognitione 131.140
Receptio intellectus, à materialium receptione valdè diuerſa 150
Receptio, iuxta Alexandrum, triplex; purè materialis, ſenſitiua, atque intellectiua. 150
Receptio materiæ, ſignata, atque indiuidualis; at intellectus, vniuerſalis, & abſtracta. 169
Receptionis ſinceritas in anima, quantum ad iudicium de re ipſa recepta, eſt perpendenda. 131
Receptiuum duorum diuerſorum, vnum neceſſariò recipit altero mediante. 106
Recipere ſine materia, biſariam: vel ſine materia reali, vel ſine conditionibus materiæ. 45
Recipiens recipit per modum, quo recipiens eſt. 67.72.108.135.148.154.
Recipiens quodcunque debet eſſe denudatum à natura recepti, tã in reali, quàm in intentionali, ac ſpiritali receptione 75.78.130.188.
Recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti, in ſpecie. 75.130.131
Recipiens eſſe denudatum à natura recepti, tam de principali, quàm de diſpoſitiuo agente verificatur; contra Alb. 76
Recipiens denudatum eſſe debere à natura recepti, intelligẽdum, inquantum tale, videlicet inquantum recipiens. 95
Recipiens debet eſſe à natura recepti, vel à toto genere, vel ſaltem ab exceſſibus denudatum. 106
Recipiens, tam ſecundùm eſſentiam, quàm ſecundùm exiſtentiam, intelligi debet denudatum à natura recepti; contra Gandauenſem, qui eſſentialem tantummodo denudationem ſatis eſſe exiſtimauit. 130.131
Recipiens à recepto, haud tanquam à cauſa, ſiue ratione recipiendi tãtummò, denudatum intelligi dẽt; contra Sueſ. 130
Recipiens, & Receptum proportionari inuicem debent. 175
Rectum, index ſui, & obliqui. 73.90
Reflexio ſupra propriam operationem in ſenſu, non à ſenſorio efficitur; ſed à virtute iudicatiua aĩæ ſenſibilis, poſt ſenſorij paſſionẽ in ſemetipſam collecta, & excitata. 113.114
Reflexio ſupra propriam operationem in ſenſu, virtuti animæ ſenſitiuæ, non vt ſenſorium informat, ſed vt animato ſenſorio vtitur, tribuenda. 114
Reflexio ſenſus, imperfecta; at intellectus perfectiſſima. 114
Reflexio virtutis ſupra ſeipſam, ſummam eius arguit perfectionem; ſolisq́ue abſtractis per eſſentiã conuenit, quorum nulla à corpore eſt dependentia. 145
Reflexio intellectus ſupra ſuammet ſubſtantiam, propriamq́; operationem; nec vt poſſibili, nec vt in habitu, ſed vt in actu, ei tantummodò conuenit. 145.148.152
Reflexio intellectus ſupra ſingulare, à Beato Thoma excogitata, nequaquam Peripatetica. 148
Reflexio ſupra ſuammet ſubſtantiam eſſentialiter intelligendam, eſt propria ipſius intellectus; vel actu, vt perfecti; vel potentia remota, vt poſſibilis; vel potentia proxima, vt eius, qui in habitu. 151
Relatiuum duplex; ſecundùm eſſe, & ſecundùm dici. 33
Relatiua, ſimul natura. 108
Rememoratio eſt paſſio virtutis ſenſitiuæ. 159
Rememoratrio, trium virtutum beneficio efficitur; imaginatiuæ, idolum; & memoriæ, intentionem idoli referentium; & cogitatiuæ demum intentionem cum idolo conferentis. 159
Rememoratio poſt mortem haud nobis contingit, ob cogitatiuæ virtutis corruptionem. 160.161
Reminiſcentia in pueris, à Platone conceſſa, ab Ariſtotele negata. 126.127
Res, vt ſe habent ad eſſe, ita ad intelligi. 149
Reſpiratio, inſpirationis, expirationiſq́ue genus. 86
Reſpiratio per pulmonem, & per tracheam in ipſum terminantem expletur. 86
Reſpirationem, voluntariam oĩno exiſtimauit Galenus. 86
Reſpiratio, haud purè naturalis, nec purè voluntaria; ſed ex naturali, ac voluntario compoſita. 86
Reſpiratio, ſimpliciter quidem, naturalis; at quantum ad modum, voluntaria. 86

Reſpirationis propria cauſa, non thorax, ſed pulmo. 87

Reſpirantia animalia, ſub aquis nequeunt odorare. 92

Reſpirātibus, ad hoc vt odorēt, neceſſaria aeris attractio. 92

in Retentiua virtute dominatur ſiccitas. 119

Rithmus, commenſuratio circa prolationem temporis breuem vel longam. 85.115

S

SAliuę inuamētū duplex, tū ob guſtabilia actu ſicca humectāda, tū ob linguā ad loquēdū habiliorē efficiēdā. 93

Saliualis humor, ob ſapores recipiendos, iudicandosque, inſipidus à natura conſtitutus. 95

Saliualis humor linguæ, eſt mediū tantummodo diſpoſitiuū pro ſaporum receptione; eſtq; nō recipiēdi, nō recipiēs. 95

Saliualis humor linguæ, eſt medium ad bene eſſe guſtus, non ad eſſe ſimpliciter. 95

Salſedo in veſtem agit, non quatenus ſapor, ſed alia quadam ratione. 108

Sāguis, ppria natura frigidus, aſſociatiōe ſpirituū calidus. 59

Sanguis, vltimum alimentum. i. materia proxima nutriendarum membrorum. 61

Sanitas indeterminata primarum quatuor qualitatum proportione conſiſtit. 115

Sapientes, à vulgaribus ociari creduntur. 193

Sapientia, de altiſſimis, primisq; diuinorum pertractat. 120

Sapientia, altiſſimarum, æternarum; & à ſenſu, omnique materia remotiſſimarum cauſarum profunda cognitio. 125

Sapor, conuenientis alimenti à non conuenienti diſcretio. 51

Sapor, qualitatum tangibilium oblectamentum. 51

Sapor, perfecti guſtus obiectum. 53

Saporum ſeptem ſpecies; duæ extremæ, ac ſimplices, dulcis, & amarus; & quinq; intermedia ex his cōpoſita, vnctuoſus, ſalſus, acutus, ſtipticus, & acetoſus; ab Ariſto. numerantur. 89.90.95

Saporum materia, humiditas aquea. 90.92.93.95

Sapores odoribus nobis manifeſtiores. 90

Sapores cū odoribus, in iiſdē rebus, modò cōſentiunt, modò diſcrepant; pro conueniente, differēte ve amborū gūſtione. 90

in Saporibus humidum, materiæ, bene; at ſiccum, agentis, malè, vicem gerere; Philoponus exiſtimauit. 92

Sapor etſi ex mixtione humidi ac ſicci cōſurgit; præcipuè tamen fundatur in humido. 92.94

Sapor non eſt corpus, ſed qualitas quædam ſecunda in humido reſidens, vt forma in materia. 93.94.95

Sapor ex humido aqueo cum ſicco terreo admiſto, caloris decoquentis beneficio prouenit. 94

Sapor actu, ſubiectum corpus actu humidum ſibi requirit. 94

Sapor in nullo ſimplici elemento, ſed in mixtis tantummodo corporibus reperitur. 94

Sapor alimento, ut condimentum quoddam appetibile, à natura tributum. 94

Saporum contrarietas, dubia, atque in ambiguo. 95

Sapores medij, non per admiſtionem, ſed per quandam ſimilitudinem, & communicātiā, ex extremis componūtur. 95

Sapores extremi, ſecundum Ariſtotelem, dulcis, & amarus, at ſecundum Galenum ponticus, & acutus. 95.96

Sapores extremi, ut qualitatum primarum dominiū cōſequūtur, ad cauſaſque eorum productiuas comparantur; ponticus, & acutus: vt autem ad guſtum, potentiamque guſtatiuam referuntur; dulcis, & amarus. 95.66

Sapores extremos, dulcē, & amarum; nō ponticum, & acutū eſſe; Auerroes aduerſus Galenum argumentatur. 96

Saporum contrarietas longè meliùs, & eſſentialiùs ab Ariſt. per dulcem, & amarum; quàm à Galeno per ponticum, & acutum diffinita. 96 97

Saporum triplex ordo; in corrumpi, in fieri, et in facto eſſe. 96

Saporibus ſingulis Democritus proprias aſſignabat figuras; quæ opinio, vt falſa, confutatur. 96

Sapores non ex miſtione fieri elementorum, ſed in aqua, vt in communi ſeminario, omnes præexiſtere; voluit Empedocles: quæ opinio, vt falſa, reprobatur. 96

Sapores à Platone per eorum proprietates in Timæo, diffiniti accidentali potiùs, quàm eſſentiali diffinitione. 96

Sapores, per paſſiuas potiùs, quàm per actiuas qualitates ſūt graduandi: Auerroes contra Galenum. 96

Sapores, iuxta Auerroem, per admiſtionem ſubſtantiæ ſiccæ cum humida, calore decoquente, reſultant; varijque ex maiori, minoriq; decoctione proueniunt. 96

Saporum iudicium guſtui melioris tēperaturæ cōmittēdū. 96

Saporum ſpecies, ad priuationem aliæ, aliaq; ſeorſum ad habitū minimè reducēda, cōtra nonnullorum opinionem. 96

Saporum ſpecies, ſecundùm Philoſophos ſeptem, vel octo; ſecundùm Medicos, nouem. 96

Sapores, ſecundùm ſubalternum genus, ſeptenariū numerum minimè excedunt: at ſecundùm ſpeciē ſpecialiſſimam, lōgè plures, indeterminatique forſitan numero exiſtunt. 96

Sapores per accidens nutriunt. 97

Sapor, quatenus tangibile, realiter; at, quatenus ſapor, ſpiritaliter agit in guſtum. 103

Sapores humectandi, exiccandi, calefaciendi, infrigidandique, præditi facultate. 108

Sapor haud nutrit, ſed mixtum ſaporoſum. 201

Sapor, non, vt ſapor, interficit; ſed mala tactilis qualitas vna cum ſapore coniuncta. 202

Saxa & inſipida, & inodora. 92

Scibilia omnia, ratione principiorum nobis congenitorum, in anima noſtra virtualiter continentur. 67

Scientiæ ex diuerſitate rationum formalium conſiderandi, diſtinctionem accipiunt. 2

Scientia eſt vnius generis ſubiecti, vel vniuoci, vel analogici; partes, & paſſiones conſiderans. 7

Scientia, accidens limitatum, in limitato ſubiecto. 9

Scientia omnis laudatur ex actu. 9

in Scientijs perfectio priùs, eſſentialiùs, atque ſimpliciter, à ſubiecto; poſteriùs autem, accidentaliùs, & ſecundū quid, à certitudine demonſtrandi aſſumenda. 9

Sciā certior, trifariam: vel vt dās propter quid; vel vt de re magis īmateriali ptractās, vel vt ex paucioribus cōſtās. 10

Sciarum diuerſitas, ex diuerſo modo diffiniendi deducitur. 10

Scientiarum, quantum ad modum procedendi, diſcrimen. 19

Scientia animæ, vt ſanitas corporis, perfectio 43

Scientia, ſyllogiſmus cum cauſa. 121

Scientia, ſemper vera. 121

Scientia, vera animi rectitudo. 193

Scientia eſt vniuerſalium. 145

Scīa aut per diſciplinā, aut per inuētionē acquiritur. 144.158

Scīa ante adeptionem, & in ſtatu adeptionis, æquiuocè dicitur. 158.160

Scientia ante adeptionem, naturalis; at in ſtatu adeptionis, diuina potiùs, quàm naturalis appellanda. 158

Scientiæ ex rebus ſubiectis diuerſitatem acquirunt. 160

Scientias plures in intellectu ſimul reperiri, verum eſt quantum ad habitum, falſum quantum ad actum. 164

Scientia duplex; progreſſi intellectus altera, altera perfectiſſimæ mentis. 181

Scientia eſt vel potentia, vel actu; prout Scibilia vel fuerint potentia, vel actu. 181

I N D E X

Scientia, ante intellectum adeptum, ex phantaſmatibus acquiritur. 182
Scientia de anima eſt vna, vnitate non quidem vniuoca, ſed analoga; & rurſus analogia non vniuoca, ſed æquiuoca; nempe reſpectu ordinis, non reſpectu conceptus. 4
Scientia de anima media, inter naturalem, & metaphyſicam. 4.126.185
Scientia de anima non propriè, ſed per quandam ſimilitudinem mathematica appellatur. 4
Scientia de anima ab Ariſtotele in tres partes diuiſa. 8
Scientia de anima, quomodo cæteris ſcientijs, & nobilitate ſubiecti, & certitudine demonſtrādi, diuina exceptâ, præſtantior: pulcherrimum examen. 10
Scientia de anima, cæteris ſcientijs certior, non formali, ſed virtuali certitudine demonſtrandi. 10.11
Scientia de anima, omnibus ſciētijs extenſiuè vtilis; præſertim naturali, morali, atque diuinæ. 11.12
Scientia de anima, alijs ſciētijs vtilis, vtilitate principatus; diuinæ verò, vtilitate ſeruili. 12
Scientia de anima, reſpectu ſcientiarū ſpecialium, difficillima: at reſpectu metaphyſicæ, de numero difficillimorū. 13
Scientia de anima, vtpote media, naturalem, diuinamq; philoſophiam, tanquam duo extrema, coniungit. 126
Scientia Dei eſt omnia entia, omniumque entium cauſa. 178
Scientia humana, rōne intellectus, vnica; at ratione ſpecierum imaginatarum, à quibus dependet, plurificata. 141
Scientia practica eſt de ſenſibilibus, atq; particularibus. 68
Scientiæ ſpeculatiuæ, quomodo bonæ. 8
Scientiæ ſpeculatiuæ, honorabiles; practicæ autem, atque ſermocinales, laudabiles. 8
Scientiæ ſpeculatiuæ ad fœlicitatem, vt diſpoſitiones præuiæ, neceſſariò requiruntur. 179
Scire noſtrum reminiſci quoddam eſſe, Plato exiſtimauit. 141.151.159.182
Scotus Auerroem execratur. 184.187
in Semine duplex virtus; immutatiua prima, & immutatiua ſecunda. 60
Senes, maximè ſapientes: 35
Senſatio, motus nō verus, ſed tātūmodo exiſtimatus. 57.169
Senſatio, in inſtanti, non in tempore per ſe efficitur. 65.73
Senſatio, ſecundùm Galenum duplex; præter naturam, & ſecundùm naturam. 66
Senſatio, neceſſariò actiua indiget virtute. 69
Senſatio, media inter obiectum, & animam: 70
Senſatio, ſecundùm Scotū, effectiuè producitur, tum ab obiecto ſenſibili extrinſeco, vt ab agente minùs principali; tū à potētia ſenſitiua intrīſeca, vt ab agēte prīcipaliori. 70
Senſatio, ſecundū Hiſpanum, effectiuè producitur, tū ab obiecto extrinſeco, vt à minùs principali mouente; tum ab ipſamet eſſentia animæ, vt à mouente principaliori; at non ab aliqua qualitate, ſiue potentia ab anima contradiſtincta; contra Gandauenſis, Scotique poſitionem. 70
Senſationum exteriorum nulla ab obiectis immediatè cauſatur, ſed ab intermedijs ſpeciebus. 79
Senſatio, vel ab extrinſeco, vel ab intrinſeco. 103
Senſatio, in loco naturaliter diſpoſito perpendenda. 103
Senſatio, coniuncti, non ſolius animæ paſſio. 104
Senſatio omnis per medium, aut coniunctum, aut diſiunctum efficitur. 109
in Senſatione, iudicatiua actio inſtantanea, ſimultanea, & impartibilis exiſtit. 168
Senſatio de motu ſolū hēt actum, abſq; imperfectione. 169
Senſatio per ſe fit in inſtanti, per accidens in tempore. 169
Senſatio, etſi non ſine ſenſibilibus; nō tamen à ſenſibilibus perficitur; ſed à virtute animæ intrinſecùs excitata. 181
in ſenſatione ſenſibile eſt mouēs immobile; mediū, mouēs motū; & ſenſoriū, ſeu ſenſitiua facultas, motū duntaxat. 201
Senſibilitatis ratio, prouenit à materia. 189
Senſibile duplex, per ſe, & per accidens. 27
Senſibilia, in debita diſtantia apponenda. 67
Senſibile habet duplex eſſe; reale in materia; & ſpiritale tū in medio, tum in ſenſu. 68
Senſibile tale actu, quale ſenſus potentia. 71
Senſibile triplex; proprium, commune, & per accidens. 71
Senſibile non agit in ſenſum, niſi per multiplicationē ſpēi. 75
Senſibile poſitum ſupra ſenſum, non facit ſenſationem. 77.80 90.91.103.109
Sēſibile excellēs ſenſū lædit, atq; corrūpit. 94.100.107.115
Senſibile priùs in medio, quàm in organo. 99
Senſibile, in re extra, materiale; at in ſenſu, ipſoque ſenſorio, ſpiritale. 103.113
Senſibile, ſecundùm eſſe intentionale in ſenſorio, ſpecies; at ſecundùm eſſe reale in materia, forma nuncupatur. 107
Senſibilia, quatenus ſenſibilia, nequaquam in res agunt inanimatas, niſi tantùm per accidens. 108
Senſibilium, cur tangibilia ſola in genere actionis; cætera verò, nempe colores, ſoni, odores, & ſapores, in genere relationis, per ſe ab Auerroe collocantur. 108
Senſibile in eſſe cognito, eſt finis ſenſationis. 109
Senſibile ſentienti debet eſſe proportionatum. 115
Senſibile excellens deſtruit tum ſenſorij temperaturam, tum vim animæ ex temperatura illa reſultantem. 115
Senſibile excellens, corrumpit ſenſorium primò, & per ſe; at ſenſum ſecundariò, & per accidens. 115
Senſibile excellens, non ſpiritaliter, ſed realiter, & per contactum agit in ſenſum; & ideo ipſum corrumpit. 115
Senſilia nimis intenſa, corrumpunt; nimiſque remiſſa, non mouent ſenſum. 115
Senſile, in ſentiendi actu, eſt mouens, non motum. 122
Senſibile, per materiam ſenſibile. 154
Senſibile in ſenſorium, non in ſenſitiuā virtutem agit. 168
Senſibile ſenſorium mouet, vt ſenſitiua virtus interior deinde excitata, de ſenſibili iudicium ferat. 168
Sēſibilia mathematicas diffinitiones minimè īgrediūtur. 174
Senſibilia, quatenus ſenſibilia, ad aliquid; at quatenus ſecundùm ſe, abſoluta exiſtunt. 181
Senſibilia perfectiorum ſenſuum, tenuiū partiū exiſtūt. 201
Senſibilia aliorū ſenſuū, ſi excellerint, propria ſenſoria per ſe, aīal verò qn̄q; non per ſe, ſed per accidens deſtruunt: at Senſibilia tactus immoderata, & ſenſorium tactus per ſe, & totum quoque animal eſſentialiter corrumpunt. 202
Senſibile per ſe proprium vnius ſenſus, eſt alteri ſenſui per accidens. 72.111
Senſibile per ſe, quod facit differentiam in paſſione ſenſus; per accidens, quod nullam. 72
Senſibile per ſe bifariam, vel ad potentiam, vel ad habitum relatum. 74
Senſibile per ſe, duplex; proprium, atque commune. 111
Senſibile proprium eſt per ſe, primoque ſenſibile; at cōe, per ſe quidē, ſed non primò ſenſibile exiſtit. 71.72.73
Senſibile proprium non contingit alio ſenſu exteriori, præter quā vno ſentiri; & circa ipſum nō contingit deceptio. 71
circa Senſibile ꝓprium nō decipitur ſenſus, trib. conditionib. ſeruatis; debita diſtantia obiecti, recta organi cōſtitutione & medij naturali diſpoſitione. 71.118.119.121.127
Senſibilis proprij duplex eſſe; vel materiale, in re ſenſata; vel abſtra-

abſtractum, atque intentionale, in medio, & in ſenſu. 71
circa ſenſibile proprium, quãtum ad eſſe eius abſtractum, & intentionale, ſenſus nunquam decipitur: at quantum ad eſſe eius materiale, frequenter decipi poteſt. 71.72
Senſibilia propria de neceſſitate ſenſibilibus cõmunibus vniũtur, neceſſitate propinqua, aut remota; at ſenſibilibus per accidens, minimè. 73
Senſibilia propria, iuxta S. Tho. immutant ſenſum quantum ad ſpeciem agentem; cõia, quantum admodum actionis. 73
Senſibilia non propria ſolùm, verùm etiam cõia, proprias ſpecies multiplicare, easq; in ſenſum imprimere; Auctor vnà cum Gandauen. Alb. Egidio, Thom. Scoto, alijsq; cõ pluribus, cõtra Beatũ Doctorem determinat. 73.74.111
Senſibilia communia, quinque: motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. 72
Senſibilia cõia, bifariam cõia; & priuatiuè, & poſitiuè. 72
Senſibilium cõiũ; motus, quies, & numerus, oĩbus ſenſibus: at figura, & magnitudo, viſui, & tactui duntaxat cõia. 72
Senſibile commune à ſenſu eatenus perceptibile, quatenus ſenſibili proprio coniunctum. 73
Senſibilia cõia ſunt cognoſcibilia à ſenſib. exteriorib. nõ vt tales ſunt ſenſus, ſed vt ſunt ſenſus ſimpliciter. 73.74
Senſibiliũ communium apprehenſio, abſque apprehenſione propriorum, impoſſibilis. 73.74.98.99
Senſibilia cõia ad propriorum ſenſibiliũ ſenſationem neceſſariò requiſita; & multò magis, q̃ ſenſibilia per accidens. 73
Senſibilia cõia in lumine, quatenus coloratu, videntur. 79
Senſibilium cõium, communis, non propria ſenſatio. 111.
Senſibilia communia, non ab vno tantùm ſenſu, ſed vel à pluribus, vel ab omnibus cognoſcibilia 111.112
Senſibilia communia, maximarum ſcientiarum, nempè mathematicarum ſubiecta. 112.123
circa Senſibilia per accidens, & communia multoties committitur error. 71.123
Senſibile per accidens, nullam propriam eſſentiam, nec primò, nec ſecundò, in ſenſum imprimit; ſed cum proprio, communique ſenſibili ſimul accipitur. 72
Senſibile per accidens, duplex; vel reſpũ huius ſenſus, inquãtũ talis ſenſus, vel reſpũ ſenſus ſimpliciter, in eo q; ſenſus. 111
Senſibile per accidens, duplex; vel ſubſtantia indiuidua; vel propriũ ſenſus vnius obiectũ, alteri ſenſui cõparatum. 123
Senſitiua anima, haud tota in qualibet parte, contra Beatum Doctorem. 35
Senſitiua anima ſenſitiuam generat, non per ſenſitiuam, ſed per vegetatiuam virtutem in ea repertam. 55
Senſitiua anima, ſpecierum ſenſibilium ſuſceptiua ſine materia. 80
Senſitiua anima, ſenſibilia occurrentia cognoſcit, nõ per ſenſibilium rationes in ea contentas, vt malè Empedocles; ſed à ſenſibilibus ipſis à potentia ad actum deducta. 114.115
Senſitiua immutatio, non realis, ſed ſpiritalis exiſtit. 105
Senſitiua virtus, reſpectu ſenſorij, & informantis, & vtentis munere fungitur. 107.142
Senſitiua virtutis ad ſenſorium duplex habitudo; vt informans, & vt vtens. 114
Senſitiua virtus, ad hoc vt excitetur, & agat, antecedentem ſenſorij à ſenſibilis paſſionem requirit. 144
Senſitiua virtus non tantùm quoad operationem, ſed quoad eſſentiam quoque corrumpitur ad ipſius organi corruptionem; contra Scotum. 187
Senſitiua virtus ad læſionem inſtrumenti patitur, tam vt informans, quam vt vtens; verùm vt informans, per ſe patitur; vt vtens, per accidens. 187.188
Senſitiua vita, mediocritas quædam circa ſenſibilia operatrix exiſtit. 107
Senſitiuum, ſiue Senſorium, tale potentia, quale ſenſibile actu. 95.105.106
Senſitiuum ab appetitiuo, iuxta Ariſt. ſubiecto nequaquam diſtinguitur; contra Platonem. 169.170
Senſiterij paſſio debet eſſe proportionata, vt iudicatiua virtus imperet, ac operetur. 84
Senſorium, ante receptionem, ſenſibili contrarium; at poſt receptionem, ipſi ſimile. 95
Senſoriorum, quinque exteriorum ſenſuum, quantum ad diſtãtiã, et propinquitatẽ, perelegans Auctoris cõſideratio. 97
ex Senſorij vnitate, infertur vnitas ſenſus. 97.99.100
Senſorij duplex paſſio; realis, ipſum corrumpens, quatenus corpus naturale; & ſpiritalis illud conſeruans, quatenus ſenſorium exiſtit. 107
Senſorium vnumquodque, in mediocritate quadam conſiſtens. 107
Senſorium, non à ſpiritali ſpecie, ſed à reali obiecto tactili, cũ ſpecie ad ipſum delato, paſſione patitur corruptiua. 107
Senſorium, ſenſui vnicuique neceſſarium. 109
Senſoriũ, ſpecierũ ſenſibilium ſine materia receptiuum: 113
Senſorij duplex habitudo; tum ad ſenſibile extrinſecum, vt moti ad mouentem, tum ad vitam interiùs ſentientem, vt inſtrumenti ad vtentem. 115
Senſoria reliquorum ſenſuum in determinatis particulis reſident: at Senſoriũ tactus, vniuerſum animal circuit. 201
Sẽſoriũ tactus, haud tenuiũ partiũ; ſed ſolidũ, ac firmũ. 201
Senſus, intellectualis cognitionis miniſter. 13
Senſus in proportione quadam cum ſenſibili conſiſtit. 23
Senſus ab excellenti ſenſibili corrumpitur. 23
Senſus in operando corporei ſunt; & corpore indigent, tanquam ſubiecto. 23
Senſus ad ſubſtãtiã rei vſque nõ penetrat. 27.65.98.114.174
Senſus etſi à materia, non tamen à conditionibus materiæ abſtrahit; cum recipiat cum hic, & nunc. 47.106
Senſus ad iucunda proſequenda, moleſtaque fugienda, à natura animalibus tributus, 53
Senſus, radicitùs in corde, manifeſtatiuè in capite. 58
Senſum eſſe actu ipſa ſenſibilia, ponebat Empedocles. 64
Senſui vnicuique Plato vnum præficiebat elementum. 64
Senſus in ſentiendo, non corruptiua, ſed ſalutari alteratione alteratur. 64
Senſus, virtus paſſiua; ideò ĩdiget extrinſeco mouẽte. 65.105
ex eo q; Senſus eſt virtus paſſiua, indigetque obiecto, vt extrinſeco motore, non tollitur Senſus agens. 65
Senſus, cur proprium ſenſiterium nõ ſentiat, triplex ratio. 65
Senſus, potentia ſenſibile. 66
Senſus, vt in habitu, ſub actu imperfecto; vt actualiter operans, ſub actu perfectiſſimo, atque completo. 66
Senſus, dum actu ſentit, nec propriè, vereque patitur, nec alteratur. 67.68
Senſus, vtpote particularis, & materialis; materialia, particulariaque recipit obiecta. 67
Senſus iudicium, non in ſenſiterij paſſione, ſed in virtutis excitatione conſiſtit. 67.68
Senſus in inſtanti operatur, & impartibiliter ſenſibilium fit cognitiuus. 68
Senſu deficiente, deficit ſcientia illius ſenſus. 68.106.182
Senſum ad ſenſationem paſſiuè tantummodo, & nullo modo actiuè concurrere, S. Thomas exiſtimauit. 69
in Senſu dari principium actiuum productiuũ ſenſationis, Gãdau. & Scotus, aduerſus S. Thom. demonſtrarunt. 69.70

INDEX

in Senſu dari virtutem actiuã agentẽ ſenſationem, non tñ id circo dari ſenſum agentem, ſed dũtaxat ſenſum patientem reſpũ cuius obiectũ ẽ agẽs totale; Auctor determinat. 70
in Senſu virtus actiua eſt ipſamet vis aĩæ, quæ per ſeipſam excitata, de ſpecie in ſenſu recepta pfectũ iudiciũ affert; & ſic ad ſenſationem formaliter agit. 70.71.107.114
Senſus ad ſenſibilia, vt intellectus ad intelligibilia. 70
Senſui veritas, & falſitas ſubiectiuè, non cognoſcitiuè eſt tribuenda. 72
Senſus ab Auicen. aliter, quàm ab Ariſto. ordinati. 80.97
Senſus in homine ad melius, ac honorabilius, quàm in brutis ordinati. 88
Senſus quilibet & proprium obiectum, & obiecti priuationem, differenter tamen, cognoſcit. 90.106
Senſus quicũque, quatenus potẽtia, diſſimilis; quatenus actu, ſimilis ſuo obiecto. 92
Senſus quilibet, ſenſibilium ſpecierum ſine materia receptiuus. 96.106.107.115.199
Senſus vnitas, vel multiplicitas, non à medij; ſed à ſenſorij vnitate, vel multiplicitate potiùs deducenda 97.99
Senſus vnitas, vel diuerſitas; ab vnitate, vel diuerſitate generis ſenſibilis ſubiecti dependet. 98
Senſus vnius, vnicum organum aſſignandum. 99
Senſus vnitatem ab vnitate generis ſenſibilis ſubiecti dependere, intelligendum quãtũ ad immutationis, non quãtũ ad pdicationis vniuocationem; pro Auer. contra Philop. 99
Senſus quilibet, per medium, vel extrinſecum, vel adnatum, neceſſariò efficitur. 100.103
Senſus, quoad eſſe materiale, & ſpiritale, latitudo. 105.106
Senſus partibus omnibus noſtri corporis terreis, ab Ariſtotele denegatus. 104
Senſus à ſenſibili, à potentia ad actum reducitur, 106
Senſus, haud mã, ſed iudex potius ſenſibiliũ appellandus. 106
Senſus, oppoſitarum ſpecierum cognoſcitiuus. 107
Senſus, facta prius paſſione in ſenſorio, in ſpeciem deinde agit non factiuè, ſed iudicatiuè. 107
Senſus, virtus ſiue facultas organica. 190.130.145.184.200
Senſus à Platonicis cœleſtibus corporibus tributi, longè à ſenſibus mortalium animalium diuerſi; eiſq́ue longè puriores, atque præſtantiores. 109
Senſus poſt fortis ſenſibilis receptionem, debile ſentire non poteſt; intellectus e contra. 109.144
Senſus actu, idem ſubiecto cum ſenſibili actu, & ratione tãtùm ab eo diſtinctus. 113.114.115
Senſus actu, & ſenſibile actu, ſimul generantur, & corrumpuntur; potentia autem, minimè. 114
Senſus ad ſenſibile, vt mobile ad mouens. 114
Senſus medius inter ĩtellectiuũ, vegetatiuũq; aĩa gradũ. 114
Senſus ſupra propriã tantũmodo operationem; nequaquam ſupra virtutem ac ſubſtantiam ſuam poteſt reflecti. 114
Senſum actu, & Senſibile actu, ſe ſimul deſtruere, ac generare, denotat reſpectum in cauſa, & cauſato; & in fieri, non in facto verificatur. 115
Senſus ex harmonica extremorum miſtione, vnioneq́ue conſurgit. 115
in Senſu, paſſio perfectiua eſt merito animæ; at corruptiua, merito ſenſorij. 115
Senſus, inſeparabilis à ſenſorio. 116
Senſus ab intellectu diuerſus, necnon Sentire diuerſum ab intelligere; contra antiquorum ſententiam. 118.119.120
Senſus oĩb. animalib. ineſt; at intellectus perpaucis. 118.200
Senſus non diſcurrit. 119
Senſus bifariam, vel in potentia, vel in actu. 121
Sẽſus in vigilia tãtũmõ, & cũ sẽſibiliũ pſentia operatur: 121
Senſus, in ſentiendi actu, & mouet, & mouetur; mouetur ab exteriori ſenſibili, mouetq́; intrinſecùs imaginationẽ. 122
Sẽſus imaginatiuã mouet, nõ vt prĩcipale, ſed vt deſeruiẽs. 122
Senſus opinioni quandoque aduerſatur. 122
Sẽſus circa sẽſibile cõe, & p accidẽs, ſępenumero mẽdax. 223
Sẽſus, virtus accidẽtiũ, & particulariũ cõprehẽſiua. 147.148
Senſus eſt, iuxta Simplic. vita perfecta. 168
Senſus, tanquam intellectus practici imago. 169.172.173
Senſus intellectui practico, & quantum ad obiectum, & quãtum ad actum deſeruit. 169
Senſus, nec bonum, nec malum; ſed delectabile, & triſtabile tantùm cognoſcit. 169
Senſus cum appetitu ſenſitiuo, ſubiecto idem, ratione tantùm diuerſus. 170
Senſus intellectui eam præſtare debent obedientiam, quam orbes inferiores erratici firmamento. 180
Senſus eſt vel potentia, vel actu; prout ſenſibilia vel actu, vel potentia extiterint. 181
Senſuum neceſſitas pro reminiſcentia, non pro noua rerum intellectione, fuit à Platone introducta. 186
Sẽſus à materia tũ ſubiectiuè, tũ obiectiuè depẽdet. 184.185
Senſus, virtus materialis, & corruptibilis. 182
Senſus in homine, q̃ in cæteris animalib. exquiſitiores. 187
Senſus ſuo perfectior appetitu. 190
Senſus in plantis, nec ex parte corporis, nec ex parte animæ requiſiti. 199.
Senſus plantis, ob nimiam imperfectionem; cœliſq́ue ob nimiam perfectionem denegatus. 199.200
Senſus tum ad ſalutem, tum ad proprium finem cõſequendũ, progreſſiuis animalibus à natura tributi. 199.200
Sẽſus hoĩ ad formationẽ cõceptuũ vniuerſaliũ neceſſarij. 200
Senſus tum corpori, tum intellectui actiuo, tum ſpeculatiuo quammaximè expediens. 200
Senſus in cœleſtibus ſuperflui; cum nec ad corpora, nec ad animas eorum quicquam conferrent. 200
Senſus in cœleſtib. vel nulli omnino, vel alterius rõnis; multoq́; puriores, atq; nobiliores, q̃ in inferioribus aĩalib. 200
ſenſus agens ex Ariſtotele 2. de anima textu 37. clariſſimè deducitur. 57
ſenſus agens, nõ propter ſpiritalem ſpeciei multiplicationem, ſed propter ſenſationem actu perficiẽdã, introductus. 69
in ſenſu quolibet exteriori duas potentias, vnã paſſiuã, alteram actiuam, Gandauenſis, & Scotus repoſuerũt. 69.70
Sẽſus exterior, materialiũ formarũ minimè apprehẽſiuus. 71
Senſus exterior abſtrahit à materia, non tamen à præſentia materiæ. 71.107
Senſuum quinque exteriorum, tres per extraneum, & duo per connatum medium ſentiunt. 79.80.93
quinque Senſuum exteriorum cum quatuor elementis, intermedioq́; vapore, & exhalatione, perelegãs cõparatio. 87
Senſuum quinque exteriorum, tres primi; viſus, auditus, olfactus, per duplex medium, & extraneum, & connatũ ſentiunt: at duo poſtremi, guſtus, & tactus, connatum duntaxat medium in ſentiendo requirunt. 93
Senſus exterior, vltima cognoſcitiuarum virtutum. 107
Senſuum quinque exteriorum ſufficientia, tripliciter ab Ariſtotele comprobatur, mediorum, organorum, ſenſibiliumq́; ratione. 109.110.111
Senſus exteriores trifariam animalibus comparãtur, vel ſubſtantiæ, vt tactus; vel nutrimenti, vt guſtus, & olfactus; vel diſciplinæ, ut auditus, & viſus, ratione. 111
Senſus exterior ſupra ſuam reflectitur operationem. 113

Senſus

Senſus exterior, neque preterita, neque futura; ſed præſentia ſolùm cognoſcit. 116
ſenſus exteriores in præſentia, & interiores in abſentia ſenſibilia cognoſcunt. 144.172
ſenſus exterior, debitis circunſtantijs ſeruatis, circa ſenſibile proprium ſemper verus. 118 119.121.123.168
ſenſuum exteriorum, qui per contactum ſentiunt, magis paſſiui; at qui à remotis, minùs. 201
ſenſuum exteriorum, qui magis paſſiui, ineptiores; qui minùs, aptiores ad iudicandum de ſenſibilibus. 201
ſenſuum quinque exteriorũ, tres magis ſpiritales à remotis; & duo magis materiales, per contactum operantur. 201
ſenſuũ exteriorũ, quidã neceſſarij, & ad eſſe ſimpliciter; quidam verò ꝓꝑ melius, & ad bene eſſe cõducũt. 201.202
ſenſus particulares ſunt veluti riui, à ſenſu communi, tanquam è communi fonte emanantes. 113.117
ſenſus particulares, ratione organorum potiùs, quàm iudicij in quinque diſtributi. 117
ſenſus communis in prima concauitate cerebri collocatur. 47
ſenſus communis eſt potentia, ad quam omnes particulares ſenſus terminantur. 73.117
ſenſus cõis, nõ obiectum proprium; ſed propriam tãtũmodo, præter ſenſus particulares, habet operationem. 73.120
ſenſus communis, ſenſationum omnium index. 106
ſenſus communis proprium, eſt iudicare differentiam ſenſibilium diuerſorum generum, diuerſorumque ſenſuum particularium. 116.117.171
ſenſus communis, non prædicandi, ſed, iudicandi communitate, communis appellatus. 117
ſenſus communis, eſſentia, iudicijque ratione, vnus, ac indiuiduus; habitudine verò ad ſenſus particulares, externaque ſenſoria recipientia, diuiſibilis, atque plurificatus. 117
ſenſus cõmunis, intẽtionũ materialiũ receptor, ac iudex. 117
ſenſus cõis, ſenſuum particularium origo, ac terminus. 117
ſenſus cõis, veluti Princeps, ac Rex ſenſuũ particulariũ. 117
ſenſus cõmunis, in animalibus imperfectis, imperfectus. 117
ſenſus cõmunis, non mouetur à ſenſu particulari; ſed ſimul cum particulari operatur. 122
ſenſus communis, differentiam inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuũ cognoſcit, exteriorũ ſenſuũ opera intercedẽte. 146
ſenſus communis reſpectu ſenſuum particularium, veluti cẽtrum in medio circuli, reſpecta linearum ad circumferentiam exeuntium, indeque in ipſum reuertẽtium. 169.171
ſenſus communis nec componit, nec diuidit. 170
ſenſus interiores ſecundùm Ariſt. quatuor exiſtunt, hoc ordine incedentes: primò ſenſus communis, ſecundò imaginatiua, tertiò cogitatiua, poſtremò memoria. 71.119.120
ſenſus interiores, à Medicis in cerebro; at ab Ariſtotele in corde, tanquam in propria ſede collocati. 119
ſenſus interiores radicitùs, ac ſubiectiuè in corde; manifeſtatiuè autem in cerebro, eiuſque cellulis. 118.119.142
ſenſus interiores, à Terminiſtis, vnus tantummodo; ab alijs, duo; à Græcis, tres; ab Arabibus, Alberto, & Sancto Thoma, quinque enumerati: at ab Auctore, ſecundũ Ariſtotelis mentem, quaternario numero definiti. 119.120
ſenſus quatuor interiores, realiter inter ſeſe diſtingui, experimentis comprobatur. 120
ſenſus interior, ab exteriori mouetur. 142
ſenſus interiores à Medicis, iuxta Auerrois dictum, in varijs cellulis cerebri per locum concomitantia collocati fuerunt; medio videlicet ſumpto à læſione. 142
in ſentiendo, non anima, ſed organum ſpiritu animato perfectũ, atq; informatũ eſt illud, ꝙ recipit patiturq;. 64.65
ſentientia omnia tactum, & guſtum cõiter poſſident. 199
ſentientia perfectiora, præter tactum, & guſtum, alijs quoq; ſenſibus inſtructa. 199
ſentire in quodã pati, & moueri conſiſtit. 64.69.105.114
ſentire, per paſſionem ſenſuum à ſenſibilibus; non per actionem ſenſuum in ſenſibilia, conficitur; contra Plato. 64
ſentire biſariam dicitur; potentia, & actu; & potentia adhuc biſariam, propinqua, & remota. 65
ſentire, non in præcedente ſpiritali receptione obiecti in ſenſiterio, ſed in ſubſequente excitatione virtutis ſupra obiectum iam ſpiritaliter receptũ, formaliter conſiſtit. 65.68
ſentire per mediũ, cõmune eſt oĩbus quinq; exterioribus ſenſib. per naturã cõem; quatenus.ſ. ſenſus exiſtunt. 104
ſentire ſe ſentire, ſolius hominis proprium. 112
ſphæra mouetur ſecundũ formã, nõ ſecundũ materiam. 197
ſphæra octaua, apud Ariſtotelem, primum mobile. 198
ſphæra octaua triplex motus. 198
ſiccitas, ad extenſionem inepta. 62
ſiccitas longè magis paſſiua, quàm actiua qualitas. 92
ſimile nequaquam à ſimili patitur. 61
ſimilitudo ſẽſus cũ ſẽſibili, & ĩtellectus cũ ĩtelligibili, nõ eſt quãtũ ad ſubſtantiã; ſed quantum ad impreſſionem. 66
ſimilitudinis locus, ab oratoribus potius, & poetis quàm à philoſophis vſitatus. 143
ſimplex nullum, ſaporoſum, nec odorabile. 90.91.94
ſimplicium cognitio, cognitioni compoſitorum præponẽda. 5
ſimpliciora præcedunt, niſi cõpoſitiora fuerint magis nota. 6
ſingulare eſt propter materiam. 17
ſingulare notius ſecundùm ſenſum. 146
ſingulare, quatenus ſingulare, cum vniuerſali nullam habet conuenientiam, contra Suеſſanum. 148
ſingulare, per conditiones contrahentes naturam ad hic, & nunc, ſingulare eſſe intelligitur. 148
ſitis eſt appetitus frigidi, & humidi. 51
ſitis ex immodica prouenit tum caliditate, tum ſiccitate. 51
ſitis eſt ſenſus reſolutionis ſubſtantiæ frigidę, & humidæ. 51
Sol, pater hominum, & Deorum iurè appellatus. 118
ſomnus, & vigilia, ſenſitiuæ animę propria. 30
ſomnum digeſtio ſequitur. 30
in ſomnijs magis obiecta viſus, tanquam ſpiritaliora, quàm cuiuſuis alterius ſenſus imaginamur. 123
in Somnijs per quàm rarò odores, et tãgibiles qualitates imaginamur. 123
in ſomno ſpiritus à circumferẽtia ad centrũ cõtrahũtur. 192
ſonora corpora, commenſurata magnitudinis, aptæque figuræ eſſe debent. 85
ſonus duplex; realis, atq; intentionalis: & vterq; tũ in aere, tũ ĩ aqua efficitur; ſed in aere, clarior; ĩ aqua, obtuſior. 80
ſonus duplex, actu, atque potentia. 81
ſonus, auditus obiectum, ex motu generatur locali. 81.83
ſonus neceſſariò cum percuſſione generatur. 81
ſonus excitatur; tum ex forti in aere motu; tum ex eo quòd motus ferientis fracturam aeris præueniat. 81.84
ſonus, qualitas realis ĩ aere, nõ ꝑmanẽs, ſed ſucceſſiua. 81.83
ſoni eſſentia, haud ſtabilis, nec fixa; ſed labilis, ac momentanea. 81
ſonum puram eſſe aeris commotionem, abſque vlla impreſſa qualitate, falſum; contra quorundam opinionem. 81
ad ſoni generationẽ corpora lata, dura, læuia, & in ſui cõpoſitione maiorẽ aeris partẽ obtinẽtia, cõcauaq; ꝑſerũt, aptiſſima: mollia verò, rara, & anguſta; ineptiora. 81.84.85
ſonorũ acutorũ grauiumq; diuerſitas; nõ ex aeris, ſed ex corporũ percuſſorũ, atq; ſonãtiũ diuerſitate cõficitur. 81.82

ſonus.

Sonus, non paſſio, ſed actus percuſſorum in natura aeris media deferente. 83
Sonus, vt obiectum ſenſibile, & in aere, & in aqua reperitur; tametſi in aqua minùs, quam in aere. 82
Sonus in eadem aeris parte, & realis, & intentionalis ſimul; non tamen eiuſdem, ſed diuerſorum reſpectu. 82
in Sono, aer expulſus à percutiente, in circuitus diuerſos figuratur. 82
Sonus in anterioribus partibus, vbi circuli minores, maior; & in remotioribus, vbi maiores circuli, minor. 82
in Sono aeris vnitas, non indiuidua, neque formalis, ſed continua efflagitatur. 83
ad Soni generationem percutiens actiuè, & percuſſum paſſiuè concurrit. 84
Sonus, aeris vi foras eiecti percuſſio. 84
Soni ſphærica, & in gyrum multiplicatio, inundationibus proiectorum in aquam ſimillima. 84
Sonus neceſſariò vſum aeris requirit. 85
Sonus, actus aeris incorporeus. 85
Sonus, per ſe immobilis. 85
Sonus bifariam; virtualiter, in corporibus ſonantibus duris, & latis; & formaliter, in aere. 82.85
Soni differentia, acutum & graue; quæ non per ſonum in potentia, ſed per ſonum in actu manifeſtantur. 85
Sophiſtica, vt docens, ſcientiæ ſimilis: vt vtens, ab eadem alieniſſima. 24
Sophiſtica errorem, ac deceptionem inducit. 24
Species ſola verè, propriéque diffinitur. 15
Species ſpecialiſſima ſola, veram, ac perfectam ſubſtantiæ hypoſtaſim manifeſtat. 16.18
ſpeciei ratio, ſumitur à forma. 17
Species, ſicut numeri. 47.141.166
Species ſub eodem genere contentæ, ſimul natura. 52
Species omnes, eſſentialiter ordinatæ. 52
Specierum receptio, communis ſenſui, atque intellectui. 66
Species coloris ſpiritalior, quàm ſoni; & ſoni ſpiritalior, quàm odoris. 68
Species bene ſuo obiecto ſpiritalior, at nõ eo perfectior. 69
Speciei multiplicatio, poſitiuis cõceſſa, priuatiõib. denegata. 74
ſpecies quantitatis, in eſſendo, qualitas tertiæ ſpeciei; in repræſentando, quantitas. 79
Speciei tranſitus ad ſenſorium, nequaquam per vacuum; ſed per medium aliquod corpus efficitur. 109
Species vnaquæque, ſecundũ gradum ꝓpriũ pfectiſſima. 110
Species contrariorum ſenſibilium, in materia quidem, contraria: at in medio, ſenſorio, ac ſenſu, nequaquam. 116
Species in intellectu, haud inhærenter, vt forma in materia, ſed ĩ eſſe cognito, vt imagines ĩ ſpeculo, exiſtũt. 144.145
Species diuerſæ eiuſdem generis, in eodem ſubiecto ſimul eſſe minimè poſſunt. 164
Species ab obiecto multiplicata, non in anima, ſed in ſenſorio animato recipiuntur. 181
Species humana, ſecundum Ariſt. & Auer. æterna. 136
Species intelligibilis bifariam conſideratur, & vt accidens, & vt repræſentatiuum. 56
Species intelligibilis, ſecundùm eſſe intelligibile, in intellectu, ſecundùm rem, in phantaſmate. 132
Species intelligibilis ſubiectiuè, ratione ſcilicet intellectus, vnitas obiectiuè, ratione nempe phantaſmatũ in diuerſis particularibus hominibus exiſtentium, plurificata. 137
Species intelligibiles à ſenſibus acceptæ, & in intellectu poſſibili receptæ, ſunt veluti extrema veſtigia formarũ verè intellectualiũ ĩ intellectu manẽte reſidẽtium. 144.145
Species intelligibilis in intellectu, ab intellectione realiter differt, atq; diſtinguitur; ſicut etiam Species ſenſibilis in ſenſu, à ſenſatione. 145
Species intelligibilis in intellectu poſſibili, à phantaſmate occaſionaliter, & ab agente intellectu completiuè cauſatur. 145.146.155.156
in ſpeciebus intelligibilibus multitudo atque diuerſitas, prouenit ex diuerſitate, multitudineque phantaſmatum, à quibus cauſantur. 177
ſpecies intentionalis à forma obiecti in medio producta, eſt repræſentatiua, non formæ, pro altera parte compoſiti; ſed formæ totius, ſub modo ſpiritali. 69
ſpecies intẽtionalis in ſenſu, totaliter ab obiecto producit. 69
ſpecies intentionales non cauſant reales, naturaleſque trãſmutationes. 73
ſpeciem ſenſibilem habere eſſe ſpiritale in medio, à Deo, vel ab intelligentia, tanquã à motore extrinſeco, falſum 68
ſpeciem ſenſibilem habere eſſe ſpiritale in medio; tũ ab obiecto materiali, vt ab agente proximo, inſtrumentaliq; cauſa; tum à Deo, vt ab agente remoto, cauſaque primaria; falſum, contra Sueſſanum. 68.69
ſpecies ſenſibilis habet eſſe ſpiritale in medio, ab ipſamet ſola forma obiecti ſeipſam in medio intentionaliter multiplicante, producta. 69
ſpecies ſenſibilis intentionalis; vel æquè cum ſuo obiecto, perfecta; vel eo imperfectior. 69
ſpecies ſenſibilis, virtute ſenſitiua animæ ignobilior 69
ſpecies ſenſibilis, eſt agens diſponens, ſiue excitans tantummodo ad ſenſationem: nequaquam autem ſupremum ſenſationis actum inducens. 69.70.107
ſpecies ſenſibilis, iuxta Scotum, non in potentia ſenſitiua, ſed in organo duntaxat recipitur. 70
ſpecies ſenſibilis, ſecundùm Scotum, ad cauſandam ſenſationem, nec effectiuè, nec diſpoſitiuè concurrit. 70
ſpecies ſenſibilis, non eadem cum ſenſatione; ſed ab ea alia, atque diuerſa. 72
ſpecies ſenſibilis, in obiecto repræſentando, & obiecti, & medii, & organi conditiones conſequitur. 72
ſpẽs ſenſibilis, ab obiecto ĩ fieri ſẽper, produciq; depẽdet. 79
ſpẽrũ ſẽſibiliũ multiplicatio ab obiecto, ſphæricè incedit. 79
ſpecierum ſenſibilium multiplicatio, haud ſucceſſiuè, ſed tota ſimul in medio, ſenſuque producitur. 79
ſpecies ſenſibilis non ita perfectè, eminus, ſicut cominus multiplicatur. 79
ſpecies ſenſibilis, tota ſimul indiuiſibiliter in quacunque medii parte, totamque ſimul rem repræſentat. 79
ſpecies ſenſibilis ab obiecto, vnde producitur, nulla eſſentiali differentia differt; ſed per aliũ duntaxat modũ eſsẽdi. 79
ſpecies ſenſibiles eiuſdem ſpeciei in eadem parte medii, ſiue in eadem facultate ſenſitiua: non ſunt vna eademque ſpecies numero, vt S. Thom. opinatur; ſed plures numero diſtinctæ, nec propriis obiectis, à quibus dependent, diſtinguuntur; vt Gandauenſis, Egidiusq; voluerũt, ſed propriis hæcceitatib. formalibusq; rõnib. ut Scotus determinauit. 79
ſpecies ſenſibiles, tertiæ ſpeciei qualitates. 79
ſpecies ſenſibilis lõgè in ſenſu, quàm in medio, ſpiritalior. 103
ſpecies ſpiritalis non agit ad interitum. 115
ſpecies ſpiritales, quamuis oppoſitæ, in eadem parte medii ſimul reperiuntur. 165
ſpecies viſibilis, obiecto propinquior, vtpote materialior, maiori; at propinquior potentiæ, vtpote ſpiritalior, minori indiget illuminatione. 76
ſpecies viſibilis continuo motu delata per actu diaphanum

vſque

uſque ad organum viſionem parit. 99
Species viſibilis, ambobus oculis vna eademque, nec duplicata apparet; pp neruorũ opticorũ punctualẽ cõtactũ. 80
Speculabile eſt, abſque vlla prorſus actione, tantummodo à nobis cognoſcibile. 173
Speculabilium, quædam materia prorſus immerſa, vt naturalia; quædam abſtracta ſecundùm eſſe, vt diuina; quædam abſtrahibilia ſecundùm rõnẽ, vt mathematica. 174
ſpeculatio intenta, motũ localẽ impedit, atque retardat. 193
ſpiritus gignitiuus eſt ſubſtantia quædam calida in ſemine ĩcluſa, nõ ignea; ſed elemẽto ſtellarũ ꝓportionata. 60. 64
ſpiritus gignitiuus ex tribus ſpiritibus conſtat; naturali, animali, atque vitali. 60
ſpiritus tripliciter dictus; anima, animæ vehiculum, & pars ſanguinis tenuiſſima. 104
ſpiritus, vehiculum animæ; haud corpus ſimplex, ſed miſtum ex quatuor elemẽtis; à prędominio tamen aereum. 104
ſpiritus vitalis, in corde reſidet. 104
ſpiritus vitalis, ſecundùm Philoponum, & Simplicium, commune oĩum ſenſuũ organũ, atq; ſenſorium. 104. 107
ſpiritus vitales in corde geniti, ſenſuum omnium organis ſubminiſtrant. 110
ſplendor eſt lumen refractum iuxta corpus terſum. 77
ſpongiæ ſolum habent tactum. 53
ſtatum, non inſtantaneum, ſed temporalem, dari medium inter augmentum, & decrementum; Auctor vnà cum Gãdauenſe, contra Egidium, & Sueſſanum determinat. 199
ſtella, pars denſior ſui orbis. 32
ſtellæ nocte lucent, non die; propter Solaris luminis abſentiam atque præſentiam. 79
ad ſubiectum quatuor conditiones requiſitæ. 7
ſubiectum in ſcientia debet eſſe vnum, vnitate vel vniuoca, vel analogica. 7
ſubiectum in ſcientia debet eſſe notum, tum quoad ſi eſt, tũ quoad quid eſt. 7. 47
ſubiectum in ſcientia debet eſſe primum duplici primitate; adęquationis, & attributionis. 7
ſubiectum in ſcientia debet habere partes, tum ſubiectiuas, tum eſſentiales. 7
ſubiectum ad ſcientiam, vt obiectum ad potentiam. 7
de ſubiecto librorum de Anima, triplex opinio, vnà cũ ſuis rationibus, ac fundamentis: vel quòd ſit anima; vel quòd ſit corpus animatum, prout libri de anima à paruis naturalibus diſtinguuntur; vel quòd ſit corpus animatum, vnà cum paruorum naturalium incluſione. 7
ſubiectum eſt cauſa finalis ſuarum paſſionum. 8
ſubiectũ adæquatũ in ſciẽtia, nõ põt aliquo modo probari. 8
ſubiectum in ſcientia, habet rationem eſſentialem. 9
ſubiectum ad ſcientiam, non in genere tantummodo efficientis, ſed exemplaris quoque cauſa comparatur. 9
ſubiectum in ſcientia, non materialiter, ſed formaliter accipiendum. 9
ſubiectum nec à priori, nec à poſteriori in propria ſcientia demonſtrari poteſt. 47
ſubiectũ terminati accidentis eſt, ens in actu, non in pura potentia. 141
ex ſubſtantijs accidentia ſpeculari, ſcientificum. 19
ſubſtantia, accidente nobilior. 26
ſubſtantia, ſummum, & principaliſſimum genus. 26
ſubſtantia corporea, manifeſtior; at incorporea, verior 27
ſubſtantia triplex; materia, forma, & compoſitum. 27
ſubſtantia in materiã, formã, & cõpoſitũ diuiſio, eſt vnius totius analogi in ſua analogata; ꝙ primò de forma, ſecũdò de cõpoſito, poſtremò de mã ordine quodã prædicatur. 27
ſubſtãtia toto genere, quocũq; genere accidẽtali nobilior 27
ſubſtantia bifariam; vel vt accidentibus ſubſtans, vel vt natura natura accidentis oppoſita. 27
ſubſtantia, & ſubſtantiale inter ſe differunt. 29
ſubſtãtia à ſubſtãtia uel uniuocè, vel ęquiuocè generatur. 48
ſubſtantia ſubſtantiæ contrariatur, non intrinſeca, ſed extrinſeca contrarietate. 60
ſubſtantia, ſenſibilis per accidens ſenſui exteriori 72. 111
ſubſtantia, à nullo ſenſu exteriori per ſe cognoſcibilis. 111
ſubſtantię ſenſibiles, accidentium capaces; at intelligibiles minimè. 140
ſubſtantia, prior accidente 147
ſubſtãtia determinata, ẽ accidẽtiũ ꝓxima, ĩmediataq; cã. 147
ſubſtantia compoſita, vnà cum ſuis accidentibus inuoluta, concurrente phantaſia obiectiuè, vniuerſaliter ab intellectu noſtro pro ſtatu iſto intelligitur. 148
ſubſtantia actu ens: prædicatum hoc, vtpote proprium intellectus agentis, ipſum à poſſibili intellectu diſtinguit. 157
ſubſtantiæ indiuiduæ, ſunt omnium pērfectiſſimæ, puræque perfectiones, terminique rerum indiuiſibiles. 168
ſubſtantia, haud ſenſibilis ſecundũ ſe, ſed rõne accidẽtiũ. 182
ſucceſſio eſt de ratione motus, contra Sueſſanum. 169
ſuperficies, ſubiectum immediatum colorum: communeque colorum omnium ſtragulum. 74
ſuperficies, idiuiſibilis potẽtia, ſecundũ profunditatem. 163
ſuperior pars in animatis, vnde nutrimentum aſſumunt. 58
ſyllogiſmus in ſecũda figura ex ambabus affirmatiuis, in terminis conuertibilibus, admittitur. 26
in ſyllogiſmo actiuo, maiori vniuerſali exiſtente, minor ſemp ẽ particularis, atq; ſignata; et ideo actionis domina. 173
ſymphonia, ex graui, acutoque conſtat. 85

T

in T*actibilibus commune genus ſubiectum, eſt quidem ſed nobis immanifeſtum; & forſitan eſt naturale corpus, vt contra mathematicum diſtinguitur.* 48
tactiles cęterę qualitates, ad quatuor primas reducũt. 105
tactiles qualitates ſunt dñiæ corporis, in eo, ꝙ corpus. 105
tactus elemẽtorũ, nẽpe aeris, aut aq̃ nobiſcũ, ĩmediatus. 101
tactus mollium corporum miſtorũ nobiſcum, ĩmediatus. 101
tactus durorum corporum nobiſcum, per medium aerem, vel aquam accidentaliter; non eſſentialiter efficitur. 101
tactus animali pręcipuus, ac neceſſarius. 40. 51. 80. 97. 109. 200. 201.
tactus ab alijs ſenſibus ſeparabilis, at non cæteri ab ipſo. 40. 51. 63. 97. 109. 198. 199. 200. 201.
tactus ſenſus alimenti. 50
tactus cæteris ſenſibus præhonorandus. 51
tactus aliquando cum parte naturaliter affecta, percipit partes pręternaturaliter diſpoſitas. 65
tactus, ſenſuum omnium paſſiuiſſimus. 61
tactus plura habet ſenſibilia propria, præter aliorum ſenſuum legem. 71
tactus, cęteris ſenſibus prior, ordine, ac prioritate naturæ. 80. 201.
tactus, cæteris ſenſibus vtilior. 80
tactus ad terram redigitur. 87. 100
tactus in homine omnium ſenſuum, & reſpectu omnium animalium, perfectiſſimus. 88. 89
tactus bonitas, bonitatis temperaturæ, & conſequenter bonitatis diſcurſus, ac diſcretionis indicium. 89
tactus bonitas, non arguit bonitatem intellectus quantum ad eſſentiam, ſed tantummodo quantum ad modũ operandi. 89

INDEX

Tactus obiectũ, nõ unũ, ut cæterorũ sẽsuũ; ſed multiplex. 94.
tactus, multarum contrarietatum ſenſus. 97
tactus omnium ſenſuum materialiſſimus, & idcirco imperfectiſſimus omnium, atque poſtremus. 97.130
tactus tangibilium receptor, ac iudex. 97
tactus, ſubiecto, vnus ſenſus; at formaliter, & ſecundũm rationem, plurificatus. 98
in tactu tot potentias tactiuas, quot tactiles contrarietates & duas alias inſuper. ſ. triſtabilem vulneris, & delectabilem coitus: Auicenna, & Albertus repoſuerunt. 98
in Tactu duas ſolũ potẽtias tactiuas, vnã reſpectu grauis, & leuis; alteram reſpectu aliarum omnium contrarietatum, collocauit Auerroes; negata potentia tactiua, tum in dolorifica ſolutione continui, tum in iucundiſſimis amantium congreſſibus. 98.99
Tactus pcipit graue p motũ, nõ quidẽ obiecti, ſed organi. 99
Tactus cæteris ſenſibus corpulentior. 100
ĩ Tactu mediũ cõnatũ, eſſẽtiale; at extrĩſecũ, accidẽtale. 100
in Tactu medium adnatum, caro ſcilicet ipſa, ſimul cum organo alteratur. 102
Tactus eget extrinſeco medio neceſſariò: non tamen per ſe, reſpectu tangibilis, aut tactus: ſed per accidens, reſpectu. ſ. loci animalibus naturalis, ſiue aeris, ſiue aquæ. 103
tactus medio indiget intrinſeco, inter ſenſibile, & organum tactus interpoſito; quod eſt pars animalis, eſtque per ſe neceſſarium; tum organi, tum obiecti ſenſibilis rõne. 103
ĩ Tactu, carni, tẽperatã eſſe neruis, per accidẽs cõpetit. 104
Tactus eſt potentia quædam ſenſitiua, non particularis, ſed vniuerſalis. 104
Tactus, communis omnibus animalibus. 105.109
in Tactu mediocritas ſenſorij, & medij, eadem. 106
ad Tactus ſenſationem duę immutationes neceſſariæ; realis pręcedens, vt cauſa, ſine qua nõ; & ſpiritalis ſubſequens, principalis cauſa ſenſationis. 106
Tactus, ſenſuum omnium exteriorum fundamentum. 116
in Tactu, primæ qualitates refractæ. 131
Tactus exceſſus tantummodo recipit, iudicatque primarum qualitatum. 131
Tactus duplici cauſa animali à natura tribuitur. 199
Tactus non ſolùm qualitatem tangibilem recipit, verùm etiã de ea iudicat. 200
Tactus neceſſarius animali ſimpliciter, vt animal eſt. 201
Tactus eſt, ſicut medietas. 201
Tactus organum, atque ſenſorium, per vniuerſum diffunditur corpus. 89
tactus organũ in centro, nempe in corde collocãdum. 97.98
tactus organum, non neruus, vt malè Medici; ſed circa cor potiùs, ſecundùm Ariſtotelem, ſtatuendum. 103.104
tactus organum, neque lepum, neque pinguedo. 104
tactus organum, ſecundùm Alex. caro, uel quid carni proportionale. 104
tactus organum, ſecundùm Albertum, neruus. 104
tactus organũ, ſecundùm Auic. & Gal. caro neruoſa. 104
tactus organum ſecundũ Simpl. & Them. ipſum cor. 104
tactus organum, ſecundùm medicos nonnullos, caro ſubcutanea, neruis temparata. 104
tactus organum commune, & adæquatũ, eſſe vniuerſam carnem aïalis, informatam aïa ſenſitiua; ſecundùm partem autem, & inadęquatum, eſſe partẽ vniuerſæ carnis ſeorſum acceptã; primũ deniq; et pricipale, eſſe carnẽ cordis aïa ſẽſitiue iformatã; Auctor reſoluit, atq; determinat. 104.105
tactus inſtrumentum, caro, non neruus; contra Gal. 105
de tactus organo ac ſenſorio, varias Peripateticorum opiniones, oẽs in bonũ ſenſũ Auctor interpretat, exponitq;. 105
tactus ſenſorium, corpulentum. 105
tactus ſenſorium, in medio primarum quatuor qualitatum cõſtitutũ, exceſſus earũ tãtũmodo percipit, iudicatq;. 105
tactus inſtrumentum medium inter contrarias qualitates, vt extremas recipere valeat. 200.201
tactus ſenſorium nullo mõ ſimplex, ſed neceſſariò miſtũ. 201
tale per eſſentiam, eſt cã talium per participationem. 58
talpa ſenſibus omnibus, pręter viſum, inſtructa. 53
Talpæ oculi à natura ſub pellicula quadam figurati. 53
Talpa ſub terra viuit. 110
Talpę generatio, haud caſu contingit, contra Zimaram. 110
Talpæ oculi, ſecundùm Beatum Thomam, fruſtra, ratione ſpeciei, non ratione generis. 110
Talpam haud viſu eſſe prorſus destitutam, ſed perquàm obſcurè, imperfecteque videre; vnà cum Simplicio, & Philopono, contra Themiſtium, Auerroem, Beatum Doctorem, & Zimaram Auctor determinat. 110
Talpę oculi, duplici de cauſa, à natura pelle contecti. 110
Talpa, vel non uidet omnino, vel obſcurè admodũ uidet. 110
talpa, non reſpectu ſpeciei, ſed reſpectu proximi generis imperfecta. 192
Tangibiles contrarietates nequaquam ad vnum commune ſubiectum reducuntur, vt in aliorum ſenſuum ſenſibilibus euenit. 97.98
Tangibile excellens, immoderatumque, animal corrũpit. 100
Tangibile omne, ex quatuor primis qualitatibus miſtum. 200
Tangunt ſe ea, quorum vltima ſunt ſimul. 100.101
temperans, & temperatumq; e, relatiua. 115
temperatura in miſtis triplex, innata, influxa, & innata per influentem actuata. 59.201
tẽperatura melior, in ſenſibiliũ iudicio, norma cõſtituẽda. 72
temperatura ex quatuor primis tangibilibus qualitatibus reſultat. 89
temperatura, quantò ab excellentijs contrariorum, viribusque oppoſitionis remotior; tãtò melior, cęloq; ſimilior. 89
tempus, menſura motus. 73
tempus materialiter ad motum reducitur, & à motu formaliter duntaxat diſtinguitur. 74
tenebra, priuatio luminis. 77.78
tenebra diu continuatę cur viſum corrumpunt. 115
terra, omnium corporum denſiſſima. 92.
terra ſola, ad ſenſationem inepta; in miſtione verò, tactus, & guſtus ſẽſorio æqualiter prædominat. 109.110.199.201
terra vniuerſa habitabilis; iuxta Auerroem, nunquam philoſophia deſtituta reperitur. 136
terra, elementorum inſenſibiliſſima. 201
terreſtres partes in nobis, ſenſu priuatę. 199.201
teſtes, ſecundùm Ariſt. ad generationem minimè neceſſarij; ſed tantummodo melioris notæ gratia, cõtra Galenum, & Medicos. 55.60
textus 21 tertij de anima, reiecta cõi interpretatione exponentium de triplici intellectus operatione; ab Auctore, iuxta mentẽ Simpl. de formali, indiuiſibili, ideali q; intellectus agentis obiecto ſubtiliſſimè exponitur. 41.162.163
Thales ob intentam ſpeculationem, in foueam decidit. 193
tonitruum ſcindit arbores, & parietes diruit; non quatenus ſonus, ſed ob violentam aeris commotionem. 108
totum, notius partibus, cognitione confuſa; eiſdem ignotius cognitione diſtincta. 35
totum quincuplex; quidditatiuum, eſſentiale, potentiale, integrale, atque poteſtatiuum. 45
trachea arteria, ob neceſſitatẽ pulmõis, à natura formata. 86

tractus

INDEX

tractus, quomodo violentus, & quomodo naturalis. 58
tranſcendentia de materialibus, & immaterialibus, analogicè prędicantur. 37
in trãſmutatione ſubſtãtiali ſeptẽ ſigna à Latinis notata. 29
triſtabile ſenſui, ſicut malum intellectui. 169.173
triſtitia, reſpectu mali. 169
triſtitia, vide lætitia.

V

in V*Acuo, nulla omnino ſequeretur ſenſatio.* 80
V*acuum, nullo pacto principium.* 81
V*egetatiua anima, ſecundùm eſſe purum materiale; intellectiua, ſecundùm eſſe purum immateriale; ſenſitiua, ſecundùm eſſe medium inter materiale, & immateriale; ſuas exercent operationes.* 47.53
V*egetatiuę animæ triplex operatio; nutrire, augere, & generare; & cur.* 55 59
V*egetatiua anima, cęteris natura prior, atque vniuerſalior, & quaſi aliarum fundamentum.* 55
V*egetatiuam animam, nõ in propria; ſed in ſenſitiuæ animæ virtute ſenſitiuam generare, haud inconuenit.* 55
V*egetatiua anima tres habet potentias actiuas; nutritiuam, auctiuam & generatiuam.* 59.191
V*egetatiua aĩa per generatiuam potentiã, tanquam digniorem cæteris, cæterarũq; finẽ, meritò ab Ariſt. diffinit.* 63
V*egetatiuæ animæ vnà cũ ſuis potẽtijs, in diuerſis vegetabilibus differentibus ſpecie, ipſæ quoque ſpecie differunt.* 63
V*egetatiua anima, viuẽs ipſum à primo ſui ortu vſque ad interitum comitatur.* 199
V*egetatiuum, in mortalibus, à cæteris animæ gradibus ſeparabile; at non cęteri ab ipſo.* 40.53
V*enerea delectatio, à tactu percipitur.* 97
V*enerea delectatio, ex ſeminis egredientis pruritu cãtur.* 99
V*enti cõtrariò flãtes, & ſonos, & odores à nobis aſportãt.* 91
V*eritas, & falſitas, haud in terminis ſimplicibus; verùm in ſolis propoſitionibus reperitur.* 162
veritas, & eſt ĩ genere boni, & in cognitione bõi verſat. 173
V*eritas, bonum ſimpliciter.* 174
V*erum, & falſum, in compoſitione conſiſtit.* 163
V*erum, & bonum, conuertibiliter dicuntur.* 173
V*erum confert bono intelligibilitatem.* 173
V*ictima, detracto corde, viſa eſt aliquando clamaſſe.* 86
in vigilia ſpiritus à centro ad circũferẽtiam expãduntur. 192
V*illi in animalibus triplices; longitudinales, tranſuerſales, & latitudinales.* 61
V*iolentia, operibus naturæ, animęque inimica.* 39
V*irtus actiua, quoad naturam, prior operatione.* 69
virtus informatiua in ſemine exiſtens, cur intelligentia nuncupatur. 67
virtus ſenſitiua eſt animę potentia, per ſenſoria quædam ſuſcipiens, & iudicãs ſpecies ſenſibiliũ abſq; materia. 113
V*irtus qualibet organica, à materia ſubiectiuè depẽdet.* 184
virtus in magnitudine, per tempus infinitum mouere minimè poteſt. 188
virtus totius maior, quàm partis. 188
virtutem in proprium actum non exire, bifariam contingit; vel actiuè, vel paſſiuè. 128
virtutes, per actus ſpecificantur. 127
virtutes, uel actione, ſi actiua; uel paſſione, ſi paſſiuę; uel utroque mõ, ſi & actiuę, & paſſiua fuerint, diſtinguuntur. 127
virtutes morales ſunt quatuor præcipuæ; iuſtitia, fortitudo liberalitas, & temperantia. 160
virtutis ex ſe in ſemetipſam excitatio, maximam eius arguit perfectionem. 65
virtutis vnius, & in eodem ſtatu manentis, vnus duntaxat eſt operandi modus. 186
viſibile omne, aut lux, aut lucem participans. 74
viſibile, aut lucis receptiuũ; aut lucis clariſſima, aut lucis minus clara, aut lucis obumbrata, aut medium inter clarum & opacum. 74
viſibilia, ſecundùm diuerſam lucis receptionem, diuerſa. 74
viſibile eſſe, per ſe primò, tam luci, quàm colori competit. 76
viſibiles qualitates corporibus inſunt corruptibilibus, quatenus communicant cum æternis. 91
viſibilitas, non ab extrinſeco, ſed ab intrinſeco, in colore prouenit. 76
viſio ſpiritalis potiùs, atque intentionalis; quàm corporalis, & realis apparet. 23
viſio iuxta Ariſt. p ſpẽrũ intus ſuſceptionẽ; nõ per radiorũ uiſualium extramiſſionem, conficitur; contra Plat. 64.68
viſio, haud ſine lumine. 75.85
viſio per modum trianguli efficitur, obiectum pro baſi, ſpeciẽque viſibilem in oculo pro cuſpide obtinens. 79
in viſione res propinquior, maior; & longinquior, minor apparet: non ratione maioris, minoriſvè anguli viſualis; vt voluit Albertus: ſed ratione fortioris, aut debilioris ſpeciei multiplicationis, vt Plotinus aſſeruit. 79
viſio p vacuũ, ſi daretur, ĩpoſſibilis foret cõtra Democritũ. 80
viſionem fieri in humore glaciali, malè ex Auer. Zimara collegit. 84
viſionis inſtrumẽtũ, nerui optici, ſpiritusq́ue ibi incluſus. 84
viſio, à Platone igni, ab Ariſt. aquæ aſſimilatur. 87.109
viſionẽ fieri per ſpẽi viſibilis ab obiecto multiplicatę ĩ oculo receptionẽ, rõni magis conſonum: quàm per radiorum viſualium ab oculo ad obiectum emiſſionem. 201
viſus bifariã oculi forma, vt informans. & ut utens. 34.14
viſus, reſpectu aliorum ſenſuum maximè actiuus, minimeq; paſſiuus. 74
viſus cęteris ſenſibus perfectior, honorabilior, ac manifeſtior 74.76.80.
viſus in percipiendis rebus, prior auditu. 87
V*iſus & auditu, & olfactu ſpiritalior.* 81.91
V*iſus non ſolùm coloris, ſed tenebrarum quoque, & lucis cognoſcitiuus.* 113
V*iſus, ſenſus maximè ſcientificus, & plurimorum cognoſcitiuus.* 123
V*iſus, præ cæteris ſenſibus, intellectui comparabilis.* 168
V*iſus, tũ à remotis cognoſcens, tũ in inſtanti apprehendens, tum maximè impaſſibilis, tum maximè actiuus.* 168
V*ita ĩ corde, tãquã ĩ caloris fomite, principaliter reſidet.* 46
V*ita ſenſitiua, non ſimpliciter anima, ſed anima, vt corpore coniunctę, exiſtit.* 67
V*ita in calido, humidoque conſiſtit.* 180.199
V*ita ſẽſitiua, haud ĩ ſẽſiterij paſſione, ſed in cognitiua aĩæ ſupra ſpẽs ſẽſibiles ĩ ſẽſiterio receptas operatiõe, cõſiſtit.* 80
V*ita duplex, corporalis, atque intellectualis.* 180
V*ita in actuali operatione potiſſimum ſita.* 180
V*iuentia omnia inferiora, altrice anima prædita.* 199
V*iuens omne generabile, neceſſariò augmentum, ſtatum, diminutionemque obtinet.* 199
V*iuere, actus animę eſſentialis.* 39.40
V*mbra defũctorũ circa monumẽta apparẽtes, nequaquã ad refractiones ſiue reflexiones, vt malè Pomp. referẽda.* 189
V*nctuoſus ſapor, vim habet leniendi.* 108
V*nguentaria, delectando olfactui.* 115
V*ngues ſenſu deſtitutę.* 199
V*nio triplex, abſtracti cum abſtracto, intelligentię cum orbe,*

be, & formæ cum materia. 135
Vnitas, & actu, & potentia, & per ſe, & per accidens indiuiſibilis. 165
Vniuerſale duplex, reale, & intentionale: & reale adhuc triplex, in cauſando, in prædicando, & in eſſendo. 16
Vniuerſale tam primæ, quàm ſecundæ intentionis, triplex: vocale, mentale, & ſcriptum. 16
de Vniuerſalis ratione eſt, quòd, & in multis ſit, & de multis quoque dicatur. 16
Vniuerſale triplex; ante rem, in re, & poſt rem. 16
Vniuerſale actu non datur, niſi poſt collationem ipſius naturę ad particularia, factam ab intellectu. 16
Vniuerſale in re, & in eſſendo minimè dari, nec actu, nec poteſtate; Terminiſtæ falsò aſſeruerunt. 16
Vniuerſalia realia concedentes, tripartitò diuiduntur. 17
vniuerſalia realia omnino à ſingularibus ſeparata, Plato introduxit. 17
Vniuerſale, ſecundùm S. Thomam, bifariam; pro intentione & pro natura intentioni ſubiecta. 17
Vniuerſale potentia remota, iuxta Beatum Thomam, eſt ipſummet ſingulare, non tamen ſub ſingularitatis rōne. 17
Vniuerſale potentia remota, ſecundùm Scotum, eſt natura communis, atque ſpecifica, indiuiduo ligata. 17
Vniuerſale potētia ꝓpinqua, ſecūdū Scotū, eſt natura cōis, atq; ſpecifica, à cōditionib. īdiuiduātib. ꝑ ītellectū ſoluta. 17
Vniuerſale actu tunc fit, ſecundùm Scotum; quando naturæ communi, atque ſpecifica, à conditionibus indiuiduantibus iam ſoluta, ſuperadditur reſpectus quidam ad particularia, per actum collatiuum intellectus. 17
Vniuerſale potentia remota, eſt ipſum ſingulare. 17
Vniuerſale potentia remota, præter quamcunque intellectus operationem, realiter reperitur. 17
Vniuerſale potentia propinqua, realiter non reperitur, ſed habet eſſe per cognitionem ſimplicem intellectus. 17
Vniuerſale actu, nequaquam realiter, ſed per cognitionem comparatiuam intellectus tantummodo reperitur. 17
Vniuerſale actu, in anima tantummodo; at Vniuerſale potentia, & in anima, & extra animam reperitur. 18
ad Vniuerſale actu formandum, tria requiruntur; natura cōmunis per indifferentiam, eius cognitio ſimplici cognitione intellectus, & eiuſdē cognitio ī ordine ad ſingularia. 18
Vniuerſalia, vt potentia remota, priora ſingularibus natura: vt actu, eiſdem poſteriora. 18
Vniuerſalia à ſingularibus realiter diſtincta; non loco, & ſubiecto; ſed natura, & quidditate. 18
Vniuerſale, nequaquam ſenſus, ſed intellectus obiectum. 18
Vniuerſale bifariam; vel pro natura communi, vel in ſe. 67
Vniuerſalia, iuxta Plat. extra animā ſunt realia, atque aternæ at ſecundùm Ariſt. ſolum habent eſſe in anima. 136
Vniuerſalia, in particularibus fundata. 136
Vniuerſale, ſecundùm rationem notius. 146
Vniuerſalia realia extra animam, haud concedenda, contra Platonem. 154.155
Vniuerſalia realia Platonica, extra animam ſi darentur, intellectus agens ſuperflueret. 155.156
Vniuerſale eſt potentia, infinita. 157
Vniuerſale in ſe ſimpliciter conſideratum abſque ſpecie intelligibili, non eſt multiplicabile rōne phantaſmatū. 177
Vniuerſale ſolum abſque particulari non mouet, neque è conuerſo. 195.198
ab vniuerſaliorib. tā ordine, ꝙ via doctrinæ inchoandum. 5.
Vniuocatio vera in ſpecie, non in genere exiſtit. 16
Vniuocatio duplex, vel quoad prædicationem, vel quoad immutationem. 98
Vniuocatio in ꝑdicādo, in ſola ſpē ſpāliſſima reperitur; at in immutando, in genere quoque diuerſis reperiri poteſt. 98
Vniuocatio in immutando, diuerſimodè tenet in ſuperiori, ac inferiori virtute. 98
voluntas vult, ſub ratione boni, obiectum cognitum priùs ab intellectu, ſub ratione veri. 112
voluntas in bonū ab intellectu præcognitum repente fertur & à malo ab intellectu ꝑiudicato ſtatim auertitur. 169
vniuocum nihil commune generabili, ac ęterno. 131.159
voluntas intellectum ſupponit, atque conſequitur. 112.190
volūtas cū ītellectu, ſubiecto eadē, ſolaq; rōne differēs. 170
voluntas, appetitus rationis. 190.194
voluntas in homine libera, nec vllo pacto cogi poteſt. 194.
voluntas in homine duplex; vniuerſalis, intellectum; & particularis, cogitatiuam inſequens. 194
voluntatis duplex actus, primus, atque ſecundus. 195
voluntatis libertas, haud in primo, ſed in ſecundo ſui actu conſiſtit. 195
voluntas quælibet, appetitus; non tamen è contra. 198
voluntas appetitui ſenſitiuo, vtpote ſuperior inferiori, naturali ordine dominatur. 198
vox ſonus, at non è conuerſo. 85
vox, nec inanimatis, nec exanguibus animalibus, nec piſcibus competit. 85.87
in voce rithmus, harmonia, & lexis. 85
vocis materia, inſpiratus, expiratusque aer. 85.86
vox, ſonus animalis, & ſignificatiuus; materia locutionis, conceptuumque expreſſiua. 86
vox reſpirantibus duntaxat animalibus conuenit. 86
vox ab alijs ſonis, tū generatiōis, tū finis rōne diſtīguit. 86
voci membra reſpiratoria deſeruientia. 86
voce perfectiora duntaxat animantia donata. 86
vocis organum, trachea arteria; & præcipuè ſumma eius pars, quæ Larinx appellatur. 86
vox eſt percuſſio, facta ab anima imaginante, ac impellente aerem inſpiratum ſimul collectū ad vocalem arteriam, ſecundùm naturalē quendam impetum ſignificatiuum. 87
vox eſt percuſſio, non formaliter, ſed cauſaliter. 87
vox in brutis, ſecundùm naturam; at in hominibus, ad placitum eſt ſignificatiua. 87
in voce primum mouens eſt anima. 87
vox intenſa nimis, vtpote corrumpens; nimiſve remiſſa, vtpote non mouens, inaudibilis. 115
voces, in hominibus, conceptuum; at in brutis, affectuum, & paſſionum ſignificatiuæ. 202
vrticę marinæ, ſolum è ſenſibus habent tactum. 53
vtile ad perfectum eſſe conducit. 11
vtilitas duplex, ſeruilis, & principatus. 12
vultures, inter volatilia, maximi odoratus. 88

X

Xenocrates animam, numerum pronunciauit. 14.25

Z

Zoophyta, media inter frutices, & animalia. 40
Zoophyta, ſolo tactu prædita. 97.110.117
Zoophyta ſolo tactu, guſtuque viuunt; perfectioribus ſenſibus deſtituta. 200
Zoophyta, nō ſecus ac plātę, alimētū adhęrēs obtinuerūt. 200
Zoophyta delectabilis, & triſtabilis obtinēt cognitionē. 200
Zoophyta, etſi non ſecundùm ſe tota, motu tamen dilatationis, & contractionis mouentur. 200

FINIS.

MARCI ANTONII GENVAE PATAVINI, PHILOSOPHI CLARISSIMI, AC SVA TEMPESTATE FACILE' PRINCIPIS,

Abſolutiſsimi in Ariſtotelis Stagiritæ libros de Anima Commentarij.

HOMINEM animalium omnium perfectiſsimũ, atque in naturæ operibus vltimum, anima,& corpore cõſtare, inter antiquos omnes conuenit; eumq; eſſe, cuius nexu diuina naturalibus vniuntur, atque omne quicquid eſt, vnũ eſſe ſapientibus apparet; corpus verò materiale quoddam eſſe, atque è quatuor illis ſimplicibus miſtum ambigit nemo: at quid anima ipſa ſit,& quomodo à parte altera, quę corpus eſt, differat, non æque omnibus notum eſt, neq; antiquorum philoſophorum eadem opinio: Stoici animam, tametſi differẽti opinione, corpus eſſe aſſerebant, cum igneum ſpiritum alij, alij aerem, quidam halitum, ſiue exhalationem humidam affirmabant: contrà, philoſophorum alij nõ corpus, ſed incorpoream penitus eſſe dicentes, inter ſe ſermonibus varijs pugnabant; quidam ſubſtantiam,& immortalem; contrà, neque ſubſtantiam, neque immortalem affirmabant alij: quandoquidem Pythagoras numerum eſſe ſeipſum mouentem diſputauerit; Plato verò ſubſtantiam intellectualem à ſeipſa motam: rurſus & hanc quidam non vnam, ſed plures, & differentes forma: contrà alij, & vnam, & plures eſſe contenderunt: maxima poſtremò de ea animæ parte, quæ à Græcis mens appellatur, inter philoſophos lis orta eſt: nunquid pura illa mens vniuerſæ adueniat animæ, aut ea ipſa anima ex propria eſſentia,& perfectione habeat, quòd pura dicatur, & ſit; atq; in ea met vis illa ſupremum obtineat locum, vt in corpore oculus: Plotinus ſiquidem inter primos voluit animam, ceu ab altera alteram, à mente differre, hominemque ex triplici conſtitutum natura, corpore, anima,& mente affirmauit: contra alij, & mentem, & animam in natura eandem, tametſi perfectionis exceſſu quodam differentes aſſerebant: Ariſtotelici, nec minus ipſi inter ſe pugnantes, partim animam homini congenitam, vt quę duntaxat potentia eſſet, intellectum verò deforis accedentem, aſſiſtentemve affirmarunt: partim & intellectum,& mentem eſſentiam vnam eſſe, ac quammaximè ab omni corporea labe remotam eſſe voluere; corporeę tamen parti, per quam homo eſt, vſq; adeò in operibus intellectualibus annexam, vt homo per eam ſupra hominem viuat, ac vtriuſque naturæ, cum mortalis, tum & æternę indiſſolubile ſit vinculum; atque, vt Pythagoreos ſequar, vniuerſi totius cathena aurea eſſe dicatur. Quid itaque inter tantos de anima tenendum? Quis nempe ſanę mentis eſt, quippe qui, ſi quidquam de ea affirmauerit, non temerè affirmatum cogitet? Enimuero ſatius eſſet, quicquid de anima dicendum, ſilentio inuoluere. Hortatur nos ad eam tam excellens, ſublimisque cognitio, quos repente cognita difficultas reuocat; adeundum tamen eſſe hoc anno fœlicibus auſpicijs decreuimus: quandoquidem

in tam vaſto difficultatum pelago naturam ipſam,
quinimo Deum ipſum ducem, Ariſtotelem habea
mus;nec deſint nobis Græci, qui vero peripateti-
co nomine digni,Themiſtius,Simplicius,Philopo
nus ; Latinorum quinetiam primi , Sanctus Tho-
mas,Albertus, Egidius; ac inter Arabas Auicẽnas,
& omnium princeps Auerroes , quẽ cum alterum
Ariſtotelem ſemper habuerimus,ſic eius expoſitio
nem obſeruabimus, vt eius ope,& ipſum,& Ariſto
telem notisſimum habeamus . quòd ſi forte quid-
piam ſub dubio inter legendum relinquetur, id di
ligentisſima Io. de Gandauo opera , ad quem vos
hortor omnes ſtudioſisſimi Iuuenes, quandoquidẽ
& ſummus ſit Ariſtotelicus , ſummus & Auerroi-
cus,diligenter examinabimus; ac toties hinc inde
ſabuli modium cribrabimus, quòd,Deo duce,mar
garitam inueniemus. Deum itaque in primis Op
timum Maximum ſupplex oro,obſecroq; , quippe
qui hominibus largitur ſcientiã , ac per Spiritum
tribuit verbum ſapientiæ, vt in his maximis verita
bus prophanorum mentibus occultis intellectus
noſtros clarè illuminet,& tanquam verisſimus Do
ctor veritatem oſtendat .

ENTIVM, quę vniuerſum conſtituũt,quędam
natura mouentur,vel quieſcunt,vt corpora ſimpli-
cia, & miſta; quædam,& vltra hæc,nutriuntur,& vi
uunt , vt vegetabilia ; alia, & quæ perfectiora ſunt,
ſentiunt,vt animalia ; poſtremò omnium perfectiſ
ſimus homo , mouetur , viuit , ſentit, & intelligit.
Quare non parua naſcitur difficultas,vtrum homo
vnum quid entium dici debeat , quod ad conſtitu-
tionem vniuerſi in numerum ponat,vel magis vni
uerſum ipſum : quandoquidem & elementa in ho-
mine inueniantur,& miſtionis forma , qua corpus
tale eſt, nõ viuum tamen ; ita vt inanimata omnia
cum homine cõmunicant,& ad illum, vt ad quod-
dam ordinentur perfectius : itidem etiam parte al
tera,quæ nobilior eſt,cum animatis conuenit plan
tis : primò ſiquidẽ & nutriatur,& viuat: nec nõ cũ
animalibus ; ſentit,n.homo,appetit, dormit,vigi-
lat ; &, quæ communia animalibus ſunt, opera fa-
cit;quæ tamen, & ſi animata ſint , omnia corporea
eſſe neceſſe eſt : habet poſtremò & in anima virtu-
tem quandam additam incorpoream, quæ vniuer-
ſum hominem illuſtrat ; quanquam in anima præ
cipuum locum tenet, ceu in corpore oculus,qua
puriſsimis illis ſubſtantijs,atque incorporeis red-
ditur ſimilis : ea ratione Plotinus compoſitum vo-
luit ex tribus eſſe hominem , corpore ſcilicet, ani-
ma,& mente ; ſiquidem mente , quippe quæ intel-
lectus actu eſt,vt intelligentię alię,ſeipſum,& alias
intelligat,intueaturque. Quare meritò omnia en-
tia dicetur homo : qui tamen, ſi,vt per ſeipſum ele
ctiuum,conſideretur animal , in cuius arbitrio eſt,
vt his,quę bona apparent,ſic & quæ verè bona ſunt
adhęrere ; id erit miſtum animatum communicãs
nulli ; ſiquidem inferiora omnia in eorum operi-
bus electione carent,atque à ſolo ducuntur appeti
tu:ſuperiora verò,quanquam id ipſum,quod veriſ-
ſimum bonum eſt,appetant ſemper,ſemperq; con
ſequantur ; non tamen ad quæ bona , & mala ſunt,
ob eorum perfectionem indifferentia eſſe viden-
tur : quare homo rationali virtute ſuperiorum, in-
feriorumque ſedem obtinet mediam : vnde apud
ſapientes palàm eſſe ambigit nemo, per virtutem
hominis rationalem ad intelligentias , angelosuè,
& ad Deum ipſum,tanquam per verum oſtium, phi
loſophantibus aditum admitti : quod planè affir-
mauit Auerroes,cum tantæ neceſſitatis poſuerit in
tellectus humani notitiã, vt ſi non habeatur, haud-
quaquam ſuperiorum cognitionem haberi poſſi-
bile ſit : quare ſine illo fęlix vnquã dicetur nemo :
Anima itaque humana homini propria eſt, quippe
qui per eam viuit, nutritur,ſentit,appetit,diſcurrit,
conſulitvè,atque intelligit;vt hac ratione, & meri-
tò homo dicatur anima , & ſit : vnde & ad hoc re-
ſpiciens Plato non dixit hominem illum eſſe , qui
ex corpore,& anima compoſitus ſit, ſed animam
ad eius opera corpore tanquam organo vtentem:
conuertens quinetiam per hęc nos Plato ad ſum-
mam animæ diuinitatem , vt, quæ propria animæ
ſunt, ſolùm inſequamur virtutes, diſciplinasque ;
corporis verò parum,aut nihil curantes. Quid verò
hæc anima ſit , & quomodo in diuerſis hominum
indiuiduis operetur, vſque adeò captu difficilis eſt
eum & Græci, Arabes, & Latini plerunque inter ſe
de ea pertinaciſsimè digladientur, vt fermè ab in-
ſtituto nos reuocet, reuocaretque omnino, niſi Ari
ſtotelem,qui Deus naturæ eſt,quippe qui,ſi creden
dum de aliquo, ſummam illam perfectionem fuit
adeptus, in hac difficillima re ducem haberemus:
qui tametſi nos, difficultate animæ poſita, ab ince-
pto munere auertere videatur ; propoſita tamen a-
nimæ vtilitate,dignitateque,quæ talis eſt,vt ad om
nia conducat, atque ſine illa perfectum nihil ha-
beatur,animat nos,nos hortatur, ac ad rem diffici
limã quàm facillimè allectat; latius enim eſt de re
hac nobiliſſima particulam aliquam , ſi vniuerſam
non poterimus, quàm de cæteris ignobilibus par-
tem maximã nobis cõparare. Quapropter Deum
Optimum Maximum ſupplex oro, obſecroque,
quippe qui hominibus largitur ſcientiã,ac per Spi
ritũ verbũ ſapiẽtię,vt in his ꝓfundiſſimis ueritati-
bus remotis ab his , q̃ minimè initiati ſunt, intelle
ctus noſtros illuminet, & tanquam veriſſimus Do-
ctor veritatem oſtendat : ſic & nos Græcorum, Ara
bum, atque Latinorum expoſitionem inſequentes
ſingulam textuum particulam vobis coniunctiſſi-
mi fratres manifeſtare curabimus . quòd , ſi quid
inter legendum, dubium principale contigerit, id
Ioan. de Gand. opera, cuius quęſtiones vos omnes
examinare hortor, reſoluere conabimur .

PHILOSOPHIA, quæ de natura eſt, ac de re-
bus continuis motibus obnoxijs, corpora miſta ex
primis quatuor ſimplicibus corporibus diſtinguit,
declarat,atq; determinat ; vt p eã facile ſit cogno-
ſcere, quæ alterantur, generantur, augentur, ac po-
ſtremò mouentur loco : neque ſolùm ea cognitio-
ne, coue cognoſcendi modo, quo priora per poſte-
riora dignoſcuntur, tametſi hoc fieri in hac parte
plerunque contingat; ſed per ſuas veras cauſas, & il
las quidem primas, primaque principia vſque ad il
lorum elementa ; quippe quæ notitia compoſitiua
eſt : nam ſicuti natura per cauſas vniuerſales, & pri
mas

mas componens deſinit in elementa rerum naturalium, vt per primam materiam, primamque formam in materiam verbi gratia, ac formam lapidis; ſic & doctus philoſophus à primis naturæ principijs exordiens in cognoſcendo, in rerum elementa ſuam terminat cognitionem: verùm enimuero, vt compos perfectæ notitiæ fiat, non ſatis eſt, vt ſic componens cognoſcat, ſed operæprecium eſt, vt, quæ per compoſitionem cognouit, in principium illud, propter quod cætera facta ſunt, maximis contemplationibus reſoluat: id autem aſſequetur, ſi rerum naturalium corporearum notitiam in intellectum ſummè perfectum terminauerit; nam & natura omnia propter illum cōpoſuit, atque in eum ordinauit. primò nanque omnium principia, de quibus in de auditu phyſico habetur ſermo, necnō & quę propria magis, vt quæ in libris de cœlo colliguntur, quatenus prima, ac ſimpliciſſima corpora ſunt, quæ vniuerſum componūt; nec non & hæc eadem, vt elemēta miſtorum omnium, quæ per alterationem mutuam illorum, ac generationem componuntur, vt in de genera. & inter. actum eſt: ea omnia ſunt, ut principia, cauſæ, & elementa, ex quibus prima oriuntur miſta, quæ imperfectiſſima ſunt, de quibus ſatis habetur in Metheoris; mox, quę perfectiora, mineralia ſcilicet; poſtremò, quæ perfectiſſima ſunt, animata ſcilicet, qualia ſunt plantæ, atque animalia; quippe quæ, cum ex materia, formaq; conſiſtant, de materia primo, ut generationis ordo ſeruetur, quando de horum animatorum partibus, mox de forma, quæ anima illorum eſt. At duo ſunt, quæ huic dicto ordini impedimento eſſe poſſunt; alterum, an de plantis agere, præcedat ſermonem de animalibus, ut ordo iſte requirere uidetur, uel potius conuerſus ſeruandus ſit ordo; reliquum, utrum materia, quæ pars eſt animatorum, præcedat, uel forma potius, quę anima eſt? Videantur ſolutiones in noſtris ſcriptis. Cum itaque octauo loco agendum ſit de Anima, ſeruādus idem ordo generationis eſt in partibus etiam animæ declarandis; tum, quia ordo talis, ordo naturæ generantis eſt, quæ ab imperfecto ad perfectum tendit; tum etiam, quia modus iſte nobis etiam notior occurrit: quare poſthabita introductione, quæ fuit in primo libro, difficultates animæ manifeſtare, atq; definita anima in uniuerſali in ſecundo, diuiſaque in partes, primo partem uegetatiuam declarare fuit aggreſſus, mox ſenſitiuam, poſtremò rationalem. &, quia non defuerunt, qui & imaginatiuam talem eſſe uoluerint, aut cogitatiuam, quæ ob eius ualde ſimilem operationem à doctiſſimis uiris intellectus nuncupata fuit ea de cauſa in tertio hoc de ſenſibus his interioribus, qui rationales eſſe uidentur, primo agere ſtatuit, mox de intellectu, in quo pertractando non recedēs ab inſtituto ordine, primò agit de eo, ut materialis, & potentia eſt; ſecundò, ut in habitu; poſtremò, ut actus eſt immaterialis, atque æternus; ſic planè entia omnia naturalia inanimata in ea, quæ animata ſunt, reducuntur, & illa in hominem, qui inter mortales ſolus intellectiua anima perfectus eſt; quippe qui per uirtutes, ac diſciplinas, uſque adeo eleuari poteſt, ut denuo totus fiat intellectus ac diuinus: ſic in eo natura, quæ mortalis, in immortalem deſinit, ut utrinſque naturæ uinculum, & unio dici poſſit: ſic planè mundus erit omne, & totum, abſque ulla interruptione facta inter materialia, & immaterialia; ſic placidiſſimus erit aſcēnſus à materia prima exordientium, & in Deum uſque Optimum Maximum deſinentium. Agamus modò de ſenſibus iſtis, Deo Optimo, Maximoque fauente, ac mentes noſtras illuminante.

NATVRALIVM entium, quæ perfectiſſima ſunt, anima uiuunt: animatorum uerò quædam tali animæ gradu uiuunt, ut nutriantur, minimè tamē ſentiunt; quædā uerò, quę his perfectiora ſunt, ſentiunt, haudquaquam tamen intellectus opere fruuntur: homo, cū & horum omnium perfectiſſimus ſit, nutritur, ſentit, atque intelligit: animata uerò, quæ in primo gradu uiuunt, nutriuntur, augentur, & generant, ut ſtirpes. at quid illud ſit, quod nutrimentum appellamus, quove modo calore agat in ipſum anima, ut perficiat munera uitæ, penitus ignorant. In ſecundo uerò gradu uiuentia ultra hæc ſentiendi munera extrinſecus, intrinſecusve conſequuntur: verùm, quid obiectum ſenſibile ſit, quove modo uirtuti ſenſitiuæ in eſſe cognito comparetur, rationem reddere non poſſunt. Poſtremo gradu homines uiuunt; quibus tam diuina operatio communicata eſt, ut intelligant: eorum tamen plurimi non modò, quid intelligere ſit; verùm & quid ſentire, quidve nutrimento uti, plantarum inſtar penitus ignorant: alij uerò, ut qui mente magis eleuati, uitæ inſtituta moderant; ciuitatesque ſuis ſeruatis legibus maturo conſilio bene compoſita electione gubernant; atque vnicuique, quod ſuum eſt, bene perſpecto iuſtitię rigore impertiuntur; quæ tamen uirtus animæ in eis ſit intellectus, quæ conſulit, atq; eligit, quæq; tot ſanctis legibus uniuerſum regere uidetur, & quo ordine circa obiectū eligibile uerſetur, non erit, ſi interrogetur Iuriſconſultus, qui reſpondeat: Philoſophus uerò unus ille eſt, poſtpoſitis alijs, quippe qui & rationem nutrimenti quomodo, quove concoctionum ordine in propriam uertatur ſubſtantiam, nec non qua uia per ſpeciem obiecti in ſenſorio ſenſus fiat actu, ac in poteſtate intellectiua intellectio, uolitio, atque electio in uolitiua, & qua ratione utraq; à ſuis moueatur obiectis, quidque inter utranque interſit, rationem reddere valeat; ita ut unus Philoſophus ſit inter tantos, qui ſeipſum cognoſcere poſſit, ſi, quę in tribus his libris de anima leguntur, diligenti examine ſpeculabitur. Totis itaque neruis innitamur, ſtudioſiſſimi Iuuenes, ut animæ eſſentiam, vires, atque opera cognoſcamus, cuius notitia, ut clarior reddatur, tria proponimus in primis examinanda.

DICTVRI de anima hoc anno, fauente Deo, quæ inter alias naturales perfectiones principatum obtinet, enm nobiliſsima naturalium pars ſint animalia, & animalium anima, Tria in primis examinanda propoſuimus; primum, an de omni anima conſideratio ſit naturalis quidditatiuè; ſecundum, quem locum inter alia naturalia obtineat, poſito quòd naturalis ſit ſpeculationis; tertium, an intentio huius libri ſit de anima ipſa ſola, an de compoſito ex corpore, & anima agere, quod idem erit de ſubiecto ipſo quærere. Circa primum, tres extitere opiniones Philoponi auctoritate, duæ extremæ, & tertia media: Prima inter extremas erat, quòd omnis anima, vegetatiua, ſenſitiua, intellectiuaque, ſeparabilis eſſet omnino à corpore: quod cum eſſet, de anima tunc non eſſet negotium phyſicum ex ſententia Phi. 2. Phy. 71. & huius fuit ſententiæ Numinius, fortè propter dictum illud Platonis in Phædro, ꝙ ſcilicet anima omnis immortalis. Eſt & ſecunda extrema, quòd ſcilicet omnis anima inſeparabilis, & mortalis ſit: quod ſi eſſet, in dubium non verteretur, quòd Phyſici eſſet de ea agere; & huius ſententiæ fuit inter Græcos Alex. vt videtur innuere Auer. 3. animæ 5. & inter Modernos Pōponatius, & ante ipſum Nicoletus Theatinus. Quæ duæ opiniones, cū omnino peripateticis aduerſari credimus, vt ſuis in locis palàm erit, in præſentia à nobis omittentur. Media autem eſt, quòd neque tota ſeparabilis, neque tota inſeparabilis: nanque vegetatiua, & ſenſitiua mortales, corporeęque ſunt, intellectiua verò immortalis. Quapropter inter Græcos, Latinos, alioſque modernos conuenit, quòd vegetatiua, ſenſitiuaque anima quidditatiuè à Phyſico conſiderentur, & huius rei ponit Io. Gandau. in quęſtione prima rationē: Vtraque eſt forma, & perfectio materiæ, extenſa ſcilicet ad eius extenſionem; ergo naturalis. conſequentia Ariſt. 2. Phy. 21. 22. 23. Aſſumptum Ariſt. 2. huius. 5. 7. Alia etiam ratio eſt; quia vtraque eſt natura; ergo vtraque naturalis: conſequentia Ariſt. 2. Phy. 21. aſſumptum. 2. animę 10. 12. De intellectiua verò parte difficultas eſt, & maxima. De qua antequam agamus, primò videndum eſt, quæ ſit propriè conſideratio naturalis. dico, quòd ſcientiæ adinuicem diſtinguuntur per rationes formales ſubiectorum, de quibus ſunt, vt Ariſto. 6. meta. 2. obſeruauit, ponens Naturalem cum materia, & motu formali ratione, res ſuas conſiderare, vt mobiles, inſeparabileſque ſunt; Mathe. vt immobiles, & aliquo modo ſeparabiles; diuina, vt ſimpliciter, & immobiles, ac ſeparabiles cōſiſtūt: & inde aſſumitur, quòd eadem res, diuerſis tamen formalibus conſiderata rationibus, diuerſas parturit ſcientias, vt 2. Phy. 71. 18. In hoc quæſito tres inuenio poſitiones, duas extremas, tertiam mediam: prima, quòd quæſtio, quid eſt, de anima intellectiua, ſiue ad intellectum poſsibilem, ſiue ad agentem referatur, non ſit Phyſicæ conſiderationis: ſecunda, quòd tota phyſica ſit: tertia, quòd partim phyſica, partim metaph. Qui tenent primam partem, habent rōnes firmiſsimas. Ariſt. 1. de partibus animalium cap. primo, vbi ex propria intentione dubium mouet, an ſcilicet ad naturalem ſpectet conſiderare de omni anima, & arguit aſſertiuè, quòd non. prima; conſiderans de omni anima, conſiderat de omni intelligibili, quia conſideraret de omni intellectu, cum relatiuè dicantur, reliquæ igitur ſuperfluerent ſcientiæ. ſecunda ratio; intellectiua anima non eſt principium motus, non augmenti, non alterationis, non localis; quia vel ſtirpes, vel animalia intelligerent, quæ his mouentur motibus; ergo &c. tertia; non eſt natura; ergo &c. ſecundum fundamētum eſt ex dictis Ariſtotelis 2. Phyſi. 71. primo phyſi. 11. quæcunque non mota mouent, non amplius phyſica ſunt; ſed talis eſt intellectus: ergo.

Secunda opinio extrema, fuit Ioan. de Gandau. in quæſtione propria: & ſunt duæ cōcluſiones. prima, Intellectus poſsibilis eſt quidditatiuè cōmonſtrabilis à naturali. Secūda, Intellectus agēs quidditatiuè conſideratur à phyſico. hæc opinio neminem habuit de Græcis immortalitatem tenentibus; de Latinis uidetur eiuſdem opinionis Egidius: qui inter penitus immerſas, & penitus abſtractas formas, ponit animam mediam ratione diſpoſitionis: & ob id naturalis terminat ad illam, & uoluit quidditatiuè; quia poſuit fundamentum, ꝙ mota mouet: quia de penitus abſtractis, quæ nō mota mouent, ut intelligentiæ, Phyſici non erit. Hanc uidetur Albertus uoluiſſe dicens hic, quòd anima intellectiva, non ut determinata perfectio; ſed, ut uniuerſaliter intelligit, & vult; &, ut talis perfectio, uenit in conſiderationē naturalis. Hanc eandem uoluit S. Thomas 2. phy. ſuper tex. 26. De modernis, qui ante noſtrum tempus philoſophabantur, ut Therap. tenebant hanc opinionem. Fundamēta verò pro prima cōcluſione: diffinitur à Naturali, ergo quidditatiuè conſideratur. conſequētia nota; quia diffinitio, quidditas, & eſſentia non differunt 7. met. 42. antecedens Ariſt. 3. anim. 5. ſecundum: conſiderat Naturalis operationem animæ propriam; ergo &c. conſequentia nota; quia operatio propria ſupponit eſſentiam propriam à priori in eadem ſcientia; quia aliter non perfectè ſciretur: aut ſubſtantiam illam in eadem ſcientia à poſteriori demonſtrat, ut eſt ſententia Ariſtotelis ſeptimo metaphyſicæ. 9. primo animę 11. ſecundo animæ 33. 42. antecedens etiam notum; quia promittit 3. animæ. 1. determinare, quo modo fiat ipſum intelligere. Pro ſecunda etiam fundamentum eſt, quòd intellectus agens, quantum ad operationem primam, quæ eſt intelligere, & quantum ad ſecūdam, quæ eſt abſtrahere, appropriatur corpori, ſed differenter; quantum ad ſecundam copulatur nobis in principio; quantum uerò ad primam in poſtremo, ut 3. animæ. 36. ergo naturalis, ut ſuperius deductum eſt. Fundamentū uerò pro utraque cōcluſione ſimul eſt determinatio Ariſt. 3. anim. 17. qui, ut Naturalis, conſiderat de poſsibili, ut materia, de agente, ut agens; quod ſic obſeruatur in omni natura: ex quo infertur, ꝙ anima intellectiua mouetur, & ſi non reali motu,

ſpiri-

ſpiritali, & alteratione perfectiua ſententia Ariſto. 3. animæ 3. & in De motu communi animaliũ; ubi notat intellectum moueri à ſenſibus, cum extemis, tum etiam intemis, nt inde motus localis efficiatur.

Tertia opinio eſt inter utranque media, uidelicet quòd anima intellectiua (de hac enim loquimur) ſit partim à naturali, partim à meraphyſico cognoſcibilis: quam quidem opinionem etſi ego quoque aliàs ſuſtinni pro nerißima, comperi tamen denique eam eſſe falſißimã. Pro cuius deductione in primis noto vnam diſtinctionem. Anima intellectiua poßibilis, & agens, quæ ſiue differétię, ſiue virtutes ſint, in pręſentia omittatur, dupliciter poteſt conſiderari; vno modo ſub hac ratione formali, qua & poßibilis eſt, & agens; alio modo, vt materia, & forma, quatenus ſcilicet poßibilis, ut materia recipit intellectum agentem, tanquam formam perficientem; quia, vt ſic, non refertur ad ipſum, vt ad agentem, ſed vt materia ad formam, vt eſt ſententia Auer. 3. animę 36. ubi ait, quòd nirtus iſta poßibilis, habitibus perfectis, ab intellectn agẽte poſtremò tãquam à forma informetur: & fiat denique hæc copulatio, & hoc compoſitum, quod beatitudinem uocãt. Hac ſtante diſtinctione pono duas concluſiones, & vnũ corolariũ: prima ꝙ anima intellectiua primo modo quiddiratiuè à phyſico cõſideratur: ſecũda ꝙ ſecundo modo cõſideratur à meta. corol. cũ prima conſideratio non ſit de anima intellectiua, quoad eius veram quidditatem, conſideratio naturalis, quantũ ad veram animæ intellectiuæ eſſentiam, eſt duntaxat conſideratio quoad ſi eſt, & non quoad quid eſt: prima concluſio probatur cum ratione, tum & auctoritate: primo quo ad eſſentiã. Cognitio quidditatiua terminat quæſtionem quid eſt: ſed ſic eſt, quod de anima intellectiua, vt ſic, habetur cognitio quidditatiua, ergo &c.

Probatur minor, cum maior conſtet; Cum propoſuerit Ariſt. 3. animę primo, de anima intellectiua agere, in quinto diffinit, quòd ſcilicet nullam habet naturam pręter hanc, quòd poßibilis ſit: pręterea ex intentione 3. anim. 17. innenit agens, in 18. vtrumque diffinit, alterum poßibile omnia fieri, alterũ potens omnia facere, idem 3. ani. 6. intellectus eſt potentia ſpecies:

Præterea ratione operationis ſic arguo; Operatio intellectus, vt ſic, dependet à materia: ergo à naturali conſideratur. conſequenria tenet per rationem formalem, naturalis conſiderationis, vt retro diximus: aſſumptũ eſt Ariſt. 3. ani. 30. 39. ubi habetur quòd operatio agentis & patientis neceſſariò dependet à phantaſia, oportet enim intelligentem phantaſmata ſpeculari: ſed dependere à phantaſia eſt dependere obiectiuè à materia: ergo eſt naturalis conſiderationis, ut agẽs, & patiẽs eſt: ſecundo in tali operatione intellectus in mouendo mouetur, ergo &c. cõſequẽtia tenet 2. phy. 7r. 18. ét in motu ſpiritali, qui dependeat à re corporea. Aſſumptũ tenet 3. ani. 3. intellectus ſic recipit intelligibilia, vt ſenſus ſenſibilia: & ſic, antequã intelligat primo recipit, cum nihil actu eorum ſit ante intelligere, vt 3. animæ 4. 5.

Præterea ſicut ex agente & patiente corporeo reſultat unum factum, ſic in iſta ſpirirali generatione ex intellectu poßibili, & agente reſultat unum factum, quod eſt intellectus in habitu, ſicut declaratur in textu 8. tertii de anima. Modò argumentor ſic; Hoc factum generatur, & corrumpitur; ergo eſt phyſicæ conſiderationis: ulterius, Factum eſt phyſicæ conſiderationis; ergo & poßibilis, & agens, ex quibus fit, ut phyſicæ conſiderationis exiſtat. Conſequentia prima patet: nam generatio, & corruptio ſupponunt materiam 5. phyſic. 8. Aſſumptum etiam habetur ex Auer. 3. anim. 5. nã, cum ſumus pueri, intellectus in habitu continuè, & ſucceßiuè in nobis generatur: quòd ſi generatur, neceſſario etiam corrumpitur. Conſequentia quin etiam ultima declaratur, quia factum ſupponit utrunque, tum illud ex quo fit, nempè patiens; tum illud à quo fit, nempè agens: unde, ſi intellectus in habitu ſubiacet generationi, & corruptioni; agẽs quoq;, & patiẽs intellectus generationi, & corruptioniq; ſubiacebunt: facta nanque generabilia, & corruptibilia, ſupponũt agentia, & paſſa corruptibilia (de proximis autem agentibus, & uniuocis loquor, non de remoris & equiuocis, ſicut eſt Sol) quòd ſi poßibilis, & agens intellectus generabitur & corrumpetur; ergo uterque a materia pendebit; & conſequẽter utriuſque conſideratio ad naturalem philoſophum pertinebit. Vltimò confirmatur; quia, ſi non eſſet phyſicæ conſiderationis, maximè eſſet, qua remoueretur à rõne formali naturalis conſiderationis: diceretur itaque potius, ꝙ anima intelligat, quàm quòd homo intelligat: quod tamen eſt falſum, cum talis operatio, nempè intelligere, non intellectus in ſe, ſed totius coniuncti eſſe dicatur, arreſtanre Ariſt. primo de anima 64. quòd melius eſt dicere hominem anima, quàm animam ipſam intelligere. Inſuper dicit Ariſto. 3. de anima tex. 1. ſecundum diuiſionem Auerrois. De parte autem animæ, qua cognoſcimus, & ſapimus. Quapropter cum operatio ſit totius coniuncti, neceſſario erit naturalis. Eadem etiam prima concluſio comprobatur Latinorum auctoritate: nanque S. Thomas. 2. phyſi. 26. ait, uſque ad animam rationalem ſe extendit conſideratio naturalis, quę eſt de formis: ſed quomodo ſe habeat hęc forma, id eſt anima rationalis, ſecundum ꝙ eſt ſeparabilis, id eſt ſine corpore exiſtere potens, & quid ſit ſecundum ſuam eſſentiam ſeparabilem, hoc determinare pertinet ad primum philoſophum. Et hęc Beati Thomę auctoritas non ſolùm primam, ſed etiam ſecundam euidentißimè probat concluſionem. Albertus quoque capite primo huius determinat, ꝙ talis anima, nempè intellectiua, inquãtum eſt perfectio huius animati, uenit in cõſiderationé naturalis philoſophi: ſecunda quin etiam concluſio ſuperius propoſita, ſeparatim rationibus comprobatur. Prima ratio ſumitur ex determinatione Ariſt. primo de partibus cap. 1. ꝙ non de omni anima diſſerere ad naturalem philoſophum ſpectat, quia non de intellectu, ut retro ꝓbatum fuit. Secunda aſſumitur ex dictis Ariſt. 3.

animæ 36. vbi ait, an intellectus poſsit intelligere
aliquod ſeparatum, cum ſit in magnitudine, po-
ſterius dicemus: & ibi S. Thomas per poſterius ex
ponit in Metaphyſica, adeo ut hoc erit Metaphy-
ſicæ conſiderationis. Eſt etiam ſententia Ariſt. 2.
de generatione animalium cap. 3. Reſtat, ut mens
ſola extrinſecus accedat, eaque ſola diuina ſit, cum
in eius actione non communicet actio corpora-
lis. Probatur quinetiam eadem concluſio ratio-
ne operationis. Naturalis non conſiderat opera
tionem animę intellectiuæ, quę eſt eadem cum
eius eſſentia, ergo minus conſiderat eſſentiam.
Conſequentia tenet, quia operatio denotat for-
mam 7. Metaph. 9. Aſſumptum probatur, quia ope
ratio animę propria abſtrahit ab omni materia
tam obiectiuè quàm ſubiectiuè. Corolarii etiam
ueritas patet, quòd naturalis, quantum ad ueram
intellectiuæ animæ eſſentiam & quidditatem, quæ
eſt componi ex poſsibili ut materia & ex agente,
ut forma, pertingit tantummodo ad quæſtionem
ſi eſt, non autem ad quæſtionem quid eſt. Verùm
contra hanc determinationem recentiores, quo-
rũ dux eſt Pomponacius, inſurgunt, & quatuor ua-
lidas rationes adducunt. Quarum prima eſt, quòd
ratio illa Ariſt. primo de partibus nulla eſt: quia
etſi naturalis, & metaphyſica de omni conſiderent
intellectu, non tamen propter hoc Mathematicæ
ſuperfluunt. Et ratio eſt, quia commonſtrare de
intelligibili poteſt eſſe ſub diuerſis rationibus. &
ſic cõcedunt, ꝙ cõmõſtrans de intellectu debet cõ
mõſtrare de omni intelligibili, ut. ſ. eſt obiectum
intellectus; quẽadmodũ etiã agẽs de ſenſu, debet
agere de omni ſenſibili, ut eſt obiectũ ſenſus. Aliæ
tamẽ ſciẽtię poſſunt ipſę quoq; cõmõſtrare de ob
iecto ſenſibili, & intelligibili ſub alia ratione. Sal
uant autem Ariſtotelem dicentes, quòd ibi philo-
ſophus eſt in parte argumentatiua, & nõ loquitur
ſecundum propriam determinationem: quod pa-
tet, quia philoſophus poſt illas rationes ſoluit di-
cens, quòd non de omni anima differere ad natu-
ralem attinet. Deinde probant ipſi, quòd anima
intellectiua eſſentialiter, & quidditatiuè à natura
li philoſopho conſideretur: quia Ariſt. 2. phyſi. 26.
ponit terminum conſiderationis naturalis in for-
mis uſq; ad animam intellectiuã. Tunc dicũt ipſi:
Naturalis de aĩa intellectiua uel terminat q̃õnẽ ſi
eſt, uel q̃õnem quid eſt, per ſufficientẽ diuiſionẽ:
Si quid eſt, habeo intẽtum, ꝙ quidditatiua & eſſen
tialis cõſideratio animæ intellectiuæ ad naturalẽ,
nõ ad metaphyſicũ ſpectat, contra iam factã deter
minationẽ. Si dicas, ꝙ naturalis de anima intelle-
ctiua terminat quęſtionẽ ſi eſt, hoc eſt falſum: quia
naturalis non ſolùm intellectum humanum, quo-
ad ſi eſt, cognoſcit, uerùm ad altiorem quoque in
tellectum, Deum ſcilicet & ſubſtantias ſeparatas
aſcẽdit, ut patet 8. phyſic. Cum igitur dictum
illud Ariſt. 2. phyſic. 26. non habeat ueritatem de
quæſtione ſi eſt, quòd terminet ad animam intel-
lectiuam, quæ eſt omnium intelligentiarum no-
uiſsima, ergo uerificabitur de quæſtione quid eſt.
Præterea ſi Metaphyſicus ageret de eſſentia &
quidditate huiuſce animæ intellectiuę, in meta-
phyſica haberetur hoc determinatum: ſed in Me-
taphyſica de anima intellectiua nihil meminit, ni
ſi in una quadam cõparatione, ut nanciſcatur o-
rationẽ diuinã, non aũt ut habeat aliquid certi de
anima humana: ergo ad Metaphyſicu non attinet:
quòd ſi non ad metaphyſicum, ergo ad naturalem
philoſophum. Vltimò dicunt iſti recentiores,
intellectus in quocunque ſtatu inueniatur, ſemper
intelligit cũ phantaſmatibus, iuxta dictũ Ariſt. 1.
animæ 12. Intellectus aut eſt phantaſia, aut non
ſine phantaſia. Quòd ſi in quocunque ſtatu a phan
taſia & à phantaſmatibus dependet, ergo in quo-
cunque ſtatu à materia dependebit, ergo eius con
ſideratio in quocunque ſtatu ad naturalem ſem-
per, nunquam autem ad metaphyſicum attinebit.
Hęc ſunt argumenta fortiſsima à recentioribus
facta contra ſuperiorem determinationem: qui-
bus ipſi probare contendunt, quòd conſideratio
de anima intellectiua omnino ſit naturalis, necul
lo pacto ad diuinum philoſophum ſit referenda.
Nos autem antequam quicquam faciamus, pri-
mum in quo ſuperior determinatio deficiat expo
nemus: deinde noſtram de re hac nouiſsimam ſen
tentiam proferemus: demum prædicta argumen
ta confutabimus ac refellemus. Pro primo, al-
lata fuit iam diſtinctio de intellectu, quòd bifa-
riam poteſt conſiderari, uel ut ex poſsibili & agen
te reſultans, uel ut ex materia & forma conſtans:
Vnde determinatum fuit ꝙ anima habebat duas
conſiderationes; naturalem unam, quatenus in-
tellectus conſideratur, ut poſsibilis & agens; diui-
nam alteram, quatenus conſideratur, ut materia
& forma. Modò oſtendo falſitatem huius opinio
nis, quamuis ab altiſsimo fundamento Auerrois
pendere uideatur: & primum oſtendo falſitatem
fundamenti. In compoſito quocunque tam cor-
poreo quàm ſpiritali, ad hoc ut compoſitum illud
ex materia & forma efficiatur, materia neceſſa-
riò manet: quod probatur per definitionem ma-
teriæ 1. phyſi. Materia eſt, ex qua fit aliquid, cũ in-
ſit: at in iſto compoſito ſpiritali, ſpiritaliq; copu-
latione materia non manet: ergo non eſt materia.
Quòd nõ maneat, ꝓbo: quia nomẽ materiæ eſt no
mẽ potentiæ, & nomen potẽtiæ eſt nomẽ imperfe
ctionis: quare ſi intellectus nomen materiæ reti-
net, neceſſariò imperfectionem retinebit. Sed in
tali copulatione deſtruitur imperfectio, illaque
poſsibilitas corrumpitur & non perficitur, iuxta
dictum Ariſt. 3. de ani. 20. Intellectus paſsiuus cor
ruptibilis. Ergo &c. Quòd autem in tali copula-
tione imperfectio deſtruatur, probo: quia nõ alia
de cauſa intellectus dicitur imperfectus, niſi quia
pẽdet à phãtaſia: At in illa unione nõ amplius pẽ-
det à phantaſia, ſeipſum uidet, nulla prorſus re-
tinetur imperfectio: quare non eſt materia. Ideo
in copulatione materiã minimè admittit. Quòd
ſi quis Auerrois auctoritatem 3. de anima 5. addu
cat, ubi inquit: Non eſt aliqua intelligentia præter
primam, quæ ſit libera à materia: ex quo inferat,
quòd cum anima intellectiua ſit una intelligẽtia,
immo intelligentiarum omnium nouiſsima, de-
bet ſecum materiam retinere. Reſpondemus di-

ctum

ctum Auerrois, quòd quælibet intelligentia præter primam habeat materiam, eſſe hoc modo interpretandum, quod omnes intelligentię inferiores pręter primam, quamuis in gradu ſuo ſint perfectiſsimæ, tamen reſpectu ſuperioris intelligentiæ habent de materia, id eſt de imperfectione: ita vt huiuſmodi materia & imperfectio inferiorum intelligētiarum eſt reſpectu ſuperiorum: Nego tamen. quòd materia imperficiens remaneat in intellectu, quando perfectus eſt. Materia enim de qua loquitur Auerroes in 5. tertij de ani. eſt ipſamet eſſentia inferioris intelligentiæ cū eſſentia intelligentiæ ſuperioris cōparata: At materia, de qua nunc loquimur, eſt ea ratione, qua intellectus dependet à phantaſia. Quare ratio non concludit. Confutato igitur fundamento & diſtinctione ſuperioris determinationis, remanet modò probandum quòd concluſio quoque à diſtinctione illa dependens ſit infirma. Dictum eſt in concluſione, quòd intellectus ut ex materia & forma conſtans, ad Metaphyſicum attinet. Modò probo ꝙ non. Intellectus vt talis, nempè ut ex materia & forma compoſitus, eſt intelligentia: nec enim dicitur eſſe metaphyſicæ conſiderationis, niſi quia abſtractus à materia. Abſtractum nanque Metaphyſicum aut eſt per indifferentiam, aut per eſſentiam: per indifferentiam, ſicut actus abſtractus à materialibus & ab immaterialibus: per eſſentiam ut angeli. Quapropter determinare quòd intellectus ut ex materia & forma conſtitutus, ad Metaphyſicum ſpectet, vult dicere intellectum abſtractum ac ſeparatum ad Metaphyſicū attinere. Sed hoc eſt contra philoſophum: qui in 3. de ani. poſt quam in t 7. venatus fuit intellectus agentis definitionem, in 19. dicit, & talis eſt ſeparabilis, immixtus, ſubſtantia actu ens. Verùm apud bonos Logicos propoſitio ſemper denominatur à prædicato; omnia aūt iſta prædicata, nempè eſſe ſubſtantiam, actu ens, ſunt prædicata tranſcendentia; & tamen animaſticus cognoſcit intellectum quatenus ſubſtantiam, & quatenus actu ens: Non reperiuntur hęc prędicata conſiderata in Metaphyſica, ſed bene in tertio de anima. Ergo falſum eſt, quòd intellectus in ſuo eſſe abſtracto ſit metaphyſicę ſpeculationis. Præterea tunc res eſt bene cognita, quando ipſa ſecundū ſeipſam & ꝑ prædicata quidditatiua cognoſcitur, & per illa principia cognoſcuntur proprietates eam inſequentes in ſecundo modo dicendi per ſe. Cum igitur 17. tertij de anima habuerimus prædicata propria, eſſentialia, & quidditatiua intellectus agentis in ſuo eſſe abſtracto, & prout eſt intelligentia; reliquum eſt, ut uideamus operationem ſuam, talis autem operatio eſt intelligere ſe per eſſentiam nullo modo à phantaſia dependendo: Quapropter philoſophus tertio de anima 21. inquit. Indiuiſibilium igitur intelligentia, circa quę nō cadit falſitas, &c. Latini textum illum 21. exponētes, (pace eorum dixerim) fuerunt in quam maximo errore: omnes nanque ex eo textu eliciunt triplicem intellectus operationem, nempè ſimplicium apprehenſionem, compoſitionem & diuiſionem, atque ratiocinationem. Sed omnia hæc ſunt quam maximè remota ab intentione Ariſt. Nam apprehendere ſimplicia eſt illius partis intellectus, quæ imperfectiſsima eſt, quando uerbi gratia intellectus informatur ſpecie hominis, uel lapidis, uel plantæ, uel aliorum conſimilium. Iſta formatio nonne eſt prima formatio? nonne hoc eſt munus intellectus materialis & poſsibilis? Certum eſt quòd ſic: quia primò intellectus apprehendit ſimplicia, ſimplicium autem apprehenſio attinet ad intellectum in puero. Sed philoſophus iam in principio tertii ſtatim propoſuit ſe declaraturum quomodo fiat quandoque ſuum intelligere, uidelicet intellectus materialis atque poſsibilis. Deinde in textu 8. declarat quomodo intellectus fiat in habitu. Sed quando eſt in habitu, non amplius apprehendit ſimplicia. Quorſum obſecro poſt tot contextus, in illa parte præſertim, ubi ex profeſſo pertractat de intellectu agente, Ariſt. ad intellectum poſsibilem reuerteretur, & de apprehenſione ſimplicium loqueretur? Quænam inuerſio foret iſta? Et ideo in exponendo contextu illo, quam maximè errarunt Latini. Quid igitur, dicet aliquis, ibi philoſophus intendit? Reſpondemus, quòd cum Ariſt. egerit in pręcedentibus contextibus de ſubſtantia intellectus agentis tanquam de intelligentia, uoluit poſtea in 21. agere de propria intelligentię huiuſce operatione. Quænam eſt igitur propria ipſius operatio? Intelligere indiuiſibilia. Quænam ſunt iſta indiuiſibilia? Sunt rationes formales, quę ſunt in eſſentia indiuiſibili, quas Plato appellauit Ideas, quæ eędem ſunt etiam in Deo, uerum in intellectu ſunt in gradu imperfectiori. Ob id conſiderans philoſophus ideales illas operationes, dixit indiuiſibilium intelligētia, circa quę nō cadit falſitas. Cum enim indiuiſibilia exiſtant, ſunt purum lumē abſque tenebrarum ullarum obſcuritate. Verùm ubi reperitur falſitas? ubi eſt compoſitio cum materia: quia ſi nūc enuntiamus uno modo, fiet paulo poſt alio modo ratione materię: unde meritò in compoſitione contingit falſitas, non autem in indiuiſibilium ſimpliciſsimarumque idearum intellectione. Hęc nempè eſt uera & lucidiſsima contextus illius interpretatio, reiectis Latinorū ambagibus de triplici intellectus operatione. Cum igitur in tertio de anima ſufficienter habeatur cognitio de intellectu agente, quatenus eſt intelligentia abſtracta, & quantum ad eius eſſentiam, & quantum ad propriam operationem, quę eſt eadem cum eius eſſentia: malè ſuperius determinatum fuit, quòd conſideratio de intellectu noſtro in ſuo eſſe abſtracto ad metaphyſicum pertineat. Modò pro ueritate determinanda ſit diſtinctio talis. Intellectus humanus dupliciter conſideratur, ſicut biſariam eſt in nobis: altero modo quatenus eſt una de intelligentijs nobis aſsiſtens, & ſic cōſideratur non ſub ratione animæ, ſed ſub ratione intellectus ac mentis: altero modo per unionem, quam anima intellectiua nobiſcum tenet egreſſa à ſeipſa, per quam beneficio phantaſmatum intelligimus, & ſic non rationem mētis & intellectus, ſed rationem animę obtinet.

Habet

Habet igitur anima intellectiua duplex eſſe; alterū, quatenus eſt indiuidua & vna in ſeipſa; alterū, quatenus progreditur ad phantaſmata; & hoc fuit neceſſarium propter vnionem vniuerſi. Ex qua diuiſione colligitur, quòd in ordine entium intellectus humanus tenet locum medium: dico mediū, quia quædam entia ſunt purè abſtracta, quędam purè materialia. Vt autem ex his reſultet vnitas vniuerſi, oportet ꝙ repetiatur natura iſta media, quæ partim habet conuenientiam cum abſtractis, quatenus ſe intelligit, partim cum materialibus, quatenus vergit ad phantaſmata: & ideo continet hæc duo genera prædicatorum; alterū materiale, quatenus cum materialibus communicat, immateriale reliquum, quatenus cum immaterialibus conuenit. Modò elicitur concluſio determinatiua veritatis, quæ erit concors uerbis Simplicii in prologo de anima. Cum enim intellectus ſit talis, vt partim ſit ſeparatus, partim inſeparabilis exiſtat, conſequenter debet habere vnam ſcientiam, quæ habeat conſiderare hoc medium ens. Talis ſcientia non poteſt eſſe naturalis, non metaphyſica: quia ſi conſiderabit metaphyſica illa per prædicata abſtracta, non poterit eam cōſiderare per prædicata materialia: pariter etiam, ſi naturalis eam conſideret per prædicata materialia, non poterit illam conſiderare per prædicata abſtracta. Et ideo ſicut hoc obiectum eſt mediū, ita datur una ſcientia media hoc medium obiectum conſiderans.

Quare ſcientia de anima neq; eſt purè naturalis, neque purè metaphyſica. Non eſt purè Metaphyſica, ſed naturali participat, vſq; ad t 8. tertij de anima, vbi agit de intellectu, quatenus dependet à phantaſia: à 18. deinde infra, eſt ferè Metaphyſica: & ideo propriè appellatur ſcientia animaſtica. Et ob id Auerroes 12. diuinorum textu com. 17. inquit. Conſiderare de forma, quæ poſt mortem remaneat, id eſt de anima intellectiua, ad animaſticum attinet. Idem ſentētia Gręcorū comprobatur. Themiſtius nanque 1. phyſic. cap. t. ponit ſcientiam de anima mathematicam. Quòd non eſt intelligēdum, ut malè quidam exponunt, ꝙ verè mathematica ſit: ſcientię enim mathematicæ non conſiderant de ſubſtantia, excepta Aſtrologia. 12. Metaph. 44. Sed dictum Themiſtij eſt per modum ſimilitudinis, ut ipſemet declarat. Nam, ſi conſideretur intellectiua anima meritò intellectus poſsibilis, vt ſic, eſt materialis: ſi uerò reſpectu agentis intellectus, vt ſic, eſt abſtracta: per agētem intelligens nō ſub hac ratione, qua agens, ſed ſub ea ratione, qua intelligentia eſt. Eandem ſententiam quoque habet Simplicius in prologo huius dicens, conſiderationem de anima eſſe neque phyſicam penitus, neque metaphyſicam, ſed vtriuſque, communem: adeo ut vtriuſque ſcientię confinium eſt anima, ad hanc deducit Phyſicus; ab eadē incipit metaphyſicus. Auicennas quinetiam 6. naturalium inquit: Scire animam eſſe perfectionem, non eſt, quòd ob id dicamus ſcire animam quid ſit, ſed ſcimus ipſam, vt eſt anima: hoc autem, quod anima ſit, non eſt ex ſubſtantia ſua, ſed ex hoc, quòd regit corpora, & refertur ad illa. Et ideo tractatus de anima fuit de ſcientia naturali; quia de ea agere, ut anima eſt, intelligitur, ut habet comparationem ad materiam, & motum. Quapropter oportet ad ſciendam eſſentiam animę facere alium tractatum per ſe ſolùm. At dicet aliquis, ſi ſcientia de anima talis eſſet, vt obiectum tum materiale, tū immateriale cognoſceret, tunc ſcientia non eſſet vna: vnitas enim ſcientię dependet ab vnitate rationis formalis ſubiecti, de quo pertractat. Vnde cum ſcientia de anima habeat duas rationes formales, alteram abſtractam, alteram materialem, non videtur eſſe vna. Ad hoc dicendum, quòd ſi ſubiecti unitas intelligeretur vniuoca, tunc argumentum concluderet: at ſi intelligatur analogica, non valet. Verùm adhuc contradices, quia in communitate & vnitate analogica eſt vnus cōceptus participatus ab inferioribus, qui per prius dicitur de primo analogato, per poſterius de reliquis: ſicut ens habet unum conceptum, qui cum trahitur ad inferiora, per prius dicitur de ſubſtantia, quàm de accidentibus: at talis conceptus in abſtracto & materiali minimè reperitur, cū huiuſcemodi conceptus ſint quàm maximè diuerſi. Ad hoc dicendum, quòd analogum eſt duplex: vel per communem conceptum, vt modò dictum fuit, & tale à Scotiſtis appellatur vniuocum analogum, quemadmodum ens de ſubſtantia, & accidente, & tale analogum in anima non reperitur: vel per attributionem ad vnum, vt imperfecti ad perfectum abſque correſpondentia conceptus, ſed ſolùm poſito ordine partium, & hoc dixerunt Scotiſtæ æquiuocum analogum, vt ens de ente reali; & de ente rationis, & tale analogum in anima optimè reperitur. Quare rectè dixit Auerroes 2. de anima 7. quòd perfectio dicitur de partibus animæ, nempè de intellectiua, ac ſenſitiua ferè pura æquiuocatione: quaſi oſtendere uellet, ꝙ reſpectu ordinis, non autem reſpectu conceptus ſaluatur animæ analogia. Reſoluta itaque, & determinata hac difficillima materia, aggrediamur modò ſoluere argumenta illa recentiorum, quæ ſupra à nobis inſoluta relicta fuerant. Ad primam igitur obiectionem reſpondentes dicimus, quòd ratio illa Ariſtotelis primo de partibus animaliū ca. 1. eſt demonſtratiua: ſed prius eſt notandum, ꝙ intellectus noſter habet, ꝙ dupliciter intelligat ex Auerrois ſententia 12. metaph. 17. primò quando mendicat à phantaſia, & accidit hoc ſibi propter eius imperfectionem: verùm cum iſta potentia deinde fuerit deſtructa, ipſemet tunc ſeipſum intelliget, & illa potentia tunc erit ipſamet intellectus eſſentia: quare vel intelliget cum phantaſia, vel ſemetipſum eſſentialiter intelliget. Stante hac diſtinctione, dico quòd ratio Ariſt. in hoc conſiſtit, ſi ad naturalem ſpectaret de intellectu omnibus modis conſiderare, attineret vtique ad ipſum de eo conſiderare, tum quatenus dependet, tum quatenus non dependet à phantaſia; uel ſub alijs verbis, tum vt actio eius eſt alia ab eius ſubſtantia, tum ut actio eius ipſius ſubſtantiæ identificatur: ꝙ ſi eſſet, naturalis conſideratio eſſet de omni intelligibili, & concreto penitus, & ſimpliciter abſtracto:

cto:

cto: quare ſcientię reliquæ, naturali excepta, videlicet mathematica, & metaphyſica, ſuperfluerēt. At naturalis ſcientia non cōſiderat intelligibile quodcunque, quia cognoſcit res tātummodo, vt habent eſſe in materia ſenſibili. vnde, cum mathematica magis abſtrahat, quàm naturalis, & metaphyſica magis adhuc abſtrahat quàm mathematica; hinc euenit, quòd naturalis non poteſt omnia intelligibilia continere. Verùm, ſi Naturalis, quatenus Naturalis, cognoſceret intellectum, vt intellectus eſt; pari etiam ratione alia, quæ magis abſtrahunt, cognoſceret: & ſic nullum intelligibile prorſus mathematico, neque diuino philoſopho relinqueretur. quapropter malè Pompon. enunciauit, nec poteſt Ariſto. ſaluare, quòd ſit in parte argumentatiua: quia Ariſt. concludit, quòd non de omni anima differere ad naturalem philoſophum ſpectet, per illa media iam facta in parte argumentatiua: quę niſi tenerent demonſtratiuè, concluſio inde exorta firma minimè foret. Verùm eadem quoque difficultas videtur contra noſtrā vltimam determinationem locum habere: ſi nanque animaſticus intellectum omnibus modis cognoſceret, vt videtur determinat m, metaphyſica, & mathematica ſuperfluerent. Dicendum eſt ad hoc per argumentum à ſimili factum ab Ariſto. 6. Metaphy. 3. ubi ait. Si Metaphyſica non eſſet, naturalis eſſet prima philoſophia: quod ꝓ tāto dicitur, quia ſolæ hæ de ſubſtātia conſiderant, de qua Mathematicæ uel nihil, uel parùm admodum pertractant. Similiter etiam de intellectu, ſi animaſticus omnibus modis ipſum cōſideraret, ut ſua actio eſt, & eadem, & diuerſa, mathematicæ non eſſent; quia nihil in eis agitur de intellectu; neque metaphyſica, quia omnes intellectus pariter cognoſceret animaſticus. Verùm quia animaſticus cognoſcit, vt naturalis, quę ſolùm naturalia ſunt intelligibilia: vt autem diuinus, quæ intellectui humano duntaxat conueniunt tranſcendentia, cum ille ſolus ſit, qui manet, & progreditur: ob id ſaluatur, & mathematica, quę abſtrahit à naturali; & metaphyſica, quę de intellectibus non progredientibus agit, de quibus animaſticus nihil pertractat. Ad aliud argumentum, notandum eſt, quòd metaphyſicus, vt de omnino abſtractis demonſtrare ualeat, capit duo principia probata à philoſopho naturali: quippe quæ niſi eſſent, vtique ipſe ad talia conſideranda uiam non haberet. Primum eſt abſtractum eſſe: quod niſi via motus inueniretur, ꝓbari alia ratione minimè poſſet, vt expreſſe teſtatur Auer. 1. phyſic. vltimo, 12. metaph. 3. in Auicē. 2. phyſic. 22. 26. 8. phyſic. 3. Secundum, quod accipit Metaphyſicus à naturali philoſopho, eſt abſtractum eſſe intelligens: quod niſi intellectione dependente à phantaſia haberet, nunquam Metaphyſicus ſcire poſſet, quòd tale abſtractum eſſet intellectus, ut eſt expreſſiſſima ſententia Auer. 3. de anima 5. vnde habere intellectum eſſe, eſt habere primam formam abſtractam eſſe medio naturali. Quare non idem eſt probare abſtractum eſſe, quod probatur per operationem tranſeuntem; & probare intellectum eſſe, ſeu primam formam abſtractam eſſe, quod probatur per operationem immanētem. Sicut igitur via motus corporalis Metaphyſicus habuit à naturali philoſopho abſtractum eſſe, quod demonſtratur 8. phyſic. ita uia motus ſpiritalis ab eodem 3. de anima habuit abſtractū intelligere. Ideo per motum ſolum cognoſcitur abſtractum, & eſſe, & eſſe intelligēs. Modò ad argumentum reſpondeo, quòd naturalis philoſophus, quoad ſi eſt, bene pertingit ad altiorē intellectū, quàm ſit intellectus humanus, nempe ad Deum, & ſubſtantias ſeparatas, quantum ad hoc quòd abſtractum ſit; pertingit tamen, quoad ſi eſt, ad animam intellectiuam humanam tantummodo, quātum ad hoc, quòd abſtractum ſit intelligens. Ad tertiam rationem, nuſquam egit Metaphyſicus de anima. Concedo argumentum, quia hoc non eſt negocium metaphyſici, ſed animaſtici. Et declaro: quia Metaphyſicus conſiderat uel abſtracta per eſſentiam, uel abſtracta per indifferentiam: at intellectus humanus nō eſt per indifferentiam abſtractus, quia non abſtrahitur à materialibus, cum ſit intelligentia; neque etiam eſt abſtractus per eſſentiam, quia per eſſentiam abſtracta ſunt illa, quorum operationes nō dependent à corpore: at intellectus humanus in primo ſtatu dependet à phantaſia 3. de anima 30. 39. quare de intellectu humano pertractare non eſt negocium purè Metaphyſicum, ſed animaſticum. Ad poſtremum argumentum, quòd intellectus in quocunque ſtatu ſemper intelligit cum phantaſmatibus. Reſpondeo, quòd intelligere cum phantaſia dupliciter accipitur: aut quòd in ſui intellectione dependeat à phātaſia ratione obiecti, & hoc modo intelligit intellectus in primo ſtatu, & à Naturali conſideratur: alio modo, ut ad ipſum actu intelligentem, & perfectum conſequitur phātaſia, quemadmodum orbis circulari motu propriam conſequitur intelligentiam, ut optimè notat Simplic. in proœmio de anima: & tunc non attinet ad naturalem, ſed ad diuinum philoſophū, ſiue potius ad animaſticū, ꝓut cū diuino philoſopho conuenit. Quæ cū Dei benedictione bene determinata ſint, reliquum eſſet, vt ad ſecundā huius articuli partem deſcenderemus; quę eſſet fundamenta, & argumēta opinionum nouiſſimæ noſtræ determinationi cōtrariarum euertere, atque diſſoluere. Verùm cum id ex iam præhabitis ſatis, ſuperque conſtet, nihil eſt, quòd diutius hic immoremur. Diximus .n. de anima intellectiua pertractationem neq; phyſicam omnino, neque omnino metaphyſicam, eſſe dicendam, neque à phyſico partim, partim à metaphyſico abſolui, atque compleri: ſed ad ſeparatū artificem, nempè ad animaſticum, qui in naturalis, ac diuini philoſophi confinio reponitur, pertinere: adeò vt intellectus poſſibilis, quatenus eſt poſſibilis, & agēs, quatenus eſt agens, cum vterque neceſſariam habitudinem ad materiam, nēpe ad phantaſiam, ipſaq; phantaſmata retineat; ab animaſtico ſub naturali ratione conſideretur; verùm intellectus agens deinde, non quatenus eſt agens, ſed quatenus eſt intelligentia quædam in ſua perfectione conſiſtens, ab eodem animaſtico ſub tranſcendente ratione,

& per

& per prædicata abſtracta cognoſcitur. Ex quo ſequitur, ꝙ quidditatiua intellectus poſsibilis, quatenus poſsibilis, & agentis, quatenus agentis, nempè habitudine ad phantaſmata retenta, conſideratio ad naturalem artificem ſpectat, cum vterque per relationem ad phantaſmata naturaliter diffiniatur: at intellectus agens deinde, quatenus eſt intelligẽtia, & in ſuo eſſe abſtracto ſumptus, quantum ad ſi eſt, bene à naturali inueſtigatur; at quantum ad veram eius eſſentiam, & quidditatem non eſt amplius naturalis conſiderationis, ſed ab animaſtico, quatenus ad metaphyſicum vergit, perpenditur. Diximus quinetiam animæ intellectiuæ duplicem eſſe operationem: alteram aduentitiam, accidentalem, atq; in primo ſtatu, quando videlicet in intelligendo à phantaſmatibus dependet; cuiuſmodi quidem operatio ab eſſentia intellectus diſtinguitur: alteram verò propriam, eſſentialem, atque in ſtatu poſtremo, quando ſcilicet intellectionem ſuam nõ amplius à phantaſmatibus mutuatur, ſed ipſam in idem penitus cum eſſentia coincidentem obtinet. Prętetea annotatum quoque à nobis fuit, intellectum non eſſe actum corporis, vt aliæ virtutes animæ vegetatiuæ, ac ſenſitiuæ, quia non depẽdet in eſſe, & conſeruari à corpore, vt illæ; ſed eſt tanquam nauta in naui, & ob id ſeparatus; ex quo eius incorruptibilitas, æternitas, ac immortalitas neceſſariò colligitur. Si hæc igitur memoria optimè continueris, nullo negotio ſuperiores aliarum opinionum noſtræ aduerſantium rationes confutabis. Et ſic determinata eſt ueritas in quæſito ad laudem omnipotentis Dei, qui per infinita ſecula ſit benedictus.

Dubium hoc eſſe non pñt inter primos philoſophiæ naturalis libros, quia phyſicorũ liber cõis eſt, ad animatis, quàm inanimatis: de cœlo, de corporibus, vt ſimplicia ſunt, & inanimatis: de gen. vt cõiter animatis, & inanimatis, de miſtis imperfectis, inanimatis, pariter et de mineralibus: quare quod dubiũ eſt, poſt libros iſtos intelligitur.

Secunda difficultas in ordine eſt, ad quam partem, in quove loco philoſophię naturalis ponatur conſideratio de anima vegetatiua, ac ſenſitiua, ac etiam intellectiua, quatenus à phantaſia depẽdet. In hac difficultate omiſsis argumentis, quæ inutilia eſſent, duo principalia conſiderabimus: primũ opiniones in hoc quęſito diuerſas cum ſuis fundamentis; ſecundum, quid nobis pro ueritate determinandum uidebitur, exponemus, uero Doctore mentem illuminante.

In primo articulo duas inuenio poſitiones maximè diuerſas; ad quas ſi quæ aliæ ſint, nimirum reduci poſſunt. Prima, quòd liber de anima ſit ſextus in ordine: primus ſit liber phy. ſecundus de cœlo; tertius de gen. & corrup. quartus de miſtis imperfectis methe. quintus de perfectis, uerùm inanimatis, de mineralibus; ſextus ſit de anima. & huius opinionis inter arabas, fuit Auicennas ſexto naturalium cap. primo: quem ſequuti ſunt omnes latini, Albertus, S. Thom. & Egidius. Altera, & ſecunda opinio eſt, quòd iſte liber ſit octauus in ordine, addendo primis quinque libros de plantis, de animalibus, uel èconuerſo, & de anima. & huius opinionis uidentur Græci omnes, & ſi non expreſsè, & inter Arabas Auer. & cum his moderni omnes; cum ante noſtra, tum & qui noſtris philophati ſunt temporibus: prima ſiquidem opinio habet pro ſe duo potiſsimum fundamenta: primũ quòd tam in ordine doctrinæ, quàm in uia doctrinæ ſemper à magis uniuerſalibus eſt inchoãdum; ſed anima in ſe eſt magis uniuerſalis, quàm determinata ad uegetatiuum, aut ad ſenſitiuum gradum; ergo, &c. maior pro prima parte eſt Ariſto. 1. phy. 4. pro ſecunda parte eſt eiuſdem 1. phy. 57. 3. phy. 2. ſecundum fundamentum Alberti fuit, & Auicennæ. 1. animæ cap. 1. cognitio perfectiſsima effectus ſupponit notitiam cauſæ, & præcipuè formalis; ſed cognitio animatorum omnium in philoſophia naturali eſt talis; ergo &c. maior eſt Ariſ. primo poſt. ut Auer. notat com. 35. minor eſt manifeſta. ergo intentum. primum fundamentum fuit tactum à S. Thom. 1. animæ cap. 1. Hæc opinio tametſi magnorum ſit expoſitorum; habet tamẽ euidentiſſ. Ariſt. determinationes in oppoſitum. In fine libri de motu animalium, ſeu partibus ad motum utilibus dicit; Quæ circa progreſsum animalium, & circa omnem ſecundùm locum mutationem, hunc habet modum. his determinatis conſequens eſt ſpeculari de anima: ideo anima poſt librum de partibus. Idem circa finem primi uoluminis de partibus animaliũ; Sed, cum ſatis de his egerimus, noſtramq́ue explicuerimus ſententiã, reſtat, ut de animante natura diſſeramus. eſt etiã authoritas in fine libri meteororum, ubi habet: Conſideranda omiomera, & tandem ex his conſtituta hominem, & plantam. ſecunda opinio habet pro ſe rationes, & authoritates; quæ priuſquã examinetur, ſciendum, ꝙ inter ſe differunt etiam ponentes animam in octauo loco. circa enumerationem partium, ſecundum Auer. 1. meth. cap. 1. enumeratis quinque primis partibus, in quibus cõueniunt oẽs, in ſexta ponit librum de plantis, in ſeptima de hiſtoria animalium, in octaua de partibus, & de anima: alij uerò in ſexta ponunt libros de animalibus, in ſeptima de plantis, in octaua de anima. Hiſpanus alium ponit ordinem, in ſexta ponit librum de partibus, in ſeptima de inceſſu, in octaua de anima. quòd itaque anima in octaua locetur parte, inter omnes conuenit; quomodo uerò numerentur, differentia eſt. Auer. differens à ſecunda poſitione circa locum plantarum, & animalium habet fortiſsimas pro ſe rationes, quòd præponi debeant animalibus: & primò, cognitio ſimplicium præcedit cognitionem compoſitorum, primo phy. 35. ergo liber de plantis, librum de animalibus. ſecundò, ſicut ſe habet anima ad animam in ordine cognoſcendi; ita & animatum ad animatum: ſed in libro de anima prius agitur de anima uegetatiua, mox de ſenſitiua, ut patet ſecundo de anima: ergo &c. Secunda etiam munitur bonis rationibus, & authoritatibus: primò, à notioribus nobis ad notiora naturæ inchoandũ; Ariſt. eſt 1. phy. 2. Sed animalia ſunt notiora plantis, ergo &c. probatur minor; quia Ariſt. in lib. de hiſtoria animal. prius agit de animali perfectiori, ut puta, de homine, quia nobis notior; quandoquidem homo conſpicuas, ac magis notas habeat partes, quàm cætera animalia: quinimo animalia ipſa plantarum exemplaria ſunt; nam, ut in animalibus imperfectis, inſectis, mollibus, cruſtatiſve, coniectamus quippiam carni ſimile, pulmoni,

& re-

& teliquis, cum has diſcretas adinuicem, & legitimas uiderimus in animalibus perfectis: à ſimili ꝑ ea, quæ nota ſunt, in plantis minus conſpicua conijcimus; quandoquidem cuti corticem comparem is, & lignum carni, & de ſimilibus. Aurhoritates deinde Ariſt. clariſſimè idem cõprobãt. Prima eſt in initio libri meteo. Pertranſeuntes autem de his ſpeculabimur, ſi quid poſſumus dicere ſecundùm inductum modum de animalibus, & plantis: ſecũda etiam aperta in fine De longitudine, & breuitate uitæ; Sed de hoc ſecundùm ſe in his, quæ de plantis determinabitur. Verùm notandum, ꝗ hæc authoritas ſecundam hanc opinionem deſtruit: quia plantæ ordinabuntur poſt omnia, quæ de animalibus tradita ſunt; & ob id non poterit reponi in ſeptimo loco. Tertia Hiſpani differt ab alijs duabus in ordine ipſorummet animalium; quia non ponit librum De hiſtoria facere partem per ſe diſtinctam: & hanc probat ratione, & authoritate; nanque cognitio, quia eſt, non facit diſtinctam partem à cognitione, propter quid, eiuſdem rei: hoc enim in confeſsis eſt in eadem parte; in eodem quinetiam textu: ſed de hiſtoria eſt cognitio quia, de partibus propter quid; ergo &c. deinde expreſsiſsima eſt Ariſt. authoritas in fine met. Manifeſtatis autem his ſimiliter homniomera cõſideranda, & tandem ex his conſtituta, ueluti hominem, & plantam, & alia talia.

In ſecundo articulo duo faciemus; primùm qd, ut peripateticum, tenendum ſit; ſecundò obiecta, quæ in oppoſitum ſunt, diſſoluemus. De primo conſiderantes notamus diſtinctionem, de qua Auer. 1. meteo. cap. 1. Quòd ordo librorum in cõſideratione animalis habet aliquod neceſſarium; aliquod uerò ſecundùm melius: quod uidetur & Auic. confirmaſſe, cum poſuiſſet animam in ſexto loco, dixit; ſi quis uoluerit mutare hunc ordinem, faciat; nos non calumniabimur illum. Nos tamen, quomodocunque ſint, ſeruabimus, ordinem ſecundùm dicta Ariſt. formalia: & ſecundùm hæc ponimus tres concluſiones. prima, ꝗ liber de plantis poſtponitur toti, quæ de animalibus eſt, ſpeculationi; contra primam, & ſecundam opinionẽ. Secunda, ꝗ liber de hiſtoria facit ſextam partem, & diſtinctam per ſe; & liber de partibus, unà cum libello de inceſſu ſeptimam; contra tertiam opinionem Hiſpani. Tertia concluſio, quòd liber de anima ita enumeratis partibus, octauum locum teneat; contra Auic. latinosq; omnes. prima ratio ſatis ſuperq́ue retro probata eſt. confirmatur nec non & Ariſto. ſententia: prima in primo, & nouiſsimo tex. meteor. in primo; Secundùm inductũ modum de animalibus, & plantis. in ultimo. Et tãdem ex his conſtituta hominem, & plantam. Quę authoritas, quòd determinatiua ſit, notandem, ꝗ Ariſt. cùm in principijs, aut medijs, aut fine librorum, epilogat de dictis, proponitq́ue de dicendis, tunc uerum ordinem notat; quoniam dictorum collectio, & dicendorum propoſitio ordinem notat, hoc autem eſt, niſi aliqua particulari cauſa præpediatur, ut obſeruauimus factum in principio libri De gener. ubi repetit de partibus retro actis; de quibus infra dicemus. modò hic nulla eſt cauſa particularis, quæ impediat; quare ordinem certiſsimum notat. eſt & alia authoritas in fine de longitudine, & breuitate uitæ, de qua retro diximus, expreſsè ordinem notans: quòd, ſi in intermedijs citat partem aliquam Ariſt. non eſt ibi ordo conſiderandus, cum ſimpliciter proferatur, & non cum epilogo, & propoſitione ſępenumero cõtingit in intermedio alicuius libri citaſſe, ut actũ eſt in alio libro; qui tamen liber ordine poſterior erit: quod apertiſsimè conſtat; nam primo de animal. gene. cap. 1. dicit; Sed de ſtirpibus, ſiue plantis ſeorſum opere per ſeipſis dicato agendum eſt. In ſecundo tamen de genera. cap. ubi agit de plantis, dicit; Sed de his alibi à nobis dictum eſt. Quæ duo dicta uidentur ſibimet oppugnare, niſi dicatur, quòd in his locis ordinem non notat Ariſt. quare liber de planris erit ultimus. Ad obiecta uerò in oppoſitum: ad primum Auer. dicendum, ꝗ ſimpliciora præcedunt, quando eis compoſitiora nõ fuerint magis nota, ut in ꝓpoſito eſt, teſte Theophraſto, de quo retro diximus. Confirmatur per ordinem Ariſt. in phyſicis, cum principia ſint ignota, à compoſitis orditur: de quo meminit tex. 3. Ad ſecundum dicendum, ꝗ non eſt ad propoſitum; quia in libro de anima notauit ordinem naturæ: ob id incepit à uegetatiua, cum ageret de partibus, quia ipſa ſine alijs, aliæ uerò ſine ipſa eſſe non poſſunt, ut 2. animæ. t 5. hic uerò ordinem cognitionis: & ſic bene notauit Auer. ordinem in animatis eſſe ꝓpter melius. Rationes pro ſecunda opinione concludunt ſimul, & authoritates, quòd liber de plantis poſtponi debet animalibus: at non ſecundum quid, ſcilicet poſt librum de hiſtoria, ſed ſimpliciter: quarę nec uera erat ſecunda opinio, & ſic concluſio prima patet. Secũda quinetiam cõcluſió probatur: Primò, ſi de quo minus, ergo & de quo magis; tertio Top. ſed minus uidetur, quòd eadem demonſtratio differens duntaxat per magis, & minus uniuerſale, faciat duas diſtinctas partes, & tamen faciunt, imo diuerſas ſcientias; nanque eędem demonſtrationes phyſicę, quę probant ſtatum in cauſis, capiuntur, uniuerſaliori tamen modo, à metaphyſico, ut Auer. 2. metaphy. 6. ergo, quę diuerſarum ſpecierum ſunt demonſtrationes, magis faciunt, ut quia, & propter quid: & confirmatur, quod in muſica demonſtratur quia, in arithmetica demonſtratur propter quid: ſecundò magis uniuntur ad unam partem, quæ terminant quęſtionem, quid eſt, quàm quę terminant, quid eſt, cum terminantibus ſi eſt: ſed liber de partibus, & liber de inceſſu terminant, quid eſt, & cauſam, cũ & ipſe ſit de partibus ad motum utilibus; de hiſtoria uerò terminat, ſi eſt: ergo intentum. Quare opinio Hiſpani falſa. Ad rationes; ad primam concedo, quòd ubi particulare quæſitum in aliqua parte demonſtratur, & quia eſt, & propter quid; quòd tunc non facit partes diuerſas: ubi tamen capiuntur in diuerſis rebus, ut compoſitio cum operationibus, & cauſis eorum diſtinguunt, ad auctorem quæ maxima eſt; dicendum, quòd propter hoc non impedit, quin liber de hiſtoria interpo-

natur; quia id ab Ariſt. certa de cauſa factum fuit, ut cauſas cauſis copularet: nã, cũ docuiſſet elementa 4. ſuppoſitam eſſe ſimilarium materiam; cumque inter ſimilaria corpora, caro, os, neruus, & huiuſcemodi numerentur, ex quibus, ut materia diſſimilares fiunt; è quibus denuò animalia, & plantæ; ideo in ſcrutinio cauſarum liber de partibus, libro meteor. copulandus eſt: nec tamen impedit, quin libri de hiſtoria interpoſitio fiat; & confirmatur proprijs auctoritatibus Ariſt. ait enim ſecundo de partibus animal. ca. 1. Ex quibus, & quot numero membris ſingula animalia conſtarent, libris hiſtoriarum, qui de his ſcripti à nobis ſunt, planiùs explicuimus: nunc quas ob cauſas ita ſe habent, conſideremus. Quinetiam altera in principio libelli de inceſſu eſt. Quòd enim hoc contingat modo, ex naturali palàm eſt hiſtoria; quam ob cauſam antecedenti nunc eſt inueſtigandum. Tertia quinetiam cóclusio probatur rationibus, & auctoritatibus; priùs tñ à nobis notandũ, ꝙ uniuerſa de animalibus diſciplina tribus cognitis cognoſcitur, & abſolutè perficitur: primum eſſentia cum operationibus ſibi proprijs; ſecunda generatio, per quam tale, quale ipſum ſit, & eſt: ſecundùm naturæ ordinẽ: nec immeritò, quandoquidem generatio propter ſubſtantiam, & non è conuerſo ſit: tertium, uita, & mors, quæ ſupponunt rem genitam. ꝙ ſi ad hęc, quæ natura ſunt, & artem ipſam admittere uoluerimus, in nouiſsimo loco, qui de languore eſt, & ſanitate librum copulabimus. Tria itaque illa naturalia miro ordine ſeminauit Ariſto. 1. in libris de hiſtoria; nanque de eſſentia cũ proprietatibus in 4. primis, in quinto auſpicatur de generatione, ut ipſemet in principio quinti capit. 1. Expoſui partes animalium interiores, & exteriores, atque etiam de ſenſibus, de uoce, de ſomno ſatis explicaſſe exiſtimo: teſtat, ut eorundem generationes perſequamur. In 8. quinetiam de hiſtoria agere incepit de uita: inquit enim; Generatio, & reliqua animalium natura ita ſe haber; actiones autẽ, & uitæ pro moribus, uictuq; differunt. &c. quę, cum, quia ſunt, hucuſque in hiſtorijs habeantur, eadem nimirum per redditionem cauſarum in duodecim alijs, partes partibus, de quibus retro in hiſtoria, correſpondentes, libris leguntur: nanq; de eſſentia agit in libris de partibus, primo de inceſſu, ſecundo de anima, tertio de operationibus, quinetiam proprijs, quę duę ſunt, ſenſus, & motus: per has etenim animatũ ab inanimato differt, primo anim. 19. 2. anim. t 6. 14. & cum animalium operatio magis propria, ſit ſenſus; & qui extrinſecus perficitur antecellat; quartò de ſenſu & ſenſili; mox qui intrinſecus; quintò de memoria; demum ſexto de ſomno, cum paſſio quædam ſenſus ſit: ut in libello de ſomno; de altera ſeptimo, quæ de motu in communi eſt, & tota horum materia librorum quatuor primis de hiſtoria correſpõdet; de generatione uerò in 8. cui proportionatur, quod in tribus ſequẽtibus ad octauum uſq; de hiſtoria deducitur; in tribus demum nouiſsimis de hiſtoria agitur de correſpondentibus ſuo propter quid acto in libello, de uita, & morte cum ſibi cognatis, quorum primum de cauſa long. & breu. uitæ, & facit nonam partem, de iuuentute, & ſenectute; decimam de inſpiratione, & expiratione; undecimam poſtremò, & quæ ultima eſt, de uita, & morte. Cum itaque in primis agatur de eſſentia, & ipſa ex materia, formaq; cõponatur, quæ concauſæ ſunt, ut Simplic. phyſic. 1. agendum erit in primis de materia, ſecundo uerò loco de forma, proceſſus idem, ac de eodem eſt Ariſt. primo phyſi. de principijs: ergo liber de anima erit octauus. auctoritatibus deinde confirmatur: & primò in fine libri, qui de progreſſu eſt, ait; His autem ſic determinatis, proximum eſt de anima contemplari. Auctoritas quoque eſt in libello de motu in communi in fine; De partibus quidem ſingulorum animalium, & de anima &c. cauſas diximus. Quare apertiſsimũ eſt librum de anima in 8. parte locari, quod eſt propoſitum tertiæ cõcluſionis. Verùm aduerſus iſtam adhuc inſtatur. Primo non uidetur, quòd liber de inceſſu ſequatur librum de partibus, imò qui de generatione, ut teſtatur Ariſt. in fine de partibus animalium; ſed de partibus animalium, quam ob cauſam quęque ſint, dictum iam eſt per omnia animalium genera: quę cum explicata ſint, ſequitur, ut de generatione diſſeramus. Ad hoc dici cõſuetum eſt, quòd litera eſt deprauata: & ubi, De generatione, De inceſſu, legi deberet. contra quod fortiùs inſto; quòd litera prima ſtet, confirmat, quod repetit Ariſt. in principio de generatione animalium; Cũ de cęteris animalium partibus dictum ſit, reſtat, ut de partibus, quæ ad generationem pertinent, diſſeramus. Quæ enim manifeſtior copula utriuſque uoluminis eſſe poteſt? ſecundo ex dictis Auer. primo anim. ſecundo exponens de utilitate dicit; Neceſſe eſt, ut ſcire de anima ſit neceſſarium in cognitione animalium, non tantùm utile: ergo non poſtponitur libro de animalibus, neq; eorum partibus. Vltimò, non eſt pars aliqua animalis, quæ animata non ſit, ut bene Auer. in paraphraſi ſuper primo de gener. animalium; quia ſecus daretur ex pluribus partibus inanimis fieri corpus animatũ; & ſic rediret opinio Empedoclis. Ergo cognitio de partibus dependet à cognitione de anima. Ad hæc omnia obiecta reſpondens, & ad primum, ꝙ omnino litera illa in fine de partib. debet legi, De inceſſu. Ad replicam, memorię repetendum, quod retro dictum eſt, quòd uerè ordinem notat Ariſt. quando in fine epilogat, & proponit, niſi certa de cauſa impediatur, ut in propoſito, non repetit librum de partibus in epilogo, ut qui de gener. eſt, ei immediatè copuletur: ſed, ut intentio de partibus continua fiat, uolens in libro de gener. agere de partibus ad generationem, dicit, Quòd de alijs partibus ſatis actum eſt: reſtat, ut & de partibus ad generationem dicatur. Cum hoc ſtat, quòd multa poſita ſint intermedia, ut ſcilicet de operationibus proprijs. Simili nempe detinentur errore, qui principium de longitudine, & breuitate uitę, perperam intelligunt, quandoquidem apertè dicat Ariſt. De ſomno, & vigilia dictum eſt prius: de uita autem, & morte poſterius eſt dicendum. non

ſequitur

ſequitur tamen propter hoc, quòd immediatus ordine libri eum, qui de ſomno ſequatur; ſed iccirco Ariſtotelem feciſſe dicimus, vt intendentes, quas in principio libelli de ſenſu, & ſenſili dedit combinationes, omnibus animalibus communes, non amplius expectaremus libellum de ſomno, poſt longi. & breui. enarrandum cum libello de morte, & vita: cum hoc ſtat, quòd intermedia ponantur. Ad ſecundum dico, quòd veriſsimũ eſt, quòd ad cognitionem perfectam, diſtinctamq; de animalibus operæprecium eſt cognoſcere cũ materiam, tum formam, quę anima eſt. ergo præcedit librũ de partibus. negatur conſequẽtia. Ad vltimũ concedo, quòd quęlibet pars animalis animata eſt, non tamen, quòd, vt animata, in libris de partibus conſideretur; ſed vt quantitatiua, & ob id meritò negatur conſequentia. Ad argumenta, pro opinione Auicen. & Latinorum, & ad primum, cõcedo totum argumentum, quod elicitur à S. Tho. ergo ante librum de animalibus, negatur conſequentia; quia alia eſt vniuerſalitas, quam habet anima ad ſuas partes; quarum quælibet forma eſt: alia eſſet, ſi ad animalia vniuerſa compararetur. prima ſupponit primò notitiam animalium, quoad ſi eſt; mox, quæ de partibus, vt de materia; vltimò de ipſa anima, vt animalium forma: & quia eſt, & vniuerſalis, & propria ſecundum partes diuerſas, rationi cõſonum eſt, quòd de anima in vniuerſali cognitio, pręcedat, quę ſecundum diuerſas partes diffiniur: quòd ſi alio intelligatur modo, non comparabitur tunc ad animalia, vt vniuerſale quoddam, ſed, vt pars, quæ formalis eſt. Ad alterũ dico, quòd cognitio cauſæ præcedit, quandocunque cauſati notitia haud clarior exiſtat: quæ ſi fuerit, tunc conuerſo ordine à cauſatis ordiendum, vt primo phyſic. 3. & in propoſito obſeruatum eſt. & hęc de ordine, diuino flamine ſpirante.

At melius dicendum, quod ſ. notitia de aĩa ſ̃cedis, quia nũquam habebitur aĩatorum notitia, niſi habita horum eſſentia, q̃ ex materia partibus ſ. & forma anima componitur.

Tertium in ordine quærendum, erat quid in libro de anima ſubiectum ſit: nam poſsibile eſt animam eſſe, haud quaquam dubium facere in libro de anima; uerùm, an ipſa ſit principale, & adæquatum ſubiectum ipſius, dubium videtur: In hac verò difficultate, poſito, quòd anima ſubiectum ſit, maximum quoque videtur dubium, an poſsit probari, eſſe, à naturali in hoc libro, quod eſſet probare ſubiectum eſſe. Duos proponimus articulos examinandos, primus, an ſubiectum ſit anima: ſecũdus, hoc poſito, an probari poſsit eſſe. In primo articulo duo faciemus; primò opiniones diuerſas enarrabimus cum ſuis fundamentis, ne abſentes temere calumniemur, vt Ariſt. in principio libelli de reſpiratione, præmiſſo tamen titulo, qui ſatis per ſe conſtat: quandoquidem quærere de ſubiecto ſit inueſtigare, quid nam illud ſit, quod ita ad ſcientiam ſe habet, vt obiectũ ad potẽtiam. In ſecunda parte, quid peripateticè pro veritate tenendum ſit, determinabimus: Pro prima itaq; parte tres inuenimus opiniones; prima, quòd anima ſit ſubiectum. ſecunda, ꝙ corpus animatum; vt vtraque hæc ponit differentiam inter librum de anima, & paruorum naturalium. tertia, ꝙ corpus animatum ſit ſubiectum totius libri de anima, & paruorum naturaliũ, nõ ponens inter vtrãq; partem differentiam. Hę ſunt, quę in materia iſta colliguntur opiniones, vt optimè notat Io. Gand. in quęſtione. Pro prima ſit ratio hęc, aut anima eſt ſubiectum in hoc libro, aut corpus animatum, aliud ab his non ponitur. ſi primum, habeo intentum; ſi ſecundum, ergo anima non erit nobilior, & perfectior corpore animato. cuius oppoſitum videtur determinare philoſophus primo text. huius primi. cõſequentia probatũ; quia forma habet perfectius, & nobilius eſſe, quàm materia, vt 2. ph. 12. 1. c. 5. 5. m. 5. 7. m. 7. & quàm compoſitum, ut in eodẽ 7. m. 7. vbi ait; Quare, ſi forma materia prior, ac magis ens; & eo, quod ex vtriſq; eſt, prior erit. ſecundò ad idem ex ſententia Ariſto. primo poſt. ſcientia eſt vnius generis ſubiecti, vel vniuoci, vel analogici, vt 2. poſt. in fine; partes, & paſſiones conſiderans: ſed anima in libro hoc omnes has habet conditiones, ergo ſubiectum: primò eſt genus analogum, quod deſcribitur ab Auerroe per ferè æquiuocũ, vt 2. ani. 7. 21. 30. & 3. ani. 5. in Alex. habet partes 2. animæ 24. anima eſt, qua viuimus, mouemur, ſentimus, & intelligimus: habet paſsiones, quæ tametſi per medium fiant corpus, ipſi tamen inſunt animæ. quinetiam ambigitur 1. animæ 2. an aliqua ſit paſsio animæ, cum qua corpori non communicet. Secunda quin etiam opinio rationibus munitur, & quidem validis: nam, ſi anima eſſet hic ſubiectum, & non corpus animatum, ſequeretur, quòd intentio duntaxat de anima eſſet intellectiua, quod patet eſſe falſum. deducitur, quia nulla eſt aliarum, anima intellectiua excepta, quæ ſit à corpore ſeparabilis: quare neque agunt, neque patiuntur ſolæ, vt bene Ariſto. 2. animæ 10. ut oculus, & pupilla, uiſus; ſic corpus, & anima, animal: ſecùndò ex dictis philoſophi. 1. ani. 64. dicere animam iraſci, ſimile eſt, ac ſi quis dicat eam texere, uel ædificare: idem 3. anim. 1. De parte, qua intelligit. exponẽtes Themiſtius, & Auer. ideſt qua intelligimus. ergo corpus animatum, & non anima, eſt ſubiectum. Confirmatur quinetiam auctoritate Ariſt. 1. de anima 19. animatum differt ab inanimato ſenſu, & 2. ani. 16. & motu locali. quare non rectè dicitur anima ſentit, ut potè tangit, aut uidet, neque mouetur; ſed ſuppoſitum ipſum, quod eſt corpus animatum. Tertia quoque perſuaderi poteſt, quia ſicut in libris phy. ſubiectum eſt ens mobile, & de ipſo tamen nõ determinatur per totum, ſed duntaxat à 6. ad finem uſque: quandoquidem in primis quinque de principijs egerit: à pari de anima in libris de anima, ut de principio, in paruis uerò, de corpore animato: & hęc ſufficiant pro prima parte. In ſecunda uerò, antequàm quid peripateticè tenendum ſit, uideamus, notandũ, ꝙ ſubiectũ hẽt 4. cõditiones prima, eſt unum, ſecũda habet partes ſubiectiuas, nõ eſt neceſſe, ꝙ habeat integrales, ut uoluit Hiſpanus, uel eſſentiales; quę res, iudicio meo, facit dubium de partibus eſſentialibus, quę concauſę, & principia formalia dicunt: nam, ſi non haberet illas, ſequeretur, ꝙ minus haberet paſsionem adęquatam de ipſo demonſtrabilem demonſtratione.

De ea etiam agit, ut dimi na eſt, ſicuti determinamus; ergo eſt illa nullo modo corpus intelligitur.

Conditiones iſtæ de ſubiecto totali intelligendæ ſunt.

Notandũ, ꝙ quæſtio iſta, an anima in hoc libro ſubiectum ſit, ſupervacanea eſt, cum maxime ex ordine dicto eorũ in S. Io-

cū reponi ſolent. ſ. & nō ſunt animaliū partib. quare, cum hic non de partibus, de quibus, vt materia actū eſt, ſed de anima, vt forma eſt, palàm fit de ea ſola hic ſermonē eſſe, quippe q̄ inter animata formale principij rōnem tenet; neque etiā, ſi in ſexto loco poneretur, haberet modo aliquo animatū corpus in libro hoc ſubiecti rōnem: quapropter dicendum eſt, q̄ animato ad animam ſubiectum corpus animatum eſt, cuius formale principium anima eſt, de qua hic agitur: erit itaque ſubiectū, de quo hic agit, vt anima eſt formale principium eſt.

Hæc in difficultate iſta & legenda, & cōſideranda ſunt.

Verificatur hoc in ſubiecto totali philoſophiæ, cuius liber iſte pars eſt.

ſimpliciter; cuius oppoſitum dicit Ariſto. 1. poſt. tex.com.178.& ibi Auer.deducitur,quia demonſtratio ſimpliciter ſupponit principia formalia, & eſſentialia. Auer. 1. poſt. com. 35. habet itaque neceſſariò, & partes eſſentiales,vel ſaltem,earum vice,rationem quandam formalem. tertia,eſt,notū, & quoad ſi eſt,& quoad quid eſt,primo poſt. i principio. quarta,eſt primū duplici primitate, adęquationis, & attributionis, ſcilicet q̄ ſcientiam ipſam non excedat, minusq́; ab ea excedatur. His viſis pro determinatione tenendum,animam eſſe ſubiectum in libro de anima, contra ſecundam opinionem: ut diſtinctè cognita contra corpus animatū, contra tertiam opinionem.quę quidem concluſio & rationibus, & auctoritatibus comptobatur, eſt una analogia, habet partes,&paſsiones. ſed hoc eſt dubium, quia anima eſt quid incomplexum, ideò caret principio formali, per quod poſsit demonſtrari paſsio. Ad hoc dicendum, quòd anima nō habet eſſe ſine corpore ſubiectiuè, vel obiectiuè, vt anima eſt; & ob id per corpus in hoc etiam libro diffinitur; & ob id reſpectu paſsionū conſiderabitur ipſa,ut quo,& non,vt quod: eſt & prima duplici primitate; adęquatur enim huic ſcientiæ, deinde quidquid in tribus his continetur libris ad eam reductionem habet: an verò ſit nota, in ſecundo articulo palàm fiet. confirmatur & auctoritatibus, prima à tit. text. 1. Hiſtoriam de anima in primis ponemus,& tex.3.Inquirimus demonſtrare naturam ipſius, & ſubſtantiam; 2. animæ 27.potentiarum autem animæ,ubi Auer.exponens dicit, quòd ibi diuiſiuè proceſsit, & non demonſtratiuè; ſiquidem nullus artificis ſit ſtabilire ſuum ſubiectum, vel primas partes ſui ſubiecti.cōtra tertiam de diametro facit dictū Ariſt.in principio libelli de ſenſu, & ſenſili; Determinatum eſt de anima,& de qualibet parte, & potentijs ipſius. Hanc uoluere Latini omnes. S. Thomas 1. anim. 1. Primo tradit ſcientiam de anima, poſtmodum de proprijs ſingulis animatis. Albertus hic; Animę notitia eſt prior notitia corporis animati. Cōgnuè itaque ordinamus hanc ſcientiam poſt ſcientiam mineralium, & ante ſcientiam corporum animatorum. Huius nec non opinionis Græci extiterunt. Them. hic; In enarrandis, quæ de animæ natura traduntur. Simplicius hic determinat Ariſt. agere de anima, & eius omnes, & diuiſiones, & ſubdiuiſiones ponit: idem Ioan. Gram. eiuſdem quinetiam fuere Arabes. Iam de Auer. dictum eſt. Auic.quoq; 6. naturalium in procemio; pręponre doctrinā ſcietię de anima,& poſtponere doctrinam de ſcientia corporis,eſt uia liberior. dixit, Liberior, rōne ordinis; intelligens tamen ſcientiā de anima p ſe, & diſtinctā ab illa, quæ de corpore eſt animato. eiuſdem quintiam opinionis extiterunt moderni. P. Māt. Hiſpan. & alij priores Trapol. De terminat nimirum Ariſt. hoc 3. animæ 54. vbi de organo motus agens dicit; vnde in communibus corporis, & animæ operibus, conſiderandum de ipſis; agit nempe de eo in libello de motu in com muni animalium. Argumenta verò ſecundæ poſitionis ſoluuntur, & primùm negatur conſequentia. ad rationem dicendum, quòd tametſi ſolā intellectiua ſeparabilis ſit, alia verò corporea, nihil minus agit de paſsionibus coniuncti, non vt cōiunctum agit, & patitur; quia in libris de anima non agitur de membris, quæ ad diuerſa obeunda munera ſortiuntur, ſed duntaxat de anima ipſa, quæ, ut forma, principium eſt omnium operationum: & ideo in 24. 2. anim. dixit; anima, qua mouemur, ſentimus,&c. ad ſecundum eadem reſponſio, quia iraſci eſt paſsio coniuncti, ideò, ſi quis dixerit animam eſſe talem, vt quod, inde ſequetur ipſam texere,aut ædificare; ſed eam in hoc libro conſiderat,ut principium, quo. ad auctoritatem, concedo, q̄ capit coniunctum tanquam notius ad notitiam operationum, quæ ab anima oriūtur, vt principium, quo. Tertia quoque opinio erronea eſt; quandoquidem philoſophus in principio libelli de ſenſu, & ſenſili dicat; Quæ igitur dicta ſunt de anima ſubiciantur, de reliquis autem dicamus. Modò non conſueuit Ariſto. quæ dicta ſunt in una parte ſcientię ſupponere pro altera parte einſdem ſcientiæ.

. In ſecundo articulo reliquum erat declarandū, an quæſtio, ſi eſt, de anima, vt de ſubiecto, nota eſſet: quę eſt conditio neceſſariò ad ſubiectum requiſita; & arguo, q̄ nō; imò quòd animam eſſe, ꝓbari poteſt in libro de anima. primò, anima nō eſt per ſe nota, ergo pōt probari: cōſequētia nota; probatur aſſumptum; quia aut eſſet nota per ſenſum, aut ex terminis: non primo, quia anima eſt ſubiecta rationi, corpus uerò ſenſui. minus hæc propoſitio nota eſt ex terminis, anima eſt; quia, ut inquit Scotus primo ſenten. diſt. 1 2. queſt. 2. propoſitio per ſe nota ex terminis eſt, quando accepti ſimplices ab intellectu, protinus complexum illud ſit nobis notum, cuiuſmodi in propoſito non eſt, ut patet. Secundò habet effectus ſeipſa notiores: ergo ſaltem per illos demōſtrabilis eſt à poſteriori: aſſumptū patet 2. ani. 2 2. & p longum ꝓceſſum in ſecūdo ubi ſemper uia eſt ab obiectis ad operationes, demum ad uirtutes. In oppoſitum; anima eſt ſubiectum in hoc libro: ergo non debet probari; aſſumptum iā determinatū eſt, cōſequētia eſt Ariſto. 1. poſt. de præcognitionibus. Fortè gloſſabit aliqnis, quòd illud dictum tenet de ſcientia in uniuerſali, cum quo ſtat, quòd propria probari poſsit: contra hoc eſt expreſſa ſententia Auer. 2. phyſi. 26. quare patet ueritas, ut Auer. 1. phyſi. cō. ultimo in Auic. 2. phy. 2 2. 27. 1 2. meta. 3. 6. met. 1.

In hac materia tres ſunt opiniones: prima Therapol. q̄ anima poteſt duobus modis conſiderari, altero modo ſecundum ſuam quidditatem; altero, ut hic à naturali diffinitur, & eſt diſtinctio à ſimili ſumpta de natura 2. phyſi. 6. naturam eſſe ut principium motus, & eſt per ſe notum: ſed natura, quæ eſt materia inquantum eſt in pura potentia, & ſic de forma, ut actus, probatur in phyſicis. à pari; Anima quatenus principium ſentiendi, mouendi &cęt. eſt per ſe nota, & hoc modo eā dico eſſe ſubiectum in hac ſcientia. Si uerò ſumatur, quoad eſſentialia, & quidditatiuè; ſic non eſt per ſe nota. At opinio iſta peripatetica non eſt; & probatur, quia

quia anima, quoad eſſentialia, aut eſt phyſicæ, aut metaphyſicę conſiderationis; ſi metaphyſicę, tunc in naturali philoſophia nō poterit eſſe ſubiectum; & ſic nihil ad quæſitū; ſi phyſicæ, ego quæro, in qua parte philoſophię probetur talem animā eſſe. Neceſſariò dicendum eſt in hoc libro, cum in aliis libris Ariſt. agere de anima haud quaquam repertum ſit; quia ſequeretur Ariſto. in libro de anima primò non dediſſe vniuerſalem diffinitionem cōprehendentem omnem animam, ſecundò etiam de anima non dediſſe diffinitionem per eſſentialia, ut naturali conuenit conſiderationi: quorum vtrumque abſurdum eſt. Secunda fuit opinio Hiſpani, ꝙ de anima eſt duplex quæſtio; altera quoad eius ſubſtantiam, & ſic nullo modo probatur; altero modo, vt eſt ſubiectum; & ſic probari poteſt: & ideo inquirit, quid eſt ſubiectum. & ſic verisſimum eſt, quòd tametſi non poſsit demonſtrari eſſe, ꝙ tamē poſsit probari per operationes. quę opinio iudicio meo erronea eſt. Primò adducit Ariſ. opiniones antiquorum, ut propriè probet eſſentiā animæ. Clarum eſt ipſos nō fuiſſe loquutos de ea, tanquam de ſubiecto, ſed pro anima ipſa: Et eſt expreſſa auctoritas Auicennæ 6. naturalium cap. 2. ubi habet, quòd primùm debemus affirmare eſſe huius, quod uocatur anima. cęterū non effugit omnino dictum Auer. 2. phyſi. 26. vbi meminit de ſciētia particulari, quæ non probat ſubiectum ſuum: & dixit, declarat, & non demonſtrat; & addit, neque per ſignum, neque per demonſtrationem. Tertia poſitio eſt, quam alias ſolebam pro verisſima tutari, ꝙ ſubiectum adęquatum in ſcientia nō poſſit modo aliquo probari eſſe, quale corpus mobile in tota naturali philoſophia; non impedit tamen, quin ſpecies ſubiectiua ꝓbari poſsit à poſteriori: contra quod dictum, & ſi videatur facere dictum Auer. ſecundo animæ 27. habet tamen veritatem, vt in pluribus, vt ipſemet ſeipſum declarat. 4. c. 32. & 2. poſt. 33. quare cum anima pars ſit ſubiectiua, non inconuenit: quę opinio, meo quidem iudicio, erronea eſt; nanque pars ſubiectiua habet eādem paſsionem, quam & ſubiectum, per ſe, & ſi non primò, vt iſocheles habere tres: modò moueri non poteſt dici de anima, neque primò, neque per ſe; verum de corpore animato. & eſt ſententia Ariſt. clara 1. anim. 19. animatum differt ab inanimato per ſenſum, & motum; quare in hoc libro anima non erit ſubiectum, ſed corpus animatum, quod verè dici poteſt pars ſubiectiua corporis mobilis. Dico itaque ad dubium, quòd animam eſſe ab animaſtico, à poſteriori probari poteſt: & capio fundamentum ab Auer. 2. phyſi. 22. cauſę ſubiecti, ſi latuerint, poſſunt demōſtrari demonſtratione ſigni, ſed non cauſæ; idem 12. meta. 5. idem à Lync. in proœmio poſt. hoc ſtante, dico, quòd animam eſſe, poteſt probari hic, tāquam principium: quod iccirco verum eſt, quia Gręci, vt in quæſtione diximus de ordine libri, vniuerſam partem de animalibus in vnica philoſophiæ naturalis parte complexi ſunt: cuius totius corpus animatum, ſubiectum eſſet: cuius principia intrinſeca poſita ſunt in libro de partibus, vt principia corporis mobilis in libris phyſic. quæ quidem cum ex ſe non ſatis conſtent, eas cum per animalia ipſa, vt in de hiſtoria, tum per ſuasmet operationes, & proprietates probari poſſe haud quaquam dubitandum eſſe credimus. & de his dictum ſit in tantum ad laudem Dei omnipotentis.

CIRCA conſiderationem primi tex. ſuppoſi- T.c.1.
ta intentione totius operis, quæ de anima eſt, vt ſatis conſtat in quæſtione ſuperiori, in præſentia ad operis diuiſionem ſermonem traducamus; qua habita, faciliùs text. expoſitionem, & ſeriem proſequemur. Diuiſit itaque totam conſiderationem de anima in tres partes, in tribus libris cognitas. In primo nanque de ea egit ſecundùm mentem antiquorum: In ſecundo de eius partibus, quibus cum plantæ, tum animalia cuncta perficiuntur; In tertio de parte, qua homo intelligit, & mouetur: quandoquidem hæ partes vniuerſam totius animæ ſubſtantiam declarant. dimiſsis duobus ultimis, in primo duo facit, & proœmium. in 19. tex. & in reſiduis narrationem determinat. proœmium uerò iccirco poſuit, quia res erat difficilis, ut docet ipſe reth. tertio. Antequam autē propoſitum aggrediatur, in narratione ponit antiquorum opiniones vſque ad 36. inde ad ultimum illas eneruat; ut ipſemet atteſtatur Auer. 36. quibus duabus omiſsis partibus, ad primam, quæ ſecundùm conſuetudinem primi huius duntaxat legitur, quæ proœmialis eſt, accedamus. quæ quidem pars, & ipſa in tres partitur. Vt ſequamur Latinam de proœmiis diuiſionem, in prima beneuolum, in ſecunda docilem, in tertia attentum reddit. & miro, notauit Philoponus, proceſsit Ariſtot. artificio; nanque per hoc ſtudioſos, & qui duntaxat philoſophia digni ſunt, allectat; indignos verò, ac minimè initiatos repellit; nanque ſcientiam ipſam laudans, ad eam allicit; dum verò difficillimam oſtendit, repellit profanos. Dimiſsis adhuc duabus hiſce partibus proœmij vltimis, ad primam, de qua agit in primo textu, accedamus; in qua inflammat auditorem ad amorem ſcientiæ, & eum beneuolum reddit; nanque ex ſententia Ariſtotel. rethoricorum tertio tribus modis captatur beneuolentia; ab auditoribus, vt clariſsimi auditores: ſecundò à perſona docentis, vt ego ſum vir doctiſsimus: tertiò à reipſa, ipſam ſcilicet extollendo. Primæ duę, cum potius adulatorem, quàm philoſophum hominem reſpiciant, ab Ariſtotele omittuntur; de tertia verò meminit, quæ veriſsima eſt. Textus itaq; præſens diuiditur in duas partes: in prima ponit maiorem ſyllogiſmi categorici, qui regulatur per dici de omni, & dici de nullo: in ſecunda ponit concluſionem. pro prima quinetiam verificanda duas ponit propoſitiones: ſecunda ibi, Magis autem altera alteram, &cęt. de ſyllogiſmo hoc meminit Auerro. in ſecunda parte commentis & ſic ordinetur; omnis ſcientia, quæ excedit alias, & nobilitate ſubiecti, & certitudine demonſtrationis, eſt ceteris nobilior, atq; perfectior: ſed ſcientia de anima eſt talis; ergo in primis ponemus. & ſic Auerro. fecit hyſte-

ſon proteron. de prima propoſitione nihil dicit Auerro. Latini, Sanctus Thomas dicit, quòd ſcientia omnis bona eſt; & ratio à fine, quia perficit ſcientem hominem ipſum. modò bonum eſt duplex, bonum honorabile, & bonum laudabile: Pomponatius, triplex tamen facit. Ariſto. ethic. primo, honeſtum, vtile, & delectabile. ſecundùm primum membrum, à Latinis ſcientia ſpeculatiua eſt, quæ cum hoc, quòd bona eſt, eſt etiam honorabilis; quia talis propter ſeipſam eſt: quare & bonum honeſtum, vt moderni, Pomponatius, de mēte Ariſt. eſt melius cęteris, cũ propter ſeipſum ſit: inde amicitia honeſta, eſt cęteris durabilior; utilis verò durat, durante vtilitate; delectabilis, durante delectatione: qnibus ſublatis de medio tollitur: non ſic honeſta, quare bouo honeſto in primis attribuitur honor; quare ſcientia talis, qnæ de bono honeſto eſt, quã maximè expetibilis eſt, vt in prohœmio metaph. aliæ verò ſcientię practicę bonę & ipſæ ſunt, ſed laudabiles, quia propter aliud, nõ ꝑꝑ ſeipſas ſunt, vt propter opus; ut S. Tho. ſciētia quinetiam topica, ſcientia problematum, & ſermocinales omnes, vt Alb. ait, ſunt propter aliud; & notitia illorum modorum ſciendi non uerè eſt de numero bonorum honorabiliũ, ſed potius vtiliũ. honor, vt Alb. pręmium virtutis eſt, quæ propter ſe ipſam eſt: vt intellectualis habitus, de quibus abundè agit Ariſt. eth. 6. quare colligitur ex ſentētia Latinorum bonum in plus eſſe, quàm honorabile. ex ſententia tamē Simplicij inter Gręcos oppoſitum eſt, quinimo, quod verè bonum eſt, id & honorabile, & èconuerſo: quare dicit ſubiecto idem, ratione tamen ab inuicem differre; quandoquidem bonum ſit, quod propter ſe expetibile eſt: honorabile nimirum dicitur propter graue, & excellēs quodam modo eſſe; cedentibus ſiquidem alijs, quibus honorabile eſt: quapropter nos homines, qui ſecundùm rationem homines ſumus, hanc contēplationem ſcientificam capimus, vt perfectiorem: conuenit tamen inter vtrunque; quandoquidē Latini cõiùs: Gręci verò pręſsiùs, quod bonum eſt, accipiant, ut boni diffinitio apud Simpliciũ declarat.

Bonum ſecundum veritatem ſolum honorabile. Ar. 4. ethico. cap. 9. Simpl. Honeſtum, & honorabile nõ diſtinguũtur ſubiecto, ſed rõne, nã honeſtũ eſt, ꝙ amandum, honorabile ob grauitatem, & excellentiam.

At circa dicta dubium eſt, vtrum ſcientię ſpeculatiuæ ſint pulchrę: ſecundò; vtrum eędem ſint honorabiles. de primo eſt ratio, ꝓbans, ꝙ ſic. Omne, quod eſt perfectio hominis, inquantum homo, eſt pulchrum: ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt tales; ergo &c. In oppoſitum eſt ratio, quam format Io. Gand. Quod ordinatur ad aliud, non eſt honorabile: modò tales ſcientię ordinãtur ad aliud, ergo &c. maior primi patet: minor eſt Ariſt. 3. ani. 36. 10. ethi. c. 9. 10. & Auer. in prohœmio phyſ. maior ſecũdi, ſcientię ſpeculatiuæ ſunt bonę; ergo non ſunt in intellectu. conſequentia eſt Ariſt. 9. meta. in fine. Pro determinatione veritatis notat Io. ꝙ duplex eſt appetitus 1. phy. 81. naturalis, ſ. & animalis; animalis conſequitur cognitionem, in qua animal poteſt decipi, ac trahi multoties ad malum, ſub ſpecie tamen boni, vt 3. ani. 51. Sed naturalis conſequitur naturam; quæ, tametſi non cognoſcat; dirigitur tamen ab intelligentia non errante. 12. meta. 18. inde ſequitur, quòd appetibile appetitu naturali neceſſariò ſit pulchrum; quare & ſcientię ſpeculatiuę. Eſt tamen dubiũ, nanq; inter ſpeculatiuas mathematicę ſcientiæ nõ videtur eſſe bonæ; quãdoquidē abſtrahant à fine: finis, & bonum videntur coincidere 2. phy. 31. 2. meta. 8. 5. meta. 3. 2. phy. 23. & tamē ſunt maximè ſcientię 2. meta. 16. in quibus finis non eſt. 3. meta. 3. Ad quod reſpondet Ioan. de mente quorundam, ꝙ duplex eſt finis; alter acquiſitus per motum, vt ſanitas ęgro; alter ſuppoſitus motui, vt conſeruatio ſanitatis, ſcilicet mediante exercitio. Ad argumentum; negant de acquiſito ꝑ motum; cum tales ſcientiæ abſtrahant à motu. Cõcedunt tamen de ſuppoſito motui. Sed iſta ſolutio reprehenditur à Io. nam, cum demõſtratio ſit quorum eſt altera cauſa, poterunt ſcientiæ mathe. demonſtrare per cauſam finalē, vt Ariſt. 12. meta. vltimo demonſtrat per cauſam finalem, ꝙ vnus duntaxat princeps ſit; entia nolunt malè diſponi; vnus ergo princeps: quare alia ſoluit reſponſione, ꝙ ſcilicet mathe. bonæ; quia bonum conſiderat, & ſub ratione boni; & tunc falſum eſt; quia ſic abſtrahunt à fine. alio modo, quia obiectum mathe. bonum eſt, non tamen conſideratum ſub ratione boni à mathematico; & ſic eſt uerum, neque contra Ariſt. eſt. At contra Ioan. ſunt duæ inſtantiæ; prima, Ariſt. 2. ethi. dixit, quòd bonum eſt ęqualiter enti: ſed de rebus mathe. dicitur, ꝙ ſunt entia: ergo ſunt bonę: ſecundò in mathe. probatur paſſio de ſubiecto, ut habere tres de triangulo: ſed ſubiectum eſt cauſa finalis ſuarum paſſionum, ſentētia Ariſt. 1. Polit. deterius eſt gratia perfectioris tanquã finis: ꝑꝑ quę reſpondet Thetapol. ꝙ in mathe. etiã eſt finis. Ad argumentũ Io. ergo demõſtratio: Negatur cõſequentia, quia tametſi in eis ſit finis; non conſideratur tamen ſub hac conſideratione, qua finis eſt: & ſic optimè Io. quinetiam dubiũ ſoluit. Ad dubium in oppoſitum eſt reſponſio S. Tho. 6. meta. ſuper tex. ulti. & in 2. par. quæſtione 15. ubi dicit, ꝙ uerum, & falſum ſunt in intellectu; quia res dicuntur uerę, & falſę, ſecundùm ꝙ ſunt in intellectu; & non intelliguntur res ſecundum eſſe reale, ſed ſecundum eſſe intentionale; quod quidē habēt in intellectu: bonũ & malũ ſunt in rebus. exponit, quia dicuntur res bonę, ſcdm ꝙ appetuntur; res verò nõ appetuntur, ut ſunt in appetitu; ſed, ſecundũ ꝙ extra ſunt mouentes: Io. in hanc reſponſionem arguit: quia nõ apparet ſolutio; quare ſciētię ſpeculatiuę dicantē bonæ, cum nõ ſint entia extra aĩam: quare ad ſolutionē accedens Io. dicit, ꝙ bonũ ſecũdùm famoſitatem propriè dr̃ de rebus, quæ ſunt extra aĩam, quod eſt bonum naturale; quia bonũ, & malum formaliter ſunt in rebus. ſed dato ꝙ aliqd non ſit in rebus, tanquã formaliter denominãs, dũmodo ſit res in ſe, adhuc põt eſſe bonũ; quãquã nõ eſt id bonũ, quod ſecũdũ famoſitatē bonũ eſt; ſed id, quod ſcdm rei veritatem bonũ eſt, vt bona animę ſunt ueriùs bona, quã bona corporis, ut Ariſto. ethi. 1. & põt dici, ꝙ ſciētię ſpeculatiuæ ſunt ēt res, inquantũ ſunt unũ entium in mundo. Cùm hac ēt reſponſione ſtat reſpõſio S. Tho. eo modo, quo declarata eſt ſupra; quia ſciētiæ ſpeculatiuę, ut deſiderantur, nõ ſunt in intellectu, ſed ſunt in rebus, quia

rion

non appetuntur, vt acquiſitæ ſunt. Secundũ dubiũ erat, an honorabilis; & eſt ratio, ꝙ ſic; nanq; expetuntur pp ſe; ergo &c. In oppoſitum eſt ratio, quã ſupra adduximus in principio dubij. * Pro determinationę veritatis id notamus, ꝙ Scotus in q̃ſtione illa, vtrum logica ſit ſcientia practica, determinat eam eſſe ſpeculatiuam, & diſtinguit de ordinari in aliud, quoniam duobus modis eſt; aut, qđ eſt eiuſdem generis; aut quod eſt alterius generis: primum ſpeculatiuum eſt, ſecundum practicum, ut medicina, quæ ordinatur ad ſanitatem: quare debent non honorari Medici, ſed laudari. & ſic ad argumentum patet reſponſio. In hac eadem propoſitione ponit Ariſto. Notitiam opinantes. per notitiam, Latini omnes exponunt ſcientiam. quã expoſitionem ſequuntur & moderni expoſitores; & Auer. cum in ſuo text. habeat ſcire. Inter Gręcos tamen Ioannes Grammatic. diſtinguit de notitia, aut capitur pro ſcientia, vt Plato in Phędone; aut pro quacunque cognitione, vt hæc: quare hæc talis non modo ad bonum, uerùm & ad malum ſe extendit; quia vtraq; notitia bona eſt, vt atteſtatur Plato; nanq; cognitio mali, facit nos fugere à malo; & ẽt ignorãtia boni, facit nos cadere in malum. Quæ tamen expoſitio non conuenit his verbis, vt aliorum eſt expoſitio Græcorum: nanque Themiſt. dicit omnem notitiam, omnemq́ue ſcientiam. Simplicius quinetiam ait Ariſtotelem non quamcunque intelligere notitiam, ſed ſcientialem, ſecundum enim hanc ſcimus; ſecundum autem opinioné opinamur. à ſcientia deficiunt, & cogitationes, & ſenſus accidentia duntaxat conſiderantes, ſubſtantiam præterea nullam: quare homines cum ſimus, & ſecundum rationem viuentes, bonorum, & honorabilium ſcientificam capimus ſpeculationem, tanquam optimam, ac ipſam ſecundum ſeipſam deſiderabilem: quare Ariſto. dixit; Opinamur. pro certò, & apertè habemus. ſic conſueuit Ariſt. ut primo poſt. Scire autem opinamur. & Porphyrius in prædicabilibus; Videtur autem neque genus, &c. idem notauit Auer. 4. phyſi. 33. 1. animæ 19. 2. animæ 52. hac propoſitione expoſita huius maioris, in ſecunda Ariſt. comparat: nanque non fuit contentus oſtendiſſe, quòd ſcientia de anima eſt pulchra & honorabilis, ſed etiam voluit oſtendere, quòd inter omnes alias ſcientias ſcientia de anima eſt maximè pulchra, & maximè honorabilis, diuina excepta, ut Auer. notat. & eſt argumentũ ſecundũ illũ locũ Topicũ, ut ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maximo. quare ſi ſcientia pulchra eſt expetenda; ergo quæ magis; ergo quæ maxime. Magis autem alteram altera, &c. Notat S. Tho. ꝙ inter ſciẽtias ſpeculatiuas inueniuntur gradus, quantum ad bonitatem, & honorabilitatem: ſcientia nanque omnis ex actu laudatur: omnis uerò actus laudatur ex duobus, ex obiecto, & qualitate, ſeu modo: in diuerſis meliùs ędificare, quàm facere lectũ, quando quidẽ obiectũ meliùs obiecto; in eodẽ, ut puta, artificio, modus ędificãdi vnius eſt melior modo ędificandi alterius: ſic & in ſcientiis altera alterã ſuperat obiecto; altera uerò alterã, quia certa magis: nec impedit, ꝙ, quæ minus certa eſt, nobilius habeat obiectum; & quæ uilius, certa magis ſit: quare, ly, certam eſſe, non referunt ad demonſtrandi genus S. Thomas inter Latinos, & cũ illo Egidius; necnon uidetur, & eiuſdem opinionis inter Græcos Simplicius; quandoquidem [illegible], ideſt ſubtiliſsimam de re cognitionem, contra quàm ponitur [illegible], ut contra ſubtilem, craſſa, illam certitudinem dixerit, quæ neceſſaria, quæ immutabilis, atq; rei ꝓpria cognitę eſt, vt quę de animalibus ea, quæ de cœleſtibus eſt; cum magis nobis propinqua illorum notitia, minus nos lateat. contra, ſi de nobilitate, quandoquidem telica, & perpetua & cauſalia, magis ſint & ijs ꝓxima magis, in matematicis minus cõueniens exemplum eſt, ut Simplius; cum illæ uerè haud quaquam ſciẽtiæ dici ualeant, quando nec de ſubſtantia ſint, nec per ueras demonſtrent cauſas: uerę etenim cauſæ ſubſtantiales ſunt. reliqui expoſitores, de latinis Alb. de Græcis Them. Io. Gram. cum Auer. & modernis, ad genus demonſtrandi referunt, quo geometria aſtronomiam excedit: quamquam in nobilitate ſubiecti ab ea excedatur. & hæc uera fuit Ariſt. intẽtio, ut patet. ad quam etiam, ſi ſano modo intelligatur, & aliorum expoſitorum reducitur opinio: quandoquidem certiores poſsimus de rebus nobis certis rationes firmare, & propinquis, cum earum cauſæ minus nos lateant, quàm de his, quę eminus diſtant: Notauit in hac quoq; propoſitione S. Thom. & Alber. Mirabiliorum, quod poſitum eſt in litera nanq;, meliùs, &, mirabilius, & ſi quandoq; conueniant inter ſe, tamen, ſi propriè capiantur, differentiam habent: nam meliùs dicitur, quod habet perfectiorem entitatem, ut æterna dicuntur meliora: mirabilius autem eſt, quod habet cauſam latentiorem: quandoq;, quæ mirabiliora ſunt, ſunt deteriora: mira enim ſunt, quæ faciunt formicæ, & tamen eis meliores ſunt homines: cum itaque ex hac maiori colligatur exceſſum eſſe in ſcientijs, altero duorum modorum, aut reſpectu obiecti, aut demonſtrandi modi; In dubium vertitur, penes quid maior attendatur perfectio in ſcientijs; cum æqualiter eſſe non poſsint, cum diuerſarum ſint rationum; quòd quęrere eſt, utrum geometria aſtronomiam excedat, aut ab ea rurſus excedatur.

Quam difficultatem determinans S. Thomas inter alios expoſitores, dicit perfectionem maiorem attendi penes obiectum. & pro ſe habet rationem, & auctoritatem: ratio eſt, quia obiectum in ſcientijs eſt quid eſſentiale, cum penes ipſum menſurentur ſcientiæ: modus autem demonſtrandi eſt qualitas quædam, & accidens; quare, &cęt. Auctoritas quinetiam Ariſto. eſt primo de partibus animal. ca. quinto; vbi habetur, quòd melius eſt ſcire modicum de rebus honorabilibus, & altiſsimis, etiam ſi topicè illud ſciamus, quàm ſcire multùm, & per certitudinem de rebus minus nobilibus: idem ſecundo, com. 60. quare taceant, qui noſtram derident Theologiam, ut quæ non pueriſsimas habeat demõſtrationes; quãdoquidẽ honorabilius, ac meliùs ſit de trinitate parũ noſſe, & ꝓbabiliter, q̃ de alijs multũ, & demõſtratiuè.

In oppoſitum tamen arguitur, ꝙ ſi perfectio attenderetur penes obiectum, ſequeretur, ꝙ ſcientiæ de eodẽ cõſiderantes, in perfectione nõ differrẽt; qđ eſt falſum: lõgè.n. præſtantior ſcientia eſt, quę Deũ cognoſcit, vt intelligentem, vt primam formam, vt finem primum, quàm illa, quæ duntaxat, vt motorem, ſpeculatur. Secundò ſequeretur, quòd metaphyſica eſſet infinitæ perfectionis: conſequentia deducitur; quia ſcientia ab obiecto aliquantæ perfectionis capit aliquantam perfectionem; ergo à duplo perfectiori in duplo perfectior ſciẽtia erit; ergo ab infinitè perfecto erit quidem ſcientia infinitè perfecta: ratio hæc ualet ſuppoſito, vt communiter ſit, quòd Deus ſit infinitę perfectionis. Pro veritate primò ponã vnam diſtinctionẽ: ſecundò vnũ notandum: tertiò concluſiones determinantes, quid pro ueritate tenendum ſit. prima: perfectius alterum altero dupliciter; aut ſimpliciter, aut ſecundum quid, ut aquila ſecundum quid, viſu ſcilicet, perfectior homine eſt; ſimpliciter tamen perfectior homo: ſecundò notandũ, quòd quærere, an ſcientia ſit ſciẽtia perfectior, perinde quęrere eſt, ac ſi quęramus non de vno, quodam, ſed de vno aggregato ex multis quęſtionibus, habẽtibus tamen attributionem ad vnum primum; quare perfectio attenditur penes nobiliſsimã concluſionẽ demonſtratam in illa. quibus poſitis ſit iſta concluſio determinans, ꝙ perfectio in ſciẽtijs, priùs, & eſſentialiùs ſumitur à ſubiecto; ſecundum quid tamẽ à certitudine demonſtrãdi. quare tenet iſta, ꝙ Aſtronomia in perfectione ſimpliciter Geometriã excellat; excedatur tamẽ à Geometria ſecũdũ quid. cõcluſio ſatis conſtat p ea, quæ dicta ſunt à S. Tho. põt & addi: ſubiectum in ſcientia eſt magis eſſentiale, modus demonſtrandi eſt quid magis aduentitiũ; ergo &c. Contra tamen concluſionẽ eſt ratio ſubtilis; nam ſubiectum aut ſcientiã perficit intrinſecè. aut extrinſecè; nõ primo, quia ratio intrinſeca eſt à differentia; modò ſubiectum, ſcientię differẽtia nõ eſt, ſed potiùs ad ſcientiã extrinſecè cõparatur; tunc aut, vt finis, & hoc nõ; reliquum eſt, vt efficiẽs; ſed non ualet, cauſa effectiua effectus A perfectior eſt cauſa effectiua effectus B ergo A perfectior B. nanque à ſole ſit, & calor, & lumen; lumen tamen longè perfectius calore eſt; & tamen cauſa non eſt perfectior cauſa. ſecundò ad idẽ, iſdẽ effectus põt cauſari à duabus cauſis in perfectione diuerſis, ut ignis ab igne, & à motu; & tamen nõ ſequitur inde, ut ſit ipſomet perfectior. Tertiò, ex determinatis videtur, ꝙ talis eſt proportio ſcientiæ ad ſcientiam, qualis eſt obiecti ad obiectum: tunc ſic, capiatur homo pro ſubiecto, & ſit perfectionis, vt 12. capiatur numerus ſonorus, & ſit perfectionis, vt 3. ſciẽtia numeri ſonori erit perfectior numero ſonoro; quia habitus ſpiritalis eſt nobilior quantitate, & qualitate reali, ſit nobilior per vnum, tunc ſcientia illa erit perfectionis, vt 4. quare oportet, ꝙ ſcientia de homine excedat iſtam in proportione quadrupla, & erit, ut 16. quare ſciẽtia de homine erit perfectior ipſo homine, quod incõuenit, quia tunc accidens eſſet ſubſtantia perfectius. Pro ſolutione, dico, ꝙ fundamentum duorum argumentorum priorum, eſt ruinoſum; quandoquidem ſubiectum non comparetur ad ſcientiam in genere cauſæ dũtaxat efficiẽtis, ſed exẽplaris: eſt.n. tanquã ſigillũ ſciẽtiæ, cũ ita adęquetur ſciẽtię, vt eã nõ excedat; minus quoq; ab ea excedatur: nam duo dicit ſubiectũ in ſcientia; alterũ, ꝙ effectiuè concurrat; alterũ, ꝙ terminet ſcientiã. Ad tertium notãdum, quando perfectio alicuius rei numeratur; aut numeratur in eadem ſpecie, aut in eodẽ genere ſub alterno, aut in eodem genere generaliſsimo. perfectio creſcens in eadem ſpecie, facit ſolùm differentiam accidentalem, ut frigiditas, ut duo, vt tria, ut quatuor; & declaratur; nanq; frigiditas ſit intenſa, quantum poſsibile ſit, dũmodo ſemper intra limites proprię ſpeciei reperiatur: deinde capiatur caliditas, ut 2. caliditas illa erit tota frigiditate perfectior; q̃a caliditas ipſa à tota ſpecie uniuerſam excellit frigiditatem: ita in genere, ponat Deus quantamcunque perfectionem in planta, dũ modo genus plantæ non excedat, ſemper minimũ quodq́ue animal, in perfectione, plantam ipſam ſuperabit. quare ad argumentũ dico, ꝙ homo, ut 12. ſuperabit ſuam ſcientiam, ut 16. & ſic negabitur recta conſequẽtia. Ad argumenta priora dicendũ: & ad primum, ꝙ obiectum non intelligitur ſub ratione materiali in ſcientia; quia ſic multę ſcientiæ inter ſe communicarent; ſed intelligitur, ut eſt cũ ſua ratione formali: quare Deus, ut ſic, non eſt idẽ utriuſque obiectum. ad ſecundũ, ſi ſequamur Ariſ. Deus eſt finitę motionis, & finiti uigoris. 8. phy. 78. 79. & tunc argumẽtum nullũ; ꝙ, ſi ſequamur alteram ſectam communem, dimiſſo Auer. ꝙ ſit infinitus intenſiuè, uarię ſunt reſponſiones. Prima eſt negando, ꝙ ſi obiectum ſit Infinitum, propter hoc & ſcientia illius ſit infinita, quãdoquidem ſciẽtia accidens ſit limitatum, & in ſubiecto limitato, intellectu ſcilicet noſtro: quare nos nõ intelligimus eſſentiam diuinam, ut eſt, ſed duntaxat per quædã extrinſeca. Verùm ſolutio iſta eſt inſufficiẽs; quia tunc non ſequeẽ, ꝙ ad nobilitatẽ ſubiecti creſcat & nobilitas in ſcientia; cuius oppoſitum tenet Ariſto. in litera: quare, omiſsis multis alijs filaterijs, noto, ꝙ de Deo eſt duplex notitia, altera abſtractiua, & ut ſic non apprehẽdiẽ, niſi ut finitus. & probatur, quia quilibet effectus, ducens nos in cognitionem Dei, finitus eſt: quare dabit nobis notitiam de Deo finitam; quia nihil agit ultra gradum proprium 7. meta. 12. 12. meta. 18. altera eſt intuitiua: & hæc quoq; duplex; altera finita in perfectione; & eſt cognitio, quam habent de Deo intelligẽtiæ; diuerſa tamen ſecũdum diuerſos gradus perfectionis intelligentiarum, vt Auer. 12. meta. 44. & probatur, quia quælibet eſt finitæ pfectionis; ergo ad eas recipientes Deus comparatur, ut obiectum finitum: altera uerò eſt intuitiua infinita, qua Deus intelligit ſe; quia & intelligens, & intellectũ, & intellectio, perfectione infinita ſunt. ad argumentũ, cum Deus in ſcientijs cognoſcatur cognitione abſtractiua, & ſi in ſe ſit infinitę perfectionis; comparatur tamen, ut obiectum finitum: quare argumẽtum non concludit. maior itaque propoſitio nota eſt. minorem declarantes Latini, quæ in textu uirtute

tute

tuie continetur. S. Thom. Scientia de anima vtrunque habet, & certa eſt; hoc enim quilibct in ſe experitur, ꝙ habet animam, & ꝙ anima uiuat. nobilior quinetiam eſt inter inſeriores creaturas. Egidius tamen nobilitatem animæ ad entia duntaxat naturalia coarctare vr̃, addens cõſiderationẽ naturalẽ tanquã ĩ qnodã excellẽti, & ſupremo ſiſtere in aĩa humana: de qua hic principalius intẽdiť. Alb. tamen magis cum Auer. ampliat nobiliiatem ſciẽtiæ de anima; quãdoquidem eam nobiliorem ponat, quàm aliqua ſcientia eorporum; quod idem eſt, quod apud Auer. nobiliorem eſſe cæteris excepta diuina; & apud Tho. inter cæteras creaturas. certitudinem verò ponit Alb. ratione luminis intellectus agentis; in quo pıincipia ſcientiarũ omnium relncent. Græci quoque ſuper hac minoris expoſitione dinerſi; Them. cum Auer. & Alb. Simplicius cum S. Thom. Moderni quoque diuerſiſsimi. quare, vt, quid pro veritate tenendum, ſciamus, dubitabimus, quomodo, quod inter omnes conuenit, Ariſt. præcepto, verum ſit, animã, aliam excedete, & nobilitate ſubiecti, & certitudine demonſtrãdi. & quia dubitatio hæc duas habet partes; primò dubium erit de nobilitate, præſertim cum ab Auer. poſitum ſit, ly, ptæter diuinam: nam ſcientia animalium, & paruorum naturalium habet longè nobilius ſubiectum, quàm habeat ſcientia de anıma; & tamen non eſt ſcıentia dinina; ergo &c. probatur aſſumptum: Subiectum illius eſt totum ipſum animal: ſubiectum huius, eſt anima, quæ eſt pars; ergo &c. Secundò ad idem, argumẽto communi; Scientia 8. phy. habet nobilius ſubiectum; quia de primo motore eſt; & tamen non eſt ſcientia diuina; ergo &c. Contra etiam ſecundam conditionem inſtatur; nam in libris de animalibus minores cadunt dubitationes, quàm in libro de anima; ergo &c. ptobatur aſſumptum; qa in talibus rationes miro modo conueniunt ſenſatis; quare certiſsimæ. aſſumptum patet per Ariſt. vt in libello de ſpiratione determinat: cor eſſe oıiginale principinm venarum, & ſanguinis ait, vt ex deciſionibus patet. idem 3. de partibus animalium cap. 5. Quomodo venæ inter ſe habeant, ex deciſione ſpectandum eſt. idem ſecundo de gene. animal. Patet hoc ex diſſectionibus animalium. idem in eodem; Oportet contemplari exemplis eorum, quæ in anatome, &c. cõſequentia eſt Auer. 8. phy. 22. primo c. 22. 3. animæ. 7. dubia verò in libro de anima oſtendunt tot, ac tam variȩ de anima antiquorum ſententiæ. Secundò ad idẽ, Auer. 2. m. 16. numerauit mathematicas in primo certitudinis ordine, naturales in ſecundo, ergo & ſciẽtiam de anima. In oppoſitum tamen vtriuſqne eſt Ariſt. ſententia, & communis expoſitorum ſchola. In hoc quæſito difficılı duo faciemus: primò videbimus opiniones diuerſas in hoc: ſecundò, quid pro veritate tenendum ſit, manifeſtabimus. Quantum ad primum, quatuor fuere opiniones diuerſæ in quæſito: prima fuit ad ſaluandum Ariſtotelem, & Auer. quòd illæ duæ conditiones nõ diſiunctim, ſed ſimul legi debeant, ꝙ ſcilicet ſcientia de anima cæteras ſuperet vtriſque ſimul: nam, & ſi à mathematicis cettitudine demonſtrandi excedatur, excedit tamen eas nobılitate ſubiecti: quæ opinio neque Ariſt. neque Auerroi videtur conſona. Primum declaro, quia Ariſt. in maiori loquutus eſt diſiunctiuè, ex quo modo facilè elicitur voluiſſe ſcientiam illam præſtantiorem, quæ altero horum præcedit alteram: quo poſito, ut oſtendat, quæ de anima eſt, ſcientiam præſtantiſsimam eſſe, vtrũq; collegit in ſcientia de anima: quod eo manifeſtatur argumento, quia in conclnſione affirmat eam in primis poni; vbi notat ordinem perfectionis; quare non cedit alijs, neque in vtriſque, neque in altera, Diuina excepta: Auerroi etiam minus, qa non exciperetur Diuina; quandoquidem coniunctim eam quoque ſuperaret. Præterea, vt ſic, neq; anima excederet mathematicas vtriſque ſimnl, quia certitudine non excedit illas; & ſi excellat nobilitate; ſicuti neque illæ nobilitate, & ſi certitudine excellant. Secunda in ordine fuit opinio Pomponatij cõcordans cum opinione S. Tho. ad quam declarandam primò ponit diſtinctionem, de certitudine quo ad nos, & quo ad naturã: prima quin etiam duobus modis, altero reſpectu obiecti in ſe, ut magis, & minus notum; altero obiecti, nr effectus in relatione ad ſuam cauſanı. ptimo modo naturalis in primo ordine eſt, quia effectus naturales ſunt cæteris magis ſenſati; in ſecundo mathematica, in tertio metaphyſiea eadem ratione. quòd ſi in relatione effectus ad cauſam, ſecũdum quem modum apertiſsimæ fiunt demonſtrationes, mathematica eſt prior; naturalis ſecunda, tertia metaphyſica, & de hoc ordine ſermo ſuit 2. m. 16. Si verò loquamur in ſe, & quo ad naturam, metaph. erit prima, ſecũda naturalis, tertia mathematica, & de hoc egit Ariſt. in procœmio metaph. vbi habet; Adhuc certiorem, & magis canſam dicentẽ ſapientem circa omnem ſcientiam eſſe. De primo autem, quo ad nos, dicto determinauit Pompon. Certitudinẽ de anima, quia effectus notiores alijs habetur ſcientijs, quia magis ſenſari ſunt: & non debet intelligi certitudo hæc, vt referuntur in cauſas. Quæ opinio multas, ac validiſsimas patiť inſtantias. ptima, aduerſatur Auerr. Them. exponentibus de vera ratione à priori. ſecunda, alij libri naturales ſunt, de obiecto magis certo, quia magis ſenſato, vt de animalibus, de elementis, & talibus: quinimo anima ipſa per ſe ſenſibilis nõ eſt, ſed mediante corpore. Ad primum horum dicit Pompon. quòd Ariſt. in text. non meminit de demonſtratione, ſed certitudinem duntaxat ponit in tex. quare id eſt Auerr. & Them. non Ariſt. Melius itaque S. Thom. Ad ſecundum dicebat, quòd nullus liber in ſcientia naturali eſt ita certus, ſicuti liber de anima. Ad argumentum, conceditur, & in alijs eſſe effectus ſenſatos, eſſe & propria ſenſibilia; verùm vltrà certıtudinem obiecti non habere aliam certitudinem: ſed anima non ſolùm eſt de obiecto certificato, ſed de obiecto certificante, & eſt ſententia Them. quòd anima eſt ſons certitudinis aliarum omninm ſcientiarum: quinimo aliæ ſcientiæ ab hac conſtantiam tecipinnt. Ad ſaluandum quinetiam Auer. Pomp. dicit Auerr. voluiſſe

tertium

tertium otdinem, quoad natutam.ſ.quare ab alijs diuinam excepit,quæ in ordine prima eſt, vt retro declaratum eſt. Contra omnia dicta cum Ariſto. tum & Auerr.in iſto;primò notandum ex textu,ꝙ Ariſt. per ſingulam harum condirionum arguere intendit perfectionem, pet vtramque vetò, ſummam : quo ſtante,ſequeretur, quòd habere ſubiectum magis ſenſatum ſecundum iſtam expoſitionem, maiorem argueret perfectionem ; quod tamen penitus oppoſitũ concludit ; quia entia quantòmagis,quo ad naturam,certa,tantò perfectiora, quia magis lucidiora,vt apertè ponit Ariſt.2.m.1. quæ penitus ſeparata ſunt, naturæ manifeſtiſsima eſſe ; quare relinquitut, quòd illa certitudo perfectionem dicat; ideo demonſtrationis modum certum : optimè itaque Auer.& Them. contra ſecundam reſponſionem, quòd anima eſt obiectum certificans : contra nanque anima non poteſt certificare de effectibus animorum,niſi vt cauſa;& proptet quid.ſentẽtia eſt Ariſt.2.animę 37. quinimo animalium membris,ceu inſtrumentis vtitur anima ad opera diuerſa: ergo certificabit demonſtratione dicente,propter quid eſt, quod erit per notius,quo ad natutam ; quia demonſtratio eſt,quorum eſt altera cauſa 2.poſt.quod eſt cõtra ipſum ; quia in tali ordine ex confeſsis ipſius metaphyſica eſt ptiot : deinde abutitur authoritate Themiſtij , quòd ſcilicet det alijs conſtantiam . hoc Them.dixit reſpiciens ad modum demonſtrandi, vt patet. quem tamen ipſe reprehendit. contra id etiam,quod dixit pto Auerroe eſt inſtantia manifeſta: quia intelligendo certiùs eo modo,& in ſe ; tunc id,quod ſic eſt certius, eſt etiam nobilius, & e conuerſo : quare ſuperfluit particula illa de nobilitate ſubiecti . Ad hoc dat Pompo.reſponſionem Apollinaris,quòd iſta duo ſubiecto non differunt; differunt tamen formaliter,& ratione; quia aliam habitudinem dicit obiectum certius,& aliam nobilius.Sed contra hanc reſponſionem eſt ratio demonſtrãs ; quia Auer.vnà & Them.concordes exẽpla in diuerſis conſtituunt ſubiectis, vt aſtrologia, & geometria.ad quod argumentum fugiens reſpõdet,quòd ſcilicet exempla non , vt ita ſint,ponuntur.Tertia opinio fuit,quòd certitudo talis de demonſtratione,quia eſt,intelligatur. & fuit opinio Gaietani.cõtra quã manifeſtiſsima eſt inſtantia ; quandoquidem mathematicas, vt ſic, non excederet.Quarta , quę fuit Hiſpani conformis opinioni Ioan.Gram.eſt ſuppoſita diſtinctione de certitudine,de qua Ariſt.primo poſt. Tribus modis dicitur ſcientia , ſcientia certior primo modo ; quia vna dat,quia;altera,propter quid.Secundo,quia altera eſt de re magis immateriali . Tertio,quia vna ex paucioribus eſt,& non ex appoſitione : qua poſita tenet in hoc tex. ſecundum membrum uerificari,quia eſt de anima intellectiua, quæ magis immaterialis eſt . Tunc contra iſtam eſt argumentũ , quia non excederet in certitudine mathe. quandoquidẽ mathemathicæ minus concernant materiam.Ad quod reſpondet Hiſpanus,quòd ſecus eſt de mathematicis:quæ tametſi magis abſtractę ſint ſecundùm intellectum ; ſecundùm tamen eſſe ſuũ concernunt materiam. Contra quam reſponſionẽ inſtatur, præmiſſa tamen ſcientiarum conſideratione, quæ idcirco diuerſa eſt, quia diuerſum habet diffiniendi modum , vt 6.m.2.Sunt itaque entia in ſcientijs conſideranda,non quidem, vt ſunt; verùm,vt cadunt ſub ratione formali ſciẽtiarum. Confirmatur ; quia eadem res intrat duas artes 2. phyſic.18.71. quare anima intellectiua eo modo erit phyſicæ conſiderationis ; quatenus mouens mota : quomodo minus immaterialis eſt , quàm entia mathematica.quòd,ſi dicatur non eſſe reſpectum ad conſiderationem formalem rei,ſed ad rẽ ipſam,quæ ex ſui natura immaterialior eſt , quàm entia mathematica;ſequetur inde , quòd ſcientia octaui Phy.ſit certa magis; quandoquidem de primo ſit motore,qui ſecundum ſui eſſentiam conſideratus longè immaterialior eſt, quàm intellectiua anima.

Si dicatur, Cõſiderat ſi ipſam abſtractã, vt determinatum eſt ex 19.3.Dicendũ, ꝙ tunc nõ vt anima eſt, ſed vt intellectus perfectus: at hic dicit hi ſtoriam de aĩa in primis poni.

Quare , his omiſsis, dicamus ad ſecundam huius dubij partem accedentes, cum Auerr. Them.& Alber.ſcientiam de anima alias omnes excedere ſcientias nobilitate ſubiecti , & certitudine demonſtrandi.de primo inter omnes conuenit,excepta ſemper diuina ; quia entia mathematica cum accidentia ſint , nobilitate exceduntur ; exceditur quoque & octauus de Phyſico auditu ; quandoquidem intelligere nobilius ſit , quàm mouere. quinimo per id , quod naturalis habet in libro de anima eam eſſe intelligentem , capit inde diuinus alias intellectuales eſſe intelligentias : excedit quinetiam librum de cœlo ; &ſi 2.c.15.habeatur cœlum habere dextrum,ſiniſtrum, & talia, per quæ animatum cognoſcitur nobiliori anima; quia, &ſi tales habeat poſitiones,non ob id,vt animatum cognoſcitur intellectiuum , ſed vt animal tantùm : quinimo nec diſtinctè , vt animal , ſed vt corpus ſimplex,& ut orbis : quare in libro de cœlo corpus ſimplex ſubiectum ponitur : certitudine quinetiam alias omnes excellit , diuina excepta.

Simpl. Mathematicæ cadunt a ſcientiarum veritate,ſtũ, quia de accidentib.ſunt; tum &, quia a veris principijs originem non habent : vera nanque ſunt ſubſtantiales formæ.

Sed pro hoc notandum , quòd certitudo demonſtratiua capitur duobus modis ; altero modo , vt formaliter talis ; & ſic eſt ipſa demonſtratio ordinata ſecundum requiſitas conditiones demonſtrationis ſimpliciter,quippe quæ eò dignior eſt, quò per cauſam incommutabilem magis fit, tam in eſſendo , quàm in cauſando , vt optimè .Lyconienſis poſt. primo cap. de ſcire : altero modo eſt , ut uirtualiter talis . & hæc certitudo longè excellentior eſt , quàm formaliter talis ; quandoquidem reſpectu eiuſdem effectus virtuale agens ſit longè nobilius , quàm agẽs formale,vt in generatione hominis,ſol,quàm homo.Secundũ notandum eſt , quòd principia prima termini ſunt, in quibus omnes virtute continentur demonſtrationes ſcientiarum ; quandoquidem omnium demonſtrationum ad eas admittatur reſolutio.Quibus ſtantibus pono hanc concluſionem,ſcientiam de anima eſſe cæteris certiorem , certitudine demonſtratiua virtuali:primo probatur ex ſententia Ariſt.qui poſt.primo,vbi agit de cauſis principiorum primorum,dicit;Eſt quo terminos cognoſcimus . vbi expreſsè notat cauſam talium intellectũ eſſe : de quo abundè agitur in libro de anima.Con

Aduertendum hic, ꝙ intellectus, quo terminos cognoſcimus, eſt intellectus agens. At per terminos, uoluit intelligi terminos

firma.

dignitatē cō plexarū, vt expoſitū eſt; ſed ideas ipſas, quæ ſūt vera cauſa, in eſſendo, & in cauſando, & forma illa indiuiſibiles, intelligibiles termini dicuntur. Simpli. tertio animæ tertio. Dixit ἀκρι βῶς, ſ. ſubtilitatē, & api cem ſcientiæ, nam ἀκρὸς, ſummum ſignificat, api cē illū idea ſonant.

firmatur inter Græcos ſententia Them. Conſtantiam demonſtrandi ea ratione, quòd aliæ ſcientię ab hac ſcientia ſuam cōſtantiam, & certitudinem reponunt: idem inter Latinos ſententia Alber. neceſſe primum lumen, ad quod examen refertur verorum, & intelligibilium, intus eſſe à natura: propter quod rectè Ariſt. dixit principia quodammodo nobis eſſe innata, vt forma materiæ. Idem quin etiam Auer. inter Arabas primo animæ ſecundo, de tertio iuuamento ait; Facit acquirere confirmationem in primis principijs. & ſic expoſita minori concludit Ariſto. propter duo hæc hiſtoriam de anima in primis ponemus. Hiſtoriā, inter Latinos. S. Thom. voluit dictum eſſe; quia non peruenit ad finalem inquiſitionem omnium, quæ pertinent ad ipſam animam: & hoc eſt de ratione hiſtoriæ. Egidius voluit dictum eſſe; quia propriè ſcientia non eſt, cum à poſterioribus procedatur, vt ab obiectis, ad actus, ad potentias, &c. Græci verò omnes, & expreſſè magis Simpl. dicūnt hiſtoriam idem notare hic, quod ſcientiam. Auerroes quinetiam ſemper dicit ſcientiam de anima. & cō firmatur, quòd Ariſt. voluerit non ſimplicem narrationem, ſed narrationem cum cauſa; quià 3. c. primo ſcientiam naturalem nocauit hiſtoriam: idem & Hiſpanus. nec ratio Thomæ aliquid eſt; nanque Ariſt. quidquid de anima, ut actus eſt corporis, dici neceſſe erat, id uniuerſum abſoluit; ſecus fuiſſet diminutus. nec ratio Egidij aliquid eſt, quandoquidē in naturalibus proceſſus ferme ſemper à poſterioribus ſit: qui tamen, cum inuenta ſit cauſa, fit à priori, & propter quid eſt, demonſtratiuus: quare ſcientia eſt. Dixit, In primis, S. Thomas dicit, quòd reſpectu aliarum partium naturalium, ly primis, notat ordinem dignitatis; reſpectu uerò animatorum, ordinem doctrinæ: tunc ſequeretur, quòd dictum illud Ariſto. eſſet æquiuocum quoddam; quandoquidem reſpectu diuerſorum, diuerſa ſignificaret: deinde reprobata eſt quinetiam ratio illa de ordine doctrinæ, ubi retro actum eſt de ordine libri. melius eſt dicere, quòd notat ordinem perfectionis, ſed differenter, ſecundùm S. Thom. inter naturales intelligi debet, ſecundùm Simplicium inter omnes abſolutè ſcientias, ſed, ly primis, idem dicat, quòd inter primas; quandoquidem, quæ de altiſsimis eſt cauſis, metaphyſi. prior fit ea, quæ de anima. ſecundùm tamen Auer. & rectè, in primis reſpectu omnium, diuina excepta. & ſic, quæ in præmiſsis ſeminata erunt, colligentur in concluſione.

T. c. 2. Videtur autem, &c. Duo facit Ariſt. in præſenti text. primò ponit concluſionem unam uirtute plures partes continentem. Secundò ponit rationem ad unam partem illius concluſionis, quandoquidem illa ſit, quæ maximè ad propoſitum faciat. Circa verò continuationem huius tex. Latini magis ad artem reſpicientes, dicunt in hoc reddere auditorem beneuolum. Auer. cuius commentum diuiditur in tres partes, continuatiuam ſiquidem, expoſitiuam, & digreſsiuam, ut patebit: in prima ponens intentionem continuat; cum ſcilicet in ſuperiori dixerit animam eſſe maximè honorabilem, in præſenti declarat eam eſſe ſummè utilem. quæ continuatio à Græcis adhuc magis declaratur; quandoquidem Philoſophus dicat animam per ſeipſam admirabilis eſſe cognitionis, & honorabilis, modò, cum ad alias quoque ueritates comparabitur, inuenietur quoque ſummè utilis. eadem & Simplicij cōtinuatio eſt, & Them. Addit quinetiam Them. Quamobrem anima, ſi ſeipſam prius bene cognouerit, digniſsima erit, cui de alijs rebus diſputanti adhibeatur fides: quòd ſi ignota fuerit, aut ſe falſam habuerit, quomodo de rebus alijs rectè ſentire, aut decidere uideatur? Dicit itaque in prima parte Ariſt. Videtur. quaſi manifeſtum eſt, ut Porphyrius cap. de genere; Videtur autem neque genus, &c. Ad ueritatem omnem, multùm proficere eius cognitio. Latini omnes per ueritatem uoluerunt quamcunque cognitionem ſcientificam, ſiue ſpeculatiua, ſiue eſſet actiua: hoc idem & Græci omnes uoluere; ſiquidē Simplicius dicat; ueritatem nunc non ſenſitiuam, aut opinatiuam, ſed ſcientificam. & Ioann. Gram. Ad omnem ueritatem dixit, intelligendo totam philoſophiam: in qua nullum eſt mendacium. Auer. tamen exponit per ueritatem, ſciētiam ſpeculatiuam: nec ob id credendum ab aliis diſſenſiſſe; quandoquidem & ad actiuam conferre determinauerit in parte documentali: uerumtamen dixit illud, ut à digniori fieret denominatio: & ideo errauit Hiſpanus, qui uoluit hic Auer. ſolùm de ſpeculatiua egiſſe; quia finis eius eſt ueritas: & hoc modo, ut diſtinguitur contra practicā, quod eſt falſum; quandoquidem, ly, uerum, hoc in loco ſignificat non habere mendacium, ut retro dictum eſt: quod potiſsimùm uerificatur in ſcientijs conſiderantibus de ſubſtantia, ut Simplicius affirmat. modò ſe determinat ad ſecundam partem concluſionis, de qua erit intentio; Maximè autem ad naturam. quia, ut inquit Simplicius ex ſententia Ariſto. primo de part. cap. primo. Non enim ſine iſtius cognitione poſsibile eſſet quodcumque intelligibile intelligi, ſimiliter ſine ſenſu ſentire. Addit rationem huius ſecundæ partis; Eſt enim tanquàm principium animalium. Ioan. Gram. inter Græcos notat, quòd anima poteſt eſſe tribus modis principium animatorum; quod & Ariſto. ponit 2. animæ. 37. ſecundùm efficiens, quia anima eſt principium mouens uelle, & conſilio, ut Ariſto. in libello de motu in communi animalium; alio modo, ut formale; & ſic eſt animatorum omnium pars nobiliſsima, ut ſententia eſt Ariſt. 2. de gen. anim. cap. primo. Viuentia non uiuentibus, ſentientia non ſentientibus, intelligētia non intelligentibus præſtant. quare muſca perfectior erit cœlo, ſi ſine anima intelligatur: & ut finale, ut corpus eſt propter animam; & anima eſt propter quam eſt corpus: confert itaque quàm maximè ad phyſicam, ut notat Simplicius; quandoquidem ſcire ex cauſa cauſata, maximè ſcientificum ſit. & Auer. eadem ratione concludens, dicit; Quare ſcire de anima in cognitione animalium eſt neceſſariū, non tantùm utile: differt enim utile à neceſſariò, ut notat Pomponatius; ſiquidem

dem utile facit ad perfectum eſſe; neceſſarium, ad ſimpliciter eſſe: quare Albertus, & ipſe appellauit animam principium formale, & eſſentiale animalium. Notauit inter Latinos S. Thomas ly, tanquàm, non eſſe dictum ſimilitudinariè, ſed expreſsiuè, notans ſcilicet perfectionem; nanque animatorum poſſunt eſſe, & cauſæ, & effectus. poſuit autem illud notans animam eſſe cauſam, & non effectum. de hoc Auer. nihil: Simplicius tamen doctè magis exponit, primò declarans animam intellectiuam humanam, mediam eſſe inter ea, quæ verè intellectualia ſunt, & ea, quæ naturaliter dicũtur, & impartibilia, & partibilia: quare poſita eſt, tanquàm principium; quoniam forma illa prima, & intellectualis, ac indiuiſibilis ſubſtantia eſt, quæ veriſsimum principium eſt; anima verò cadit ab hoc; quare, &c. Expedito text. Ariſto. Auer. in tertia parte, in qua quædam ponit documenta, ad manifeſtandum, quæ virtute in primá parte cõcluſionis cõtinebantur; tria facit: primò declarat hanc ſcientiam vtilem ei, quæ eiuſdem generis ſit, vt naturali: ſecundò ſcientijs alijs: tertiò vtilitate communi vtilem eſſe omnibus. de prima retrò dictum eſt, quantum ſit vtilis; quandoquidem entium omnium naturalium nobiliſsima pars animalia ſint, & animalium anima, quæ & formalis, & eſſentialis eorum forma eſt, & principiũ; quippe quæ niſi ſciretur, de animalibus, quæ inter naturalia perfectiſsima ſunt, ſcientia per cauſam haudquaquam haberi poſſet. Quomodo nanq; vt inquit Them. naturæ mundi contemplatores eſſe poterimus, ſi nobis ignorabitur ea natura, quæ fons, atque initium ſit omnium motuum, & motuum præſertim animatorum? vt cõfirmat Sanctus Thomas in ſecunda parte. Auer. declarat vtilitatem, quam dat ſcientijs alijs alterius generis, morali ſiquidem, & diuinæ: de morali primò, quia accipit vltimum finem hominis in eo, quòd homo. & ſecundò addit; Et ſcientiam ſuæ ſubſtantiꝗ, quꝗ ſit. Primùm inter Modernos Auerroiſtas Pomponatius, & cum eo Therap. exponens, primò notat diſtinctionem de fine, de qua Ariſt. ſecundo animꝗ 35.37.2.phy.24. finis quo, & finis gratia cuius. 2. notat de mente Auerrois fœlicitatem conſiſtere in copulatione intellectus agentis cum poſsibili, vt tertio ani. 36.12.m.38. hoc ſtante dat duas expoſitiones, alteram, quòd naturalis probat hanc copulationem eſſe, quam probatam capit moralis, & eam oſtendit noſtram eſſe fꝗlicitatem: & ſecundùm hanc, declarat ſecundam, quòd ſcilicet moralis capit hanc copulationem, quæ materialiter ſumpta ſua ſubſtãtia eſt, in qua formaliter declarabit perfectioné eſſe. Pro alia expoſitione notandũ primo, quòd, vt ipſe tenet, anima de mente Ariſt. mortalis eſt: quando quidem in nullo loco ab Ariſt. habeatur eam aliquo modo poſt mortem remanere: quare ſecundùm hoc non erit ponenda fꝗlicitas in illa copulatione, ſed in ſpeculatione, & maximè ſubſtantiarum ſeparatarum: quare ſecundùm Ariſt. ſpeculatio erit vltimus finis, & fꝗlicitas hominis: itaque moralis capit hunc finem, ſpeculationem ipſam, à naturali: qui quomodo fiat, & quæ ſit, cõſiderat moralis; deinde illam perfectionem eſſe oſtendit & hominis fꝗlicitatem: quare accipit ſcientiam ſuæ ſubſtantiæ. ſ. perfectionem, ſeu ſpeculationem ipſam, quæ ſit, &c. At quòd neutra iſtarum fuerit ad mentem Auer. probo, & primo primam; notando primùm moralis intentionem aliam eſſe à naturali & diuino: quandoquidem moralis intẽtio actiua ſit, & circa opera virtuoſa; aliorum verò intentio ſit contemplatiua, & circa ipſas veritates. determinata eſt de hoc Ariſt. ſententia; quandoquidem 2. m. 3. finem practicæ opus, ſpeculatiuæ veritatem dixerit: ex hoc colligitur fꝗlicitatem moralis non eſſe copulationem illam, quæ requirit habitus non modò practicos, verùm & ſpeculatiuos, vt Auer. 3. ani. 36. & in proœmijs, 1. phy. & 8. ſed viuere ſecundum virtutem: at ſi quis dicat, moralis meminit de illa fꝗlicitate 10. ethi. dicendum, quòd ideo facit, vt ponat differentiam inter illam, & virtuoſam, de qua cõſiderat. Secũdò cõtra hoc eſt expreſſa ſententia Ariſt. 10. ethi. c. 9. vbi loquens de tali fꝗlicitate, dicit; Talis autem potior eſſet, quàm ſecundùm hominem, non enim qua homo eſt, ita viuet, ſed qua diuinum quoddã in ipſo exiſtit. Ecce quomodo expreſsè iſta expoſitio eſt contra Auer. qui dicit moralem accipere vltimum finem hominis in eo, quòd homo. Quòd verò ſecunda expoſitio minus quadret, palam eſt; quia non modò non exponit Auer. ſed ipſum penitus deſtruit; quandoquidem ſupponat animam eſſe mortalem, quæ penitus aduerſatur fundamentis Auerro. quare non video, quomodo tali fundamento poſsint exponi Auerro. dicta: poſito pro nunc, quòd ad mentem Ariſto. ſtaret, quod tamen opinor eſſe falſum. Hiſpanus & ipſe, quantum ad primam partem, per finem intelligit, aut cognitionem ſcientiarum ſpeculatiuarum, aut contemplationem abſtractorum, quam materialiter capiens, moralis probat illum finem eſſe bonum; quandoquidem in bonis animæ conſiſtat: contrà quam etiam eſt textus Ariſto. dictus; quia cognitio abſtractorum non eſt finis hominis in eo, quòd homo: præterea, quòd non intelligat Auer. de tali cognitione, patet; quia ipſemet ſeipſum declarat dicens, quòd dat principia morali, & declarat, . ſ. regere ciuitates. Ecce, quòd contemplationé non intelligit. Primò videndum, quid per finem hominis, ut homo, Auer. intelligat. Secũdò qũo illum capiat moralis. Tertiò an ſit intellectus, uel potentia alia. Pro primo dicẽdum, ꝙ intelligitur finis generationis, & non geniti: & talis eſt anima. confirmatur per Themiſtium, & Philoponum infra, quod. ſ. hanc moralis capit, &c. At quæ anima ſit, qua homo homo dicatur, dicenda eſt diſtinctio de tripli ci uita, & quòd politica ſit hominis, recurrendum ad 10. ethi. cap. 9. per formationem minoris particularis. Ariſt. 3. a. 58. fit moralis: talé nõ format intellectus: eſt itaq; alia; non imaginatina, quia eſt & brutis communis, neque diſcurrit. Erit itaque cogitatiua. Auer. ut ſeipſum hic declaret, adducatur. 2. collig. cap. 20. vbi ait, Cogitatiua plus manifeſtatur in media camera Cerebri, & per hanc virtutem cogitatiuam homo in rebus, ad quas pertinet

net cogitatio,& electiu,quouſque apprehenderit, quod conuenientius eſt.& tex.57.3.2. ubi Ariſtoteles dicit,ſenſitiua quidem igitur phantaſia,ſicut dictum eſt,& in alijs animalibus ineſt;deliberatiua autẽ in rationalibus. S.Tho.in quæſtionibus ẽt de anima quæſtione 13.in reſolutione; In homine autem vis cogitatiua, quæ eſt collatiua intentionum particularium; vnde & ratio particularis dicitur, & intellectus paſsiuus. quare Moralis capit ab hac ſcientia finem hominis in eo, quòd homo, intelligit de fine generationis, qui forma eſt vltima hominis,vt 2.Phy.70.24.8.m.12.4.met. 22.& talis eſt cogitatiua, vt expreſſa eſt ſententia Auerrois 3.animæ 20.vbi dicit,& per iſtum intellectum, quem vocat Ariſto.paſsibilem,differt homo ab alijs animalibus.eadem eſt ſententia Themiſtij, & S.Tho.dicentis Moralem ponere in anima ſumpta à naturali,morales virtutes, ceu decora quædam,& honeſtamenta. eadem eſt ſententia Ioan.Gram. Ethicus enim non poſſet ornare virtutibus potentias animæ,niſi ab animaſtico caperet cognitionem de anima. Dat etiam Naturalis Morali rectam quinetiam rationem, prohęreſim, & talia: dat etiam principia ſcientiæ diuinæ. Diuinus nanque capit ſubſtantiam ſui ſubiecti, &c. Ex hoc eliceretur bonum argumentum de æternitate animæ, ſi intellectus eſſet mortalis, ſua intellectio æquiuocè diceretur,cum intellectione ſeparatorum per eſſentiam, quomodo itaque caperet ab animaſtico hoc principium Diuinus, quod abſtractum eſt intelligens? Latini & ipſi in hoc cum Auerroe.S.Thomas ait; Non poſſumus deuenire in cognitionem diuinarum, & altiſsimarum cauſarum, niſi per ea,quæ ex virtute intellectus poſsibilis acquirimus; quæ ſi ignota eſſet, non poſſemus ſcire ordinem ſubſtantiarum ſeparatarum. Albertus & ipſe magis declarãs dictum Auerrois, dicit, Quia in iſta ſcientia manifeſtatur nobilior pars ſcientiæ diuinæ. Manifeſtatur quinetiam intelligentiam eſſe, vt notauit Auer.3.animæ 5.& quòd idem eſt intelligens,& intellectum.3.animę 15.19.& alia, quæ ſunt diſpoſitiones conſequentes intelligentiam, vt intelligentia eſt, & intellectus: oſtendit quinetiam omne abſtractum eſſe intelligens tertio animæ 16. ex quo diuinus capit numerum ſeparatorum 12. metaphyſic. 48. Simplicius notat vtilitatem iſtam ad diuina; quia anima in medio eſt abſtractorum, & materialium: modò facilis eſt aditus ab his, quę media ſunt,ad omnino ſeparata, & quæ meliora multò. In tertia parte dat Auerr. commune iuuamentum omnibus ſcientijs, & eſt facere acquirere cõfirmationem in primis principijs. de hoc nihil dicunt Latini in hac parte, neque Græci. Moderni Auerroiſtæ, Pomponatius, quòd prima principia habent cauſas;materialẽ quidem,intellectum poſsibilem,effectiuum verò agentem,qui in nobis eſt. Hoc veritatem habet de principijs cõplexis, at de incomplexis largitur ideas,vt dictũ eſt,cũ duo hęc principiorũ genera concurrant. Aſſenſus autem in eis prouenit ex illuſtratione: vnde 3.animæ 36.ait Auer. quòd principia ſcimus, & neſcimus vnde; quoniam ipſa cognoſcimus,inquantum terminos cognoſcimus: hoc idem Ariſt.primo poſt.principia cognoſcimus,quo terminos cognoſcimus. cũ itaque hic agatur de cauſis primorum principiorum,in quibus omnes communicant ſcientiæ,meritò eſt commune iuuamentum omnibus. At ſuper hoc dubitat Ioan.Iand.principia prima habẽt cauſam; ergo poterunt demonſtrari; quando demonſtratio eſt, quorum eſt altera cauſa: poſt. 2. ſoluunt, quòd dignitas, vt de quolibet, &c. poteſt duobus modis conſiderari;altero,vt eſt quoddam ens, & vt ſic lumine intellectus agentis per ſolam notitiam terminorum fit: alio modo ratione inhærentiæ prædicati in ſubiecto; & vt ſic non habet cauſam,neque demonſtrari poteſt. Primo modo manifeſtantur ea intellectus illuſtratione, in qua protinus termini apprehẽdũtur noti. Therapol.inſtat contra Ioan. nanque principia illa, quatenus entia ſunt, non dicuntur principia; quare non erit commune iuuamentum; quare aliam ipſe aſsignat expoſitionem, ſcilicet in hac ſcientia declarantur; quia ſint cauſæ, propter quas aſſentimus primis principijs. Solutio quinetiam Ioann. eſt vera; quia dignitas illa reſpectu intellectus, eſt ens; reſpectu verò concluſionum, quæ ab eis educuntur, principia dicuntur, & ſunt.

Dubitatur circa text. vtrum ſciẽtia de anima ſit vtilis: & arguit Ioan.Iand. quòd non; tum, quia aliæ ſcientiæ eſſent inſufficientes; tum, quia fieret deſcenſus de genere in genus. Pro veritate diſtinguitur de vtilitate ad mentem Auic. quæ duplex eſt, ſeruilis,& principatus: prima vt ſerui domino: ſecunda è conuerſo: ex quibus ponitur talis concluſio. ſcientia de anima eſt vtilis vtilitate principatus omnibus alijs ſcientijs, excepta diuina, cui vtilis eſt vtilitate ſeruili. prima patet per ea, quæ retro dicta ſunt in tertio modo iuuamenti: ſecunda pars patet. quandoquidem ſubiectum ſuum metaphyſica probatum capit à naturali à poſteriori; verùm non eſt adeo ſeruilis, vt propter ſeipſam non ſit, ſed ea ſeruitute, qua epiſcopi Cardinalibus ſeruiunt: qui propter ſeipſos quinetiam honorabiles ſunt. ad quod primò obiciebat Ioan. dicendum, quòd ſimpliciter concedi poſſet eas eſſe inſufficientes, quia, quod eſt ſimpliciter ſufficiens, eſt perfectum, ſolus eſt Deus, cui nihil deeſt: cum hoc tamen ſtat, quòd in genere proprio ſint ſufficientes. ad alterum de ſubalternatione, negatur conſequentia: nanque prima deeſt conditio de ſubiecto, quia ſciẽtiarum ſpeculatiuarum, actiuarumque ſubiecta inter ſe eſſentialiter differunt exceptis his, quæ uerè ſubalternantur: deeſt & ſecunda, quia principia ſcientiæ de anima non capiuntur ab alijs ſcientijs, ſed in ea ponũtur potentiæ illæ, per quas principia illa communia ponuntur in eſſe certo.

Inquirimus autem. Auer. in parte continuatiua dicit, ꝙ declarata vtilitate in hoc textu ponit intentionem, circa quam dubitat Pomponatius; nam ſuperius dixit ſe de anima determinaturum; quare nugatio. Ad hoc dicitur, quòd ſuperius im- T.c.2.

perfectè

perfectè admodum poſita eſt; quia tunc beneuolum reddebat auditorem; quia ſcientia de anima difficilis eſt; modò facit eum docilem, perfectè declarans intentionem ſuam, & ordinem obſeruandum. Text. diuiditur in duas partes: in prima unam ponit concluſionem, in ſecūda declarat partem illius concluſionis intentę per diuiſionem aſſignatam. eiſdem quoque partitionibus diuiditur commentum Auer. concluſionem exponēs Auer. in prima parte, primò eam declarat, ſecundò rationem talis intentionis aſsignat. in prima intentio eſt perſcrutari ſubſtantiam animæ, & quæ accidunt ipſi animæ. ponit rationem; quia perfecta cognitio non completur de ſubſtantia alicuius, niſi per talem cognitionem Ariſto. primo poſt. infra tex. 2. 4. Phyſi. 3 r. 3. c. 1. 4. meta. 4. & ſic concluſio clara apud omnes quinetiam expoſitores, circa tamen particulas cōcluſionis. Naturā ſcilicet, & ſubſtantiam. Auer. uult, quòd dictum ſit expoſitiuè, naturam, id eſt, ſubſtantiam. Ioann. Gramm. inter Gręcos dicit, quòd dictum hoc poteſt exponi tribus modis; aut, quòd idē penitus intelligat Ariſt. aut, quòd ſecundum ſit expoſitiuum primi; aut, quòd per naturam intelligat genus, & per ſubſtantiam, diffinitionem: quia primò uidendum eſt, an ſit ſub ſubſtantia, uel ſub quantitate, uel ſub qualitate; & hoc ꝓpter opiniones de ea diuerſas. quidā eam dixerunt complexionem, & ſic ſub qualitate; alij numerum, & ſic ſub quantitate, &c. dixit poſtea ſubſtantiam, quia genere cognito, poſt diffinimus: quare per ſubſtantiam intellexit diffinitionem. Simplicius, & cum eo Albertus de Latinis alio modo exponit, & longè quidem melius meo quidem iudicio: primò natura non uidetur ſignificare genus; non enim eſt conſueta loquutio; neque utrumque idem dicit, ſed natura inquantum ad materialia uergit, inclinaturque; ſubſtantia uerò ad intelligibilia; quod ſeparatum eſt, & ſibi cōgenitum, & ſic opinio uериſsima erit: argumento ſunt, quæ de accidentibus ſequuntur; quandoquidem aīam ipſam in duplici ſtatu demōſtrat ſpeculationis, ſcilicet & actionis. Auer. ſecundam partem exponit duabus expoſitionibus: ſed notat primò Io. Gram. ꝙ paſsiones ſunt & alteratiuę, & perfectiuę: hic de perfectiuis intelligit: modò Auer. per paſsiones animæ proprias, eas ſcilicet ad quas habendas anima non indiget corpore, vt intelligere. moderni varias dant reſponſiones ad hoc. Gaietanus uoluit proprias intelligi; quia corpus non alteratur in receptione iſtarum ad differentiam operationum ſenſitiuarum, in quibus cōmunicat corpori. Therapol. alio modo dicit; Sunt proprię, quia non indigent aliquo organo corporali, in quo recipiantur. Vtraq; harum videtur ſupponere, quod dixit hic Egidius in notabili, ꝙ anima coniuncta corpori quam diu eſt, nullam habet operationem, in qua à corpore non dependeat, verum minus in quibuſdam, & per accidens magis; nāq; prima tenet nō alterari corpus corruptiuè, vt alteratur in virtute concupiſcibili; admittit tamen in eo alterationem perfectiuam; quandoquidem intelligere à corpore dependeat obiectiuè.

Secunda etiam idem tenet, cum quo ſtat animam eſſe locum ſpecierum 3. animæ 6. quare dictā omnia ad mentem Auer. non ſunt, neque Ariſt. quandoquidem cum eo, & Alberti de Latinis, & Simplicij de Græcis ſententia expreſsiſsima ſit: quòd nō Auer. ipſemet ſeipſum declarat, cū ponat cauſam huius indaginis de accidētibus, quia maximum eſt deſiderium noſſe, vtrum aliqua animę pars ſeparata ſit; quod ſciri non poteſt, niſi prius ſciatur, an aliquam propriam habeat operationem independentem omnino à corpore. quòd etiam talis ſit opinio Ariſt. Albertus diſtinguens de accidētibus animæ per ſe. cum, quæ per accidens ſint, non demōſtrentur; dicit duo eſſe genera, quædam ſunt propria animæ, ſecundum ꝙ in ſubſtantia conſideratur, non cointellecto corpore, ut intellectus, uoluntas, & ratio. Simpli. quinetiā dixit paſsionem animæ propriam eſſe, Theoriticā ſpeculationem, nulla ſenſus, aut phantaſiæ, aut omnino corporis ratione utens. Poſſunt tamen omnes ſaluari; quia non eſt intelligendum, ꝙ Auer. voluerit per paſsionem propriam illam operationem, quę conuenit animę, vt eſt intellectus. & hoc oſtendit Simpl. duobus fundamentis. Primò, operatio illa ſeparata nō eſt accidens animæ, ſed idem ſubſtantiæ animæ. ꝙ confirmauit Auer. 12. metaph. 17. & hic agit de accidentibus. Secundò, illa operatio ſeparata nō eſt paſsio, ſed actio: ideo Simplicius & bene dicit per paſsionem propriā intelligi Theoreticam ſpeculationem, per communem verò practicam: & in hac utitur & ſenſu, & phantaſia. hoc idem uoluit Auer. idem & S. Thom. Quædam videntur paſsiones animæ tantùm, & ſunt intellectus, & ſpeculatio. & notauit Pomponatius, ly, videtur, quia nōdum eſt manifeſtum, an talis detur operatio propria. Intelligitur & communis, quæ patiente corpore contingit, ut iraſci, &c. Sequitur Auer. Quædam non cōplentur, niſi per vtrunq; aīam ſiquidē, & corpus, & ſunt paſsiones attributę aīæ cōcupiſcibili. Cōcupiſcibilis enim potentia eſt aīę ſenſitiuę in corde reſidens; & pro obiecto habet pelliculam, quæ eſt circa cor, ut ait Hiſpanus, quare ebullitione ſanguinis ibi facta, deſiderat uindictam; ſicut timore algeſcente, & retractis ad intra ſpiritibus, fugit. uerumtamen de accidentibus coniuncti, notat Albertus alterum modum, & eſt accidentium communium corpori, & animę; & hoc quoque duobus modis; eſt enim paſsio, quę incipit ab anima, & expletur per corpus, ſicut uiſus, auditus, & omnino ſenſus, & uegetatio ipſa. altera eſt paſsio, quæ in corpore incipit, & ad animam terminatur; vt ſomnus, & uigilia; quandoquidem à ventriculo ſurſum humidi attolluntur uapores, & petunt cerebrum qui algeſcētes retrocedunt, & opilant, ut in libello de ſomno. & Simpl. Aut ab ipſa incipiunt, aut ad ipſam paſsiones terminantur. Et poteſt intendere. Dat ſecundam expoſitionem, & eſt, quòd per proprias intelligat paſsiones, quę competunt coniuncto, principaliter tamen ab anima ipſa, ut ſentire, & imaginari, per communes, illas nimirum, quæ in anima exiſtunt corporis beneficio, ut ſomnus &cęt. prior tamen expoſitio magis ad Ariſtot. eſt.

At cōtra hanc ſecundam eſt dubiū; quia datur ſpeculatio, q ię eſt operatio, neque primo, nec ſecūdo modo dicta, ergo &c. ad hoc Hiſpanus dicit quòd & ipſa ineſt corpori propter animam; quare non rectè dicimus animam intelligere, ſed hominem anima primo animę 64. Dicit deinde Auer. Paſsiones communes ſunt, quæ conneniunt animæ propter corpus. & oppoſitum dicit ſuus tex. Quidam dicūt, ꝙ textus eſt corruptus. Hiſpanus dicit, quòd rectè eſt; ſed uoluit, ꝙ tales conueniunt corpori propter animam; ſed tamen non conueniunt animę, niſi præceſſerit aliqua diſpoſitio corporalis. & notandum in hoc tex. Ariſt. poſuiſſe ordinem dicendorum.

T.c.4. Ex omni autem parte, &c. In parte continuatiua commenti Auer. ponit continuationem text. propriam; cōtinuatio etenim & communis, & propria habetur. communis ponitur. à S. Thom. nam cum Ariſt. propoſuerit ſe agere uelle de ſubſtantia animæ, & de eius accidentibus, nunc primò de ſubſtātia aget, deinde de accidentibus animæ. de prima quinetiam duo perſcrutabitur; primò circa modū declarandi talem quidditatem, de qua in hoc text, vt continuat etiā Auer. mox de partibus ipſis eſſentiam illam ingredientibus. moderni, Pompo. ad artem reſpiciens dicit; cum Ariſt. ſuperius auditorem beneuolum, ac docilē reddiderit, in hoc text. reddit ipſum attentum, oſtēdens difficultatem rei, vt Ariſto. Reth. 3. Continuatio itaq; Auer. clara. In hoc tex. duo facit Ariſt. primò ponit propoſitionē, ſecundò declarationem. quas itidem Auer. exponens duo facit in parte comm. expoſitiua. ultimò ponit ſequentis tex. continuationem. In prima parte declarat propoſitionem tex. ꝙ omnino difficillimum eſt accipere, &c. id eſt difficile eſt ualde habere regulam, ſeu uiam communem, qua diffinire poſsimus: & hoc modo prima difficultas examinanda erit de uia. Notat, omnino, Hiſpanus, quaſi poſuerit Ariſt. totalem difficultatem, quæ eſt tum ex parte diffinitionis, tum ex parte rei diffinitæ. in ſecunda parte tangit rationem; quum enim ſit quæſtio. &c. declarat Auer. quia difficultas iſta contingit & ſubiectis alijs, cum ſuis diffinitionibus. & dicit Ariſt. circa ſubſtantiam. & circa quid eſt; & declarat hanc propoſitionem, ut bene etiam Them. quia diuerſi dicunt diuerſa: aliqui uolunt unam eſſe communem regulam ſubiectis omnibus diffiniendis; alij ſingulę ſingulam: ꝙ vna duntaxat perſuadet Ariſt. in tex. à ſimili per demonſtrationem; nam, ut ea, quæ ſecundum accidens dicuntur propria, unam habēt cōem methodum, per quam de ſubiectis ſuis uerificantur, quę demōſtratio eſt, ſic &c. Dixit, ſecundùm accidens: notat Ioan. Grā. ꝙ aliud, dicere, accidens, aliud, ſecundùm accidēs: nanque accidens eſt, quod diſtinguitur contra ſubſtantiam; quod. ſ. ſecundùm ſe nō ſubſiſtit, nec ſecundùm ſubſtātiā ineſt rebus, ſed extra accidit ipſis, vt albedo, & nigredo corpori: ſecundùm accidens autem, quod ex neceſsitate ſubſtantiam conſequitur: quod. ſ. & ſimul demit, & ſimul demitur. In vltima parte continuat ſequentem litteram.

Dubitatur, vtrum ſcientia de anima ſit difficillima; & eſt argumentum, ꝙ nō. talis ſcientia eſt certiſsima, & hoc habetur in primo tex. ergo non difficillima. ſecundo Ad idem; quæcunq; cadunt ſub ſenſu, & maximè ſunt uicina, nobis ſunt facilioris cognitionis, quàm quę diſtant, quandoquidem cognitio noſtra ortum habet à ſenſu 3. animæ. 30. 39. modò vegetatiua anima, & ſenſitiua, ratione ſuarum paſsionum, maximè ſunt ſenſibiles, vt ſecundo anim. 134. ergo &c. In oppoſitum eſt tex. Ariſt. & confirmatur inter Latinos. S. Thom. notat duas maximas difficultates, prima ex parte uiæ, quando quidem alij diuiſionem, alij compoſitionem, alij demonſtrationem dixere, ut 2. poſt. Ariſt. ſecūda circa principia animæ propria inuenienda, vt rectè anima diffiniatur, quod eò difficilius eſt, quò principia rei ſpiritalis inueſtigantur, vt notat Alb. In hac difficultate Io. Iand. primò ponit unam diſtinctionem, ſecundò duas concluſiones ueritatē in quęſito determinantes: diſtinctio de difficultate eſt duobus modis, aut ex parte rei cognoſcendę, aut modi noſtri cognoſcendi, & eſt Ariſt. 2. meta. 1. ex parte noſtri modi cognoſcendi, quando ſcilicet res ſunt minus ſenſatę, cum cognitio noſtra à ſenſibus dependeat 3. anim. 39. ex parte rei cognoſcendæ, quādo ſcilicet res ſunt minus in actu; quia, ut ſic, minus aptę ſunt intellectum mouere: quandoquidem, quod intelligitur, in actu eſt 9. metaph. 20. corollariè aſſumitur materiam primā eſſe difficillimę cognitionis. 1. phy. 69. & motum. 3. phyſic. 15. cum de actu habeant minus, quàm opus eſſet. hac poſita, prima ſit concluſio, ꝙ anima vegetatiua, & ſenſitiua non eſt difficillima aliquo duorum modorum; primo, quia vtraque magnę eſt entitatis, cum utraque forma ſit: modò quod verè eſt, actus eſt. 2. animæ 7. deinde ſunt propinquę ſenſui: quia principia operationum ſenſibilium, nutriendi ſcilicet, ac ſentiendi. ſecunda concluſio. Anima intellectiua difficillimæ eſt cognitionis, tum, quia ſub ſenſu non cadit ipſa; cum neque corpus, neq; uirtus ſit in corpore 3. animę 6. nec eius operationes; quandoquidem abſtractæ ſint nimis, ut intelligere, & uelle. 3. animæ com. 4. ex parte rei, quia intellectus eſt in pura potentia. 3. animæ 5. Tunc dubitatur contra dictum, quia ſcientia de anima erit metaphyſica ipſa difficilior, cum ſit ex vtraq; parte difficilis, metaphyſica uerò duntaxat ex parte noſtri 2. metaph. 1. quādoquidem intelligentię ipſæ maximè actu ſint. ad quod reſpondens Ioan. Iand. concedit, ſi difficultas merito noſtri modi cognoſcendi in vtraque eſſet æqualis; verùm non ita eſt, quinimo in metaphyſica. eſt tanta difficultas merito noſtri modi cognoſcendi, vt ſuper emineat vtrique difficultati cōtingenti in libro de anima; quandoquidem comparauerit nos Ariſto. 2. metaph. primo oculo nicticoracis ad lumen ſolis; quare notandum, quòd ſi comparetur ſcientia de anima alijs ſcientijs ſpecialibus, erit tunc ſcientia difficillima; quòd ſi metaphyſicæ, erit de numero difficillimorum. Scot. 2. metaphyſic. text. primo concluſione tertia ad vltimum ponit aduerſus opinionem Auer. quòd difficultas cognitionis ſit ex parte intellectus noſtri, & non ex parte rei. & fun-

damentum eſt, quia res eſt, & ad ens primò conſequitur cognoſcibilitas 2.metaphy.4. ergo merito ſui non eſt difficultas; quia vnaquęq; res apta eſt intelligi, ſecundùm quòd eſt, vt paruus ignis ita comburit intensè, ut magnus: &, quòd hoc verum ſit, confirmat Scotus ratione; nam, ſi eſſet meritò rei, competeret ſibi, inquantum talis, & ab intrinſeco; ergo cuicumq; compararetur, ſemper eſſet talis; ergo materia prima, motus, & ſimilia, ſi intellectui diuino compararentur, adhuc difficillimę eſſent cognitionis: quòd ſi negabitur, ſcilicet dicendo ꝙ difficilia ſint humano, & non diuino intellectui; ſequetur, ꝙ difficultas proueniet merito intellectus, & non rei. Pro ſalute fundamenti Ioan. Iand. quod eſt Auer. 2. metaph. 1. pono concluſionem oppoſitam, difficultatem etiam cognoſcendi cauſari merito rei, in quibus ſcilicet deeſt propria ratio cognoſcibilitatis; quæ actualitas eſt formalis. & ꝙ iſta ſit Ariſto. opinio probo: primò per Ariſt. 3. phy. 15. vbi dicit, ꝙ difficile eſt accipere motum, quid ſit: & huius cauſam reddēs dicit; quia actus eſt imperfectus. idem Ariſto. 11. metaph. cap. 8. dicens antiquos non potuiſſe cognoſcere motum, quia eſt de difficili ex parte ſui, & ibi repetit, quęcunque in 3. phyſi. ſunt abundè dicta: quare pro veritate notat Hiſpanus tria; primū, ꝙ intellectus noſter difficiliùs cognoſcit motum, tempus, primam materiam. relationem, & huiuſcemodi: quàm quantitates, continuā ſcilicet & diſcretam: & hoc Scotus non negaret. ſecundū ꝙ intellectus noſter nō habet cognoſcere per ſpecies increatas, ſiue infuſas: & hoc habet concedere S. Thom. tertium, ꝙ pro ueritate notandum eſt, quòd difficultas non eſt merito rei tantùm; non tātùm intellectus, ſed ex improportione vnius ad alterū: quæ improportio cauſatur ex parte vtriuſque extremi: quare difficultas erit ex improportione agentis ad paſſum, quod eſt merito vtriuſque. quòd ſi adhuc quæratur, in quo maior ſit difficultas, dicendum puto, in intellectu: neque hoc inficiaretur S. Thom. At notandum, ut Sueſ. quòd difficultas non ineſt intellectui, ut intellectus; qa illi, ut ſic, nihil eſt ignotum: primo de gen. & corruptio. 19. ſed ei cōtingit difficultas, ut cōiunctus nobis eſt; nam intellectus, vt intellectus, neq; facilè, neque difficilè intelligit: quandoquidem à corpore omnino ſeparatus eſt; quia neque in eo ſit ſpirituum reſolutio, nec contrarium habet, neque ad intelligendum ineptus eſt: ut autem coniunctus nobis, etſi contrario careat, ac ſpirituum reſolutione, redditur tamen per accidens ineptus ratione ſenſuum; à quibus, ſcilicet in intellectione dependet, & ſine quibus intelligit nihil: ſequitur inde, quòd, ſi intelligibile de facili non cadat ſub ſenſu, cum difficultate etiam apprehendi poteſt ab intellectu: at facilitas illa, & difficultas, cum dicat reſpectum, utrunque neceſſariò exigit extremorum. quare ad argumenta Scot. patet reſponſio. & primò fundamentum concludit, ꝙ ex parte intelligibilis, vt intelligibile eſt, nō cadit difficultas; quia vt ſic, neque contrarium habet, neque ſpirituum reſolutionem, neque ineptitudinem, quandoquidem ad ens conſequatur cognoſcibilitas: ſed difficultas eſt, ut comparatur intellectui nobis coniuncto. nec propter hoc concludendum; ergo difficultas eſt merito intellectus, ſed merito vtriuſque, ut cōceptus materiæ primę, quia improportionatur intellectui noſtro intelligenti, ut ſic, ratione ſcilicet ſenſuum: ſic neganda eſt conſequentia Scot. quia non competit rei, vt res; ſed ut improportionatur, quod reſpicit utrunque: relinquitur itaque diſtinctio illa data à Io. ut peripaterica. Circa determinationem Ioan. quòd ſit difficillima, ratione ſcientiarum propriarum, adhuc cadit dubium; quia ſcientia de materia prima ſit difficilior: quamuis utraque in genere ſuo mera potentia ſit, ut de intellectu; 3. anim. 5. de materia. 7. metaph. 8. quia intellectus eſt actus corporis; 2. anim. 24. tametſi analogicè: at materia prima omnino potentia eſt, & non eſt ob id cognoſcibilis, niſi ſecundum analogiam ad formam. primo phyſi. 69. Pompo. Difficultas attenditur penes improportionem agentis ad paſſum. Cauſæ verò difficultatis ſunt, vel agēs, vt materia, quia actu non eſt; vel paſſum, vt intellectus reſpectu obiecti diuini, quia non poteſt pati, & ſi obiectum ſummè ſit intelligibile; vel ex parte vtriuſq;. vt natura animæ intellectiuæ poſsibilis ab intellectu humano; tum, quia potentia eſt, tum, quia non ſenſatus. Reſpondet Ioann. Iand. quòd ex parte rei ęqualis eſt difficultas vtriuſque; ex parte verò intelligendi, intellectus poſsibilis eſt difficilior: quia materia prima habet operationem, quæ cadit ſub ſenſu; intellectus uerò poſsibilis nequaquam. primum fundamentum eſt ruinoſum per dubium iam dictum; ſecundum quinetiam falſum; quia tranſmutatio in ſubſtantia, non eſt operatio materiæ primæ, cum ipſa non operetur; quia non eſt in actu, ſed eſt operatio tranſmutabilis: quę tametſi in materia prima inueniatur, dico cum Ioan. quòd eius fundamenta tenent: quia dato, quòd illa non ſit operatio materiæ primæ, eſt tamen in materia; & non reperitur in alio, quàm in materia: & dato quòd illa non ſit ſenſibilis, tranſmutatio ſcilicet, quia aut ſubſtantia eſt. aut relatio; ſiunt tamen per illam in materia multa accidentia ſenſibilia, & de hoc ſatis ad pręſens.

Si autem non eſt una, &c. com. Auer. quod eſt T.c.5.
in parte expoſitiua poſita iam in calce ſuperioris continuatiua, diuiditur in tres partes; ut tres ponit difficultates, ſecundùm quam expoſitionem tripartitur & tex. Ariſt. cui expoſitioni omnes concordant expoſitores, Simplicio excepto; q duas duntaxat partes exponit; differentia ſuo loco notabitur. In prima parte capiens alterum condiuidens membrum, primam ponit difficultatem, quę circa modum eſt diffiniendi. Si itaque non ſit una quædam uia communis ſubſtantijs omnibus diffiniendi, tunc maior erit circa animæ notitiam difficultas; quandoquidem uia una diffiniendi unicā præſtet difficultatem; & plures, plures. Exemplò declarat Pompona. Si in diuerſis ciuitatibus eſſet una ędificandi conſuetudo, tunc non multa eſſet apud omnes ædificandi difficultas: uerùm, quia

apud

apud dinerſos eſt diuerſa; inde maior habetur difficultas: in ſecunda, quæ eſt; Si autem manifeſtum,&c. ponit Auer. ſecundam difficultatem continuando ad primam, dicens; Cum nobis fuerit notum hanc uiam eſſe, & eſſe nnam, tunc erit adhuc dubium, quæ illa ſit: nunquid demonſtratio, ut Hippocra. quidam tenent, ꝙ non fuerit ille Medicus, cui ad minus artificialis logica non erat nota; ſed chius, qui quadrauit circulum 1. phyſi. 11. aut diuiſio, ut Plato, aut compoſitio, ut Ariſt. poſt. 2. & cum Auer. alij cõcordãt expoſitores, & The. expreſsè. Simplicius vult, quòd iſta, quæ ab his ponit, ſecũda pars ſit narratio primæ partis, & pręſertim illius tex. Oportebit accipere. & ſic tota erit una prima pars. de facto, expoſitio Auer. Them. Alb. mihi magis placet; qnandoquidem agatur nunc de difficultatibus diffinitionis ſimpliciter, quæ uel reſpectu rei, uel reſpectu modi contingũt: & reſpectu modi adhuc dupliciter, primò ratione unitatis, uel pluralitatis. ſecundò, quo modo adhuc unitas illa habeatur, uel ſingula illarum plurium, & de hac difficultate egit etiam Ariſt. poſt. 2. quare omnino tres erunt difficultates. quarum duabus expeditis Auer. exponit tertiam, & tria facit. primò expouit difficultatẽ in re, ſecundò cauſam difficultatis; quæ duæ partes ſunt. In text. 3. ponit ipſe vnum notandum. deinde primo babito diffiniendi modo, qui concernit eſſentialia rei, multi adhuc contingunt errores; quia maxima eſt difficultas in inueniendis principijs terũ eſſentialibus, & difficultas iſta tertia philoſophica eſt, & realis; quæ verò retro dictæ ſunt, logicæ: poſſemus nanque inuenire principia remota, & non eſſentialia; & ſic non diffiniremus. in ſecundo declarat cauſam, quia entia ſunt diuerſa; & diuerſorum entium diuerſa ſunt principia, quæ ſcilicet propria ſunt, ac diffinitionem ingrediuntur; eoq́ue magis talia inuentu difficilia ſunt, quo quæruntur in re non habente communitatem ullam cum rebus alijs, nt anima eſt, vt optimè Albertus notauit. ultimò ponit notandum; quòd ſcilicet diffinitiones componuntur ex proprijs, quæ in re ſunt: de partibus diffinitionis, an ſint reales, iam ſatis à nobis in phyſicis retro dictum eſt: pro nũc Auer. volnit, quòd diffinitio, vt animal rationale, quæ eſt diffinitio actu, compoſita ſit ex principijs, quæ ſunt in re obiectiuè, & ſignificatiuè; quia ſcilicet, ſuum ſignificatum eſt compoſitum ex principijs, quæ ſunt in re; & vocatur compoſitio obiectiua.

Dubitatur, vtrum poſsit dari vna quædam communis methodus inueniendi vniuſcuiuſque diffinitionem diffinibilium. & meritò quæritur propter dicta ab Ariſto. hic text. 4. 5. & maximè videtur, quòd ſic, ex ſententia Ariſto. 2. poſt. quæſtio, quid eſt, eſt nna, ergo una methodo cognoſcibilis. ſecundò Ariſtot. 2. poſt. tradidit regulas inueniendi diffinitionem, vt in primo formandi demonſtrationem, quæ una eſt de omnibus accidentibus demonſtrabilibus; quare, &c. In oppoſitum ratio eſt poſita in text. 5. entia ſunt diuerſa; ergo & principia diuerſa; ergo & diuerſæ methodi. Pro declaratione quæſtionis, notanda eſt talis diſtinctio; & eſt Ioan. Iand. ſecundò ponendæ ſunt duæ concluſiones. eſſe unam communem methodum, duobus modis intelligitur; primo modo, quòd per ipſam habeantur regulæ, & canones vniuerſales ad inueſtigandum ipſum, quod quid eſt. ſecundo modo, quòd per illam methodum cognoſcantur principia propria omniũ, quorum quod quid eſt indagatur. hac poſita ſit prima concluſio, quòd primo modo eſt una: & de hac egit philoſophus 2. poſt. & confirmatur, quia quęſtio, qnid eſt, eſt una. uerùm in hoc eſt dubium poſterioriſticum, cum dicat Aner. in cõmento, quòd ſententia Ariſtot. fuit, quòd talis una methodus compoſitiua eſſet; quia hoc ſtante non minus peteret Atiſto. quàm petebat Plato, in inuentione diffinitionis: qui ponebat eſſe uiam diuiſiuam: & deducitur primò, quia talis ſupponit uiam diuiſiuam, quam dicebat Plato. ſecundò, quia æquè bene poterat accidentalia, ſicut eſſentialia componere prædicata: & hoc tenet argumentum, intelligendo compoſitionem differentiarum cum genere. Pro quo reſoluendo dubio notat Pomponatius, quòd diffinitio propriè non inuenitur uia diuiſiua, aut compoſitiua ſolùm, alijs ſcilicet non ſuppoſitis; ſed ſupponuntur primò regulæ, de quibus Ariſto. 2. poſt. & 6. top. abund: egit: quibus habitis, mox per diuiſionem, & compoſitionem perficitur diffinitionis inuentio; & ſic non committitur principij petitio. præmittitur primò quòd diffinitio eſt ſermo expreſsiuus ſubſtantiæ rei: & quanqnam alio modo non probetur, non tamen propter hoc petitur, quia ſolùm ſupponitur, quoad quid nominis: ſecundum, quòd non datur in eſſentialibus proceſſus in infinitum; ſed deuenire eſt ad aliquod primum; & hoc ponit Ariſtot. 1. & 2. poſt. tunc reliquum erit quærere, quęnam fuerint prædicata illa eſſentialia expreſsiua quidditatis, & eſſentiæ. Cùm vero topic. 5. habeatur, quòd quatuor ſunt prædicata, genus duntaxat, & differentia diffinitionem conſtituent; quandoquidem proprium, & accidens eſſentialia non ſint: quare in diffinitione oportebit uenari genus, & differentiam: quæ duo per ſuas proprietates docet inuenire Philoſophns. top. 4. bene conſiderando, quòd nihil ſuperflui, nihilq́; diminuti in diffinitione ponatur: & quòd ſingula pars in plus ſe habeat, & totum in æquè. ad quæ omnia bene innenienda utilis erit, & diuiſio, & compoſitio ſcilicet generum, & differentiarum, & non quæcumque indifferenter: quare errauit fortè Plato, quia non ſuppoſuit regulas tales ante vſum diuiſionis: & ſic Ariſtotel. 2. animæ methodo uſus eſt diffinitiua; primò capit eam ſubſtantiam eſſe, tanquàm notum; poſtea dinidit ſubſtantiam in materiam, formam, & compoſitum; & probat, quòd non eſt materia, nec compoſitum, ergo eſt forma; & diuidit corpus in naturale, & artificiale; & probat animam formam eſſe non artificialis, ſed corporis naturalis. Inquiritur itaque diffinitio per diuiſiuam, compoſitiuamq́; viam, ſuppoſitis tamẽ regulis, vt dictum eſt; & eſt ſententia

Themiſtij expreſſa 2.poſt.ſuper tex.77.inquit; ex Topicis petendum eſt, nã ſicut loci ſunt,quibus accidens quidquam ſit necne, diſcernitur; ita ſunt, quibus genera, & ſubſtantiales differentiæ noſcũtur ſecunda concluſio ad propoſitum eſt, quòd ſi ſecundo modo intelligatur Methodus, quòd tunc non eſt vna, ſed plurificata ſecundùm pluralitaté principiorum diuerſorum entium, & eſt ratio de hoc in textu.diuerſorum entium,ſunt diuerſa principia: non enim poſſet talis Methodus eſſe cognitio ſpecialis; quia declarans in vna, in alia ſcientia ſpeciali non declararet: neque cõmunis, quia ſiue logica,ſiue metaphyſica fuerit, non declarabit ſub rationibus ſpecialibus, ſed cõmunibus 2. metaph.6.4.metaphy.1. ptimo Top.cap.1.plurificabitur itaque talis methodus; quæ tamẽ pluralitas ad vnitatem vnam analogam reducetur; & hoc modo ſcientia de tali methodo non erit vna, ſed plurificata ſecundum diuerſam pluralitatem ptincipiorum. Quare,vt Simplicius dicit,pro veritate tenendum eſt methodum eſſe vnam, & plures,diffinitiuam ſcilicet. Ad primum concedo totam conſequentiam, intelligendo tamen de methodo vna primò modo, quia de tali conſiderat logicus,& metaphyſicus; quia talis eſt ſermo ſignificatiuus quidditatis,& eſſentiæ.7.metaph.12.33. differenter tamen, quia metaphyſicus de diffinitione conſiderat, quomodo diffinitum eſt vnum cum ſua diffinitione; Logicus verò,quomodo diffinitio acquiratur uia diuiſiua, & compoſitiua, vt 2.poſt.aut, vt concluſio prædicatiua ſecundæ intentionis, vt animal rationale, & mortale eſt diffinitio hominis: per idem, & ad ſecundum patet reſponſio. ratio quinetiam ad oppoſitum concludit de methodo vna ſecundò modo accepta, quare, &c.

T.c.6. Primùm autem neceſſariũ eſt,&c. Auer. in parte continuariua cum Simplicio dicit; cum propoſuerit difficultates de methodo ipſa diffinitiua,proponit modò, quæ primò perſcrutanda à rectè eam diffiniente, & ſunt problemata de ea quęrenda; nanque,vt notat Sanctus Thomas, tria quęrenda ſunt; primò de ſubſtantia animæ, ſecundò de partibus, tertiò circa adiutorium,quod neceſſarium eſt ex accidentibus in diffinitionibus. Intentio itaque eſt vſque ad 19.enumerare quæſtiones, quę de anima ipſa contingunt: ex quo colligitur,quanta ſit de anima difficultas. In parte expoſitiua duo facit Auer. vt Ariſto. in text.1.declarar genus,ſub quo anima ipſa reponatur; ſecundò differentia; quandoquidem diffinitio ex genere conſiſtat, & differentia: quare hoc tanquam notum capiens de diffinitione, quod in logica determinauit,vt retro dictum eſt,quærit primo,ſub quo genere ſit anima: cauſa autem huius quæſiti eſt, quia non eſt entium omnium genus unum, vt affirmar Ioannes Grammat.inter Græcos:quærit itaq; nunquid ſub ſubſtantia,aut ſub quantitate,aut ſub qualitate reponatur, aut ſub alijs: cauſa verò, quod tria hæc duntaxat enumerauerit diſtinctè,fuit, vt bene notauit inter Græcos Ioannes Gram. & Simplicius,quia fuit Xenocrates,ponens eã ſub quantitate, quandoquidem numerum eſſe dixerit, Medici complexionem,Pythagorei,& Plato, ſubſtantiam; vel ſub alijs, ſi aliæ fuerunt opiniones. Dixit quinetiam; Fortaſſe. Egidius inter Latinos notauit ideo dixiſſe Ariſtot. quia non adhuc manifeſtum, an diffiniatur anima recta, & eſſentiali diffinitione,aut per additamentum; quandoquidem duę hæ ſunt entium diffinitiones; &,quæ per additamentum contingit, adhuc duobus modis, aut per res extrinſecas alterius prędicamenti;quatenus per ſubiectum accidens diffinitur propriũ; aut quia eſt eiuſdem generis,quod in diffinitione ponitur; non tamen de ratione diffiniti, vt corpus reſpectu animæ. Albertus aliter ponderat, quia fuit dubium ſupra, an anima reponatur directè ſub genere, quandoquidem principiũ eſt, quia actus; & actus,& potentia non directè,ſed reductiuè ponũtur in genere,inter Modernos, Pomponatius dixit id dictum eſſe, non quòd dubitet Ariſto.ſed, quia adhuc non eſt de re iſta determinatum. qui modus loquendi apud Ariſtotelem conſuetus eſt.Simplicius tamen inter Græcos rectius,quàm alij dixit Ariſtotelem ſimul diuidere, & conducere, dubitatiuè tamen propter diuerſas philoſophorum opiniones, cum adhuc minimè clarum eſſet, ſub quo genere reponeretur anima. Inquirendum itaque primò genus animæ, vt habeamus, quid ſit anima; & non modò genus remotum, ſed & propinquiſſimum genus, ut bene determinat Themiſtius, & Sanctus Thom. ſecundam partem, quæ eſt; Adhuc autem. primò continuat Auerroes; ſecundò exponit: dicit itaque, quòd habito genere,quærendum eſt, an potentia, an actus ſit. Simplicius notauit duo quæri de anima; primùm,quid ſit,& hoc in prima parte;ſecũdò,qualis ſit. & eſt ſecunda pars. & hęc diuiditur in duas. in prima Auerro.exponit propoſitum, in ſecunda cauſam,vltimò Auerr.ponit in commento cauſam cauſę.prima pars apud omnes eſt nota; in ſecunda dicit Ariſto. quòd multùm differt ponere,ſcilicet eam actum,aut potentiam. Circa particulam iſtam eſt dubium, & maximum;quid voluerit Ariſto.quod,ut facilius fiat, primò noto de actu,& potentia in genere ſubſtantię: quod notauit Ioan.Iand.ſuper 5.metaphyſic.quæſtione ultima; quòd ſcilicet intelligi poteſt quatuor modis: primo modo actus purus, & ſubſtantia pura, ſiue potentia: materia ſcilicet,& forma. ſecundò genus, potentia;differentia, actus: tertiò potentia obiectiua, & actus entitatiuus: quartò imperfectius potentia eſt, perfectius uerò actus.hoc ſtante, prima eſt opinio,quòd hic Ariſtoteles intellexerit per potentiam materiam ipſam primam; & per actum, Deum glorioſum: quia intermedia omnia compoſita ſunt. quæ opinio nõ eſt ad propoſitum; tum, quia adhuc minus notum eſt, an Deus ſit in genere; tum, quia talia omne genus non circuerent; ut uidetur ponere Ariſto.& idem expreſsè Auer. ſecunda opinio eſt, quòd per potentiã intelligat genus,& per actum differentiam. & hæc quoque ad propoſitum non eſt: quia prima quæſtio eſt, ſub quo genere reponatur.

[illegible]

quo habito, ſecundò quæritur, an actu, an potentia ſit. tertia opinio fuit Pompon. quòd per potentiam voluerit obiectiuam, nõ ſubiectiuã; quoniam quidẽ ſubiectiua non reperiatur in alijs prædicamentis, vt materia prima in genere accidentium; ad obiectiuam autem intellexit duas conditiones concurrere; alteram, quod id tale actu non ſit, ſecunda quod ad extra ſit producibile, vt Antichriſtus: chimera autem non dicitur in potentia obiectiua; ſubiectiua verò eſt reſpectu cuiuſcunque rei potentis ſuſcipere aliquid: quare ſolus excipitur Deus. & ſic ad tex. habito, quòd anima ſit in genere ſubſtantiæ; quæritur deinde, an ſit in potentia obiectiua. Verùm opinio iſta ſuſpecta eſt; nam idem eſt quærere de aliquo, an ſit in potentia obiectiua, quod quęrere de ipſo, ſi eſt: modò quæſtio, ſi eſt, debet præcedere quæſtionem, quid eſt: ergo prius erat uidendum, an anima in potẽtia eſſet, aut in actu; deinde quærere ſub quo genere reponeretur. ſecundò tales non eſſent valde oppoſitæ; quia idem eſt in potentia obiectiua; deinde in actu; quod non tenet Auer. Ioann. Grammat. tenet iſtas eſſe differentias diuiſiuas; & per potentiam voluit corpus; & per actum, incorporeum: nanque corpora vniuerſaliter ſunt in potentia, aut ad ſubſtantiam, aut ad quantitatem, aut ad qualitatem, &c. nanque in ſpermate ſumus potentia homines; & parui in potentia ad magnitudinem maiorem; cęleſtia verò ad vbi duntaxat potentiam habent, & applicans verba tex. dicit, quòd vſus eſt potentia in ablatiuo, vt notaret corpus, quod in potentia eſt; actus verò in recto, vt notaret formam, quæ cum ſimplex ſit, non in actu, ſed actus dicitur. At poſitio iſta ſecundum Hiſpanum, & ſi fortè toleraretur iuxta textum aliquo modo, non tamen ſecundùm ſententiam Auerr. & Themiſtij, qui volunt vniuſcuiuſque generis talem dari diuiſionem: modò corporeum, & incorporeum reperiuntur in alijs generibus à ſubſtantia. Simplicius primò notat animam humanam mediam eſſe inter abſtracta penitus, & corporalia, & vtriuſque naturæ participem eſſe quodam modo; quare quęſiuit de anima Ariſto. non reſpiciens ad diffinitum, ſed ad diffiniens magis. Quare in textu dixit Ariſto. Magis actus. Quia anima rationalis non verè dicitur ſimplex, ac purus ille actus, cum & ipſa potentia ſit, & materialis; & ea propter addidit ly, quiddã. dixit deinde, in potentia, ponens & id quod formatum eſt, quod etiam & actu eſt, ſed non actus: quare conuenienti modo ei, quod potentia eſt. non [illegible], ſed [illegible], oppoſuit: nanque in actu formatum dicitur eſſe, formam verò non, ſed actum: quæ quidem differunt non parùm. Quòd verò opinio iſta non ſit ad mentem Ariſt. probatur; quia ſecunda hæc quæſtio ſupponit primam etiam ſecundùm Simplicium; quia in hac ſecunda quæritur, qualis, quod eſt per differentiam. eſt itaque ſubdiuiſio primæ, ergo vniuſcuiuſque generis; quare erit falſum; quia actus ille, qui intermedius eſt, non verificabitur de aliquo genere accidentali; quòd, ſi intelligatur de ſubſtantia tantùm, adhuc eſſe non poteſt; quia nondum determinatum eſt animam reponi ſub genere ſubſtantiæ. Quare pro veritate dicendum ad mentem Auer. & Themiſtij, quòd actus, & potentia ſunt differentiæ diuiſiuæ, quæ contingunt omnibus prædicamentis, & ſunt valdæ oppoſitæ ratione priuationis annexæ: & hoc expreſsè determinauit Ariſtot. primo phyſico. 50. Eſt autem vna contrarietas in omni genere vno. Idem 55. & exemplificans Themiſtius in genere ſubſtantiæ; ouum, & ſemen potentia, non actu animal ſunt. Quare ſubiectum cum priuatione, quod eſt corpus, ſiue in ſubſtantia, materia prima cum forma corporeitatis, ſiue in accidentibus ſuo modo, in potentia dicetur; actus verò in recto forma erit: quæ cum veriſsimus non ſit actus, bene, vt voluit Simplicius, additum fuit ly, quidam. In tertia parte ponit Auer. cauſam cauſæ, quòd ſcilicet omnibus contingat prædicamentis, & ſint valdæ oppoſitæ. Quæ oppoſitio intelligitur priuatiua, vt declaratum eſt.

Dubitatur circa textum de differentijs, actu ſcilicet, & potentia; nam 3. phyſic. 3. 5. ponit has eſſe differentias entis; deinde ſubdiuidit ens in actu in decem prædicamenta. Pro huius declaratione notandum, quòd ens poteſt multipliciter conſiderari; vno modo, quantum ad numerum eius habendum; ſecundo modo, quantum ad eſſentiam vniuſcuiuſque; tertiò quantum ad diuiſionem prædicatorum. prima diuiſio eſt per vnum, & multa, vt primo phyſic. 6. 7. ſecundo modo diuiſio prima eſt per ſubſtantiam, & accidens. Hæc enim ſunt principia cuiuslibet uniuocæ eſſentiæ: & quælibet diuiditur per actum, & potentiam: cui poſtmodum accidit multitudo indiuiduorum: quare prima diuiſio erit, vt ſic, per ſubſtantiam, & accidens: ſecunda per potentiam & actum; tertia per unum, & multa: prima eſt in per ſe; & per accidens. 5. metaphyſic. 13. vt eijciatur prædicatum per accidens à ſcientia demonſtratiua. De ſecunda diuiſione hic intelligitur: de qua etiam Auer. optimè dixit in proœmio 7. metaphyſic. quia hic agitur de ſubſtantia animæ inuenienda. Ad dubium dicendum, quòd ibi diuidit ens actu, & potentia in decem genera; ergo præcedit diuiſio de actu, & potentia. Dicendùm, quòd voluit intelligere id, quod in prædicamento eſt: & tale compoſitum eſt, & corpus; quod deinde recepit diuiſionem in potentiam, & actum.

Conſiderandum autem, & ſi partibilis, &c. T.c.7.
Auerr. in parte continuatiua dicit; Cum enumerauerit quæſtiones de ſubſtantia animæ, incępit quærere, quod poſt hoc quærendum eſt: & eſt, an partibilis, an impartibilis ſit; & hoc non ab re, quandoquidem plerique philoſophorum de hoc varia dixerint: in parte deinde expoſitiua duo declarabit, quæ duo ponit Ariſt. in text. in primo ponit tres quæſtiones ſecundum illam intentionem; in ſecundo ponit rationem, cur ſunt quærendæ. prima itaque quæſtio eſt, an anima ipſa partibilis ſit, nec ne? Simplicius inter Græcos ſequens, quam habuit in præcedenti text. opinionẽ, ponit

ex altera parte materialem ſubſtantiam omnino diuiduam, cum corporea, & cum mole ſit; immaterialem verò, ac omnino ſimplicem indiuiduã: anima verò cum intermedia ſit, diuidua partim eſt; quandoquidem à re diuidua cognoſcibilia capiat; & ipſa quoque res, ſeu rerum notiones diuiſim capiat; cum ab vno ad aliud cognitum tranſferatur, & per cognita ipſa diſcurrat: indiuidua verò, quando cum notione ipſa cognita quieſcit, illa enim vnio cognoſcentis, & cogniti indiuidua eſt. Huic expoſitioni videtur aſtipulari prima huius loci expoſitio Themiſtij, quandoquidem eam diuiduam dicat inſtar medicinę, aut Philoſophię, quæ partes habent: Alia eſt, quam ponit Ioann. Gramm. quòd ſcilicet tota illa prima quæſtio intelligatur merito potentiarum; & hoc, quia Democritus ipſam indiuiduam poſuit ſecundum potentias, idẽ.n. voluit eſſe intelligere, & ſcire, & ab eadem virtute proficiſci: & hæc quoque Alexandro placuit. Auer. tamen exponit illud; Diuiſibilis; ſecundum ſubiectum, aut, non diuiſibilis, ſcilicet ratione ſubiecti. & addit rationem, quia ſcilicet Plato in Timæo poſuit animam ſubiecto diuiſam; quandoquidem intelligibilem in cerebro, concupiſcibilem in corde, nutritiuam in hepate. à qua etiam opinione non multùm diſcedens Galenus nutritiuam, ſiue naturalem in hepate conſtituit; affirmauitque inde, vt à principio per totum corpus deriuari nutrimentum. contrà Ariſto. ponit in corde principium animæ altricis, & ſenſitiuæ in libello de iuuentute, & ſenectute, idem in libello de ſpiratione. quam opinionem ſequutus Auer. damnauit opinionem Medicorum ſecundo colliget. cap. 4. & cap. 6. Them. in ſecunda expoſitione videtur tenere vtranque Alexandri, & Auer. dicens, quòd quæſtio poteſt eſſe duplex, aut diuidua ratione potentiarum, quæ duntaxat officio, ac actione diſtinguũtur; aut diuidua partibus, & ſubiecto, vt Stoici fortaſſe, & Plato. & hanc ultimam puto Ariſto. uoluiſſe; quandoquidem ſemper in quæſitis ad Platonem reſpiciat: deinde hãc eandem repetit in hoc primo tex. 90. 91. & contra Platonem illam determinat: In ſecunda particula primæ partis proponit ſecundam quæſtionem; & eſt, utrum hæ animæ, quæ poſitæ ſunt pro nunc ſubiecto indiuiduæ ſiut, & ſpecie ĩdiuiduæ, numero duntaxat plurificatæ. Poſuit autẽ Auer. intellectualem ſubiecto non differre ab alijs, intelligens per illam, non mentem, ſed cogitatiuam, quæ & ipſa intellectus dicitur; 3. animæ 20. & intellexit etiam de animis omnium animalium: ob id dixit; omnis aĩa, videlicet ſenſitiua hominis cũ ſenſitiua Leonis, & cogitatiua, &c. & hoc quæſitum fuit propter opinionem Pythagoræ; qui uolebat animas de corpore in corpus indifferenter migrare: & ob id ponebat omnes eiuſdem eſſe ſpeciei: & hanc opinionem ponit Ariſto. in hoc primo tex. 53. Tertiũ deinde ponit quęſitũ; ſi diuerſæ fuerint ſpecie, tunc quærendum adhuc, utrum diuerſitas illa ſit in ſpeciebus tantùm, & conuenientia in genere: aut ſit omnino diuerſitas in utroque, ſpecie ſiquidem, & genere. In ſecunda parte principali; Nunc quidem enim. ponit Ariſt. rationem, quare ſic dubitauerit. Quam exponẽs Auer. duo facit in commento: primò exponit, quod dictum eſt; ſecundò, quomodo ſecundùm ueritatẽ determinandum, declarat: de primo dicit, quòd dimittere hanc perſcrutationem, utrum ſcilicet animæ plurificabiles ſpecie duntaxat, aut & genere ſint, quanquam homo, & equus, ſub animali comprehenduntur, poſsibile ſit, imò dubitabile, an eorum animæ ſub una communi, ut potè generica anima, contineantur; fuit in cauſa, quòd antiqui, cum loquuti fuerint de anima humana, de omnibus ſimul loquuti fuerint, opinati, non ponentes ſcilicet diſtinctionem aliquam ſpecificam inter eas, quod & nos euitare non poſsimus, niſi uniuerſa totius animæ contemplatio adeatur: in notando deinde ponit Auer. ꝙ quærendũ eſt itaq; genus animæ; deinde, quòd unicuique proprium eſt: & duplex ponit genus, uniuocum ſcilicet, & analogum, & hoc ſecundum uoluit eſſe Ariſt. anima analogum.

Galenus cũ Platone quĩ to de decretis, quarto de vſu partiũ, 9. methodi.

Formidandum, aut, &c. Auerr. in parte continuatiua dicit; Cum dixit Dominus artis, quòd agendum eſt de anima uniuerſali, conſequenter quærendum eſt circa talem unitatem reſpectu diffinitionis, an ſcilicet debeat diffiniri, ut una genere, aut, ut una ſpecie. Tex. diuiditur in duas partes: in prima ponit quæſtionem dubitandam ab eo, qui uult diffinire animam: in ſecunda remouet, & reſpondet cuidam tacitæ obiectioni. Prima pars habet duas expoſitiones: Auer. ex altera parte, cũ quo Sanctus Tho. Albertus, de Latinis Egidius, & ſi utramque ponat, magis tamen adhæret opinioni Græcorum; declarat, quòd quæſtio eſt ex poſitis, ſcilicet, quòd diffinitio animæ debet eſſe uniuerſalis, nunquid eſſe debeat generica, ſicuti diffinitio animalis eſt, aut ſpecifica, ut eſt hominis, equi, &c. & hoc ideo factum uoluere, ut magis declarat Sanctus Thom. propter Platonem: nanque apud antiquos erat duplex opinio. Platonici ponebant uniuerſalia ſeparata; & ea dicebant ideas, quæ erant cauſæ particularium hic exiſtentium, tum eſſe, tum cognitionis: Peripatetici uerò nolebant dari ſubſtantias illas uniuerſales, ſed particulares duntaxat; & quòd uniuerſalia in natura nihil ſint, & propter hoc introducta ſit quæſtio, an ſit una communis ratio animæ, ut dicebãt Platonici, uel huius, & illius; ut dicebant naturales. altera expoſitio Græcorum eſt Simplic. Phil. Themiſtij, quòd quærendum eſt, propter quæſtionem retro dictam, nunquid ſint eiuſdem ſpeciei omnes, aut diuerſarum; utrum ſcilicet de eis danda etiam ſit diffinitio communis omnibus, ut animalis: ſi uerò diuerſæ ſint ſpecie, utrum danda ſecundùm unamquanque altera, ut hominis, equi, & cæter. & hæc eſt expoſitio Simplicij: cuius opinio in hoc fuit diuina; quia reſpexit ad ſecundam partem tex. in qua conueniunt omnes Græci, quòd Ariſto. dixerit uniuerſale genericum nihil eſſe: & ideo propriè non debet diffiniri: ſed ſpecies eſt, quæ uerè diffinitur; quia uera eſt eſſentia: ob id tangens diffinitionem uniuocam voluit T.c.8.

intelligere

intelligere ſpeciem, ut homo: & ſic reſpondet, ſi eſt unius ſpeciei: & poſuit animal loco hominis; quia homo magis debet poni, vt diſtinguitur contra alias ſpecies: quod fecit poſtea Ariſt. & erit eadem opinio cum Themiſtio: quia vera uniuocatio in ſpecie eſt, nõ autem in genere, uel analogia: & ſic plures numerat ſpecies: Et, quia fortè aliquis diceret; Exemplum Ariſto. de communi diffinitione non eſt de ſpecie, ſed de genere. Reſpondeo, quòd idem accepit dixiſſe, ut animalis, ac ſi hominis dixiſſet: quæ mihi non placet; quandoquidem exemplum de homine ponatur; ubi ſecũdum unumquodque altera diffinitio datur; quare melius Them. cum Philop. dicens, ꝙ quęſito eſt, an diffinitio animæ debeat dari, ut uniuoca, ſicut animalis eſt, ꝙ ſcilicet eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: ſub qua animalia cuncta reperiuntur: aut diffinitio talis debeat dari æquiuoca, uel analoga, ſcilicet ꝙ alia ſit hominis diffinitio, alia equi, alia canis, alia Dei, & per Deum hic intelligit Ariſto. ut inter omnes conuenit, corpora animata cœleſtia. Animal autem uniuerſale, &c. hanc ſecundam exponens Auer. tria facit. primò ponit unum documentum; ſecundò exponit literam; tertiò digreditur. In primo dicit Auer. ꝙ ſecundum Ariſtotelem diffinitiones non ſunt rerum uniuerſalium exiſtentium extra animam, ut Plato, ſed indiuiduorum exiſtentium extra intellectum, unde diffinitio hominis, ꝙ ſcilicet ſit animal, rationale, & mortale, verificatur de Socrate, & Platone, & non de homine uniuerſali extra animam exiſtente: q̃a intellectus eſt, qui facit uniuerſalitatem in eis.

Hanc particulam pleriq; de modernis Aueroiſtę Therapol. Pompon. uolunt, ꝙ Auer. intellexerit ſpeciem ipſam intellectam, quæ ſecunda eſt intentio: nanque datur in nobis intellectus poſsibilis recipiens & ſpecies intelligibiles, & intellectiones: alter uerò eſt cauſans illas: & eſt agens 3. ani. 18. quare intellectus agens ſcilicet cum phantaſmare producit, verbi gratia, ſpeciem intelligibilem leonis in intellectu poſsibili; & ſic intellectus poſsibilis intelligit rem cõceptu uniuerſali: & hoc modo agens facit uniuerſalitaté in rebus. & eſt ſententia Auer. 7. m. 48. 10. m. 6. 12. m. 4. quæ quidem expoſitio iudicio meo peccat duobus modis: primò circa poſitionem uniuerſalis: ſecundò circa ſentẽtiam Auer. de uniuerſali. pro primo notandum ſecundùm Ariſt. ꝙ uniuerſale eſt, quod in multis eſt, & de multis dicitur: quo ſtante, ſpecies illa intellecta, vt ſic, neq; eſt in multis, quia in intellectu eſt; neque de multis dicitur, quia ut repreſentatiua dũtaxat naturæ intelligitur: quare ſi talis debeat, ut uniuerſalis, cognoſci; neceſſe eſt, ꝙ fiat collatio ꝑ intellectum ipſius naturæ ad particularia, de quibus dicitur; ſecus actu uniuerſalis haud quaquam nominabitur; quòd etiam malè ad mentem Auerrois, patet, quia præcipuè Auerro. 12. metaphyſi. 4. intendit notare differentiam inter Ariſtotelem & Platonem de uniuerſalibus: quare intentio eſt de vniuerſali reali, quomodo apud utrunque intelligatur; ut eſt uidere per uerba Auer. ibi; uniuerſalia ſunt collecta ex ſingularibus in intellectu, & facit ea unam intentionem; nanq; facere, quæ ſunt in intellectu, unam intẽtionem, eſt facere entia realia, uniuerſalia. Quare hac omiſſa opinor dicendum, primò quòd ... uniuerſale actu, apud Ariſt. & Auer. nunquã datur, n... iſi prius facta collatione ab intellectu: nam uniuer... le, antequam intelligatur, non eſt uniuerſale, niſi ... in potẽtia remota; & cum actu intelligitur, ante col... atio nem non eſt uniuerſale actu, ſed potentia prop... qua, ut fiat actu uniuerſale. uerbi gratia humanitas cognita, quæ, ſi per intellectum ad Socratem, & Platonem conferatur, protinus actu uniuerſalis efficitur: de cuius ratione eſt, ut ſit in pluribus, & de pluribus dicatur; quod non eſt in uniuerſali, antequam actu intelligatur. Tunc poſſet eſſe dubium quia, ut ſic, humanitas eſſet priùs cognita, quàm Socrates, & Plato: cuius oppoſitum tenet Ariſt. in litera; Si eſt, poſterius eſt. Ad hoc dicendum, ꝙ humanitas poteſt dici prior, ſed non quatenus vniuerſalis eſt; quia, ut uniuerſalis, actu cognoſci non poteſt, niſi cognitis his, in quibus reperitur: in ſecunda particula exponit tex. aduerſus Platonem, ut in prima par. tex. dictum eſt, ſecũdũ Auer. & ſequentes. quæ quidem expoſitio, ut melius intelligatur, notandum, ꝙ Latini dicunt, Alb. ſcilicet, & Egidius, ꝙ Plato in omni re poſuit triplex eſſe uniuerſale; ante rem, primum; quod erat cauſa formalis ſecundùm eſſe præcedens, & hoc appellabat ideam: ſecundũ, in re; quod erat forma adhærens rei, una in multis, & de multis: tertium dixit poſt rem, quod eſt intentio uniuerſalis in anima, quare & de anima opinabatur, quòd una eſſet ante omnes animas; & talis eſſet, quæ diffinitione innoteſceret. contra quod Ariſt. in pleriſq; locis aduerſatur, 1. poſt. Gaudeant ideæ Plat. mõſtra enim ſunt: & 7. metaph. à 21. infra, penitus talia deſtruit uniuerſalia: quare & in hoc tex. ſecundùm Auer. & ſequentes aduerſatur, dicens, ꝙ animal uniuerſale nihil eſt; aut, ſi quid eſt, poſterius eſt, & non à quo dependeat, & eſſe, & cognoſci particularium. ſecundùm tamen alteram expoſitionem, qua opinor ueriorem, & eam poſuerunt Græci expoſitores, dicimus primò notantes, ut Simpl. ꝙ ſpecialiſſima ſpecies oſtendit ueram, ac perfectam ſubſtantiæ hypoſtaſim; neque ab alijs recipit, ꝙ ſubſtantia ſit, quinimo ſubſtantiat alia: nanque, & ſi materialis ſit, neque à materia, neque à compoſito habet, ꝙ ſit uera hypoſtaſis, & conſiſtat; uerùm & materia, & compoſitum habet, quòd per illam ſit, & conſiſtat utrumque: genus uerò, ſi per ſeipſum capiatur, ſecluſis ab eo ſpeciebus, nihil penitus eſt; ſemper enim cum aliqua ſpecierum eſt, uel poſterius; nanque ſpecies ipſa eſt totum quoddam impartibile athomum: genus uerò ſecundũ unam rationem partibile eſt in ſpecie diuerſa; quandoquidem in contentis in ſpecie eſſentialiter annumeratur: quare per ſeipſum nihil eſt, ceu particularis ratio in ſpecie contenta, poſterior illa: quapropter ad hoc reſpiciens philoſophus dixit, Animal aut nihil eſt, aut poſterius. idem affirmat, & Themiſtius. Genus mera notio eſt, ſine eui dẽti aliqua ſoliditate, ſed extenui, ſubobſcuraq;

ſimilitu-

ſimilitudine ſingularium collecta: at ſpecies natura quædam eſſe amat, & forma. In tertia parte digresſiua duo facit Auer. primò declarat, quō ratio illa Ariſto. ducatur conrra Platonem: ſecundò facit unam conſequentiam, ad propoſitum: in prima; Et dicit hoc, &c. nanque conſtat diffinitiones de ſuis diffinitis prędicari prædicatione dicēte, hoc eſt hoc, quia diffinitio, & diffinitum identificantur: at de Socrate diffinitio, quòd ſcilicet animal ſit, & rationale, prędicatur prædicatione dicēte, hoc eſt hoc; & non idęa: quandoquidem idea incorruptibilis ſit; & incorruptibile non dicitur de corruptibili, quia genere differunt 10. meta: 26. neque inqnantum incorruptibile; quia abſtractum per eſſentiam non prædicatur de materiali prædicatione dicente, hoc eſt hoc: dicit etiam, ꝙ non eſt curæ Ariſt. hic de ideis agere, an dentur necne; quia de eis in 7. & 12. meta. abundè agit'; ſed hic capit, quod & rationi, & ſenſui manifeſtū eſt, quòd ſcilicet diffinitiones de ſingularibus extra animam uerificantur: addit, quòd adhuc dato, quòd ideę ſint, poſteriores erunt: non enim ꝑ hoc uoluit, quòd ſi ſunt, eſſent poſteriores natura, aut tempore; hoc eſſet falſum; quia ſi ſunt, ęternæ ſunt; & ſic omnibus modis priores eſſent; ſed intellexit, quòd eſſent poſteriores, quo ad modnm noſtrum intelligendi: ex quo poſſumus intelligere Socratem, & Platonem non intellectis ideis. in ſecunda particula facit conſequentiam; ſi pręcederent, ſequeretur, quòd non poſſemus intelligere ſubſtantias rerum ſenſibilium, niſi prius cognouiſſemus ideas, ut eſt diſpoſitio aliarū cauſarum in re exiſtētium, materia ſcilicet & forma: & hoc, ſupple, falſum eſt. conſequentia tenet, quia compoſitum dependet in eſſe, & cognoſci à ſuis cauſis, per ſe componentibus. conſequentia iſta Auer. non uidetur ualere; quia ſtat, ꝙ ego cognoſcam hominem, non cognita idea hominis; quinimo, non cognito Deo, à quo cœlum, & natura dependet 12. m. 18. ꝓ hoc aduertendum, ut Hiſp. quòd multi dicunt ideas eſſe cauſas efficientes rerum particularium, quæ ſunt hic; & tunc non ſequeretur in rei ueritate conſequentia Auer. quia rem ipſam cognoſcere poſſum, non cognita eius effectiua cauſa. At dico, quòd tales ideæ ponebātur cauſæ exemplares, ſicut ſigillum, quod habet figuram, & imprimit in cera hanc, uel illam ſimilitudinem: quare bene addidit Auer. ꝙ non poſſumus cognoſcere, niſi per cognitionem cauſarū intrinſecarum, materiæ ſcilicet, & formæ.

Dubitatur, vtrum, ſecluſa quacunq; intellectus operatione, dentur actu uniuerſalia. Ioan. Ian. in quæſtione multa quęrit', & de pluralitate formarum, & de genitis per putredinem, & alijs, quæ cū minus uideantur facere ad textum, ab eis in præſentia ſuperſedebimus, eam duntaxat capientes difficultatem de vniuerſalibus, quæ in præſentia ab Ariſt. traditur. Dicamus itaque pro parte affirmatiua ſic; ſecluſa quacunque operatione intellectus, plus conueniunt Socra. & Plato, quàm Socr. & Bru. loquendo de conuenientia eſſentiali: ergo aliquod commune reperitur in Socra. & Pla. quod non in Socrate, & Brunello: & illud ſingulare non eſt; quare erit humanitas; ergo intentum. In hac difficultate tria faciemus; primò titulum declarabimus, ſecundò poſitiones diuerſas cum ſuis fundamētis enarrabimus; tertiò, quid pro ueritate tenendum ſit, Deo fauente, determinabimus.

Pro titulo notandum, quòd uniuerſale duobus modis 7. metaphy. 46. dicitur, & reale, & intentionale, ut omnis, quilibet, &c. quod diſtributiuum eſt: reale; aut in cauſando, ut Deus, & materia prima: & de tali meminit in procœmio meta. alio modo dicitur uniuerſale in prædicando, ut corpus; quod eſt aptum de pluribus prędicari, ut primo periher. 7. metaph. 45. 57. datur & tertio modo uniuerſale in eſſendo, quod in pluribus eſt ī eſſendo, & eſt id, quod eſſet commune pluribus per inexiſtentiam; ut homo, qui inexiſtit Socrat. & Plat. & alijs. Dubitatio noſtra eſt de uniuerſali primę intentionis, quod eſt uniuerſale in eſſendo, & in prædicando.

In ſecunda parte quæſtionis tres inuenio opiniones famoſas, duas extremas, tertiam mediam: prima extrema eſt, quòd non datur uniuerſale, neque actu, neque poteſtate; & eſt opinio terminiſtarum, & ante eos heraclitanorum; qui omnes ſingularia duntaxat in rebus mundi enumerabāt: Quæ opinio, ut melius intelligatur, notandum eſt, ꝙ apud eos prima intentio, & terminus primæ intentionis non differunt; ſic nec ſecunda intentio, & eius terminus; quare genus, & ſpecies termini ſecundæ intentionis, ac ſecūdæ ipſæ intentiones dicuntur, & ſunt. ſic homo, & animal, termini primæ, & primæ ſunt intētiones: & inter iſtos poſſunt eſſe termini, & uoces, quę terminos ſignificant; utputa termini ſecundæ intentionis, qui ſignificant immediatè terminos primæ, qui deinde res ipſas notant; verbi gratia genus, & ſpecies, ſunt uoces immediatè ſignificantes hominem, & animal; homo deinde, & animal immediatè res ipſas ſignificant, quę ſingulares ſunt. Quo poſitò fundamento, pro uia ſua dicūt, ꝙ uniuerſale in re, aut in eſſendo, haudquaquā datur; cū hoc tñ cōcedūt uniuerſale dari in ſignificādo, ſiue hoc uniuerſale primæ intētionis, ſiue ſecūdę intētionis capiatur: quod qualitercunq; ſit, tribus modis capi pōt, aut uocale, aut mētale, aut ſcriptum; uāq; ſi capiatur, ut uocale, aut, ut mentale, uel ut ſcriptum, ſingulare eſt; in ſignificando tamen, eſt uniuerſale: & ſic non ponunt naturas aliquas communicabiles, ſed uoces ipſas, quę in ſignificādo pro inferioribus verificantur; & hoc modo ſaluant diffinitionem eſſe uniuerſalium, & huiuſmodi, in ſignificando: & hanc concluſionem poſſunt confirmare, nanque paſsio primò, & per ſe competens ſuperiori, competit inferioribus, ſaltem ſecundariò; ſed per tenentes naturas dari, communicabilitas eſt paſsio primò, & per ſe competens naturæ communi, ergo inferioribus competet; ſaltem ſecundariò; quare Socrates erit communicabilis, quod eſt abſurdum. Hæc tamen poſitio peripatetica non eſt, & multas habet contra ſe inſtantias; quinimo Plato uidens, quòd per hanc omnino deſtruebatur ſcientia,

tia, ad ideas confugit, arbene Auer. 1. metaph. 6. vbi deſtruit negantes ſingularia in re aliqua communi conuenire: eſt & auctoritas Ariſt. in antepręd icamentis; Rerum autem vniuerſalium quædam de ſubiecto dicuntur, in ſubiecto autem non ſunt. Eſt & expreſſa 2. phyſi. 38. Genera ſunt cauſæ generum, & ſingulare ſingularium; vt ſtatuæ ſtatuam faciens; hic autem, huius. contra hanc & Scotus 2. ſenten. diſtinct. 3. q. 2. Quare pro hac opinione, & contra eam ſit dictum in tantum. ſecunda extrema eſt, quòd dantur vniuerſalia realia; & eſt tripartita; quidam ponunt ea omnino à ſingularibus ſeparata; & fuit Plato, & ſequentes: alij ponunt ea diuerſa à ſingularibus, ſed non ab eis ſeparata; ita vt abſtrahentes ea per intellectum mendacium non committerent, mathematicorum inſtar. 2. phyſi. 18. & fuit Burl. & ſequentes: tertii ea poſuerunt ſingularibus eadem, & præſertim ſpecies ipſas, vt Ioan. Iand. Quantum verò ad primam, Ariſto. reprobat fortiſsimis rationibus: nam, qđ prædicatur de aliquo in quid, & eſſentialiter, impoſsibile eſt eſſe leparatum ab illo; quinimo in eo eſt, & pars ipſius eſſentialis: ſed tale eſt genus, talis eſt ſpecies; ergo &c. deinde per fundamentum quinetiam Platonis ſequeretur, ꝙ generatio facta ab idea non eſſet vniuoca; quod eſſet expreſsè contra ipſum: nanque materia nõ eſt, quæ generatur; non forma, ſed compoſitum. 7. metaph. 27. modò compoſitum eiuſdem ſpeciei non eſt cum idea; ergo &c. & aliis quoque omnino deſtruit opinionẽ hanc Ariſto. 7. metaph. à 28. ad 32. ſecunda in ordine fuit Burl. qui ponit dari naturam communẽ actu vniuerſalem, ſeeluſa quacunque operatione intellectus, diſtinctã realiter à ſingularibus. & poteſt confirmari ratio iſta quoad vtranq; partem; nãque: Socrates diffinitur, aut vt natura particularis, aut vt natura actu vniuerſalis: ſi primum, ergo quatenus ſingularia ſunt, ſcirentur; ꝙ aduerſatur philoſopho poſt. 1. Diffinitio eſt vniuerſaliũ quatenus demõſtratio: 7. meta. 53. Singularium neq; monſtratio, neque diffinitio. ſi verò ſecundum, habet intentum. Fortè diceretur ad hoc, ꝙ diffinitur Socrates; verùm cum diffinitio ſit per intellectũ, intelligitur, non quatenus ſingulare eſt, ſed vt vniuerſale. Tunc contra, aut intellectus intelligit id, quod eſt in re, aut aliter, quàm ſit in re; ſi primum, habeo intentum, ſi ſecundum, ergo intellectus eſt falſus 6. metaph. vltimo. ſecundò auct. Ariſt. in libro perihermenias, & in ante prędicamentis; Vniuerſale eſt aliquid vnũ in multis, & de multis, quare intentum. ſecunda quinetiam pars concluſionis ꝓbatur; Quandocunq; ſunt aliqua duo fundamenta extrema contradictionis; illa non ſunt idẽ realiter; ſed indiuiduum, & ſpecies ſunt huiuſmodi; ergo &c. minor probatur, nam Socrate non exiſtente, adhuc homo eſt, ergo intentum. maior eſt fundamentum Scoti, quo nititur probare relationem realiter differre à fundamento: opinio tamẽ iſta non eſt peripatetica: nanque expreſſa eſt ſententia Auer. hic & 12. metaph. 4. 1. meta. 27. ꝙ intellectus eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus: idem hic Them. determinans, ꝙ neq; animal, neque homo, ſed ſingulare, diffinitur; deinde, quia realiter à ſingulari diſtinguitur ſecũdùm ipſum; tunc homo non erit pars ſingularis hominis, quare nec propoſitio iſta; Socrates eſt homo, eſt propoſitio per ſe, quod eſt apertè falſum. vltimò, ponatur caſus, quòd omnia particularia deſtruantur, hoc poſsibile eſt; &, ſi fortè non in his, quæ ſunt per propagationem; ſaltem in his verũ erit, quę ſunt per putrefactionem; quare relinquetur quærendum, in quo, ſeu quibus ſaluabitur natura murium; quæ, per ipſum, vniuerſalis actu eſt extra animam; & eo potiſsimùm, quo mures iterum reparantur, & ſunt: quare & iſta in præſentia omittatur opinio. Tertia, & quæ media eſt, eſt Scoti, S. Thom. Auer. & Them. quinimo Them. mouet dubium hoc ex intentione propria in hoc loco: veruntamen notandæ ſunt quædam propoſitiones, in quibus omnes iſti communicant, mox eas, in quibus differunt: prima ſit ex conſenſu omniũ, ꝙ datur vniuerſale in re potentia remota, ſeeluſo quocunque opere intellectus: ſecunda, vniuerſale potentia propinqua non ſic reperitur in re, ſed habet eſſe per cognitionem ſimplicẽ intellectus: tertia, vniuerſale actu non reperitur in re, reperitur tamen per cognitionem comparatiuam intellectus: & hoc modo media eſt opinio hæc inter eas, de quibus retro diximus: & has concluſiones confirmant Scot. 1. ſent. diſt. 3. q. 6. S. Thom. prima parte quæſt. 85. art. Auer. 12. metaph. 4. & hoc in commento, idem Them. At pro declaratione harum concluſionum videndum eſt primò, in quibus differant: nam inter omnes conuenit, ꝙ vniuerſale potentia remota, quod ſit ipſum ſingulare: & iſta eſt expreſſa etiam ſententia Ariſtot. 1. poſt. cap. de erroribus; Demonſtrantes de iſto Sole, non demõſtrant, Sed de ſole ſimpliciter. quod tametſi actu non ſit, clauditur tamen in hoc Sole ſingulari: & eſt vniuerſale potentia remota. Attulit & hic eodem modo exemplũ Them. de vnico homine ſingulari, quod fortè accideret tempore diluuij: at, quia de ſingulari ſecundum diuerſa fundamenta, diuerſa dicuntur; ob id primo notandum in via Scoti, ꝙ compoſitio eſt duplex, vel ex materia, & forma; vel ex proportionalibus: hanc ſecundam appellat compoſitionem metaphyſicalem; & hac compoſitione, vult eſſe compoſitum ſingulare de prædicamento ſubſtantiæ: nanque capiatur indiuiduum humanum, & ab eo remoueantur quęcunque aliorum ſunt prædicamentorum; tunc iſte Socrates erit homo, non tamen adęquatè, quia homo ad plura ſe extendit: & ſicuti homo per differentiam additam, quę rationalis dicitur, homo eſt; ſic & Socra. per hęccheitatem dicitur Socrates: quæ quidem natura hominis, vt in Socrate, repugnat, quòd ſit communicabilis; in ſe tamẽ nõ repugnat; ſicuti cera, quatenus in ſe eſt, nõ repugnat, at bene quatenus in cęſare eſt. iſte tamen gradus in Socrate, ſiue thæccheitas, & ſi reſtringat Socratem ad maiorem vnitatem, quàm ſit vnitas naturæ; non tamen ſunt diuerſę res, ſed vna duntaxat res formaliter diuerſa; quia vna diſtinctè poteſt intelligi ſine altera, vt homo ſine hoc homi-

homine, Socrate. ſ. nõ tñ èconuerſo, quare ecõuerſo formaliter non differunt: eſt itaq; eadẽ res totũ cum qualibet eius parte, vt requiritur in compoſitione metahpy. tenet itaq; Scotus ex his naturam ligatam Socrati, non diuerſam realiter à Socrate eſſe id vniuerſale, quod potentia remota vniuerſale eſt: & confirmatur, quia non eſt gradus ille indiuidualis, cum talis per ſe primò ſingularis ſit, nec eſt ipſe Socrates, cum per ſe ſingularis ſit; & ſi non primò, quia per gradum illum eſt ſingularis: erit itaque humanitas, ſeu natura communis: cõmunis, dico, per indifferentiam, & non per inexiſtentiam, vt natura diuina communicata tribus eſt: hęc tamen natura, cum in re ſit ligata, neque in re poſsit diſſolui, opus eſt vt fiat vniuerſalis, ꝙ ꝑ intellectum diſſoluatur. Soluitur primò, quãdo natura illa intelligitur abſque conditionibus indiuiduantibus; & apud Scotum dicitur conceptus obiectiuus rei, quæ intelligitur, vt lapis apprehenſus; &, vt ſic, potentia propinqua vniuerſalis dicitur: ꝙ ſi conceptui illi attribuatur reſpectus quidam per actum collatiuum intellectus, tunc efficitur actu vniuerſalis, & dicetur ſpecies, & huiuſmodi. quæ omnia ſenſatiſsimo manifeſtantur exemplo, nam ligatus, eſt in potentia remota ad curſum, ſolutus eſt in potentia propinqua, currens actu eſt.

Quare ſecundùm Scotum iam conſtant tres ſuperius adductæ concluſiones S. Thom. qui in modo ponendi ſingulare, ſeu indiuiduationis principiũ, differt à Scoto; quandoquidem hęccheitates illas non admittat; ponit id eſſe in potẽtia remota vniuerſale, quod ſingulare eſt, non tamen ſub ratione ſingularitatis; vt ipſemet declarat in libello de ente, & eſſentia cap. 2. Licet natura humana ſit ſingularis; tamen ſingularitas non eſt de eius eſſentia; quia ſi ſic, ſequeretur, ꝙ intellectus noſter non poſſet intelligere naturam humanam ſine ſingularitate. Intelligit igitur vniuerſale eſſe duplex; altero modo intentio ipſa vniuerſalitatis, & hęc actu eſt; altero modo natura ipſa ſubiecta intentioni, quæ extra animam in ſingularibus inuenitur, & eſt hęc potentia vniuerſalis: & hanc diſtinctionem tangit ipſe prima parte quæſtione 85. articulo. 3. Ad primum Auer. & ipſe, qui in modo loquendi differt à Scoto; quandoquidem velit per materiam quantam indiuiduationem fieri, vt t. phy. 6. Multitudo, aut rerum differentium ſecundùm formam, aut ſecundùm quantitatem. non tenet illam hæccheitatem. ſecundò, quia non tenet aliam compoſitionem in Socrate, quàm realem, ex carne ſcilicet, oſſe, & ſimilibus, & anima cogitatiua, ut forma; ponit naturam illam communem, quæ potentia remota vniuerſalis eſt, formam eſſe: & illa forma, quantum eſt ex ſe, non repugnat quin inueniatur in materia alterius, & alterius hominis: & totum dicit Auer. de forma, quod dicit Scotus de humanitate contracta per differentiam indiuidualẽ. & ſicuti dicebat Scotus, ꝙ differentia indiuidualis neque eſt quidditas, neque pars quidditatis; ſic & Auer. idem de materia affirmat, tenẽs formam illam, quę eſt altera pars compoſiti, eſſe veram quidditatem. de hac forma videtur, & S. Thom. affirmare illud vniuerſale in potentia remota; quandoquidem in quæſtione 85. primæ partis artic. 3. ad quartum dicat; Si conſideremus ipſam naturam generis, & ſpeciei, ꝓut eſt in ſingularibus, ſic quodammodo habet rationem principij formalis reſpectu ſingularium: nam ſingulare eſt propter materiam, ratio aũt ſpeciei ſumitur à forma. opinor tamen opiniones iſtas nõ coincidere, quandoquidem forma non idem velit apud vtrunque: nanq; Auer. per formam intelligit alteram partem compoſiti, quàm eſſentiam vocat, & quidditatem. 2. phyſic. 28. & infra t 6. S. Thomas per formam voluit totam illã naturam; quæ tametſi ex materia, formaq; conſiſtat, vt tamen comparatur ad ſingulare, ſeu ſignatam materiam, ſe habet per modum formę, vt bene exponit Thomiſtarũ doctiſsimus Herueus de vnitate formæ quæſtione 12. vbi dicit, ꝙ ſicuti forma limitatur ad materiam in compoſito, quod eſt ſpecies ipſa; ita & tota iſta natura, quæ eſt quoddam tertium reſultans, limitatur ad indiuiduum: & hoc modo, & ipſa tota ſe habet tunc per modum formæ, & indiuiduum per modum materiæ: quod videtur & Scot. uoluiſſe 3. ſenten. diſt. vigeſimaſecunda quæſtio. vnica. Conuenit itaq; inter omnes, ꝙ datur extra animã vniuerſale potentia remota, & ſi differant in poſitione illius naturæ, vt dictum eſt; ea præſertim ratione, quia talis extra animam ſingularis eſt apud omnes: verum tamen eſt, quòd apud S. Thom. & Auer. natura cõis, eſt magis cõis, quàm ſit apud Scot. quia Scotus ponit talem naturam indiuiduari ab intrinſeco, quod notat maiorem coarctationem; apud Auer. & S. Thom. natura communis indiuiduatur ab extrinſeco; quare videtur cõmunis magis per indifferentiam. At dubium eſt, quia, ſecundùm Scotum, vniuerſale potentia propinqua eſt conceptus obiectiuus rei, & eſt ipſa rei imago, vt imago Cęſaris in marmore: & ſic habet eſſe duntaxat per ſuum repręſentatiuum, quod eſſe diminutum, & imperfectum eſt: quare tale vniuerſale, neque ſubſtantia, neque accidens eſt; ſed ſolùm verbi gratia eſt humanitas cognita. quo ſtante, ſequetur, quòd non dabitur vniuerſale reale, vt dictum eſt; quia non correſpondet res illi cõceptui. Ad quod dicendum, ꝙ aliud eſt id, quod terminus ſignificat; aliud eſt id, de quo terminus ſupponit. & apud Auer. etiam; nanque album primò ſignificat albedinem; ſupponit tamen pro habente albedinem 5. metaph. 14. ſimiliter homo in intellectu ſignificat humanitatem cognitam; ſupponit tamen pro humanitate contracta in Socrate, vel Platone: quare ad argumentum neganda conſeqnẽtia, quia ſic correſpondet natura in ſignificando, quamquam pro contractis ſupponat, quẽadmodum albus paries primò ſignificat albedinem, quæ res eſt, ſupponit tamen pro contracta ad parietem, cùm ipſum connotet.

In tertia parte quæſtionis duo faciemus, primò determinabimus, quid pro veritate tenendum ſit. ſecundò argumenta ſuperius adducta in oppoſitũ ſoluemus: pro primo determinamus opinionem illam mediam, de qua retro diximus eſſe, & verã,

& peri-

& peripateticam, & præſertim ſecundùm opinionem Auer. circa fundamentum de forma, pro altera parte compoſiti duntaxat intelligi: vtrum autẽ intelligi debeat de forma illa pro toto compoſito ſpecifico, vt voluere S. Tho. & Sco. ĩ q̃õne, an materia ſit pars quidditatis, determinabitur, vtrum etiã ꝑ intrinſecũ, aut ꝑ extrinſecũ fiat ſingulare; in quo differunt Auer. & S. Thom. à Scoto, in quęſtione de principio indiuiduationis agendum erit: quare in præſentia ſupponatur pro veriſsimo fundamento dictum Auer. ꝙ ſcilicet intelligatur de forma pro altera parte compoſiti. quo ſtante; ſit prima cõcluſio, extra animam non reperitur actu, niſi ſingulare: ſecunda cõcluſio, in anima duntaxat reperitur actu vniuerſale: tertia concluſio, potentia vniuerſale reperitur in anima, & extra animam. prima concluſio, & ſi apud omnes peripateticos nota ſit; poteſt tamen probari per dicta Auer. 3. animæ 18. Et dicta ab Ariſto. ſunt; quia vniuerſalia nullum habent eſſe extra animam; quod ſi haberent, non opus eſſet ponere intellectum agentem. Idem 2. anim. 60. 1. metaph. 26. 27. 3. metaph. 20. 7. metaphyſi. 57. 12. metaph. 4. 14. 21. 27. 28. 10. meta. 6. Secunda cõcluſio probatur rõne, & auctoritate: primò ſic; ſecundæ intentiones habẽt eſſe ſolũm ꝑ opus intellectus; at vniuerſalia actu apud Ariſtot. ſunt de numero ſecũdarum intẽtionum; ergo &c. Secundò, vniuerſale actu, aut eſt in anima, aut extra animam: ſi primum, habeo intentum; ſi ſecundum, ſequetur, ꝙ nunquam tale vniuerſale erit cognitum; quod eſt falſum. deducitur, quia non cognitione ſenſitiua, quandoquidem vniuerſale non poſsit eſſe obiectum ſenſus, Auer. 1. poſt. com. 12. non intellectiua; quia, quod eſt in intellectu, priùs fuit in ſenſu; cum intellectus à ſenſu obiectiuè in cognitione dependeat, 3. animę 30. 39. & primo poſt. Deficiente ſenſu deficit ſcientia, &c. quare relinquitur omnino ignotum: auctoritate deinde Ariſt. expreſſa in hoc tex. Vniuerſale, aut nihil, aut poſterius. Tertia concluſio, in qua ſtat veritas quæſiti, primò declarabitur, mox confirmabitur. primò itaq; notandum, quòd ad formandum illud vniuerſale actu in intellectu, tria requiruntur; primùm natura communis per indifferentiam, quæ apud Auer. eſt forma pro altera parte compoſiti, quę, vt ſic, in ſingularibus eſt ligata: ſecundum, ꝙ illa natura cognita ſit ſimplici cognitione intellectus; &, vt ſic, intelligitur ſoluta à conditionibus indiuiduantibus omnibus. &, ſiquis dicat, tũc intellectus erit falſus, quia intelligit aliter, quàm ſit in re, Ad hoc dicendum, ꝙ abſtrahentium non eſt mendacium 2. phy. 18. ſicuti in pomo eſt albedo, & dulcedo; percipio tamen albedinem, non percipiendo dulcedinem; à pari, & intellectus poteſt naturam ipſam intelligere, non intellectis cõditionibus indiuiduantibus. Tertium eſt, quòd eadem natura cognita ſit in ordine ad ſingularia, eadem ſcilicet, quæ eſt ſimplici cognitione cognita; quia ſic cauſatur conceptus ſupra conceptum. & ex tali comparatione relinquitur per actum collatiuum quidam reſpectus, qui eſt vniuerſale actu, & ſecunda intentio, de quo retro diximus in ſecunda concluſione. relinquitur itaque, quòd, ſecluſis duobus extremis, ſingulari actu ſcilicet, & vniuerſali actu, remaneat illa natura extra animam in ſingularibus, & intellecta ſimplici intellectione, in intellectu: & in vtroque potentia eſt vniuerſalis, ſed differenter: in ſingularibus nanque vniuerſalis eſt potẽtia remota, in intellectu vniuerſalis potentia propinqua: ipſa tamen, cum per indifferentiam ſit talis, neque vna, neque plures, neque vniuerſalis, neque particularis de ſe eſt, ſed ipſa tantùm ipſa, vt optimè Auic. 5. ſuæ metaph. equinitas tantùm equinitas; quandoquidem plurificata ſit, & ſingularis ratione materiæ: vna verò, & vniuerſalis, merito intellectus. Vltima iſta concluſio, quæ eſt determinatio quæſtionis, confirmatur duobus medijs: primò ſic, duobus ſuppoſitis, primum, ꝙ vniuerſale ſit obiectum intellectus. 1. phyſico. 49. Vniuerſale notum ſecundùm rationem, ſingulare ſecundùm ſenſum. Quod ſaltem declarat, quod intelligitur vniuerſale eſſe; & ſi fortè non ſit obiectum adæquatum. ſecundum ſuppoſitum eſt, quòd intellectus poſsibilis eſt virtus paſsiua 3. anim. 5. 18. tunc ſic; Illa natura, quæ vniuerſalis actu fit, & informat intellectum, vt virtutem paſsiuam, præcedit intellectum, quare præcedit omnẽ eius operationem: ergo ſecluſa quacunq; intellectus operatione, illa natura eſt aliquid: ſecundò, quando ego intelligo naturam humanam eſſe in Socrate, & Platone, aut huic intellectui correſpondet aliquid in re, aut nihil: ſi nihil; ergo intellectio falſa: ſi quid correſpondet; ergo iſta natura humana eſt quid reale. Them. quoque ex intentione, hanc mouens difficultatem, determinat dari in ſingularibus naturas euidentes, ac ſolidas: quare & ex his ſequitur determinatio ad quęſtionem Ioannis, ꝙ ſcilicet, ſi capiantur vniuerſalia potentia remota; vt ſic, ſunt priora ſingularibus natura: ſi verò capiantur actu; ut ſic, ſunt poſteriora. ex hoc videtur ſequi, quòd vniuerſalia ſunt realiter diſtincta à ſingularibus. Ad hoc dicendum, ꝙ eſt verũ, ꝙ vniuerſalia ſunt diſtincta à ſingularibus; ſed nõ loco, & ſubiecto, vt ponebat Plato; ſed ad iſtũ ſenſum, ꝙ ſcilicet hoc nõ eſt hoc, vniuerſale ſcilicet, ſingulare: & eſt verum in omni ſubſtantia compoſita, materialiter compoſita. his expeditis, ſupereſt ſoluere argumẽta in oppoſitum adducta; & ad primum, concedo conuenientiam Socratis cum Platone, eſſe naturam illam ſpecificam: ſed ex hoc poterimus multas naturas elicere, ac demum naturam communem Deo, & creaturæ, vt magis conuenit Socrates, & planta, quàm lapis; ergo & entia magis conueniunt cum Deo, quàm cum non entibus: quare datur vna natura communis Deo, & creaturis. quę cum fuerit in creaturis, non repugnabit, quantum erit ex ſe, ꝙ reperiatur in Deo, quod eſt abſurdum; & præſertim ſecluſa quacunque operatione intellectus. Fuerũt quidam ex Scòtiſtis, qui omnia conceſſerunt, vt Trombeta: alij verò, & magis modeſti, negarunt, concedendo naturas duntaxat ſpecificas dari: & conueniunt cum Them. dicente de natura generica, ꝙ colligitur ex tenui ſimilitudine ſingularium. & licet magis conueniat

ueniat

ueniat Socrates cum Brunello, quàm cum planta: negatur tamen; ergo datur vna natura communis vtriſq;,quæ eſt animalitas. Sed aliquis poſſet dicere,à pari, negabo dari naturam communem ſpecificam. Ad hoc datur vna reſponſio ab Hiſpano media; concedendo, quòd iu linea prædicamentali dantur iſtæ naturæ communes ; in trauſcendentibus tamen negatur . Ego verò dicerem , quòd neque in linea prædicamentali ; conſiderando naturas illas reales , & non intentionales , & logicas ; quia ſuperiora omnia genera, & ſi conſiderata per intellectum,vt genera, vniuerſalia dicantur ; in re tamen ſunt partes eſſentiales ſpecierum : quare, ſi demantur hypoſtaſes ſpecierum, quæ veræ dicuntur naturæ , non remanebunt amplius naturæ genericæ : & ideo ſimilitudo in argumento nihil valet , cum ſpecies ipſa veram habeat hypoſtaſim , vt Themiſtius reffert . Ad argumentum factum in via terminiſtarum , contra teneutes naturas dari , negatur ; ergo Socrati eſt communicabilis , cum Socrates naturæ illius pars ſubiectiua non ſit : quinimo naturæ per ſe competit communicabilitas, per accidens competit ſingularitas: quare argumẽtum concludit, quòd id, quod per accidens eſt ſingulare, eſt communicabile . Ad argumenta Burl. dicimus , & ad primum , quòd diffinitur natura, quæ eſt vniuerſalis potentia remota , & non actu, vt ipſe tenebat . Ad auctoritatem Ariſto. dico , quòd illa natura, quæ eſt vniuerſalis potẽtia, eſt in ſingularibus : & ſic vnum in multis . Verum eſt, ꝙ iſta naturæ vnitas differenter ponitur à Thomiſtis,& Scotiſtis: nanque Thomiſtæ volunt naturam illam non eſſe vnam, niſi, dum per formalem conceptum communiter repræſentatur : Scotiſtæ verò dicunt illam eſſe vnam ante repręſentationem: & p repræſentationẽ volunt eſſe vnam actu vniuerſalem, vt notat Sueſ. in dilucidario. vt cunq; ſit, parua differentia eſt. Vel dicendum ad auctoritatem Ariſt. quòd intelligit de vniuerſali actu , quod eſt in multis ratione naturæ ſibi correſpondentis; dicitur de multis , vt actu vniuerſale , & ſecunda intentio : & eſt melior expoſitio, cum, vt logicus, ibi talia determinauerit. Ad illud de diſtinctione reali, iam retro dictum eſt, quid ſit tenendum . & ſic ſunt ſoluta argumenta , quæ erant pro oppoſitis opinionibus , & falſis . & determinata veritas ad laudem Dei omnipotentis .

T.c.9. Amplius autem ſi non multæ animæ. Auer. tex. hunc non continuat : inter Latinos Egidius inquit , cum Ariſto. hucuſque dederit quæſtiones de anima , vt eſt quoddam totum vniuerſale , modò dat, vt eſt quoddam totum poteſtatiuum . Continuatio hæc valde remota eſt; neque etiam ad propoſitum opinor ; quandoquidem duos diuerſos modos dubitandi de anima haudquaquam tradat Ariſtot. ſed vnum duntaxat, in quo multæ quęſtiones, & per ordinem inueniuntur. Ioannes Grã. inter Græcos ; Cum Ariſt. in 7. tex. poſuerit quæſtionem, an anima partibilis ſit, deinde, ſi partibilis, an einſdem ſint ſpeciei, aut eiuſdem generis in 8. in præſenti textu aggreditur ſecundum membrum ; ſi indiuiſibilis ſecundùm ſubſtantiam , & virtutem ; diuiſibilis tamen ſecundùm partes poteſtatiuas ; utrum incipiendum ſit à potentijs ad virtutes, vel econuerſo. credo, quòd hic non notauerit ordinem procedendi , quia nemini dubium eſt, quòd à potentijs ; quandoquidem proceſſus à notioribus nobis ſemper eſſe debeat ; ſed uoluit, quod & alij Græci cum Auerroe , utrum prius determinandum ſit de tota anima , uel prius agendum de partibus. Tex. habet duas partes, quas habet & Auerr. in commento exponens . In prima quærendum eſt, ut notat S. Thomas, & Themiſtius utrum ſint plures animæ diſtinctæ , ut Plato uolebat , uel iſta pluralitas ſit merito potentiarum , & anima ſit vna . quod ſi ſic eſt , ut uidetur innuere Ariſt. quam capit Auer. & dicit ; cum declaratum fuerit, quòd animæ ſubiecto non differunt , ſed ſecundòm partes, tunc quærendum , in quo ponatur conſiderationis principium, &c. Ex hoc textu eliciunt Moderni, Pomponatius, quòd determinabitur pluralitas potentiarum cum vnitate animæ . quare deridendi ſunt , qui ponunt animarum pluralitatem: quarum altera ſit , tanquàm ciconia in ſummitate Campanilis, & reliqua iu pede, vt quæ ſentit, & quæ intelligit ; & approbant teſtimonio Auguſtini ; Si duas animas dixero in me ipſo , deridebo me ipſum . Nos autem ex hoc textu non colligimus tale fundamẽtum : quinimo poſſumus unicam animam in homine ſubiectiuè concedere , habere tamen partes ratione differentes ; & non eſſe alteram in ſummitate, & reliquam in pede : quandoquìdem anima vegetatiua , & ſenſitiua in corde ſedem poſsideãt, vt in libello de iuuẽtute , & ſenectute philoſophus dicit , & in eodem philoſophus ; Anima altrix , & ſenſitiua ſubiecto una, eſſentia verò diuerſa . deinde minus concludit auctoritas Auguſtini, ſi quidem habeat veritatem de animis à ſe inuicem diſtinctis , non tamen, quarum altera ad alteram ſit , vt materia ad formam . Sed de his in præſentia in tantum dicatur . intellectus verò deforis aduenit , & toti aſsiſtit. Difficile autem , &c. In hac ſecunda parte , vt exponit Auer. Ariſto. notat poſita pluralitate partium, ſiue potentiarum, ut Latini dicunt , difficultatem in ſignanda differentia inter illas partes , cum in quibuſdam manifeſta ſit, in quibuſdam lateat: exemplo declarat Themiſtius , vt de eadem virtute merito ſuarum potentiarum , qua ſcilicet ratione differat altrix ab augmentatiua, & illa à generatiua , & ratione diuerſarum virtutum . in quibus clarum eſt , quòd tres illæ differunt ab imaginaria, & appetibili ; ſiquidem & ratione , & interdum ſubiecto differant : pleraque enim nutriuntur , augentur , & procreant ; quæ tamen non ſentiunt : & pleraq; ſentiunt, ꝗ non intelligũt: & Auerroes alijs verbis v.g. inter ſenſum , & imaginationem, & inter imaginationem, & intellectum: & poteſt eſſe duplici de cauſa ; tum quia vtraque operatio tam intellectus , quàm imaginatiuæ ſit obiecto non præſente; quare multi intellectum imaginationem fuerunt imaginati; tum, quia non ſit intelligere ſine imaginari : & ex hoc textu elicuit

Pompo-

Pompon. pro uno fundamento de mente Ariſto. quòd anima intellectiua eſt mortalis, affirmans quòd nunquam ſit intelligere ſine imaginari, præterquam in Chriſto, ſed non inquantum homo. hoc tamen fundamentum apud me non concludit; primò, quia, tametſi maxima ſit difficultas in diſcernendo vtramque virtutem propter ſubordinationem factam à natura vnius ad alteram, & propter intrinſecus operari: non tamen propter hoc, ſi altera mortalis, & altera quoque mortalis erit: quinimo ponit Ariſtot. differentiam inter imaginatiuam, & intellectum 2. animæ 20. 21. ut ibi palam fiet: neq; concludit ratio ex fundamento; quia, & ſi in primo ſtatu dependeat in operatione à phantaſia; in vltimo tamen non dependet vt in prima concluſione determinatum eſt.

T.c. 10. Et utrum oporteat quærere priùs, &c. Auerro. in commento tria facit; primò continuat; ſecundò exponit; tertiò notat, in cõtinuatione ab aliis non differens. cum Ariſtotel. dubitauerit, an primò de anima in uniuerſali agendum ſit, an de partibus, modò dicit: quòd, ſi de partibus, adhuc erit dubium circa ordinem procedendi, an ſcilicet à partibus inchoandum, aut ab operibus: ꝙ idem eſt, nunquid à priori, aut à poſteriori philoſophandũ ſit in eis. In ſecũda parte duo facit, quia duas etiam Ariſto. ponit dubitationes in textu primam exponens dicit Auer. quòd dubium id, eſt intelligibile per ſe: & eſt, ut inter omnes conuenit expoſitores, nunquid prius à partibus, mox ad operationes partium, uel è conuerſo incipiendum ſit, ut priùs à ſenſu, vel à ſentire, & intellectu, vel intelligere; & idem in alijs. Si autem opera priùs, &c. hanc ſecundam exponens Auerr. vnà cum Latinis omnibus ait, quòd, cum fuerit notum, nos priùs agere debete de actionibus, innouabitur quinetiam quæſtio; nunquid priùs ab obiectis inchoandum ſit, ut à ſenſibili, & intelligibili ad ſenſum, & intellectum; vel è conuerſo. & ſic faciunt comparationem inter obiecta, & virtutes, vt priùs inter opera, & virtutes: Græci tamen expoſitores omnes uolunt, quòd comparatio fiat inter obiecta. & operationes ipſas. & videtur pro ipſis ratio euidens; quia in prima dubitauit de virtute, & actu; in ſecunda debeat fieri dubium deſcendendo de actu, & obiecto; ut uiſilia, quàm uiſio; & audibilia, quàm auditio: textus tamen magis fauet primæ expoſitioni: & fortè Ariſto. voluit illud, vt magis relationem ſeruaret; & inter relatiua, comparationem; quandoquidem relatio ipſa cadat, vt Themiſtius & Simplicius notant, inter ſenſile, & ſenſum, intellectile, & intellectum. & hæ ſunt quæſtiones de anima examinandę. quæ ſimul ac fuerint diſſolutę, ad diffinitionem eius ornandam commodiſsimæ uidebuntur, ut Themiſtius ait. Auer. in tertia parte cõmenti notat ibi; Et dubitat in talibus. In quo notãdo duo facit; primò notat rationẽ huius ordinis; ſecundò ex illo notat differentiam ſcientiarum inter ſe: de primo dicit cauſam huius ordinis eſſe; quia procedimus in uia doctrinæ ab his, quæ ſunt notiora nobis, ad quæ latentiora ſunt; ut Ariſt. primo phyſi. 2. Innata &c. in ſecunda parte dicit, quòd in hoc differunt ſcientiæ. Non intelligatis, quòd aliquę ſcilicet procedant, à notioribus nobis; & aliquæ non: ſed uoluit notare, quòd inter ſcientias, quę procedunt à notioribus nobis, ſunt quędam, quę procedunt à notioribus nobis, quæ priora ſunt, ut mathematicę: ſiquidem, quæ in eis principia, & priora ſunt; ſunt & nobis quoque notiora. ſunt & aliæ, quæ procedunt, ſeu magis, in quibus procedimus à notioribus nobis; & talia ſunt poſteriora, & effectus, ut in naturalibus: quare meritò, quoad nos, mathematicas locauit in primo gradu certitudinis Auer. 2. metaphy. 16. Albertus & ipſe in fine tex. aſsignat duas cauſas, quare Ariſt. mouerit has quæſtiones: prima cauſa eſt, quia quandoque procedimus à ſubſtantia rei ad operationes, & obiecta, ut in naturalibus; & exemplificat de igne: quandoque uerò ordine conuerſo, ut in abſtractis, ab obiectis ſcilicet ad operationes, & uirtutes: altera cauſa eſt; quia in uirtutibus animæ, eſt actiua virtus, ut uegetatiua anima; eſt & paſsiua, ut ſenſitiua; in intellectiua verò, utraque. In potentia actiua primò incipimus à uirtute; deinde ad operationes; ultimò ad obiecta; & hoc, quia in his operatio ſpecificatur per uirtutem, & obiectum per operationem: in paſsiuis verò conuerſo ordine; ſi quidem in eis operatio per obiectũ, & uirtus per operationem ſpecificetur: quare in his primò ab obiectis incipiendum. Damnant vtranque cauſam moderni, ut Apollinaris: nam quę per ſe ſenſibilia ſunt, ſunt notiora nobis, quàm, quæ non ſunt per ſe ſenſibilia: ſed accidentia, & operationes ignis ſunt per ſe ſenſibilia; eius uerò ſubſtantia non eſt; quare, &c. ſecundò ex numero qualitatum determinat elementa eſſe quatuor 2. de gener. & corrup. 16. ergo operationes elementis notiores. Contra ſecũdam cauſam; nanque Ariſt. ubi agit de uirtute actiua, ut de anima uegetatiua 2. animæ 34. proponit ſe priùs agere de nutrimento; quare, &c. & hæc in Albertum dimittunt inſoluta. Dicimus tamen nos pro Alberto ad primum, priùs tamen notãdum, ꝙ duplex eſt ꝓceſſus; alter eſt à principijs; alter eſt ad principia: quare concedimus per ſe ſenſata notiora; ergo ĩ igne, negatur: & ob id ex arte poſuit exẽplum de igne, intelligens de igne in concauo orbis: cuius accidẽtia per ſe ſenſibilia nõ ſunt, ut bene Auer. 4. cæ. 32. ꝙ tria alia elementa ſint, manifeſtũ eſt per ſenſum: quòd aũt ſupra aerem ſit ignis, hoc nõ eſt manifeſtum ꝑ ſenſum: ſed primo nouimus ſubſtantiã ignis, deinde, ꝙ calefactiuus. Ad argumẽtũ ſcd̃m, dico, ꝙ illa rõ ſupponit ignẽ eſſe, & alia elemẽta; de qbus egit. 3. & 4. cę. & ꝓbat numerũ elemẽtorũ. Ad rõnẽ cõtra ſecũdã cauſam, apertè dicit Alb. ꝙ illud intelligit in ordine naturæ: & ſic actiua uirtus, quoad naturã, prior eſt operatione: & ſic argumẽta nõ cõcludũt. attamen, & ꝓ modernis dicerẽ, ꝙ & ſi ſcd̃m veritatẽ, rõnes Alb. ſaluari poſſent; ad ꝓpoſitũ tñ Ariſt. ſaluari haud quaquã põt ſaltẽ ſecunda rõ; quia hic proponit dubiũ philoſophus penes ordinem quoad nos; & non, quoad naturam: & ideo illa ſecunda non poteſt

eſſe cauſa. primum etiam patitur inſtantiam; quia non innoteſceret ſubſtantia ignis ante calefactionem, niſi per motum ſurſum, quæ eſt operatio ſenſata, ſaltem communiter.

T.c.11. Videtur autem non ſolùm, &c. Auerro. in parte continuatiua dicit Ariſtotelem determinare utranque uiam in ſcientijs communem eſſe; poſtquam de utraque in ſuperiori dubitauerit, quod eſt ſoluiſſe dubium propoſitum: Sanctus Thomas inter Latinos vult, quòd enumeratis alijs, modò enumeret difficultates contingentes circa diffinitionem ipſam; cum interdum à ſubſtantia, interdum ab accidentibus incipiamus: quæ continuatio, iudicio meo, non ſtat cum Ariſtotele quandoquidem hic non dubitatiuè, ſed determinando procedat, ut patet in littera: melius itaque cum Græcis tenendum eſt; nanque, ut ait Simplicius; cum problebata, & difficultatem ſpeculationis hucuſque poſuerit; modò intendit dare quandam methodum, & ductus facilem pro diffinitione inuenienda: & primò quoad inuentionem omnis diffinitionis. text. diuiditur in duas partes; in prima ponit unam concluſionem habentem duas partes; in ſecunda tangit rationem illius concluſionis. in prima adhuc duo facit; primo quod dictũ eſt; ſecundo declarat, quæ ſint illa accidentia. primam Auer. planè admodum declarat, notando eſſe utile non modò cognoſcere, quod quid eſt, ad notitiam cauſarum accidentium; uerùm & accidentia ipſa ad notitiam ſubſtantiarum: quæ duo ſunt in concluſione hac. Simplicius notat ſcientificum eſſe ex notitia, quid eſt, ſpeculari accidentia ſubſtantiis inhęrentia; quia ſpeculatio eſt per cauſam; cauſa enim accidentium ſubſtantia eſt; nanque ſcire, quid linea. quid rectum, quid ſuperficies, &c. facit cognoſcere, quæ accidunt, ut quòd triangulus habet tres, &c. ſed fortè dicet iuuenis; linea, rectum, & cęt. ſubſtantia non eſt. Ad hoc dicit Simplicius quòd per ſubſtantiam debemus intelligere quamcunque formam, & ſi diuerſas ſubeat prædicationes: addit in ſecunda, ſed accidentia magnã, &c. innuens non modo primum proceſſum, uerùm & accidentia ipſa multùm cõferre ad cognitionem quidditatis: accepit in prima utile, pro, neceſſariò; in ſecunda dixit; Conferunt, ut innueret talem notitiam ſubſtantię, ſcilicet per accidentia non eſſe ſecundùm naturam, ſed duntaxat, quoad nos; verbi gratia ſi per motum cognoſcitur Deus; cum motus non ſit cauſa Dei, non erit cognitio talis ſecundùm naturam, ſed quoad nos: in ſecunda parte primæ partis ibi; Cum enim habeamus, &c. determinat, quę ſint iſta accidentia, quæ ducunt in cognitionem quidditatis. & Auer. primò continuat partem iſtam cum præcedente; ſecundò eam exponit. Latini exponentes dicunt, ut Alber. & Egidius; ꝙ quando ſecundùm imaginationem, & phantaſiam nota erunt nobis accidentia, quòd tunc ad notitiam ſubſtantię faciliùs procedemus. quę expoſitio mihi non ſatisfacit; quia non magis cognoſceremus propria, & eſſentialia accidentia hoc modo, quàm accidentia cõia; ſi ſatis eſſet per imaginatiuam duntaxat accidentia noſſe, mox ad ſubſtantiam ipſam tranſire. Auer. magis declarat, & cum eo Gręci omnes, innuens, ꝙ talia accidentia, quę ducunt, &c. debent eſſe accidẽtia rei, & debent eſſe eſſentialia, & ſic non erunt, ut albedo in niue, & pariete; quę nõ ducit ad cognitionem ſubſtantiæ. Io. Gram. notauit ly, ſecundùm phantaſiã. ſcilicet accidentia, quæ ſunt manifeſta, & aperta de re: & talia ſunt per ſe: & propinqua: quare reprehendit Criſippum diffinientẽ Them. qui Deos ipſos per aras, & ſacrificia manifeſtauit, vtpote per maximè remota, & extrinſeca à natura rei. debẽt itaq; talia accidentia eſſe communia toti ſpeciei, quamuis paſsiones non ſint, ut operationes ipſæ: debent eſſe eſſentialia, quæ ſcilicet ducunt in ſubſtantiæ cognitionem: nam, ut benè notat Simplic. quando ens ex ſui natura innoteſcere non valet; confert, ut ad eius notitiam capiamus accidentia, quæ & ſenſata, & imaginata ſint: quare, cum in mathematicis notum ſit, quod quid erat eſſe ſinguli; quoniam quanta ſunt, aut qualia, quæ diffiniũtur; quæ & ſenſus apprehendit, & phantaſia: q̃ verò ſubſtãtiæ ſunt, quarum ratio, & intellectus ſpeculatiuus eſt, non fiunt primò nobis manifeſtę per ſenſum, ſed ex per ſe accidentibus ipſis fiunt notę. Dixit; Pluribus; quia omnia noſſe eſſet difficile nimis, unum tantùm non eſſet potens ducere in notitiam ſubſtantiæ. Omnis enim demonſtrationis principium, &c. Secunda pars textus, in qua Ariſt. ponit rationem ad concluſionem, & diuiditur in duas; in prima facit, quod dictum eſt; in ſecunda ponit concluſionem, quæ declarat principalem intentionem: in prima reddit cauſam, quare, quod quid eſt, faciat ad cognitionem cauſarum accidentium; quia, ſcilicet principium omnis demonſtrationis eſt, quod quid eſt. Super hoc dubitarent poſterioriſtæ, vtrum, quod quid eſt paſsionis, aut ſubiecti ſit tale, &c. Dubitãdo hic potius quàm determinando (quandoquidẽ hic locus propriùs nõ eſt huiuſce materię) dicimus, ꝙ neque diffinitio ſola ſubiecti, neq; ſola paſsionis eſt tale mediũ; ſed illa medium eſt, quę ex vtraq; harum conſtat: & hanc ueritatem optimè tetigit. S. Tho. 1. poſt. cap. 1. hãc eandem hic tangit Alb. & eam diuinè admodum declarat: nam, ſi daretur diffinitio ſubiecti ſecundùm ſe tantùm, vel per ſuas partes, non autẽ, vt eſt cauſa paſsionis, utiq; per eam nũquam paſsiones innoteſcerent: ut, ſi quis diffiniens animam dicat; eſt ſubſtantia intellectualis; non cognoſcentur paſſiones, opera, & obiecta: ꝙ, ſi quis dicat; Anima eſt principium ſenſus, & motus ſecundùm exigentiam partium, & totius; bene habebit cauſam accidentium: ſimiliter, ſi quis diffiniat paſsionem nudam, vt eclipſis eſt priuatio luminis in luna, habebit, cui inhæreat ſubiecto; ſed propter quid inhæret, non habebit: uerùm ſi quis addiderit; quando eſt in capite, uel cauda draconis infra gradus eclipticos, optimam habebit diffinitionem, quæ erit cauſa accidentium, dicens quid & propter quid: quare non à ueritate remoti in hoc Scotiſtæ uoluerunt accidentium per ſe dari diffinitionem & quidditatiuam, & quietatiuam.

Verùm

Verùm dici forſitan poſſet latinos malè determinaſſe, quia non ex utraque compoſita diffinitio, ſubiecti ſcilicet, & paſsionis, eſt medium; cum medium aggregatum quoddam non ſit, ſed vnum, & perfectum; ideo medium ſola erit diffinitio paſsionis perfécta, quando ſcilicet intellectum quietat: & tunc erit, cum à ſubiecto ſui rationem mutuauerit: ideo Philoſophus ſecundo poſterio. determinans, inquit; Medium in demonſtratione primi termini ratio eſt. Et nunc de hac difficillima materia tantum dixiſſe ſufficiat.

Quare ſecundum quaſcunque, &cæt. declarans Auerroes notat, quòd cum mutua ſit, & accidentium ad quod quid eſt, & eius ad accidentia neceſſitas: quòd, ſi qua fuerit diffinitio, per quam accidentia non innoteſcant, quòd dialecticæ ſunt, & uanæ omnes. dicit Auerroes, quòd æquiuocè dicetur diffinitio. nanque, ut habetur à philoſopho, 4. metheororum ultimo; Oculus non potens in operationem, æquiuocus eſt. & exemplificat de carne, & alijs: ſic & diffinitionis operatio eſt accidentia declarare; qua ceſſante, diſſinitio æquiuoca erit. & hoc poſſe contingere duobus modis ponit Auerroes: primo, quando ponitur aliquod falſum, quod non conuenit ipſi diffinito: ſecundò, ſi ponatur in diffinitione aliquid remotum. exemplum primi, ut, homo eſt animal uolatile: exemplum ſecundi, ut, homo eſt animal ſenſitiuum, non addito, rationale: ſunt itaque dialecticæ; quia, ut Simplicius exponit, logicè ſcilicet, & non naturaliter; ſecundùm ſcilicet apparentiam, non tamen ſecundùm rem, & exiſtentiam, & ſecundùm rei naturam: quæ ratio probabilis, cum ad profundam rei ſubſtantiam non penetret, ut ait Simplicius, eſt in cauſa, ut tales diffinitiones uanæ dicantur.

Dubitatur, utrum accidentia conferant ad cognoſcendum, quod quid eſt. In hoc quæſito ſunt duæ difficultates; altera eſt, an conferant; ſecunda, quomodo: de prima inter omnes conuenit, quòd conferunt: & dixit philoſophus, magnam partem, quod exponit Hiſpanus, pro maiori parte; quia, ut in pluribus procedimus in naturalibus à notioribus nobis: At melius Ioannes Gandauenſis ly, magnam partem, dicit, quia concurrit & intellectus agens; qui de potentia intellectis reddit actu intellecta tertio animæ commento 5. 36. & intellectus poſsibilis. At de modo, ſunt opiniones diuerſæ. Egidius primo poſt. cap. de ignorantia dicit, quòd mediante phantaſmate accidentium deuenimus in cognitionem ſubſtantiæ, quia, inquit ipſe, ſicut eſt in actione reali; ita debet eſſe in actione ſpirituali: ſed in reali accidens producit ſubſtantiam: ergo &c. Minor probatur; Ignis, ut habetur in de ſenſu, & ſenſili, non inquantum ignis agit, & ignem generat; ſed inquantum calidus. quæ tamen auctoritas aliter ab Alexand. exponitur ibi; cum teneat qualitates formas eſſe ſubſtantiales; & primò in paſſum inducit caliditatem, mox formam ſubſtantialem ignis: eodem modo & phantaſma accidentis poterit priùs informare intellectum ſpecie accidentali, mox ſubſtantiali. Ioannes Gand. arguit contra iſtum modum, quærendo ab eo, an talis ſpecies phantaſtica generet immediatè ſpeciem accidentis: quòd, ſi ſic, ergo non ſubſtantiæ: ſi uerò dicatur, quòd non, quærendum, quid generabit ſpeciem illius accidentis. Pro ſalute Egidij diceret Therapol. ad argumentum Ioannis, quòd agere immediatè poteſt intelligi duobus modis, uel immediatione agentis medii; uel effectus medij. ad argumentum dicitur, quòd intelligitur immediatè, immediatione agentis medij: quare ad iſtum ſenſum ſpecies illa in phantaſia producit & ſpeciem ſubſtantiæ, & ſpeciem accidentis immediatè; & ſic eſt uerum: falſum tamen eſſet intelligendo immediationem effectus medij. ſic poſſet ſaluari Egidius in fundamento communi, qui vult cogitatiuam ipſam non penetrare uſque ad ſpeciem ſubſtantiæ: cuius oppoſitum tenet Auerr. 2. animæ 63. Sed pro præſenti negotio in tantum dictum ſit. Secundus modus eſt, quem ponit Ioannes Ganda. pro cuius declaratione ponit duo fundamenta; alterum, quòd materia prima eſt in pura potentia ad omnes actus indiuiduales, ſubſtantiales, & accidentales primo phyſic. 62. 69. 7. metaph. 8. 9. ſic & intellectus noſter eſt in pura potentia ad omnes ſpecies intelligibiles, tam ſubſtantiarum quã accidentiũ 3. ani. 5. ſecundum fundamentum, ſicuti materia prima ordine quodam recipit ſubſtãtias indiuiduales, primò accidentia, vt diſponatur, uerbi gratia, ad caliditatem, & ſiccitatem; ſecundò formam ſubſtantialem, ignem ipſum; ut ſecundo animę 26. uniuſcuiuſque actus in potẽtia exiſtente, & propria materia aptus natus eſt fieri, & primo phyſic. 62. 63. generatio ſupponit alterationem; ſic uidetur rationabile, quòd intellectus noſter poſsibilis priùs diſponatur accidentalibus ſpeciebus cogitatis, mox ſubſtantiam ipſam intelligat; cooperante tamen intellectu agente: & hoc modo dicit accidens conferre ad cognitionem ſubſtantiæ, diſpoſitiuè ſcilicet. At contra Ioan. inſtat Therapol. quærendo ab eo, per accidentia quid intelligat; non communia, quia aduerſaretur Auer. & Themiſtio; igitur accidentia propria; ſiue dicantur paſsiones; ſiue, quæ ſibi proprium determinant ſubiectum: quo ſtante ruit ſimilitudo: quia huiuſcemodi accidentia non ſunt, quæ diſponant materiam primam ad receptionem formæ ſubſtantialis, ſed magis conſequuntur compoſitum, poſt quam forma aduenerit: quandoquidem naturale agens, quantum dat de forma, tantum det & de accidentibus, formam ipſam conſequentibus. 8. phyſic. 32. & pro ueritate tenet opinionem Egidii, quòd ſcilicet conferat modo, quo effectus ad cognitionem cauſæ. pro determinatione ueritatis pono duas diſtinctiones: altera eſt, quòd accidentium quędam cõmunia, quę ſcilicet cõueniunt pluribus, quædã propria, non tũ paſsiones intelligẽdo; ſed, quæ propriũ, ac determinatũ ſibi uẽdicãt ſubiectũ, qualis eſt ſimitas in naſo. Secunda diſt. cognitio duplex, altera intuitiua, quæ

eſt videre rem ſimplicem intellectu; altera diſcurſiua; & eſt, quæ per ratiocinationem ducit intellectum in notitiam cognitæ rei. His poſitis, ſit prima concluſio. Accidens commune non ducit in cognitionem, quia non magis in notitiam vnius, quàm alterius ſpeciei: at ſi ducit, ducit in cognitionem confuſam, vt coloratum primò apprehenſum, ab intellectu non, ſed à ſenſu exteriori; ſecundo ab interiori; ultimò ab intellectu: & ille eſt, qui ultimò ponit differentiam inter ſubſtantiam, & accidens. Eſt tamen diuerſitas inter doctores, quia Auer. vult, quòd cogitatiua ſit virtus illa, quæ ſubſtantiam cognoſcat, & deferat illam, vt vniuerſaliter cognoſcat, ad intellectum: Scotus verò tenet, quòd nulla ſpecies ſubſtantiæ pro ſtatu iſto ſit in intellectu noſtro; ſed ſpecies duntaxat accidentium. At de materia iſta alibi diſputandum erit à nobis. ſecunda concluſio: accidentia communia per diſcurſum ducunt nos in cognitionem ſubſtantiæ diſtinctam, & confuſam, ut per motum æternum nenatus eſt Ariſto. ſubſtantias abſtractas eſſe, diſcurrendo ſcilicet. tertia concluſio, accidentia propria ducunt nos in notitiam diſtinctam ipſius ſubſtantiæ. confirmatur, quia inſunt omni tali ſubiecto, & non alteri ab ipſo. At dubium eſt apud Ioann. quomodo accidens producere poſsit notitiam ſubſtantiæ; quia ſequeretur, quòd minus perfectum produceret notitiam magis perfecti: & tunc agens ageret ultra gradum proprium contra determinata 7. metaph. 18. 12. metaphyſi. 18. Sanctus Thom. tenet, quòd accidentia poſsint producere ſpeciem ſubſtantię, ſed non per ſe, ſed cum alio, concurrente ſcilicet inſimul intellectu agente; & accidentia ſunt tanquam inſtrumenta. quare ad argumentum dicendum, quòd non inconuenit imperfectius producere perfectius, & agere ultra gradum proprium, ſed non virtute propria, ſed uirtute alterius concurrentis, & perfectioris. At notandum, quòd Ioannes ad uiam Auerr. melius hanc materiam determinauit: determinatio tamen modò data ſecundum uiam communem melior eſt. Fundamentum in vtraque opinione diuerſum eſt: ſecundum Auer. cogitatiua cognoſcit ſpeciem ſubſtantiæ; uerum eſt priùs habita diſpoſitione à ſpeciebus accidentium: quandoquidem ab imaginatiua, à qua primò, non capiat, niſi concretum accidens, ut coloratum; modo tamen magis ſpirituali; per quod particulariter diſcurrens cogitat hanc ſubſtantiam: quo eodem ordine capiens intellectus, ſubſtantiam uniuerſaliter intelligit: quare ſecundum hanc opinionem rectè dixit Ioannes. & ad rationem in Ioannem dico, quòd peccat, imò accidentia, quæ diſponunt materiam, ſunt accidentia propria, & præcedunt ad uentum formæ: uerum eſt, ut interminata, quæ mox forma adueniente terminantur, verbi gratia in gradu calid. & ſiccit. ignis in ſummo, quamuis prius forma, ut interminatè materiam diſpoſuiſſent: fundamentum alterum eſt, quòd ſubſtantia per ſpeciem ab aliquo ſenſu non apprehendatur, ſed duntaxat ab intellectu. & ſecundum hoc procedit ultima determinatio.

Dubitationem autem habetur, &c. Auerroes continuans in prima parte commenti dicit: poſtquam enumerauit, quæ quærenda ſunt in hac ſcientia, modò incipit dicere quoddam perutile. Sanctus Thomas inter Latinos dicit; cum Ariſtoteles oſtenderit hucuſque difficultatem, quæ eſt in ſcientia de anima ex parte ſubſtantiæ, nunc oſtendit difficultatem, quæ eſt ex parte paſsionum, & accidentium animæ. Ioannes Grammaticus inter Græcos vult, quòd Ariſto. quærat modò de operatione intellectus; uel, ut melius dicam, animæ, quia hoc eſt ualde vtile ad inueniendam diffinitionem ipſius; quia habebitur, an debeat poni corpus, necne? & hæc continuatio conformatur magis dictis Auerro. Simplicius per paſsiones non omnem actionem animæ intelligendam eſſe uoluit, ſed illius, quæ patitur, atque extrinſecus à ſe ipſa progreditur; atque ex his ueluti manifeſtis in animæ ſubſtantiam nos ducendos cenſet; & ad eas actiones, quæ cum animæ ſubſtantia conueniunt; quæque non ſecus occultæ ſunt, atque ipſa animæ ſubſtantia. nam, quòd multæ inſeparabiles ſint, tanquam perſpicuum ponitur, ut de audacia, cupiditate, odio, & ſimilibus: inſtrumentariæ omnes inſeparabiles ſunt, ut utuntur inſtrumentis: inſeparabilis etiã eſt noſter actiuus intellectus; quia in minori à ſenſu, & imaginatione ſeiungi nequit: ſimiliter ſpeculatiuus, dum naturalia ſpeculatur; quæ etiam non ſine quadam eminentia intelligibilium contemplationem exercent, non ſine imaginatione ſunt; cum ipſa imaginatio conſequens ſit, non autem ſimul agat, ut umbra in lumine corpus conſequitur; quod eſt ob progreſſum illum rationis, quæ extrinſecus tendendo mouet imaginationem, & hæc quoque ob id eſt inſeparabilis: at, quæ permanens eſt, atque in ſui ſubſtantiam, actionem contrahit, omnino eſt ſeparabilis. Textus diuiditur in duas partes; in prima ponit dubitationem; in ſecunda difficultatem oſtẽdit: in prima quinetiam duo facit; primò dubitat; ſecundò aſsignat rationem dubij: primam Auer. exponens, & non cum eo expoſitores alij, dicit, utrum anima indigeat corpore in operationibus; & cum hoc ſunt operationes in rebus exiſtentibus in corpore, aut neque communicet corpori, neque rei communicanti corpori: ſic enim exponit duo illa dicta in tex. Omnes, &, Habentis; clariùs habet in ſua littera. Latini, Sanct. Thom. non intelligunt illa duo, ſed per illa duo uerba vnum duntaxat intelligunt, ſic erigentes dubium, nunquid operationes animæ, ſint communes animæ, & corpori; aut aliqua ſit animæ propria? Alb. tamen cum Auer. quinimo declarat Auer. Albertus dicens, ꝙ aliud eſt cõmunicare corpori in actione, & paſsione; & aliud eſt communicare ei, quod communicat corpori: primum eſt, quãdo non completur actio illa, niſi per corpus, tanquam per inſtrumentũ corporale, ut ambulatio, uel uiſus, quod notat uirtutem illam eſſe affixam corpori, actiuè alterũ, reliquum paſsiuè; T.c.12.

uè; quia recipit ſpeciem coloris. ſecundum eſt, q; licet operatio illa non fiat aliqua parte corporis; tamen non expleretur, niſi per aliam rationem, quæ fit per partem corporis, ſicut intelligere: quod, & ſi non fiat membro aliquo corporali; exigit tamen operationem phantaſiæ, quæ fit per membrum corporale. Sanctus Thomas dicit hoc ſecundum eſſe indigere corpore, ut obiecto, ſicuti etiam uiſus indiget corpore colorato, ut obiecto; ſic intellectus corpore phantaſiato, phantaſmate ipſo: primo modo eſt indigere corpore, ut ſubiecto; quod idem eſt dicere, ut inſtrumẽto: & ſic operatio, actio, ſiue paſsio dicitur eſſe coniuncti, 2. animæ 10. ut uiſus indiget corpore, ut obiecto, & ſubiecto, intellectus duntaxat, ut obiecto. & ſic patet ſenſus dubitationis, an ſcilicet anima in omni ſua operatione indigeat corpore, & aliquo exiſtente in corpore; aut ſit aliqua animæ operatio ita propria, ut in ea non indigeat omnino corpore, neque, ut obiecto, neque, ut ſubiecto, ſcilicet nullo modo. in ſecunda particula huius partis, Auerro. applicat ſententiam litteræ ibi; Et dixit, &c. & nihil addit noui, ultra quod dictum eſt. in tertia particula huius partis ponit notandum, faciens inſimul hominem attentum ibi: Et hoc intendebat. Et ſic pars iſta commenti tripartita fuit. dicit igitur tres propoſitiones Auerro. prima eſt, quòd poſsibile eſt, quòd aliquod nõ communicet corpori, ſit tamen in rebus exiſtentibus in corpore: alteram poſuit ſupra; aliquæ ſcilicet ſunt communicantes corpori, & exiſtentes in eo, quod eſt in corpore, ut nutritiua, & ſenſitiua; quarum utraque corruptibilis eſt: addit & tertiam, quòd poſsibile eſt, ut actio alicuius ſit non communicantis corpori, & non exiſtentis in aliquo, quod communicet corpori: ultimò reddit hominem attentum. Hæc tertia propoſitio diuerſimodè exponitur à diuerſis; namque Petr. Mant. vult, quòd intellexerit de anima intellectiua, & ante ſuum præceptorem determinauerit illam ſuam ciconiam Auerro. in alto reſidentem ita operari, ut in eius operatione corpore non indigeat, neque, ut ſubiecto, neque, ut obiecto. Catholici & ipſi tenent eandem conclusionem, ſed non eodem modo; quandoquidem ponant ipſi ſolùm hoc eſſe poſsibile in patria, & ſic derident Auer. Alii Auerroiſtæ, Therapol. Hiſpanus, uolunt, quòd illa propoſitio intelligatur de intellectu agente, & ſic non determinabit hic Aner. dubium, & exemplo iſta, iudicio meo, uera eſt; ſiquidem Albertus, qui fuit in omnibus ferè eiuſdem opinionis cum Auerro. ponat & ipſe tres illas propoſitiones; & cum de tertia agat, non applicat illam animæ; quinimo dicit eſſe intelligentiam aliquam; cuius operatio nec corpori, neque alicui in corpore exiſtenti communicet: confirmatur etiam, quia Auerro. dixit. Actio, & non, paſsio. In parte ſecunda text. Ariſtote. uidetur ſoluere, non tamen determinatiuè, ſed potius indagatiuè ibi: Videtur autem. Auerro. duo facit, primò exponit, quod dictum eſt, declarans ſcilicet manifeſtum, & immanifeſtum: in ſecunda digreditur. Dicerem potius cum Sancto Thoma, & Themiſtio, quòd in hac ſecunda parte oſtendit difficultatem; cum ſuperius dixerit dubium hoc non eſſe leue; primò itaque ponit, quòd manifeſtum eſt multas, ſcilicet uirtutes inſeparabiles eſſe à corpore; quandoquidem earum operationes à corporibus ſeparari haud quaquam poſſint, ut ſunt uirtutes ſenſitiuæ omnes, & præſertim concupiſcibilis uirtus, & iraſcibilis: in cuius operationibus liquido conſtat corpus neceſſariò adeſſe; cum iraſcatur ille, cuius ſanguis circa cor ebulliat: contra, gaudeat cuius ſanguis. & ſpiritus ad extremas uſque corporis partes expanduntur; ſiunt irati, exangues, & palidi; gaudentes, hilares, & bene colorati; quare manifeſtum eſt corpus pati. poſt hanc, in ordine ſenſus operationes ponuntur ab Auerr. quandoquidem minus appareat in eis alteratio: quamquam alteratio fit, & paſsio. & addit Auerro. quòd in primo inſtrumento ſenſus non apparet paſsio manifeſta: quæ pars multos habet ſenſus. Petrus Mantua. dicit, quòd poteſt duobus modis exponi; altero, quòd per ly, primum, intelligamus ſenſorium uiſus; ſiquidem is ſit, in quo minus uidetur fieri realis alteratio; nam tactus, & guſtus realiter alterantur: olfactus quoque caleſcit: & odoratus per motum realem alteratur, ut in ſecundo dicetur: de uiſu tamen, quomodo fiat, non conſtat tam manifeſtè: uel per ly, primum, intelligamus ſenſiterium ſenſus communis, qui non uidetur indigere organo, cum in nobis intrinſecus operetur: omnino tamen in eis corpus inuenitur, ut optimè declarat Ariſtoteles in libello de ſomnijs; cum & in abſentia obiectorum ſenſilium ſentiamus etiam inuiti: & ſic eſt, ut, ſi quis percuſſerit ſemel aquam, ceſſante, adhuc aqua mouetur: quod eſt uidere in his, qui ſolem aſpiciunt, & obcęcantur per puſillum temporis; & qui ſurdaſtri redduntur excellentibus auditis ſonis. Quod tamen maximè apparet proprium, dicit Ariſt. eſt intelligere: & Auerroes exponens enumerauit in tertio ordine, inquiens, quòd ualde latet, cum exiſtimetur eius operationem nullam cum corpore communicationem habere: addit tamen; At ſi fuerit imaginari, aut non ſine imaginari, tunc impoſsibile eſt, ut ſit extra corpus, aut aliquod exiſtens in corpore. & dixit hoc Ariſt. Si eſt phantaſia propter aliquos philoſophos, Homerum ſcilicet, opinantes intellectum eſſe phantaſiam, quòd, ſi hoc uerum fuerit, quòd noſtrum intelligere ſit cum phantaſia, aut phantaſiari, dicit Petrus Mantuanus, actum eſt de nobis omnino; anima moritur: & hanc conditionalem ſibi notat ad ſuum propoſitum, ut infra dicetur. Deinde Auerro. in parte digreſsiua, ibi; Et dixit hoc, &c. duo facit; primò per modum epilogi dicit, quod & ſupra dixit, ſed clarius: in ſecunda parte ponit documentum: prima pars ex ſe nota; ſecunda, ibi; Et hæc eſt ſententia. & duo facit, primò, quod dictum eſt; ſecundò occurrit ta-

Galenus ſecunda particula aphoriſmorũ. tertio dicit, quòd ſomnus fit refrigerato primo ſenſitiuo, & declarat, hoc eſt, cerebro ipſo:q., ſi refrigeretur cum multa humiditate, fit paſsio lethargica; ſi cum ſiccitate, fit catalepſis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

citò dubio: dicit itaque, quòd ſententia Ariſto. eſt de intellectu materiali, quòd ſit abſtractus à corpore; &, ꝙ impoſſibile eſt, vt intelligat aliquid ſine imaginatione. dicit Pet. Mant. ꝙ hoc non eſt documentum, ſed potius eſt intricamentum: dicemus poſtea. At fortè quiſpiam diceret, ſi ſic eſt, ergo intellectus eſt generabilis, & corruptibilis. Reſpondet Auer. ꝙ non eſt intelligendum hoc ſuperficietenus: declarat Pet. Mant. Non eſt intelligendum eo modo, quo verba ſonant prima facie; quia, cum operatio ſequatur eſſe, ſi voluiſſet operationem non eſſe ſine phantaſia, vtique dixiſſet animam eſſe mortalē, vt exiſtimauit Alex. ſed falſum eſt, ꝙ ſic voluerit Ariſt. Ad id, ꝙ oportet intellectum phantaſmata ſpeculari, diceret Auer. ꝙ intelligitur, vt eſt forma noſtri, non autem in ſe. & S. Thomas diceret, ꝙ verum eſſet ꝓ ſtatu iſto; ſed non eſt uerum in ſe. Hiſpanus dicit, quòd licet indigeat aliquo exiſtente in corpore obiectiuè; nō tamen propter hoc eſt virtus organica. quid autē tenendum ad mētem Auer. in hac particula commenti inferiùs dicemus.

T. c. 13. Si quid igitur animæ operum, &c. Auer. in parte continuatiua ponit continuationem cum intentione: cum ſcilicet propoſuerit quęſtionem, nunc incepit demonſtrare, quòd ſi operatio aliqua fuerit animę propria, &c. & eſt ſententia Themiſtij, ꝙ hic ſoluat propoſitam quæſtionem. Textus diuiditur in duas partes; in prima ponit duas propoſitiones, quas Hiſpanus appellat duas regulas; in ſecunda declarat, quales eſſent paſsiones animæ, ſi non haberet paſsionem propriam. Auer. in parte continuatiua ponit totam intentionem primę partis; in ſecunda applicat ad propoſitum literæ; in tertia declarat modum arguendi à deſtructione antecedentis: in prima dicit, quòd ſi fuerit aliqua paſſio animæ propria, id eſt ſine corpore; poſsibile eſt actionem, aut paſsionem illam eſſe abſtractā; ſi verò non, non erit: & trahit ly, ſeparari, ad actionem, aut paſsionem, & non ad ſubſtantiam animæ: & hanc opinionem ſequntus eſt Egidius: Themiſtius S. Thom. Albertus referunt ad ſubſtātiam animę. Vtra autem harum potior ſit? credo vtranque ſtare poſſe. & pro hoc accipio dictum Simplicij dicentis, ꝙ ab operationibus in ſubſtantiam aſcendere facit Ariſto. ſicuti ex viuentibus vitam cognoſcimus; & ex rationalibus, rationem; ſic & ex ſeparatis, ſeparatam: quare ex hoc dicto poſſumus colligere vtrunque verum. Si concludamus eſſe operationem ſine corpore, habemus immediatè operationem eſſe ſeparatam: quòd ſi idē concluſum fuerit, mediatè habebimus ſubſtātiam ſeparatam eſſe. At dubium præcipuum notat Simplicius, ſiquidem in dubio ſuper tex. 12. poſuit dubium de paſsionibus, an aliqua propria. in hoc ſoluens hypotheticè tangit, & de paſsionibus, & de actionibus. dicit Simplicius, quòd hoc fecit ſciēs paſsiones eſſe quoquo modo inſeparabiles; at immanentes animæ operationes ſeparabiles. quod fundamentum aureum eſt pro nobis contra Pomponaciū. in ſecunda parte ibi; Et dixit, Dicamus. Auer. applicat totam ſententiam litterę, quę breuiter ſtat in hoc; Poſsibile eſt altero duorum modorum, vel vtroque, ꝙ operatio non ſit ſeparabilis, & conſequenter animæ eſſentia; aut, quando vtitur corpore pro inſtrumento; aut quādo vtitur eo, pro obiecto. ſi verò intelligere fuerit ſine inſtrumento corporali, & non dependeat à rebus exiſtentibus in corpore, obiectiuè ſcilicet, vt Auer. declarat, ſcilicet intelligere intentiones imaginabiles; tunc operatio erit ſeparata, & conſeqnenter eſſentia animæ. hoc, vt Therap. verificatur de intellectu agente: ſi verò dicatur, ꝙ operatio intellectus obiectiuè depēdet à corpore; tūc, dicit Auer. operatio erit non abſtracta, quamuis intellectus fuerit abſtractus, & intelligit de intellectu materiali. & hęc pars erit clara, quando expoſuerimus calcem commenti ſuperioris: in qua reſpōdet tacito dubio. Them. in expoſitione tex. antecedentis, dicit, quòd nihil eſt ſoli animę proprium; quin imo corpus ad omnia munia in ſocietatem', participatumqne recipitur: & probans dicit, quòd, ſi aliter eueniat, tunc natura aliquid otioſè fuerit operata; quia erit anima, & non operabitur. Egidius inter Latinos carpit Them. dicens, quòd vult quærere de operatione animę ſeparatę à corpore; dum dicit; Si eſt ſeparata, eſt, quia eſt operatio propria animæ; quia non eſt dare aliquod otioſum in natura. modò, dicit Egidius, non eſt intentio Ariſtotelis agere de operatione aīæ ſeparata, ſi fiat, aut quomodo fiat. opinor tamen Them. ſententiā veriſsimam; & aliud voluiſſe; nam, quando dicit; Daretur quidquam otioſum in natura; non voluit illud referri ad illud primum dictum, vt refert Egidius, ſed ad ſecundum, ſcilicet ſi non habet proprium; ſed ſemper cum corpore eſt, vel craſſum, extrinſecumq; corpus hoc intelligamus; vel intrinſecum illud, quod animæ alterum vehiculum eſt, vt uoluit Plato: nt bene notauit Leonicus noſter in ſno libello de eſſentia animę. tunc, ſi illa operatio ſit ſine corpore; otioſa erit. ſic dicit Themiſtius, cum ſemper addicta ſit corpori: quare nō quærit de operatione ſeparata, ut credidit Egidius. In tertia parte ibi; Et eſt manifeſtum. ſaluat Ariſtotelem unà cum Them. nam quiſpiam diceret Ariſtotelem malè ſermocinatum; quia à deſtructione antecedentis ſyllogizauit. dicit Auer. cum Themiſtio, quòd hoc non eſt inconueniens, neque peccatum in logica, quando conſequens ſequitur contingenter ad antecedens: & ponit de hoc rationem Them. quia tunc conſequens eſt pars antecedentis: uerbi gratia ſi quis nauigauerit diu, poteſt proſperè nauigare; ſi uerò non nauigauerit, tunc neque proſperè nauigabit: nanque, qui totum deſtruit, & partem deſtruit. Egidius ſaluat alio modo, dicens, quòd licet ſic arguere, quando termini ſunt conuertibiles: modò habere opus proprium, & eſſe ſeparabile conuertuntur. In oppoſitum ſunt Græci; & manifeſtant, quòd non ſint conuertibiles per inſtantiam manifeſtam de oculo: nanque oculus habet operationem ſibi propriam, quę cum alijs non communicat; pariter & manus: & tamen non ſequitur inde, ꝙ oculus ſit ſeparatus, uel manus ſit ſeparata. idem facit argumē

Valet conſequētia Themiſtij, quia de aīa loquitur: quæ, vt aīa eſt, non quā ſine corpore operari pōt: quod non intelligens Egidius errauit.

tum

tum & Simplicius: quinimmo, & in altero membro in conuertentiam oſtendit: ſiquidem nautæ operationem à naui inſeparabilem eſſe; ſeparabilis tamen ſit ipſe ſecundùm ſubſtantiam: quare concludit Simplicius non idem velle propriũ, & ſeparabile. & ſic expoſuit Auerr. in ſecunda parte ibi; ſed ſicut in recto. Auerr. exponens dicit, ꝙ ſi anima non fuerit ſeparabilis, tunc erit de ea ſicuti de recto; nanque multa de ea dicentur, quæ tamen illi non competent, niſi quatenus in materia eſt: nam de recto poſſumus dicere, quòd in puncto tangatur; quod tamen non illi competit ſecundùm imaginationem, ſed ſecundùm rem, ꝙ tangatur: non competet tamen ſibi contactus, niſi quatenus in materia fuerit: quod nimirum declarat melius Simplicius dicens; Album ſignificat, & albedinem ipſam, & ſubiectum album. modò aliqua competunt albedini, ad quæ neceſſariò concurrit totum corpus album; quia albedo inſeparabilis eſt à materia: ſic dicimus ambulationem eſſe vitæ, vt in viuo eſt: ſic ſphæra non tangit ſuperficiem, niſi ſit ænea, vel ferrea: ſic de anima dicimus, quòd intelligit, quòd ſentit, quòd vegetat. & videtur, quòd anima ipſa ſit, quæ his operetur modis; & tamen ex parte rei nullas illarum habet operationes, niſi quatenus in materia eſt.

Dubitatur primò contra conditionalem de cõtingenti, poſitam ab Auerr. & Them. ſecundò cõtra dictum Ariſtotelis in textu: de primo, vel illa conditionalis eſt vera, vel falſa, per ſufficientem diuiſionem propoſitionis; ſi vera, ergo neceſſaria: ſi falſa, ergo impoſsibilis: quandoquidẽ omnis conditionalis vera, neceſſaria ſit; & omnis falſa, impoſsibilis. Secundò, probatur valere à deſtructione conſequentis; ſed Dion non benè nauigat, ergo non nauigat. quòd, ſi negaueris, da oppoſitum: ergo nauigat. & ſtabit ſimul cum antecedente, ſcilicet non benè nauigat: & priùs ſtabat cũ ly, benè nauigat, quare, cum quidquid ſequatur ad conſequens, ſequatur ad antecedens ſimul ſtabunt benè nauigat, & non benè nauigat: quare oppoſita erunt ſimul. Ad hæc argumenta dantur plures conditiones, & plures reſponſiones. & totum euenit, quia ignorant conſequens: capiunt pro conſequenti illud totum, contingit benè nauigare & hoc non rectum eſt, quia ly, benè nauigare, duntaxat conſequens eſt. ly, contingit, ponitur ad notandum ſolùm, quòd poſsibile eſt hoc modo, & oppoſitum: & illud conſequens eſt pars antecedentis, vt benè notauit Themiſtius, & arguendo ab oppoſito antecedẽtis, eſt arguere à ſuperiori ad ſuũ inferius deſtructiuè. Ad argumentum dicit Hiſpanus, quòd, quando dicitur contingit benè nauigare; ibi intelligitur duplex propoſitio: prima eſt exercita; & eſt tota illa; & ſic ſequitur de neceſsitate: & altera eſt ſignata; ſcilicet bene natet. & talis neque neceſſaria, neque impoſsibilis. Secundum dubium in ordine eſt, vtrum anima habeat aliquam operationem ſibi propriam, in qua ſcilicet non dependeat à corpore ſubiectiuè, neque obiectiuè. & videtur per rationem poſitã ab Ariſtotele, quòd non habeat: nanque, ſi intelligere, (quia de hoc potiſsimùm difficultas eſt) eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia; tunc anima intellectiua materialis eſt, & corruptibilis; ſed talis operatio ſemper eſt cum phantaſia; ergo &c. probatur minor in hoc textu. 13.3. animæ 30.39. & primo poſteriorum, Deficiente ſenſu, deficit ſcientia illius ſenſus. In hoc dubio ſunt duo dicendi modi; alter eſt, quòd anima habet operationem illam vſque adeò propriam, vt prorſus à corpore, neque ſubiectiuè, neque obiectiuè depẽdeat. & de hac meminit S. Thomas prima parte 2.75. art. quæſtio. alij tenent totum oppoſitum; quòd ſcilicet nullam habeat operationem, quæ à corpore non dependeat ſubiectiuè, & obiectiuè: & ſic tenent animam intellectiuam mortalem: & huius opinionis temporibus noſtris fuit Pompo. & de antiquis, vt ipſi imponit Auerr. 3. ani. 5. fuit Alex. in primo modo dicendi cum S. Thom. fuit opinio Ioã. de Gand. & Hiſpan. Qui omnes, quãtum ad hoc, ſunt concordes, quòd anima intellectiua ſecundùm eſſentiã ſit immaterialis, & æterna: at, quia hoc arguit habere opus proprium; quomodo habeat, eſt inter hos tres diuerſitas. S. Thom. in loco adducto, & in fine commenti 12. huius dicit vnà cum Ioan. Gand. quòd indigere corpore contingit duobus modis, altero modo ſubiectiuè, vt viſus pupilla; quia operatio illa eſt operatio coniuncti. 2. ani. 10. altero modo obiectiuè, vt viſus indiget, vt videat, corpore colorato; ſic intellectus phantaſmate: quare, cum anima ſit per ſe ſubſiſtens, vt S. Thom. nullius corporis, neq; determinatæ partis in corpore eſt actus; ſed habet operationem à corpore depẽdentem duntaxat obiectiuè; nullo tamen modo dependere tenet. S. Thom. quãdo intellectus fuerit in patria, & in alio ſtatu, & in hoc differt à Ioan. Modò contra vtrumque dictum inſtatur; primò, contra dictum Theologicum; quia eſt petitio principij; nã quærimus modò, an anima ſit immaterialis; & ipſi ponunt ipſam remanere, & alterum ſtatum habere in patria: quinimo debet probari, primò, animam ipſam eſſe immaterialem; & poſtea inferre, ſi eſt immaterialis, habet omnino operationes independentes à corpore. Scire autem, ſi immaterialis eſt, bene ante oculos figere debemus, ſi habet operationem propriam. Contra etiam ſecundum dictum, in quo eſt Ioan. Gand. Anima intellectiua indiget phãtaſia ad operationem, quod eſt à corpore obiectiuè dependere; ergo eſt materialis, ut poſuit Alex. antecedẽs eſt Ioan. Gand. conſequentia eſt Auerrois in fine commenti 12. Si intelligere non fit, niſi cum imaginatione; tũc intellectus materialis erit generabilis, & corruptibilis. Alij ad hoc dubium diſtinguunt de duplici ſtatu intellectus: de quo videt innuere Auer. 9. metaphyſi. ultimo: alter eſt, quando intellectus poſsibilis utitur agente intellectu, ut agens eſt: alter uerò, quando eo utitur, ut eſt forma. dicũt iſti operationem propriam non ipſi competere in primo ſtatu, ſed in ultimo. Contra iſtos arguitur; quia intellectus tam in primo ſtatu, quàm in ultimo indiget corpore, quia indiget phantaſia.

& probo,

& probo, nam copulatio eſt huius hominis fęlicis; & intellectus agẽs eſt copulatus poſsibili per phãtaſmata, quibus intelligit: poſsibilis ergo copulatio eſt à phantaſmatibus ad intellectum agẽtem; & e conuerſo: adeo quòd, quandò una iſtarum uirtutum diſcurrit, omnes diſcurrunt; quia aliter intellectio non eſſet noſtra: nam, ſi intelligeret ſine phantaſmatibus, ſequeretur, quòd dormiẽdo poſſemus intelligere; quia tunc ſenſus ſunt ligati, quod eſt falſum: ideo intellectus non poterit producere intellectionem, niſi phantaſia phantaſietur; & hoc ex ordine potentiarum pro ſtatu iſto, & iſta fuit ratio Hiſpani contra hos ultimos Auerroiſtas. Alter modus dicendi eſt, quòd anima ſecundùm ſubſtantiam ſit materialis, & conſequenter habeat operationem omnino à corpore depẽdentem; vt Pomponatius, & Hiſpanus. & ad declarandum, quomodo dicatur habere opus proprium, dicit Hiſpanus, quòd eſt, quia intelligere in anima intellectiua fundatur, & ſubiectatur: cum hoc tamen tenet & ipſe à corpore eam dependere. Pomponatius quinetiam tenens intellectum à corpore in quocunque ſtatu dependere, confirmat auctoritatibus Ariſto. & prima. 3. animæ 4. per hoc, quòd recipit formam materialem, probat ipſum uirtutem eſſe immaterialem, & immixtam. idem 3. ani. 6. quia non utitur organo tertia. t. 7. quia perficitur excellẽti ſenſibili. & notauit ipſe, quòd ſemper in his rationibus ſupponit, animam indigere phantaſmatibus. & ſic patet Ariſt. haudquaquam poſuiſſe talem operationẽ abſtractam. deinde diffiniens dixit eam eſſe actum corporis. quòd, ſi etiam immaterialis diceretur, non attineret poſtea eius conſideratio ad philoſophũ naturalem. In hoc quæſito non erit intentio noſtra examinare hanc difficultatem, nunquid intellectiua anima ſit immaterialis, ſed hanc duntaxat; nunquid habeat operationem propriam; & ſi per hanc de eius eſſentia concludatur. Quare pro determinatione ueritatis pono unam diſtinctionem de hoc, quod eſt dependere à corpore obiectiuè; quod dicitur duobus modis: altero modo, quòd iſta dependentia dicat cauſam, ſine qua nõ, ad hunc ſenſum; quòd ſi obiectum phantaſiatum intellectui non obijceretur, intellectus non intelligeret: altero modo, quòd dicat modum conſequendi propter ordinationem uirtutum unius ad alteram, ut cęlum in ſuo motu conſequitur ad intelligentiam intelligentem. ſecunda diſtinctio eſt, quam Auerro. tangit 9. metaphyſic. ultimo, quòd intellectus conſideratur in duobus ſtatibus; in primo eſt, ut Auer. 3. ani. 5. in duplici potentia; in ſecundo eſt cum ſumma diſpoſitione omnium habituum ſcientialium vnitus agenti intellectui; quippe qui tunc non, vt agens, ſed, vt forma, eſt. His ſtantibus ſit prima concluſio. Intellectus, vt in duplici potentia, dependet in operatione à corpore obiectiuè, tanquàm à cauſa, ſine qua nõ: ſecunda cõcluſio; Intellectus vnitus depẽdet à corpore, quia ad eius operationem conſequitur aliquid exiſtẽs in corpore operãs: tertia cõcluſio ad quæſitum; Intellectus habet operationẽ propriam dependentem à phantaſia, ſecundo modo, quæ eſt eadem cum eius eſſentia; per quã corolariè ſumitur animam intellectiuam eſſe immortalem. prima concluſio eſt, de qua Ariſt. loquitur in libris de anima, vt determinauimus in quæſtione, quomodo ad naturalem attineat conſideratio de anima intellectiua. & ſecundùm hãc cõſiderationem dixit in hoc tex. 12. Quòd, ſi fuerit phantaſia, aut non ſine phantaſia, &c. quod optimè aduertit Auer. in fine commenti dicens, & non intendit per hoc, quod apparet ſuperficie tenus, ſcilicet, quòd intelligere non ſit niſi cum imaginatione, &c. & 3. ani. 30. 39. & hoc modo operatio eſt alia à ſuimet eſſentia 12. metaph. 17. quæ ſi ſemper ſic eſſet, procederent illę rationes, quòd omnino eſſet materialis. Notandum, quòd Dei beneficio verum reperi: nam ea ratione valet illa conſequentia à deſtructione antecedentis; quia antecedens, vt totum, comparatur conſequenti, vt parti. tunc ſic, conſequentia eſt de poſsibili; ergo; ad habere opus proprium ſequitur non modò ſeparari poſsibile, verùm & poſsibile non ſeparari. tunc ponatur in eſſe; ergo cum habere opus proprium independens ſcilicet ſubiectiuè, & obiectiuè à corpore, ſtabit non ſeparari; aliter non eſſet de poſsibili conſequentia. quòd ſi opus proprium non ſic intelligatur, ſed, vt de oculo, & de intellectu; tunc æquiuocum erit; & tunc non erit vnica tantùm conſequentia. Dicendum, quòd ad opus proprium ſequitur non ſeparari à corpore, ac non ab hoc craſſo, & mortali, ſed a proprio vehiculo ſpiritali, quod & phantaſticum eſt, & conſequitur intellectum intelligentem. & hoc voluit Philoſophus dicens; ſi eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia, contingit neque hoc ſine corpore eſſe, qui dicendi modus alludit ad corpus illud, quod vehiculum eſt. ſecunda concluſio apud Ariſtotelẽ expreſſa non habetur: colligitur tamen ex eius dictis in plerisque locis, vt notauimus in quæſtione de qua ſupra. declarat tamen ipſe exactè admodũ Simpl. ſuper tex. 12. & notat, quòd Ariſto. dixerit; (paſsiones animæ.) Non enim per hoc dicit Simplicius appellauit Ariſto. ſimpliciter omnem animæ operationem; ſed eam duntaxat, quæ patientis animæ eſt; & ſit ab extra, non tamen immanẽtes eius operationes, & non ad ſubſtantiam pertinentes, ſed ſimul exiſtentes cum ſubſtantia: incepit tamen ab his, vt à notioribus ducat in notitiam animæ: quia non facile eſt accipere notitiã illius operationis, quæ ſimul currit cum ſubſtantia animæ. deinde diſtinguit de animis; Quædam ita corpus perficiunt, vt per eas tãquam per uitas, uiuentia dicantur. ſunt tamen quædam, quæ non ita corpus perficiunt, ſed eo utuntur, ut nauta naui utitur, & loquitur Simpl. de intellectu; ſubiungens; Nauta, dum in naui operatur remigando, habet operationem illam omnino inſeparabilẽ à naui; cum hoc tamen ſtat, quod alias habeat ſeorſum à naui, & potiores: ſic intellectus, quo ad habitus practicos, ſenſui, ac phantaſiæ annectitur; quare communes ſunt, & habentis. ſimiliter & ſpeculatiui habitus intellectum perficiunt;

Simplicius. Nihil autẽ prohibet, ꝙ ſeparabile eſt, ex aliqua aliquando actione cum eo coniuncti, a quo ſeparatum eſt.

verùm,

verùm, quæ circa vera intelligibilia operationes ſunt, nihil ipſo ſunt vtentes corpore: & quæcumque circa excellentiam intelligibilium ſunt ſpeculationes, hæ non ſine phantaſia ſunt, ſed tanquàm conſequente ad illas, non tamen ſimul ope rante, velut i vmbra conſequitur in luce corpus: & quæ ab extra motam habet phantaſiam operatio, hæc inſeparabilis omnino eſt: quæ verò ad eã conſequentem habet, hæc omnino ſeparabilis eſt; quare dubitatiuè protulit Ariſtotel. in 13. Si phantaſia, aut non ſine phantaſia. quia non omnis operatio animæ eſt, quæ non ſine phantaſia fiat; ſed ea duntaxat, quæ paſsio dicitur: quare optimè fuit poſitum dubium de paſsione; quia operatio habens conſequentem phantaſiam, omnino ſeparabilis eſt: quare diuinè ſecundum hæc omnia dicta Simplicij, reſpondit Auer. tacito illo dubio ſupra. obijcit quinetiam ſibimet Simplicius; Si operatio, quantumcunque ſeparabilis, & propria, habet ſic conſequentem phantaſiam, non erit tunc ſine corpore. Reſpondet, quòd non indiget corpore hoc, quod mortale eſt: habet enim ſenſitiuum, phantaſticumq; alterum vehiculum, anima: quare palàm eſt ſecundum fundamenta Simplicij, quomodo optimè fuerit philoſophatus Auer. de anima intellectiua, quantum ad eius fundamenta. Ex his nota quoque eſt & tertia concluſio, quia habet operationem propriam, & dependentem à corpore, cum ad ipſum conſequatur. & corollarium quinetiam manifeſtum eſt; animam ſiquidem immortalem eſſe: & argumenta in oppoſitum Pomponatij ex ſe, & dictis ſoluta ſunt.

T. c. 14. Videntur autem & animæ paſsiones, Auerr. in prima parte commenti continuat, & ponit intentionem; quod ſcilicet cum ſupra dixerit plures actiones, & paſsiones animę communicantes corpori, nunc intendit ponere, & declarare, earum genus. Textus diuiditur in tres partes: in prima ponit vnam concluſionem, in ſecunda probat illam, in tertia ponit vnum corollarium. prima nota eſt ſatis. in fine dicit Ariſt. Simul enim his patitur aliquid corpus. ſuper quibus verbis format Auerr. ſyllogiſmum; omnis paſsio facta cum alteratione, & tranſmutatione neceſſariò eſt corporis, aut virtutis exiſtentis in corpore; ſed omnia accidentia virtutis concupiſcibilis ſunt huiuſmodi; quare &cæt. Maior patet, vt inquit Auer. Minor verò probatur; quia in quibuſdam latet. Verùm prius notandum, quòd animæ cognoſcenti attribuuntur duę operationes; altera eſt apprehendere; altera eſt appetere, ſeu concupiſcere: & huius appetitiuæ, ſeu concupiſcibilis operationes oſtendit maximè communicare corpori: nanque, vt inquit Simplicius, hæ ſunt operationes, ſeu magis paſsiones, quę ſunt viuentis, inquantum patitur; animæ verò, vt mouentis. actiones quinetiam practicæ utuntur corpore modo proprio, non, vt patiente, ſed, vt operante magis animali, ſtantes ipſæ ſecundum actum iudicatiuum. Auerr. itaque probans minorem, quinimo declarans dicit, quòd poſsibile eſt interdum, vt tales ſenſum lateant, & effugiant; vt, ſi quis natura fuerit calidi cordis, & iracundus; &, ſi fuerit quidquam commouens ipſum ad iram; cum ſic conſuetus fuerit natura, latebit, quando mouebitur ab obiecto: ea propter propoſitionem iſtam declarat alio modo, vt notat Auer. per ſignum; nam quòd patiatur, atque alteretur corpus, ſignum eſt euidentiſsimum, temperaturarum diuerſitas: nanque ſunt aliqui, qui nullo iniecto terrore exanimantur, vel quàm pauciſsimo: contra ſunt, & qui maximam habeant extimendi occaſionem; minus tamen paueant. Vtriuſque ratio diuerſitatis eſt; quia primus eſt frigidi cordis: ſecundus verò calidi. Notat tamen Simplicius, quòd quæ fiunt cum alteratione, corporeę ſunt paſsiones, anima verò à quacunq; perturbatione liberat, neq; illa ſolùm, quæ ſeparabilis ſit, & in ſe ipſa manet, ſed quęcunq; vtitur corpore, vt inſtrumento, atque in ipſius inſtrumenti vita ſita eſt, vna cum corpore eas excipit actiones. paſsio ſanè propriè dicitur perturbatio, quæ tota extrinſecus accedit, & in mutatione poſita eſt; quæ ab aliquo alio mouente fit: anima uerò mouens, & corpore utens, haud extrinſecus recipiens, neque dum ab alio mouetur; ſed iuxta propriam actionem uarijs modis uerſando, mouet, & utitur inſtrumento; dum obſcurè, aut præter rationem, aut inordinatè agit. Eruditio ſanè medicina eſt illius actionis inuerſæ. Fiunt itaque, aut ab anima illa, quæ inordinatè mouet, aut ordinatè; ab eaque naturam ſequitur, & rationem. quòd uerò hæ communes corpori ſint, palàm eſt. quia cum his unà corpus patitur. altera ſumitur ab his, qui imperitè erga corporeas paſsiones ſe habẽt. Idem ait, quod harum paſsionum, quę fiunt corporis alteratione, cauſa eſt in indoctis corporea craſſis: ſicut, & in doctis, eſt operatio animæ mouẽs, aut non ſinens iraſci corpus, aut corripiens motum & iraſcentis; quia dominam, ac reginam actionum in Ethic. conſtituit rationalem animam Ariſtot. idemque confirmauit in fine huius libri de anima. Quare gaudium, ira, timor, & huiuſcemodi, omnia cum motu corporeo ſunt: ſunt omnia motus animati, facti tamen ab anima mouente indeterminatè, inordinateque, ſi ſine menſura fiant, uel ordinatè, ſi ab anima ſecundùm naturam mouente fiant: ſic anima appetitiua, uel erit corpus, uel uirtus in corpore; ut ſic formetur ſyllogiſmus; Omnis potentia, in cuius operatione tranſmutatur corpus, communicat corpori; ſed anima appetitiua eſt huiuſmodi; ergo &c. iſdem ſenſus ſub alijs uerbis apud Auerr. omnis enim operatio appetitiua eſt ſecundùm fugam, uel ſecundùm proſequutionem; ſi propter fugam, timemus; & propterea ſanguis retrahitur ad intra; & remanet frigidum, uel pallidum: in proſequutione ſanguis dilatatur, & deriuatur ad extra, & erubeſcimus; quare omnes à corpore dependẽt. unde Alex. in problem. quærit, unde eſt, quod amantes non ſemper ſunt unius coloris, ſed modò rubei, quandoque pallidi. Reſpondet, quia imaginantur diuerſos effectus de amica propria. In corollario ibi; Adhuc autem magis, &c. Auer. habet; Vnde manifeſtũ. & ideo apud ipſum legitur

Ex Simplic. De ſolis agit paſſionibus, & hæ dupli ces, tum innata vitæ, quæ vtitur, vt in ſtrumento, corpore, tum innata illam, quæ inſtrumentum ipſum, viuum efficit, atque effingit. & de hac ſectio de primo paſſiones nominat.

per

per modum corollarij: ſecundùm tamen literam grȩcam erit alterum ſignum, quo confirmat operationes illas corporeas eſſe: quia diuerſi in complexione diuerſa operantur, patiunturque: vnde melancholici, etiam nullo imminente periculo, proſternuntur.

Dubitatur circa text. quia videtur, quòd ratio Ariſto. non ſit bona; nam per hanc poſset probari, quòd intelligere ſit operatio corporis: nanque multi homines propter bonam complexionem citò intelligunt; quidā verò tardè. & fuit ſentētia Ariſt. 2. ani. 94. Molles carne aptos mente dicimus. pro hoc notat Pompo. quòd ſunt tria genera operationum animæ, appetitiuæ, ſenſititiuæ, intellectiuæ: in concupiſcibili maximè apparet, quòd eius operatio dependet à corpore, vt de ira, & alijs dictum eſt: in ſenſitiua, licet quoad tactum, guſtum, odoratum, & auditū appareat, quòd corporales ſunt; non tamen ita manifeſtum eſt, in viſu ſcilicet, quòd actio corporalis ſit, & realis: attamen, quòd uiſio, & ipſa corporalis ſit, affirmat philoſophus 3. ani. 7. quandoquidē dicat ab excellenti viſibili ſenſum corrūpi; quare, & ſi viſus non tranſmutetur realiter, ſeu corporaliter; conſiſtit tamen in proportione quadam cum ſenſibili; vt bene inquit Themiſtius. Albertus quinetiā dicit quòd tametſi ſine motu locali, & ſine alteratione partium corporis ſit, non tamen ſit ſine receptione formæ, vel ſpeciei formæ, quæ alteratio communiter dicit. vt Ariſt. 2. ani. 57. intellectiua verò anima non modo ab excellenti intelligibili corrumpitur; verùm quàm maximè perficitur, vt in eodem. 7. hæc tamen, vt dictum eſt, quoquomodo à corpore dependet: quare ex diuerſitate, in temperatura, cogitatiuæ ſequuntur diuerſæ in intellectu operationes. vnde ad argumentum dicimus, quòd bene probat quoquomodo intellectiuam animam corpore indigere; non tamen intellectus per ſe alteratur, ſed per accidens; quia alteratur cogitatiua eius miniſtra, vt bene Auerro. in fine procemij phyſic. Cum vigoratur intellectus, &c. Hinc alter altero meliùs, ac facilius intelligit.

T.c. 15. Si autem ſic ſe habet. Auer. in parte continuatiua dicit, quòd Ariſt. intentio ēſt, quòd ratio diffinitiua ſit cum materia apud Naturalem; & hoc quia in ſuperiori tex. declarauit paſsiones illas eſſe formas materiales. addit; Et motus eſt materialis; itaque corpus capiendum eſt in diffinitione iſtius motus; quare. &c. Hanc eandem ponit intētionem Simplicius, ſed claram magis: nam, cum ſuperius dixerit paſsiones eſſe compoſiti, ſic & diffinitio ipſa, quæ res conſequitur; quæ paſsionū eſt talium, non modò viuens corpus, verùm & corpus ſimpliciter accipiet: imo Auer. neque continuat, neq; intentionē ponit, ſed expoſitiuus eſt totus. Ariſt. in tex. duo facit, ſicuti duo ponit corollaria. primum eſt, quòd diffinitiones paſsionum animæ ſunt naturales: ſecundum, quòd philoſophus naturalis debet de omni anima, aut tali demōſtrare. primum corollariū; quod ad totum per Auer. & alios declaratum eſt; declarat quinetiam ipſum Ariſt. exemplo; Vt iraſci, &c. dixit; Talis corporis. quia talis motus, nō eſt motus ſimpliciter corporis, ſed corporis animati, vt bene notat Simplicius, neque cuiuſcunque animati, ſed animati anima ſenſitiua: nam plantæ non iraſcuntur; cum in eis neque cor, neque inueniatur ſanguis. Dicit; Aut partis. quia quandoque non totum accipitur corpus, ſed pars duntaxat corporis, vt accenſio ſanguinis circa cor. Addidit; Aut potentiæ. vt bene Simplicius, tangens aliquando virtutem illam, quæ primo in motu inſtrumentum characterizat, vt appetitiua vindictæ: deinde Ariſto. non modò corpus ipſum animatum tetigit in huiuſcemodi diffinitionibus; uerùm & mouentem eius cauſam annumerauit; & tanquam organo vtentem; & finalem, quæ vel bona, vt ſalus ſecundùm naturā, vel ſaltē bona apparens, vt vindicta: & ideo dixit, Ab hoc, & gratia huius, in ſecundò corollario, Et pp hȩc, &c. exponit Auer. cū itaque in talibus paſsionibus appareat materia, manifeſtum, ꝙ cōſideratio de anima eſt naturalis, aut de omni, aut de tali. Notat S. Tho. ſic loquutū Ariſto. diſiunctiuè; quia in textu 12. ēt dixit, Aut phantaſia, aut non ſine phantaſia, & ibi ſub dubio queq; reliquerat. Egidius dicit, quòd dixit; Aut tali; vt excluderet animas cœlorum, de quibus non meminit Ariſt. quæ mihi non placet; cum iam ſuperius dictum ſit Ariſt. hic agere de anima duntaxat humana. Auer. de hoc nihil dicit. Ioannes Gram. inter Grȩcos dicit, quòd phyſicus ſolùm habet cōſiderare de formis illis, quæ ſunt materiales, de immaterialibus verò, niſi, vt ſunt cauſæ, quomodo etiam animam intellectiuam conſiderat, non tamen, vt intellectus, adducens quas facit rationes Ariſt. 1. de partibus animal. Simpli. diuinè exponens ly. Talē. dicit, ꝙ non modò voluit intelligere animā illam, quæ corpore, vt ſubiecto utitur, uerū & eam, quæ corpore utitur tanquā organo; inquātum ſcilicet mouet, & inquantum eo utitur: nanque, ut ait Simplicius, ſubſtātia animæ eſt una, & plures; una, quæ ſubiecto una, & ad corpus uergit; & corpore utitur: & de omni hac habet phyſicus ſuam agere rationem: ſecundùm enim, quòd ipſam conſiderat, materiam tangit anima; ſecundū uerò, quòd differunt, non modo una, ſed & multȩ: quare conſiderans eam, ſecundum quòd ſeparabilis, non de omni conſiderat, ſed propriè de inſeparabili à corporibus qualitercunque.

Differenter autem diffiniet. Auer. in parte cōtinuatiua tex. dicit; cùm demonſtrauerit hucuſq; quòd in diffinitionibus harum uirtutum oportet accipere materiam, dubitat ſecundùm conſuetudinem diffiniēdi, ſcilicet quæ apud Dialecticum & apud Naturalem reperitur. intentio clara, ſed quorſum hoc faciat, clarum non eſt. Egidius dicit hoc eſſe, ut oſtendat difficultatem in diffinienda anima, quȩ maxima eſt. quæ iudicio meo non quadrat: cum ſatis ſuperque de difficultate animæ dixerit ſupra tex. 4. quare alijs omiſsis, ut ad rem haudquaquam attinentibus, dicemus ſecundùm auream Simplicij continuationem, & intentionem; Poſtquam determinatum eſt, uſque quo habeat naturalis ſubſtātiam animæ conſiderare, T.c. 16.

inquan-

inquãtum ſcilicet eſt à corpore inſeparabilis, determinauitq; modum cognitionis ipſius, conſequentem rem ipſam, 2. metaph. 4. inſeparabile ſcilicet & ipſum, quod duo concernit, & animatum corpus, & corpus: qui verò inſeparabilem à corpore vitam, tanquàm ſeparabilem diffiniat, is ſuperficialem rationem ipſius, & non ex profundo capere videtur: quare logicè, & dialecticè diffiniunt. text. habet tres partes; in prima ponitur vna concluſio; in ſecunda, quomodo probatur vna diffinitio, & eſt pars concluſionis; in tertia ponit tres diffinitiones. primam partem Auer. exponẽs iuxta literam dicit, quòd differenter diffinit Dialecticus, & Naturalis; Dialecticus per formam, vt ita eſt appetitus in vindictam: Naturalis per materiam, quòd ſcilicet eſt ebullitio ſanguinis in corde. exemplificauit, vt notat Simplicius de ira, intendẽs tamen diffinitionem omnium paſſionum animæ; quæ ſi diffiniantur per formam tantùm, erunt illæ diffinitiones ſuperficiales, & non penetrantes ad rem intro; nanque ſuperficialem cognitionem rei, conſueuit appellare Ariſtot. dialecticam; & Albertus appellat talem diffinientem per intentiones cõmunes formales, quæ non ſunt vera cauſa rei propria; & ideo dicit per formam, quæ de ſe communis eſt, & non appropriatur ad eſſe rei, niſi per propriam materiam uniuſcuiuſque rei: cũ autem res habeat eſſe in materia propria, Dialecticus ſuperficietenus eam cognoſcit: quare ſcientis erit phyſiologi, & vt inſeparabile noſcat, & qualiter inſeparabile, & qualis quædam ſpecies vitæ ſit, vt ait Simplicius: hic enim rem, vt ipſa eſt cognoſcit. In ſecunda parte ibi; Ratio quidẽ, &c. habet in text. ſuo Auerr. Intentio. declarat Auerr. hãc probationem ab eſſe ad cognoſci. primò itaque exponit: ſecundò notat ibi; Et innuit: dicit itaque, quòd intentio alicuius, vt eſt ens, eſt hoc; quare neceſſariò in materia, quæ habeat talem diſpoſitionem. ſic exponit ly, hoc, vt 3. animę 3. & dicit, quòd ſic eſt in illa materia, quod non in alia; notans materias eſſe proprias, vt infra 54. in notando. ſecundò dicit, quòd cum intentio rei ſit talis, quòd opus eſt, vt eius cognitio etiam talis ſit: ſecus, erit accepta alio modo ab eo quod eſt: textus græcus legit; Ratio quidem enim hæc ſpecies, &c. dicit Simplicius, quòd noluit, rationem vt diſtinctam contra rem; quinimo ratio, & ſpecies pro eodem ponitur; dicitur tamen ſpecies, vt rem ipſam ſpecificat: erit deinde ratio, vt cognoſcitur: quare melius, ac exactiùs diffiniet Naturalis, quàm Dialecticus, vt de domo tangit etiã Themiſtius. Dialecticus dicet; Domus eſt coopertimentum defendens à frigore, &c. diminutè quidem, quia per ſolam formam diffinit: Naturalis verò addit, quòd talis confecta eſt ex cemẽto, &c. & talis perfectè, quandoquidem rem, ut ipſa eſt, diffiniet. In tertia parte ponit Ariſto. tres modos diffiniendi in exemplo de domo, ex forma tantùm, ex materia ſolùm, ex utraque ſimul: & quærit, quæ iſtarum phyſico conueniens ſit: dixit, ſpecies propter iſta. vt notat Simplicius; quia in artificialibus, quod a fine eſt, diſtinguitur ab eo, quod a forma eſt. Aliter Auerr. non exponit, quàm reddens rationem ad id, quod in notando determinauit, declarat neque diffinitionem, quæ per ſolam formam, neque per ſolam materiã perfectam dici diffinitionem; relinquens duntaxat tertiã, quæ phyſico conuenit: cum quæ per formam dialectico, quæ verò per materiam, mechanico, vt inquit, Alb. cũ dicat lapides, ligna ſic compaginata, ligataq; &c. cõueniat. diffinit itaq; ꝑ vtrũq; phyſicus.

Dubitatur circa expoſitum textum, vtrum Logicus diffiniat per formam? Io. de Gand. in quæſtione ponit vnam diſtinctionem; ſecundò duas concluſiones: tertiò ſatisfacit duob. dubijs. diſtinctio eſt, ꝙ forma dupliciter dicitur; vno modo pro altera parte compoſiti, quæ dat eſſe, & ſubiectum informat; altero modo pro forma totius, v.g. humanitate. concluſio prima ſit, ꝙ Logicus non diffinit per formam primo modo; probat, quia diffinit ꝑ genus, & differentiam; ergo nõ per ſolam formã; deinde diffinitio prædicatur eſſentialiter de diffinito; at forma non prædicatur eſſentialiter de eo, cuius eſt forma, ſaltem in recto; quia animal non eſt anima 7. meta. 36. concluſio ſecunda: Logicus diffinit per formam, quæ eſt idem eſſentialiter cũ compoſito; quia diffinit per prædicata eſſentialia notiora diffinito: deinde ſoluit primum; quare talis diffinitio dicatur logica. dicit, aut, quia procedit per quædam communia omnibus diffinibilibus, genus ſcilicet, & differentiam. Alia ratio; quia ratio logica dat diffinitionem, quæ medium eſt in demonſtratione, vt 2. poſt. ſoluit & ſecundũ dubium; quare eſt, ꝙ dialecticæ diffinitiones dicuntur vanæ, vt ſupra dictum eſt tex. ij. dicit, ꝙ ille text. valet de quibuſdam diffinitionibus datis per cõia quędam accidentia, & extranea; non tamẽ ſequitur, ꝙ omnes dialecticę ſint tales, vt pote quæ ex genere conſtant, & differentia; & principium demonſtrationis ſunt. Opinio Ioannis, & ſi fortè in ſe vera ſit; patitur tamen inſtantiam; & quantũ ad concluſiones ipſas, & quantum ad ſolutionẽ dubiorum: primùm, quia concluſiones illę nõ faciũt ad propoſitum Ariſt. vtcunq; ſe habeant: nõ enim intẽtio Ariſt. eſt agere de dialectico, nec qualiter diffiniat; ſed de diffinitione, & cõſideratione naturali: quę ſi fuerit de forma, vt in materia, vt patet per exemplum de ira, naturalis eſt: ſi verò per ſolam formam, dialectica, & non naturalis, quia erit per communia, vt optimè expoſuit Albert. idem & Simplicius: qui ait, quòd ſuperficialem, & quę ad viuum uſque non profundat, logicam, & dialecticam cognitionem appellare conſueuit Ariſtot. tanquàm opinatiuam non ſcientificam. quantum etiam ad ſolutionem primi dubij deficit Io. nam non modò logica diffinitio eſt per genus, & differentiam, verùm eſſe poteſt & per ꝓprium, & per quod vis aliud; quia poteſt & per hęc intentionem communem habere, cum ſatis ſibi fuerit, dummodo opinionem generet. Secunda quinetiam cauſa deficit; quia non modò cauſa formalis medium in demonſtratione eſſe poteſt, verùm & materialis, & alię; quandoquidem Ariſt. 2. poſt. dicat; Demonſtratio eſt, quorum eſt altera

cauſa

cauſa.Secunda opinio fuit Pomponacij, quam ſequutus fuit Hiſpanus,primò diſtinguens de dialectica, ꝙ poſſumus intelligere vel totam logicam: & hoc mõ concedit,ꝙ logica diffinit ꝑ omnia genera cauſarum; alio modo dialectica ſumitur pro parte logicæ; & eſt pars illa,quæ uocatur Topica; in qua agitur de ſyllogiſmo probabili:& iſta eſt,vera dialectica; &,vt ſic,conuertitur cum Topica.& hæc duobus modis conſideratur; &,vt docens. & ſic per omnia genera cauſarum procedit,ſuo modo,diffinit ſyllogiſmum,&c.alio modo vt vtens, quomodo in diuerſis ſcientijs regulis illis topicis vtuntur ſcientes; v.g.qui in naturalibus procedit per probabilia; & talis proceſſus dicitur dialecticus; & hoc procedere non eſt per ſecundas intentiones,ſed per primas,ſub quadam tamen communitate,& generalitate.&, quòd iſta opinio ſit vera palàm eſt; quia dialectica aditum habet ad omnes ſcientias: & ad iſtum ſenſum non erit differentia hic, & in textu ij.hæc tamen opinio in fundamento uidetur diſcordare, & ab Ariſt.& Auerr.& S.Thu.nam 2.m.15.dicit Ariſt.ꝙ vanum eſt quęrere ſcientiam,& modum ſciendi ſimul:quare relinquitur,ꝙ non datur logica docens ab Auer.nã primo poſt.in procemio dicit, ꝙ intentio eſt tradere regulas,quibus formatur ratio, & quibus formatur ſyllogiſmus topicus,&c.quare docens nõ erit. à S.Tho.4.metaph.ſuper tex.5.vbi videtur negare demũſtratiuam vtentem,quod eſt diſtinctionis ſecũdum membrum: quod,cum à veritate alienum ſit,quandoquidem dicat Ariſt.eſſe organum ſcientificum,ſoluũt,& bene:ſed voluit dicere ibi, quòd differentia eſt inter dialecticam, & ſophiſticam, ex vna parte;& demoſtratiuam ex alia parte;quoniam dialectica,& ſophiſtica ſecundùm unum modum recedunt a ſcientia,ſecundùm alium,non:qñ vtimur eis,non generatur in nobis,niſi opinio, & deceptio, & non ſcientia: at tunc eſt ſcientia, qñ docet procedere ex probabilibus,& apparẽtibus: demonſtratiua verò ultra hoc,ꝙ quando docet eſt ſcientia,habet etiam,ꝙ quando ipſa utimur,aggeneratur in nobis ſcĩa: & hoc uoluit dicere S.Tho. non autem,ꝙ non detur demonſtratiua ducens:at ſophiſtica,ut utens,deceptio eſt; dialectica uerò, ut utens,opinio. in concluſione tamen peripatetica eſt, quæ non ab illo fundamento; ſed ab altera tamen parte illius diſtinctionis dependet, quæ eſt à dialectica utente;& nõn,ut uerè eſt circa ſecundas intẽtiones,ſed per ſimilitudinem.& circa primas,quippe quæ,ut melius intelligatur,notãdum, ꝙ aliqua diffinitio poteſt dici dialectica, duplici de cauſa;uel, q̃a procedit ex propoſitionibus declaratis in logica;uel, quia procedit ex cõibus, & per modum ſimilitudinis dialectica dicitur:quare diffinitio iræ non erit dialectica; quia procedit ꝑ propoſitiones declaratas in logica;ſed quia naturalis diffiniens,ſic per ſolam formam,non per ea, quæ propria ſunt naturali,diffinit,ſed per communia,cum non ad materiam deſcendat, in qua forma ipſa habet eſſe.hanc uoluit opinionem Simplicius,hanc Auer.hanc & Alb. At contra hanc determinationem eſt inſtantia;quare eſt,ꝙ eſt diffinitio data per materiam tantùm, non dicitur dialectica;nanq; non accipit omnia intrinſeca, & propria requiſita. Ad hoc dicitur,ꝙ non uocatur dialectica ab Ariſt.quia non eſt per cõia;nam cõmunitas eſt propria paſsio dialecticæ: modò cõitas ſumit̃ à forma,& non ſumitur a materia,ut 1.cęli.92.qui dicit cœlum, dicit formam; qui dicit hoc cœlum,dicit materiam. Amplius Dialecticus habet quatuor problemata, vt patet primo Top.à genere,à differentia,à diffinitione, & ab accidente: & hæc omnia magis aſſumuntur à forma, quàm à materia:quare,&c.

Logica vſitatur duob. modis, aut ſecundũ qđ eſt inſtrumentum diſtinguẽs verum a falſo; & eſt modus ꝓprius: aut ſecundũ ꝙ illa, quæ ſunt declarata in ea, capiuntur ꝑ maximis in deſtruẽdo, aut conſtruẽdo aliqđ Auer. 1.phyſi.35. 8.phyſi.70. 2.meta.15. 7.metap.2.

Dubitatur & ſecũdo, utrum Naturalis diffiniat per materiam ſenſibilem? In hac quæſtione eſſent duo articuli; alter,quod propoſitum eſt; alter,poſito ꝙ diffiniat, nũquid diffiniat per materiã,tanquàm partem eſſentialẽ ſuæ diffinitionis: nec ne? alterum hic examinabimus; de altero conſideratio propria eſt,2.phyſic.28.& 7.metap.pro primo itaq; ſit argumentum,ꝙ non;quia aut diffinit per materiam ſenſibilem, tanquàm per quoddam intrinſecum quidditatis; aut per quoddam extrinſecum;ſed nullo horum; ergo &c.ꝙ non per intrinſecum,probo; quia nullum principium quidditatis debet eſſe pars materialis ipſius quidditatis; ſed materia eſt talis; ergo &c.confirmatur maior ex ſnĩa Auer.7. metaph. 21. ubi habet,ꝙ quidditas hominis eſt homo uno modo, ſ. per formam, & non eſt homo alio modo, ut.ſ.eſt aggregatũ ex materia,& forma:ꝙ non per extrinſecum,probo, quia tunc materia eſſet agens,uel finis; nõ agens, quia omne tale eſt in actu', primo de gen.45.non finis, quia eſſet nobilior re naturali, quia finis eſt nobilior his,quæ ſunt ad finem 2.phy.23.31.quare neq; extrinſecum principium eſt.In oppoſitum eſt auctoritas Ariſt.primo huius 16.& 2.phyſi.92. 7.metaph.34. In hac difficultate Io.Gand.primo ponit unam diſtinctionem de materia ſenſibili; altero modo dicitur ſenſibilis,q̃a informata qualitatibus ſenſibilibus,vt materia prima in habitudine ad formam ſubſtantialem. & Ioan. dixit his duobus modis, & diſiunctiuè propter duas uias: quarum altera tenet,ꝙ accidẽtia fundãtur immediatè in materia prima,interminata ſcilicet,ut ponit Auer.altera,quòd ſequerentur ad formam, & terminata: & fuit opinio Thom.& Scoti.Secundo modo ſenſibile dicitur ſubiectum compoſitum in habitudine ad motum,& quietem: & hæc habentur 7.metaphy.35.39. Verùm circa hoc ſunt duæ opiniones oppoſitæ; quidam uolunt,ꝙ motus, & quies ſint de conceptu formali materię ſenſibilis; & hi ſunt, qui negãt Naturalem commõſtrare res quidditatiuè in particulari:& eſt opinio S.Tho.2. phy. Alij,ꝙ motus, & quies accidunt materiæ ſenſibili; & circumloquuntur ultimam differentiam, quæ ignota eſt: & hi uolunt Naturalem commonſtrare res quidditatiuè in particulari. at de opinionibus iſtis in præſentia non eſt facienda mentio. His poſitis ponit Ioannes duas concluſiones. prima, ꝙ entia naturalia uniuerſaliter non diffiniuntur per materiam,primo modo dictam; nam cęlum naturale eſt, & tali caret materia. 8.m.4.

1.cę.20.ſecũda, quòd entia naturalia habent diffiniri per materiam ſenſibilẽ,ſecundo modo ſumptam; quia,per habere principium ad motum, & quietem diſtinguuntur naturalia ab omnib.alijs; & eſt principium eſſendi, & cognoſcendi res naturales; nanq; reduplicatiuam illam, ſecundum ꝙ naturalis, exponit Aner.in proœmio phyſi.ſecundum quòd tranſmutatur. idem & 7.metaph.5. vbi dicit,ſecundùm ꝙ naturale.i.ſecundùm ꝙ mouetur,& quieſcit. At contra determinata à Io.ſunt dubia; & primò diffinitur intellectus agens à Naturali,3.ani.18.& non per materiam ſenſibilem,primo,nec ſecundo modo ſumptam; ergo &c.probatur aſſumptum; quia ibi non ſunt qualitates ſenſibiles ab aliquo ſenſu, cum ſit ſubſtantia immaterialis penitus; nec ibi ponitur motus; quia nõ eſt diuiſibilis,vt id,quod mouetur,6.phyſi.32. Fortè quiſpiam diceret,ponitur metaphoricè.cõtra, qa talis motus nõ erit de ſenſibilibus communibus, vt motus realis eſt 2.ani.64.& ſic non reddet materiam ſenſibilem: diffinit quinetiam poſsibilem intellectum,& tamen non per materiam ſenſibilẽ 3.ani.5.ergo &c.Fortè quiſpiam diceret; diffinit per hoc, ꝙ eſt actus corporis phyſici organici. At reſponſio iſta non ſapit viam Auer. Primnm fundamentum eſt;ꝙ anima intellectiua nõ eſt perfectio corporis,vt aliæ formæ materiales,ſed aſsiſtens,& vt nauta naui 2.ani.11. idem 3.animæ 5. Secundũ fundamentum 3.ani.5. ꝙ intellectus humanus aſſiſtit homini, vt intelligentia orbi: ex quibus palàm eſt, ꝙ ſicuti in diffinitione intelligentiæ non ponitur orbis; ita & in diffinitione intellectus nõ ponitur materia ſenſibilis humana.tertiò dubitatur propter quid magis dictum ſit Naturalem diffinire per materiam ſenſibilem, quàm per formã ſenſibilem. Pro ſolutione harum difficultatũ,notandum,ꝙ Naturalis non conſiderat materiam ſolam; ſed,vt eſt huius phyſicæ formæ materia; ſicut & mechanicorum nullus ligna, & lapides conſiderat,niſi,vt inducitur in eis forma domus: quia aliter non eſſet principium aliquod ſuæ cognitionis: at,quia phyſicus conſiderat formas tranſmutationis,& id eſſe tranſmutationis habent in materia: ea propter dicitur phyſicum cõſiderare materiã: quinimo cauſas omnes conſiderat per reſpectum ad materiam; quod quidem eſſe in materia, ſolùm eſt eſſe naturæ,& reale; vt mouentem,quatenus materiam mouet, & formam ſecundùm eſſe, quod habet in materia; & finem,vt terminus motus,quo mouetur materia; & materiam ipſam, vt ſubiecta formæ eſt, ſecundùm ꝙ forma habet eſſe in ipſa materia. Contra hanc reſponſionem arguitur 3.ani.17.dixit in omni natura eſſe agens,& patiens;ergo & in anima: ergo anima naturalis. Dicendum;non inconuenit,vt agens,& patiẽs,ſic dicuntur animæ particulę: contrà;conſiderata à Naturali ſunt cum tranſmutatione, & generatione, 1.phyſic.57.ergo non de his,quæ ęterna ſunt. Dicendum, ꝙ de his agit,non vt æterna, ſed nouiter generãtia ſpeculatiuum,qui generabilis eſt,& corruptibilis.His omnibus notatis de mente Alberti in hoc loco;pro ſolutione argumentorum,dico,ꝙ ea diffiniuntur per materiam ſenſibilem à naturali,quæ ſecundùm eſſentiam,& quidditatem à Naturali conſiderantur, cuiuſmodi non ſunt potentiæ intellectuales,vt in principio dictum eſt:quare Ariſt.dixit 2.metaph.vltimo; Omnis enim forſan natura materiam habet.quem locum Auer.exponens dicit Ariſt.dixiſſe,forſan,propter intellectũ: Intellectus enim,qui eſt vltima pfectio hominis, eſt abſtractus à materia. Ad vltimũ dico magis dari per materiam ſenſibilem,quàm per formã;quia qualitates ſenſibiles, quibus aliquid dicitur ſenſibile, comparantur ad formam ſubſtantialẽ magis in ratione materiæ,quàm formæ: qualificant etenim, & diſponunt materiam ante aduentum formæ. idem dicendum de motu eſt ex ſententia Ariſtot.2.metaph.12. Quod mouetur, materiam habere neceſſe eſt:& ſic diffinit p materiã ſenſibilẽ.

An verò non eſt aliquis. continuatio ſecundùm Latinos,referente Egidio,eſt,cum Ariſt.enumerauerit diuerſos diffiniẽdi modos, à quibus capitur diuerſitas artificum inter ſe per diuerſos modos conſiderandi; in præſenti intendit ponere differẽtiam inter artificem naturalem,& alios. quæ non mihi multùm ſatisfacit; primò, quia hic non eſt principalis intentio ponere inter eos differentiã; quandoquidem hoc attineat ad primum philoſophum 6.metaph.in principio:ſecundò quia Ariſt. vtitur ly, An,quæ eſt particula ſolutiua: quare ſupponit propoſitum dubium.dicam itaque ſecundũ Auer.& Ioan.Gram. & magis clarè; cum dubitauerit ſuperiùs, tribus poſitis diffiniendi modis, qui eos artifices,conſiderarent; & iam determinauit de eo,qui per formam ſolũm,ad Dialecticum; per formam, & materiam,ad Naturalem: in hoc ſoluit,ad quem attineat per materiam ſolam diffinire; & ſimul cum hoc notabit inter artifices differentiam. Tex.diuiditur in duas partes; in prima ſolnit;in ſecunda corollariè differentias ponit inter artifices circa conſiderationem diuerſam paſſionum in materia concretas, & abſtractas:in prima ſoluit negando,qnòd ſit aliquis artifex, qui cõſiderat materiam ſolam: ſecundò declarat ponẽs conſiderationem artificum, qui res magis materiæ immerſas rimantur; qui tamen materiam ſolam haudquaquam conſiderare poſſunt.primò inter omnes artes conuenit, quòd ſemper formas, quas principaliter intendunt, conſiderant ponere indeterminata,ac ſibi ſubiecta materia: quare nulla ars eſt,quæ de nnda materia conſideret; ſed de conſequentibus materiã, ac proprijs eius paſſionibus,vt Naturalis,& Mechanicus: ea pp nõ dixit de materia.ſed de paſſionib.materię, vt notat Io. Grã.quemadmodũ Dialecticus de materia in cõi, & propria,ut in meteor.de materia grandinis,niuis,&c.& in de animalibus,de animaliũ materia, &cęt.eodem ferè modo & Mechanicus: nã faber lignarius cõſiderat ligna,& quidem recta, ut eis ſuperinducat formam ianuæ: ſic, & nauiũ magiſter quærit non omnia ligna,uerùm, quę ad formã nauium inducendã,magis fuerint idonea: ſic & Medicus,pręparatos humores, ut eis formã ſanitatis inducat. At inter Naturalẽ,& Mechanicos differẽ- T.c.17.

tia eſt:naturalis, non modo proprias, verùm & ad
primá vſq; reſoluit materiã; at Medicus ſolùm ma
teriam ſecundã v.g.hominis,& ſic de alijs. alia eſt
& eſſentialior inter eos differentia; qm̃ Naturalis
cõmonſtrat materiam,ut eſt habens principiũ mo
tus,& quietis; Mechanicus verò ſecundùm princi
pia extrinſeca: quare Medicus cognoſcit corpus
humanũ,vt ſanabile arte.& numerauit Ariſt.Medi
cum,mechanicũ: & ratio eſt,quia medicina, neq;
eſt ſpeculatiua,neq; actiua, quandoquidẽ ea acti-
ua ſit,vt Ariſto.6.meta.in principio,cuius actio eſt
prohęreſis; quæ in ipſo eſt agente:at medicina fa-
ctiua eſt,quare mechanica:verùm inter omnes ar-
tes nobiliſsima eſt; quandoquidem pars theorica
philoſophia particularis ſit. Connenit itaq; inter
oẽs iſtos artifices,quantum ad rẽ demõſtrãdam,
ſcilicet p conſiderationem ſemper ad formam, vt
in materia, &ſi in modo differant commonſtran-
di;tes tamen nec re,nec rõne à materia ſeparatas
conſiderant. iu ſecunda parte oſtendit conſidera-
tionem aliorũ duorũ artificũ,vt qui minus per ma
teriam ſolã diffiniant; quandoquidẽ eorum alter
res à materia ratione ſeparatas,in materia tamen
actu exiſtentes;alter & actu,& ratione, à materia
ſeiunctas conſiderat.primus mathe.eſt, cõſiderat
enim lineam,ſed nõ,ut ferrea, &ſi fuerit in ferro;
neqne,vt lignea,&ſi in ligno; ſed abſtrahit per in-
tellectũ à motu,& à materia ſenſibili;qa, ut Auer.
in hac ſecunda parte,ſpeculatur res conſequentes
corpus,non tamen inquantũ ipſum tranſmutabile
eſt:& ſic mendaciũ non cõmittit 2.phy.18.&ſi ſe
cundùm rẽ talia entia inſeparabilia ſint:non itaq;
diffinit p materiam ſenſibilẽ. eſt & altera, quæ de
his,quæ & re,& rõne à materia tam ſenſibili; & ſic
à naturali differt; quã intelligibili; & ſic à mathe.
abſtrahit.& tales formas,ut inquit Auer. conſide-
rat metaph.quare relinquitur,vt Ioã.Gram.ait, ꝙ
nullus ſit artifex,qui p ſolam diffiniat materiam:
nec Naturalis, q magis circa materiã ſpeculatur;
verùm ſpeculatur circa oẽs.& hoc,vt notat Simpl.
& Io.Gram.dixit Ariſt.quia conſiderat paſsiones,
& ſubſtantiales,& accidentales: & per hoc diſtin-
guitur ab artificiali, qui duntaxat accidentales
cognoſcit, vt ſanitatem Medicus;& alias figuras,
alij; & ſic non omnes, ſed quaſdam.addidit quin-
etiam huius corporis;quia & per hoc differt à ma
them.quippe qui, tametſi conſideret res in corpo
re exiſtentes;nõ tñ,quatenus ſunt huius corporis:
primus tñ philoſophus, vt penitus ſeparata ſunt,ri
matur;& non modò quę ſupra nos ſunt,vt benè no
tat Smpl.verùm & animam ipſam noſtram intelle
ctiuam:quę & ſeparabilis,& inſeparabilis exiſtit:
vt ad corpus inclinat,inſeparabilis eſt;& ſic de ea
Naturalis; vt autem ſeparabilis, eam Metaphyſi-
cus contemplatur.

Sed redeundum eſt.Auer. neq; continuationẽ, T. c. 18.
neq; intentionem,ſed duntaxat cauſam intentio-
nis ponit; & com.clarũ.Latini,& moderni omnes
in continuatione dicunt; cum hucuſq; vſus fuerit
digreſsione,modò ad propoſitum reuertitur. Ioã.
Gram.declarans epilogat,quę in digreſsione. Di-
xit, ꝙ paſsiones animæ ſunt cum materia; & pro-
pter hoc non de omni anima attinet ad Naturalẽ
diſputare;ſed,quæcunq; dependet à materia;& p
pter hoc coactus declarare,quot modis diffiniun-
tur materialia,& qua diffinitione vtatur Phyſicus:
& vltra declarans,qui ſint diffiniẽtes per alios dif-
finiendi modos, vt nihil ad propoſitum negotium
deficiat:reddit denuo ad diffinitionẽ, quæ de paſ-
ſionibus animæ dicta eſt; de qua priùs abundè. &
cauſa,ꝙ dictorum reminiſcitur,eſt,quia paſsioni-
bus talibus,quæ in materia ſunt,vtimur ad diffini
tionis de anima innentionem.dicit itaque,ꝙ paſ-
ſiones tales non ſunt ſeparabiles à phyſica.i.ſenſi-
bili materia animalium;ut paſsiones concupiſci-
biles,vt ponit Auer.neq; ſecundùm eſſe, vt meta-
phyſicalia, neq; ſecundùm diffinitionẽ,vt marhe-
maticalia abſtracta ſunt:impoſsibile.n.eſt irã,aut
timorẽ ſine materia diffinire;vt dictũ eſt.dicit de-
inde in textu; Inquantum antẽ tales exiſtũt.Notat
Simplic. ꝙ ſunt compoſiti tanquã ipſum mouente
anima,ac oĩa in eo operante; vt lumẽ Solis in aere
eſſe dicimus,tanquam eo operante, aere ſubinde
recipiente,ac patiẽte, & totum clarum.In hoc igi
tur proœmio Ariſt. vſq; ad t.19. excluſiuè, poſuit
4.concluſiones,primã in primo tex. ꝙ hiſtoria de
anima eſt prima primitate perfectionis:in ſecun-
do ſecundam,ꝙ.ſ.vtilis eſt,ad omnes veritates,ma
ximè ad ſpeculatiuas,maximè ad Naturalẽ: in ter
tio tertiam,ꝙ volumus cognoſcere ſubſtantiam &
eſſentiam ipſius animæ,& accidentia: quartam in
quarto textu,ꝙ ſcilicet eſt difficillima.& omnia p
pter hanc hucuſq; fuerunt dicta. ab hoc autem ad
36.vſq; narrat antiquorum poſitiones de anima:
nam Plato dixit animam eſſe eſſentiã ſeipſam mo
uentem; Xenocrates, & Pythagoras numerum ſe-
ipſum monentem; Ariſt. actũ, Democritus ſpiri-
tum;Heraclitus, ſcintillam ſtellaris eſſentię;Hip-
pocrates ſpiritum tenuiſsimum, diffuſum per om
nia membra; alij,ꝙ ſanguis; alij,ꝙ complexio: à
36. vſque in finem rationibus demonſtrati-
uis reprobat iſtas opiniones.Et ſic finis
ſit libri primi de Anima ad lau-
dem Dei omnipotentis; cui
ſemper ſit honor, &
gloria.

CLARISSIMI MARCI ANTONII GENVAE,

SVPER SECVNDO DE ANIMA COMMENTARII.

T. c. 1. SECVNDVM autem, quæ ab alijs. In parte continuatiua Auerroes, continuat primum librum ſecundo: cum ſcilicet in primo recenſuerit opiniones antiquorum, easque reprobauerit, præpoſito priùs tamen proœmio, ut tres has intentiones notauit Auerroes primo animæ 36. in hoc ſecundo vult agere de ſubſtantia ipſius; & ſic conuenit inter omnes expoſitores. addit tamen Albertus, mox de partibus, poſtremò de operibus ipſius. Textus diuiditur in duas partes; in prima continuat; in ſecunda ponit intentionem: in prima dicit, quæ ab antiquis dicta ſunt, hucuſque recenſuiſſe; modò agere intendit de ſubſtanria animæ, ſcilicet quid ſit, innuens tacitè per hoc, quòd quidquid ab antiquis de anima dictum eſt, inſufficienti conſideratione eſt determinatum: ea propter intendit ipſe ſecundùm ueritatem magis de eius ſubſtantia determinare: in ſecunda parte ponit intentionem. & hæc pars diuiditur in duas, ſicuti duo facere intendit. Auerroes in hac parte duo facit; primò exponit utramque partem ſimul; ſecundò ponit unum notandum: de primo dicit, quòd tentabit diffinire ſubſtantiam animæ, & dare de ea diffinitionem uniuerſalem. At notandum, quòd dixit Ariſtotel. Tentantes. ut notauit hic inter Latinos S.Tho. ꝙ propter difficultatem animæ, magis oportet tentare, quàm ſecuritatem de ueritate innenienda præſumere: dixit; Quid eſt anima; nam intendit agere de anima exactiſsima, qua poſsibile ſit, conſideratione: &, cum ſit quoddam ſimplex, non potuit perfectiùs ſciri, quàm nia diffinitiua, per quam, & eſſentia, & animæ operationes perfectè innoteſcant; ut bene notauit Albertus. &, cum altera dicatur diffinitio communis; altera propria; dicit quòd vult eam diffinire diffinitione communi priùs: & in hac ſecunda particula uidetur tangere doctrinæ ordinem; quia datur & anima tota; dantur & animæ partes; à quibus ordiendum ſit, declarat. Græci expoſitores, Themiſtius primus dicit dixiſſe hoc, ut non modò de humana, uerùm etiam & de alijs agere intelligatur: & hoc fortè, ne contingat ipſi, quod & antiquis, ut primo animæ ſeptimo, qui loquentes de anima humana, de omni anima agere crediderunt, quare prius animam diffinitione communi, mox ſingulam partem, propria, diffiniet. idem ferè & Simplicius; vult inuenire unum, in quo conueniat omnis anima; quia de omnibus animis mortalium intentio ſua eſt agere: ueruntamen illud, unum, quia ipſæ inter ſe eiuſdem ſpeciei minimè ſunt, uniuocum eſſe non poteſt, ut recenſet Simpl. neque omnino ęquiuocum; quandoquidem & una quodammodo conſideratio animatæ uitæ ſit, quę intus mouet; & non vt in æquiuocis plures dantur intellectus: ue-

rum ea unitate unum eſt, qua ea, quæ referuntur ad unum, & ab uno ſunt, ut ens, & ſanum: quare, quæ communis eſt diffinitio, mutatur ad ſingulas ſpecies per priùs, & poſteriùs; neque neceſſe eſt eam duntaxat communem habere diffinitionem; uerùm, & unicuique propriam; neque commune id ſine differentijs; neque differentiæ citra commune illud admittuntur, ut res cognoſcantur, uti ſunt: & cum partibilis ſit noſtra cognitio, non poteſt uno ictu & communem, & propriam notitiam apprehendere: quare meritò præpoſuit communem de anima diffinitionem philoſophus. Dubitat hic Egidius, nunquid danda ſit diffinitio communis? & uidetur, quòd non; quinimo ſibimet contradicit primo animæ octauo, ubi expreſsè tollit diffinitiones communes. ad quod dicit, quòd diffinitio eſt inſtrumentum quidditatis, & intellectus. modò ſi compararetur ad quidditatem, quam ſignificat, impropria eſt; quia quidditas generica non datur, cum ex tenui ſingularium ſimulitudine fiat; ſi verò ad intellectum, tunc non inconuenit, ut intellectus priùs confuſum aliquod recipiat, mox diſtinctum. Quæ ſolutio nec uera, neque ad propoſitum eſt; non uera, quia Ariſto. in textu 8. non tollit diffinitiones communes, ſed negat eas dari, ut Plato dicebat de his, quæ ſcilicet per ſubſiſtentiam ſunt abſtracta: non ad propoſitum, quia non datur hic diffinitio, quæ ad intellectum comparetur, & quę confuſa ſit: uerùm, ut atteſtatur Simplicius, datur talis diffinitio, ut ad rem, & quidditatem ipſam transfertur: quia inquit ipſæ, res debent, ut ſunt cognoſci; quare anima, & communem, & propriam habet quidditatem, merito cuius diffinitio ſit. Auer. demum in notando ponit cauſam eius, quod dixit Ariſtotel. cognitio enim uniuerſalis debet præcedere cognitionem propriam. & ratio eſt, quamquam non dicat nunc Auerro. quia poteſt ſciri uniuerſale, ignorato particulari, poſſum enim habere ſciẽtiam de arbore in communi, ignorando de arbore in particulari. Aliæ cauſæ traduntur ab ipſo in procemio ſuo primi phyſic.

T. c. 2. Dicimus itaque unum. Auerro. in parte continuatiua ait, cum Ariſto. dixerit uniuerſalem dandam eſſe de anima diffinitionem, poſueritque tanquam manifeſtum animam eſſe in genere ſubſtantiæ: modò incepit diuidere; quot modis dicatur ſubſtantia; & in quo modo anima ſit; & hoc fortè, quia diuiſio, & compoſitio ſunt uiæ maximè idoneæ ad diffinitiones ipſas inueſtigandas, ut 2. poſt. Ariſto. At fortè dubitaret aliquis; Quomodo conſtat animam ſubſtantiam eſſe? cui optimè ſatisfacit Ioannes Grammaticus per hoc, quòd anima non eſt accidens: hoc autem habetur per rationes, quas fecit Ariſtotel. in primo; probauit enim animam non eſſe quantitatem continuam, ſiue diſcretam 1. animæ à tex. 45. uſque ad 54. contra Timæum: probauit ſubinde eam à 54. infra non eſſe harmoniam, & omnino non eſſe qualitatem; quare, cum neque quanta, neque qualis ſit, nullum aliorum erit, cum ex his alia conſtent accidentia: meritò itaque eam ſubſtantiam accepit. Textus diuiditur in duas partes; in prima ponit Ariſt. unum ſuppoſitum; in ſecunda unam diuiſionem: & hæc partitur in duas; in prima ponit diuiſionem illam; in ſecunda declarat membra diuidentia. primam partem exponens Auerroes dicit, quòd ſubſtantia eſt unum generum entium, ſic ſtabat in ſuo textu: non habuit ly, Quoddam. exponit, id eſt entium, quæ ſunt ſecundùm antecedentiam in eſſe: & digreditur deinde circa particulam iſtam. dixit antecedentia in eſſe, ut notaret ea, in quæ diuiditur ens, eſſe genera generaliſsima: talia equidem antecedunt inferiora ſecundùm eſſe, ut primo metaphy. At melior expoſitio eſt, quòd per ly, Antecedentia in eſſe, intelligat ſubſtantias, quæ in eſſe cętera antecedunt accidentia; quia ſubiungit poſtea, Quorum anima eſt unum: & magis declarat dicens, quòd anima non eſt accidens. & Themiſtius quoque idem confirmat dicens; Rerum itaque ſummum, & principaliſsimum genus, ſubſtantiam facimus. Sic Auerro. dicit, quòd ponere ipſam accidens, eſt impoſsibile, ſecundùm quòd dat nobis prima cognitio naturalis. quidam exponunt, ut dat nobis demonſtratio quia: & hæc non ſatisfacit; quia nulla tali patet, quod intenditur: ſed uoluit dicere, ſecundùm quòd uidetur nobis naturaliter, ſcilicet ſine aliquo diſcurſu: ut prima principia ſunt nobis nota naturaliter; quia neſcimus unde eorum notitia ueniat: quod quamquam ita ſit; ponit tamen ad illud declarandum Auerro. rationem: & ideo, quia ſubſtantia eſt nobilior accidente; & anima eſt nobilior omni accidente. Quæ ſunt hic. Particula; Quæ ſunt hic. habet duas expoſitiones: prima, quòd dictum ſit ſecundùm communem uſum loquendi, ut conſueuimus dicere optimum hominum, qui ſunt in mundo; non tamen quòd extra ſit aliquis melior: altera, & melior, quòd anima ipſa nobilior ſit omni accidente, quę ſunt in ipſo animato. In hac tamen ratione uidetur Auerro. peccaſſe, & in forma; quia ex ambabus affirmatiuis in ſecunda figura; & in materia, primò, quia capit ſubſtantiam nobiliorem omni accidente; quæ eſt in ueritate ſuſpecta: namque habitus ſcientifici nobiliores eſſe uidentur, quàm metalla, quæcumque fuerint: ſecundò, quia in ſecunda plus aſſumit in medio, quàm in prima fecerit; quandoquidem addat; Quæ ſunt hic. pro ſalute Auerrois dicendum, quòd rectè egit in forma; quia termini ſunt conuertibiles: idem fuit dicere, ac ſi dixiſſet; Illud, quòd eſt nobilius omni accidente, eſt ſubſtantia; anima eſt tale, ergo &cæt. Ad id de materia dicendum, quòd ſunt duæ propoſitiones: altera, quòd ſubſtantia ſit nobilior omnibus accidentibus; & hæc eſt uera; nam anima eſt nobilior ſcientia, quamquam per illam perficiatur: uerum tamen eſt, quòd anima ſciens nobilior eſt non ſciente. eſt & altera; omnis ſubſtantia eſt nobilior omni accidente. quæ habet in ſe aliquid difficultatis. At dici poteſt, quòd

ſubſtan-

ſubſtantia à toto genere eſt nobilior. nam ſubſtantia, ut genus, eſt nobilior alijs omnibus generibus accidentalibus: quare & differentiæ diuiſiuæ generis nobilioris, nobiliores ſunt differentijs alijs; & inde conſtitutæ ſpecies, ſpeciebus accidentalibus. & ſic erit in terminis conuertibilibus ratio Auerro. Verùm, quia metaphyſici negotij eſt; Metaphyſicis remittatur ad reliquum de materia iam dictum eſt; quia & in maiori quoque poni poteſt. In ſecunda parte, duo facit Auer. primò continuat partem parti, & patet. ſecundò exponit diuiſionem ſubſtantiæ, de qua in tex. Ariſt. duo facit, primò diuidit, ſecundò deſcribit. Auer. exponens duo facit; primò exponit; ſecundò declarat quędam; de quibus infra dicet Ariſto. & probat. Circa expoſitionem, ſubſtantia dicitur tribus modiś; uno modo materia prima dicitur, quæ de ſe formata non eſt, 1. phy. *69.* 7. metaph. 8. neq; eſt aliquid per ſe in actu 4. phy. *59.* Themiſtius inter Græcos materiam non hoc, ſed habilitatem quandam, ſeu præparationem, quæ procreandis rebus opportuna, idoneaq; apta ſit: quare optimè inter Latinos Alb. dixit, ꝙ ab ipſa ſubſtare primò eſt. ſecunda pars eſt forma, dicit Auer. ꝑ quam indiuiduū fit hoc: nā Them. formā appellat perfectionem, & abſolutionem præparationis illius, quę duntaxat potentia eſt: eam quinetiam eſſe affirmat, cuius merito res digna efficiť, ut hoc aliquid appelletur: &, ut inquit Alb. per eā, & eſſe, & diffinitionem capiat. tertia in ordine, ut Auerroes, eſt id, quod ex iſtis ambobus eſt: tale quid eſt indiuiduum, quod ultimo loco producere natura intendit: & tale completum eſt in eſſe, & ſpeccie: & hoc conuenit ſoli ſubſtantiæ compoſitæ in rebus materialibus, ut expreſsè inter Latinos notat S. Tho. nanque, ut ipſe ait, ſubſtantiæ ſeparatæ, quamuis non ſint compoſitę ex materia, & forma; ſunt tamen hoc aliquid, cum ſint ſubſiſtentes in actu, & completæ in natura ſua: Anima autem rationalis, quantum ad aliquid, poteſt dici hoc aliquid, ſecundùm quòd poteſt eſſe per ſe ſubſiſtens: uerùm, quia non habet ſpeciem completam, ſed eſt magis pars ſpeciei; non omnino conuenit ei, quòd ſit hoc aliquid. Auer. ultra tex. in ſecunda parte commenti declarat, quomodo anima eſt ſubſtantia, quæ forma eſt, & in hoc loco illi fauent Græci; & duo facit; primò ponit cōcluſionem, ſecundò ad illam duo fundamēta. concluſio eſt, quoniam forma eſt, ſcilicet anima, & cū hoc ſubſtantia, manifeſtum eſt: ponit ſecūdò duo fundamenta; primum eſt, quia compræhenditur ſenſu. moderni clamant in Auer. propter hoc; q a negant iſtam conſequentiam. Anima eſt forma, quia ſentitur. nanque ſenſus non ſe profundat uſq; ad ſubſtantiam, ut tenent etiam Scotiſtæ. Ad hoc Io. Iand. & Gaietanus dicunt, ꝙ duplex eſt ſenſibile, per ſe, & per accidens ratione ſuæ operationis, quatenus nutrire, & ſentire notum eſt: de intellectiua quinetiam affirmantes, ut ſcilicet ad phantaſmata habitudinem habet. At contra inſtant; quia tunc Deus ſentiretur, quandoquidem ad motum habitudinem habeat: quare Io. dimittentes dicunt ex ſententia Latinorum. S. Thomas, & Egidius in hoc ſecundo tex. *65.* quòd formæ ſubſtantiales ſentiuntur per accidens; quia conſequuntur ad ſenſibilia per ſe, ſicuti aperiēs feneſtram dicitur cameram illuminare: & hoc modo non ualet, quòd Deus ſentiatur, quia motus, & cœlum; ſed Deus per cœlum non ducitur ad ſenſationem. At contra eos remanet dubium de anima intellectiua. Ad quod dicunt, quòd intentio Auerrois nō fuit loqui, niſi de uegetatiua, & ſenſitiua. Non uideo tamen, quomodo Ioannes non rectè dixerit: primò de uegetatiua, & ſenſitiua idem uoluit, qđ & ipſi. Ad illud de intellectiua, dico, ꝙ apud Ioan. & Auer. Intellectiua non animat, neque eſt actus, quantum ad propriam ipſius eſſentiam; ſed duntaxat, quoad operationē ipſam: quare ualet; operatio actuat, quia ſentitur. Veruntamen non opinor hanc fuiſſe mentem Auerrois, neque ut moderni, neque ut Io. Ian. uoluit: ſed clara magis; nanque ex membris ſubſtantiæ poſitis palàm eſt animam eſſe formam ſenſu. hoc intelligendum eſt merito ſubſtantia indiuiduæ, quæ ſenſui obijcitur. Ariſt. 1. phyſi. *49.* 3. animæ *9.* nam, ut Ioan. Grammaticus per hoc, quod notius eſt, declarat, conſtat ad ſenſum, animatum ab inanimato differre per uiuere; quæ operationes uitę ad ſenſum patent. modo, ut deducit Simplicius talis, operatio coniuncti euenit merito alterius partis, non materiæ; quia iam ipſam poſuit potentiam puram Ariſt. quare merito formę, quæ in animato, anima eſt: & hoc idem uoluit Them. quandoquidem tertiam ſubſtantiam notam poſuit non ratione, & cogitatione, ſed ſenſu: id etiam compoſitum non poteſt uerè dici operationum principium, referēte Simpl. quandoquidem nō per ſeipſum, ſed merito alterius, ſubſtantia ſit: & Auer. addit eſſe ſubſtantiam, animam, quia pars ſubſtantiæ dicitur. Quod dictum habet dubium; nam, & ſi in homogeneis dicatur, non ualet; pars carnis eſt caro, & ſic de alijs. ratio eſt, quia aut intelligitur de parte quantitatiua; & ſic non erit ad propoſitum de anima; cum pars quantitatiua non ſit: aut intelligitur de parte eſſentiali; & tunc ratio non erit ſufficiens; quia pars carnis eſſentialis, utpura forma, caro non eſt. Ad hoc dicendum, quòd Auer. intellexit partem ſubſtātialem, ut eſſet ſenſus, pars ſubſtantiæ cōpoſitæ, ſubſtantia. i. pars eius ſubſtantialis eſt: quæ, cū ſubſtantia cōpoſita eſſe non poſsit, ſimplex erit. Addit deinde Auer. ad ſecundā partem concluſionis rationem ſecundam & eſt de ſe nota. ultimò exponit Auer. deſcriptionem partiū ſubſtantiæ. Dicit Ariſto. in tex. Materia eſt potentia. exponit Auerr. Materia eſt ſubſtantia, quæ eſt potentia. idem Simpl. nanque materia non eſt potentia, ſed eſt potentia ſubſtantia; nunquam tamē de ſe futura ſecundùm actum, ſed ſubſtantiata per illud, quod ſuſcipit. Forma eſt entelechia, ſcilicet per quam perficitur hæc ſubſtantia, quæ materia eſt. deinde ſequitur ī textu; Et hoc dupliciter, &c. quę eſt ſecunda pars ſecundę partis, & ultima. exponens Auer. dicit, ꝙ altero modo eſt, ſicut ſcientia in ſciente, quando non utitur; altero, quando

utitur. Cauſam huius ſecundæ diſtinctionis ponit inter Græcos Simplicius; nanque ſciens Ariſto. ꝙ erat forma immaterialis omnino, cuius operatio ab eſſentia non ſeparatur, ſed eadem vtrobiq; eſt; nec minus cognoſcens animam præſertim, ut corpus reſpicit. alteram habere eſſentiam, alteram & operationem; meritò diſtinxit formas illas, inquibus locatur anima; quare de mutabilibus intelligit: manifeſtum equidem quòd mortalium animaliũ anima nõ in operari ſubſtantiatur; quin imo diuerſam habet operationẽ ab eſſentia; quandoquidem ipſa ſit, & non operetut; uel ſaltem nõ habet eſſentiæ conformæ opus. In hac diuiſione exponentes Latini dicunt, quòd per actum primũ intelligit formam; per ſecundum uerò, operationem prouenientem à forma. Ponit de hoc exemplum. Albertus, nam lux lucentis eſt eſſe, & actus primus: actus ſecundus eſt actus eſſentialis ſecundùm illud eſſe, ſicut lucere: namq; omnis eſſentia ꝓpriam, & eſſentialem habet operationem, à qua nunquam deſtituitur, ut lux à lucere. At contra hanc expoſitionem eſt inſtanria ex textu. Ariſtot. ſubdiuidit formam, quæ eſt ſubſtantia: modò ſcire, ſeu operari accidens eſt; quare melius uidetur exponere Auer. ſiquidem teneat diuiſionem illã factam eſſe in formam, ut actum primum; & formam operantem, ut actum ſecundum. quòd ſi & Latini ipſi idem noluerint, rectè dicunt.

Dubitatur à Latinis, Egidio ſcilicet & Alberto vtrum ſubſtantia, quæ eſt genus, prædicatur de materia, & forma, prędicatione recta ſcilicet. Egidius tenet ꝙ non, ſi capiatur, ut genus, & commune uniuocum; quòd, ſi capiatur, ut analogum, non analogia generis, quod niſi per differentiam contrahitur perfectiori modo ad unum, quàm ad alrerum; quia, ut ſic, uera analogia non eſt; & hoc modo de partibus illis ſimplicibus uon prædicatur: quòd, ſi capiatur pro uera analogia, ut Simpl. refert, quando totum ipſum ſecundùm eius eſſentiam omnimodam per partes diſtribuitur, tunc non inconuenit, ꝙ de partibus prædicetur, ordine tamen quodam; quæ ab eo dicitur analogia cauſæ: quare tacitè etiam ſoluitur dubium, quod ponit Alb. quòd ſcilicet diuiſio iſta ſubſtantiæ non eſt facta per oppoſita; quandoquidem eius tria ſint membra diuidentia; quorum duo tertium integrant: ſi quam Alb. ponit, diſtinctio capiatur, namque ſubſtantia poteſt biſariam conſiderari; altero modo, ut accidentibus ſubſtat; & ſic non capitur hic; quia, ut ſic, de ea agitur in ordine prædicabilium; altero modo, ut natura ſubſtantiæ opponitur naturæ accidentali; & ſic in propoſito eſt: & ſubſtãtia eſt res per ſe exiſtens, accidens uerò non per ſe exiſtens: quare, ut ſic, principaliter ſubſtantia eſt forma: ſecundo modò compoſitum, cum per eam exiſtat: tertio modo materia; quæ non habet per ſe exiſtere in natura, niſi per formam; quare non oportet, quòd fiat in tali analogo diuiſio per oppoſita, cũ ſit expreſsio duntaxat modorũ, quibus analogum ſub ſe quædam continet. At fortè quiſpiam diceret contra utrumque; nam Ariſto. in textu appellat ſubſtantiam genus quoddam entis. Ad hoc dicendum, quòd intelligitur de genere analogo, & non uniuoco; ut palàm Auer. ſententia colligitur in prædicabilibus cap. de ſpecie; nam genus generaliſsimum ſubſtantiæ non eſt ſubſtantia, uniuocum ſcilicet, ſed corpus ſenſibile. hanc analogiam quinetiam Græci omnes in hoc loco uoluere.

Subſtantiæ autem maximè. continnatur tex. ſecundùm Auer. cum Ariſto. ſubſtantiæ membra inter ſe diſtincta poſuerit, utpotè analogata analogi; modò comparat ea intet ſe, quale eorum dignius ſit habere hoc nomen ſubſtantiæ. Cauſa verò huius continuationis, quæ eadem & Græcorũ eſt omnium, ponitur à Simplic. & Phil. nam cum intentio Ariſto. ſit diffinire animam, quam iã ſubſtantiam eſſe conſtat, ut retro dictum eſt; intendit aſſumere nobiliorem, ac digniorem ſubſtantiæ partem; ſub qua anima ipſa per diffinitionem reponatur. Textus itaque in duas partes diuiditur; in altera, & poſtrema ponit, quam intendit concluſionem, ꝙ ſcilicet corpus phyſicum uiuum maximè ſubſtantia eſt: in reliqua uerò, & ordine prima ponit propoſitiones, ut ex eis concluſionem inferat: primam exponens Auer. tria facit; quia tres ſunt in prima parte text. propoſitiones declarandæ: prima in tex. ſubſtantiæ maximè uidentur eſſe corpora. Partem iſtam inter Larinos S. Thom. trahit ad diuiſionem quandam, de corporea, & incorporea ſubſtantia. ut ſenſus ſit; Corpoream ſubſtantiam manifeſtius eſt ſubſtantiam eſſe, quàm incorpoream: quamquam incorporea ipſa ſecundùm rem, & ueritatem digniori modo ſubſtantia eſſe dicatur. quæ expoſitio præter philoſophi eſt intentionem; quandoquidem de tali diuiſione in parte iſta à philoſopho haud quaquam ſit facta mentio. Quare ſecundùm Auer. & Græcos omnes dicendum, ꝙ comparatio eſt inter partes ſubſtantiæ dictas; quia ſecundùm apparentiam compoſitum uidetur habere digniorem ſubſiſtẽdi rõnem; ſecundùm tñ ueritatem, forma digniori modò ſubſtantia dicitur, & eſt q̄ compoſitum, ut 7. metaph. 7. 8. metaph. 7. 2. metaph. 4. & alibi. ob id diligenter expoſuit Auer. inquiens; Digniori modo corpora habent nomẽ ſubſtantię, ſecundùm quòd eſt magis ſamoſum. Secunda propoſitio eſt, cum ſua cauſa, (Et horum phyſica) notat Phil. dictum eſſe hoc, ut diſtinguatur corpus naturale à corpore artificiali, & mathematico: nanq; corpora phyſica maximè dicuntur ſubſtantiæ, ut notat Simplicius; quia omnibus alijs ſubiectantur, & contrariorum ſunt receptibilia. Quibuſdam enim dicebat ille, uidebantur artificialia corpora ſubſtantiæ; quibuſdam, ut pythagoreis, mathematica: ſecundùm tamen ueritatẽ, naturalia & uidentur, & ſunt; artificialia, quatenus in naturalibus inueniuntur mathe. quatenus à naturalibus abſtrahuntur. Hæc Simplicius, & ſecundùm Phil. artificialia corpora talia dicuntur propter figuram illam ab artifice lineatam; nequaquam tamen, inquantum corpus artificiale, tale corpus eſt, ſed à ſumma illa duntaxat denominatur ſuperficie: at naturale corpus & materia, & forma, tale quid eſt, & ſubſtantia eſt: cauſam ponit philoſophus, quia ſcilicet aliotum T.c.3.

ſunt

ſunt principia. At videtur dibium, vtrum hoc ſequatur? quod ſi ſic, ualebit quoque de materia prima, quòd illa ſit magis ſubſtantia; quandoquidē aliorum omnium principium ſit. Ad quod dicendum; corpora naturalia ſunt principia totalia, quantum ad per ſe exiſtere omnium aliorum; quæ ſi non eſſent, non haberent alia, quæ accidentia ſunt, cui niterentur, & actu conſpicua fierent: tertiam ponit in textu cum diuiſione quadam de uita; &, quæ habent; &, quę non, manifeſtat. Auerro. circa hanc duo facit; exponit uerba, & digreditur: de prima ponit concluſionem quæ ſequitur; deinde exponit verba, per vitam ſcilicet id, quod cuicumque animato commune eſt, intelligit; & eſt nutriri, augeri, minuiq; eſſentialiter; quæ omnia propriè conueniunt plantis: quare conſtat digniori modò ſubſtantiam dici uiuam; quàm quæ uita non participant, ceu elementa, & inanimata miſta. & quę dicantur uiua, digredit̃ deinde Auer. dicens; Quoniam hoc nomen uita &c. Et duo facit; primo, quod dictum eſt; ſecundò exponit uerbum poſitum in textu gręco. fortè quòd in ſuo hoc impreſſo deeſt. notat itaque idiomata differentia nam apud Græcos differt animal à uiuo, ut quod ſentit ab eo, quod alitur, &c. Apud Arabas idem ſonat animal, & uiuum: unde uiuum dicitur, quod habet ſenſum; & tamen non dicitur mortuum, qđ caret ſenſu: quia, ſi per impoſsibile priuaretur animal ſenſu, nutriretur tamen; utique ipſum uiuere diceremus, ſecundùm Arabas: & tamen ſi conuerſim dicerentur animal, & uiuum, deficiente principio ſenſus, & motus, ſecundùm eos animal non uiueret: neque notāda in Auer. oppoſitio hic & in vltimo primi de anima; quia idem utrobiq; dicit; cū impoſsibile ſit animal carere principio nutrimenti, & non carere ſenſu, & contra. exponit ſecūdo ly, per ſeipſum .i. eſſentialiter; quia multa creſcunt, non tamen augentur, ſicuti lapides, & inanimata per iuxta poſitionem creſcunt. Eodem modo exponit Simpli. de igne exemplificans; quādoquidē appoſito combuſtibili fiat maior, quod ſcilicet in eo auctio non eſt, ſed generatio, & corruptio. In ſecūda parte principali, ponit Ariſt. concluſionem; Quare omne corpus. Auer. clarus: Gręci declarant & concluſionem, & intentionem concluſionis: intentio eſt, Them. exponente, concludere animam eſſe ſpeciem, & formam. Cum itaque uitam habens, non corpus, ſed tale corpus eſſe dicatur; & in uiuo, corpus pro ſubiecto, & materia habeatur; ut uerò tale, à forma, ſeu ſpecie habeat quòd ſit: cum itaque uiuentia corpora ſimpliciter non ſint, ſed talia, & differant ab his, quæ non uiuunt, in eo, quòd talia, patebit animam eſſe formam talis corporis: nanque, ut inquit Phil. abeunte anima nihil minus corpus, corpus eſſe dicitur; uiuum tamen non dicitur. Declarat deinde concluſionem Philo. quare uiuentia compoſita erunt, ex corpore ſiquidem, & anima, nanque omnis compoſita ſubſtantia ex materia, & forma eſt, animata uerò, ex corpore, & anima.

Notat San. Tho. et benè dictum eſſe de vita non diffinitiuè, ſed exemplariter; quādo quidē multa uiuere dicantur, et lōgè nobiliori vita, ut Deus, & intelligentiæ, & tamē nō aliātur. Simpli. tamen dixit dictū Ariſ. intelligi de generat. & corruptione.

T. c. 4. Quoniam autem eſt corpus. Auerro. duo facit; primò continuat; ſecundò exponit: in continuatione; primò facit, quod dictum eſt; ſecundò reſpondet cuidam tacito dubio. Cum itaque dixerit philoſophus corpus uiuum ſubſtantiam eſſe, ſecūdùm quod eſt compoſitum, ex materia, & forma; quærit de anima modò, nunquid ſubſtātia ſit, quæ eſt corpus, aut forma: modò reſpondet dubio; animam uerò materiam eſſe eſt impoſsibile; & hoc eſſe, palàm eſt ex tam celebri animæ eſſentia: de qua nefas eſſet dicere, ut retro dixit Simplicius, ꝙ materia eſſet, quæ tam uilis inter ſubſtantias dicitur. Tex. diuiditur in duas partes, ſecundùm quòd duas ponit cōcluſiones: in prima probat animam non eſſe corpus; in ſecunda ex prima illa deducit quòd anima eſt forma, ſeu ſpecies, &cæt. primum Auerro. exponens, tria facit; primò ponit concluſionem nudam; & eſt, quòd anima non eſt corpus compoſitum; ſecundò declarat probationem concluſionis; tertiò probationem exponit in forma ſecundùm Ariſto. litteram: de prima notum eſt; In ſecunda capit declarationem Them. in textu lecto; & eſt, quòd corpus uiuum tale quid non dicitur, ut corpus ſimpliciter, ſed, ſecundùm quòd eſt tale corpus; eſt igitur uiuum per aliquod exiſtens in ſubiecto, non autem per non exiſtens: & ex hac declaratione infert ſecundam concluſionem, ut in textu eſt. modò exponit probationem primæ concluſionis; Quoniam autem, &c. & tria facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò digreditur; tertiò quædam verba ultimę concluſionis exponit. de prima notat proceſſum Ariſt. factum in ſecunda figura; Corpus non eſt in ſubiecto; anima eſt in ſubiecto; ergo &c. Græci omnes exponētes exponunt partem mediam duntaxat rationis, ſcilicet corpus magis ſubiectum, & materia eſt. comparationem autem iſtam Them. perſuadet tribus fortiſsimis rationibus; nam, quòd anima corpus non ſit, conſtat, cum animata ab inanimatis non corpore, in quo utrumque communicat, ſed anima differant ſolùm; quare &c. ſecunda ratio, nam corpus animatum res quædam cōpoſita eſt; modò neque utrumque ſubiectum, neque utrumque forma poteſt eſſe: palàm etiam, quòd corpus materia ſit; nanq; illud eſt, quod terminatur, quod perficitur, & qđ abeunte aīa marceſcit, & corrumpitur; quare relinquitur animam eſſe formam, & ſpeciem magis. tertia, animatum corpus eſt compoſitum ex corpore, & anima. Quærendum tunc, qua compoſitione, non tanquam ex partibus omnibus quantitatiuis, & integrantibus, ut domus ex lateribus, lignis, &c. quia tunc non eſſet totum corpus ſeipſo toto animatum,; neque undique nutriretur, & creſceret: neque dicitur compoſitum, ut, hydromeli, miſtum ſcilicet ex aqua, & melle; quia non coaleſcit animal, corruptis anima, & corpore, ut in miſcella illa contingit; quinimo animal ipſum non eſſet, niſi utraque pars uniuerſa illęſa remaneret: relinquitur itaque, quòd ſit tertia cōpoſitione compoſitum, ut ex ęre, & figura ſtatuam dicimus; quæ partes ſunt ſecundùm qualitatem, non ſecundùm quantitatem; ſic ex corpore, & anima, animal: & cum non figuræ æs, ſed æris figura, forma ſit; ſic & anima forma corporis erit. confir

mat

mat Phil.quia dempta anima,nihil minus corpus, corpus eſſe dicitur, ſed uiuum non dicitur; quare anima ipſa uita erat,quę forma eſt, & non corpus. &,quia Ariſto.dicit, ſubiectum,& materia,declarat quorſum Simplicius; quia corpus non ſubiectatur animæ, ut ſubſtãtia ſubijcitur accidentibus ſed ut materia,formis.addidit itaque,ly,Materia, ut oſtenderet, quale ſubiectum vellet. eandem ſententiam poſuit inter Latinos.S.Thom.Auerro. in digreſſ.ibi; Quoniam autem verum eſt. duo facit; primò ponit conuenientiam formarum omnium, tam ſubſtantialium, quàm accidentalium, materialium ſcilicet;& eſt ꝙ omnes formæ in ſubiecto eſſe dicuntur; & notum eſt: in ſecunda parte ponit differentiam; & tria facit; primùm quod dictum eſt; deinde ponit duo corollaria: circa primum aſsignat duas differentias; altera eſt, nam, &ſi vtraque in ſubiecto ſit, forma tamen ſubſtantialis pars eſt ſubſtantiæ compoſitę,cuiuſmodi forma accidentalis non eſt; & ratio, quia ſubſtantia non componitur ex non ſubſtantijs, vt in prædicamentis Ariſto.& 1.phyſi.tex.52. Secunda differentia ratione ſubiecti;nam ſubiectum accidentis eſt ens in actu, & eſt aliud exiſtens in actu, aliud ſcilicet à forma accidentali, & non indiget in ſuo eſſe accidente; non enim abſolutè credendum,ꝙ compoſitum ex materia,& forma,accidente non indigeat; quandoquidem corpus tale eſſe non poteſt, quin calidum ſit,aut frigidum; ſed intelligitur,ꝙ non eget, quoad eſſe ſuum actuale, & ſubſtantiale: conuerſum ordinem tenet ſubiectum formæ ſubſtantialis;ſiquidem ad formam capiendam,nudum, & in potentia admittatur; & non habet, ꝙ actu ſit,niſi per formam; & maximè primum ſubiectum, quod non denudatur à forma omnino: tale eſt materia prima, cum per primam ſubſtantialem formam elementi perficitur. Super vtraq; ratione poſita occurrunt dubia; primò ſuper prima,vtrum accidentia omnia requirant ſubiectum in actu,quod ſic eſſe ex uerbis elicitur Auer.ſecunda,vtrum eadem accidentia,quæ in uiuo ſunt, remaneant & in mortuo: cuius oppoſitum videtur tenere Auer. nam, ſi fundantur in ente actu, illo deſtructo, nihil ultra de eius remanet accidentibus.tertia ſuper ſecunda ratione eſt, nunquid detur vna forma ſubſtantialis ſola, vt videtur innuere, ponẽs ipſam in ſubiecto in potẽtia ad differentiam accidentalis formæ, quæ videtur habere ſubiectum in actu; aut plures dentur tales ſubſtantiales formæ,vt ipſemet videtur alibi ſentire; & fortè opinio ipſa Ariſto. eſt. Primum dubium habet fundamentum contra Auerroim; nam qualitates ſymbolæ remanent corrupto igne in aere: non habent itaque ſubiectum in actu; quia tunc accidẽs migraret de ſubiecto in ſubiectum. aſſumptum Auer.eſt primo de ſubſtantia orbis. quid modò & de hoc, & de alijs dicendum ſit,in quæſtione modò facienda palàm erit. ponit deinde ſecundum corollarium,quod eſt declaratio ſuperioris dubij; primum tamen eſt. propter ſimilitudinem inter vtranque formam, plures errauerunt dicentes formam eſſe accidens: error erat per fallaciam conſequentis,& æquiuocationis: non enim valet; eſt in ſubiecto; ergo accidens. deinde eſſe in ſubiecto, non eodem dicitur modo,vt dictum eſt in digreſſione. ponit deinde ſecundum;& ex hoc,quòd anima eſt in ſubiecto, perfectè declaratur, quòd non eſt materia; quia materia non eſt in ſubiecto; ſed eſt ipſummet ſubiectũ. ſecunda pars in textu eſt; Neceſſe ergo animam,&c. Auer.exponit quædam ſcilicet quòd corpus naturale, quod uitam habet per illam formam, quæ anima eſt, ſit potens exercere operationes vitę per illam formam; nõ enim eſt de ratione animę, vt actu exerceat operationes vitales.S.Thom. & Egidius de Latinis alio modo exponunt ly,potentia, ad iſtum ſenſum,quòd anima ſit actus corporis,potentia habentis vitam:nõ corporis actu per formam corporis; quia tale corpus non ponitur in diffinitione animæ; quia idẽ poneretur in diffinitione ſuipſius: quæ conſequentia ualet in uia eorum; quia ponunt corpus per eãdem formam,& corpus,& animatum dici: ſed capi debet corpus pro materia ad animam,vt potentia ad actum dirigitur, vt perficiatur. Alb. in hoc diſcedit à Latinis,& cum Auer.philoſophat;quòd anima eſt ſubſtantia corporis phyſici uitam participantis potentia habituali, hoc eſt forma; quæ forma poteſt agere operationes vitæ ſecundas: & diſtinguit de duplici potẽtia.altera materialis eſt, quæ ſcilicet poteſt fieri; modò ſic non eſt in ratione animæ; quia talis valde imperfecta eſt; & tale quid corpus non dicitur uiuum,quamquam vitam habere valet.eſt & altera potentia formalis, ſecundùm quam dicimus ſcientem poſſe conſiderare; & ſecundùm iſtam anima eſt forma potentis exercere actiones uitę. Hanc eandem opinionem laudarunt Græci omnes; nanque Philoſophus notat diffinitionem animæ datam eſſe, vt ſeparetur animatum ab alijs corporibus: & eſt vna de conditionibus diffinitionis 4.phy.31.poſt.2.nam,per hoc, quòd anima eſt actus corporis phyſici, ſeparatur à quocumque corpore artificiali,ſeu accidentali:verùm, quia & lapis tale corpus eſt, cuius perfectio ſua forma eſt,& omnino inanimata quæcumque, addidit ly, potentia vitam habentis, vt ſepararet ab inanimatis corporibus, & à cadaueribus, & à ſpermate,nullum etenim horum poteſt opera vitę exercere: ſemen, aut embrio poteſt fieri potentia vitam habens.concludit id potentia dici,quod habitum habet,per quem poteſt operari: idem Simplicius.& de tali potentia, ut notat Philop.loquutus eſt Ariſt. in fine libri Perihermenias.

Dubitatur in digreſsione Auer. vt retro dictum eſt,tripliciter: & primò fuit dubium de accidentibus,an ſemper ſibi determinẽt ſubiectum in actu: oppoſitum ex ſententia Auer.deductum eſt. Hic agendum eſſet, in quo fundantur accidentia. diuerſi diuerſa tenere videntur; nam concedentes quantitates interminatas dari,vt clarum eſt ex doctrina Auer. in libello de ſubſtãtia orbis, & 1.phyſico.63.& alijs pleriſq; locis, dicerent interminatas fundari in prima materia; quia reperiuntur in omnibus compoſitis, cum non habeant contrarium; inde eſt, ꝙ in mutatione ignis in aerem, ſiccitas

eitas deſtruitur; quia inuenit contrarium; & caliditas remanet, quia ſibi nihil opponitur, vt Auerr. 2. gene. 25. quod in concluſione ſecunda huius notauit etiam Ioan. Iand. terminata tamen accidentia in compoſito actu reperiri dicunt; & ſic verificabitur dictum Auer. hic: alij verò, vt nominales, vt Gregorius, Marſilius, primo gen. quæſtione 7. tenent accidētia, ſiue abſoluta ſiue reſpectiua, ſun dari omnia in materia prima; dummodo ſint accidentia. Via communis; Scotus, S. Thom. Egid. non tenent primò dari quantitates interminatas contra Auer. vt S. Thom. in quæſtionibus diſputat. vbi quærit, an anima ſtatim materię vniatur; & Scotus 2. ſent. diſt. ſecunda, quæſtione 4. & 4. ſenten. diſt. ſecunda, quæſtione 2. expreſsè dicunt; deinde ponunt accidentia in compoſito reperiri: quare, ſi alterum eſſentialiter deſtruatur; deſtruuntur & accidentia illius, ita vt non fiat tranſitus de ſubiecto in ſubiectum; nam in mutatione v. g. ligni in ignem, notant ſeptem ſigna; duo prima in tempore, & ſucceſsiuè, & 5. reſidua in eodem inſtanti temporis: in primo itaq; ſigno corrumpuntur diſpoſitiones ligni: in ſecūdo introducūtur diſpoſitiones ignis: ſucceſsiuè vtraque: In tertio propter diſpoſitiones has introductas, corrūpitur forma ligni; in quarto corrumpuntur & illę diſpoſitiones introductæ; in quinto eſt materia nuda; in ſexto introducitur forma ignis ſubſtantialis; in ſeptimo diſpoſitiones, quæ priùs erant inductæ, tanquàm formam ſequentes. Quid autem tenendum ſit de hac opinione, in præſentia non determino; oppoſita eſt fundamentis Auerr. vt dicetur in ſolutione tertiæ. At pro veritate ad principale dico, quidquid dicant omnes, quòd accidentia ſunt in triplici differentia: quædam, quæ primò fundantur in forma, & denominant totum compoſitum, vt habitus animaſtici: quædam primò fundātur in materia, vt accidentia interminata; quædam in toto compoſito, vt terminata: prima non deſinunt ad deſitionem ſubiecti potentialis; quia ſunt in anima. & hoc modo dicuntur migrare accidentia de ſubiecto in ſubiectum de mente Auerr. vnde vna caliditas aeris numero eadē poteſt tranſire in materiam ignis; quia eadem materia remanet; & hoc non diceret Scotus. quare dico ad argumentum, quòd concludit veritatem, non tamen contra Auer. quia hic de terminatis, & in compoſito; ibi de interminatis, & in materia. Secunda quinetiam difficultas patet ex modò declarata: nam poſſumus loqui de re in ſe, & de ipſa, vt facit ad propoſitum: quantum ſit de re, notat vnam diſtinctionem de accidentibus diuinam 2. Phyſic. ſuper text. 15. Quædam ſunt accidentia formæ, quæ in compoſito ſunt propter formam, ut ſentire, dormire, vigilare, & quæ complexionem ſequuntur; & talia corrumpuntur, corrupto compoſito: & æquiuocè dicuntur ſi qua in cadauere reperiantur: alia ſunt, quæ ſunt in compoſito ratione materiæ, vt quantitas; & quæ quantitatem inſequuntur; & talia remanent; quare eadem numero cicatrix, & in viuo eſt, & in mortuo. Ad propoſitum verò dicendum, quòd qualitates v. g. ſimbolę, vt corpus miſtum ſequuntur, & alia; vt ſic, non remanent; quia ſequuntur reſpectu terminorum; ſic & eorum ratione deſtruuntur; vt autem interminatæ, & materiam ipſam diſponunt, remanent: quare primo modo argumentum concludit; ſecundo modo non concludit. Tertia erat difficultas ardua, an detur pluralitas formarum. S. Thomas per hunc tex. notat, quòd impoſsibile eſt vnius rei eſſe plures formas ſubſtantiales; quia prima facit ens actu ſimpliciter, & adueniens enti in actu, eſt accidens: & per hoc tollit poſitionem Auicebron in libro fontis vitæ: qui voluit, quot prædicata in miſto, tot in eo eſſe formas ſubſtantiales, vt Ioannes Gand. neque intelligendum animam eſſe formam corporis, quaſi corpus ſit per aliam formam corpus, ſed ab anima ipſa habet, quòd ſit, quòd corpus ſit, quòd corpus viuens ſit. In hac difficultate eſſent duo cōſideranda; alterum eſt, an in miſto, verbi gratia, perfecto, tot dentur formæ, quot ſunt eius prædicata quidditatiua, vt videtur tenere Ioan. Gan. in quæſtione, quam facit ſuper 7. phyſic. & tunc in homine, vtrum vegetatiua à ſenſitiua diſtinguatur. & de hac in præſentia non agemus; nam principale propoſitum egrederemur: eſt & alterum de forma miſti, quæ immediatè terminat formas elementorum ſubſtantiales in via Auerr. 3. cę. 67. an ſcilicet forma illa miſti adueniat primæ materiæ. & de hoc in pręſentia agendum eſt: & videtur ex eius dictis, quòd non; nam materia informata formis elementorum, recipit formam miſti; ergo forma illa ſubſtantialis non recipitur in materia nuda: rurſus ex hoc ſequitur, quòd forma illa, ſiue anima, quæ ſic adueniat, ſit accidens. confirmatur. aduenit enti in actu; ergo. &c. conſeqnētia eſt Auer. in hoc cōmento. aſſumptum etiam Auer. 3. cę. 67. Pro hac difficultate ſunt duo modi dicendi; alter in via Auer. & ſic ad Auer. alter in uia communi; & ſic ad rem ipſam in ſe: in uia Auer. Pomponat. tenet non dari plures formas, quæ ſint veræ formæ ſubſtantiales in compoſito: quare ad primum notat, quòd formæ elementorum, non ſunt veræ formæ ſubſtantiales, ſed mediæ, neque accidentales; & concurrunt ad generationem, tanquàm diſpoſitiones ipſius materię. Modò ad argumentum; negatur illa conſequentia. Ad dictum 3. cę. 67. dico, quòd non ſunt in generatione miſti uerę formę, ſed diſpoſitiones ad formam miſti. & reſponſio iſta confirmatur per ipſummet Auerr. primo phyſic. 63. vbi deſcribit primam materiam, quòd eſt recipiens omnes diſpoſitiones, ſubſtantiales ſcilicet, & accidentales: modò formę elementorum ſunt, quę dicuntur diſpoſitiones ſubſtātiales; &, ut diſpoſitiones, habent naturam accidentis, ut ſubſtantiales, ſubſtantię. meritò dixit eas medias Auer. 3. cę. 67. Dat Pompo. aliam reſponſionem, quam magis laudat ponderando uerba Auer. quę uidentur magis uelle oppoſitum, quàm propoſitum; quòd ſcilicet ſint plures formę; & ponit duas differentias; altera eſt, quòd ſubiectum formę ſubſtantialis, quatenus ſubiectum eſt talis formę, non neceſſariò eſt ens in actu, ſed ſtat, quòd ſit in potentia: ſed ſubiectum formæ accidentalis, ut tale,

neceſſariò

neceſſariò eſt ens in actu. de primo apparet, quòd
ſit in porentia in generatione elementi ſimplicis.
cum hoc non repugnat, quòd quandoque in actu
ſit, ut materia efficitur ſubiectum miſti: eſt & ſi-
mile illi, quod habetur 7. metaphy. 4. ſubſtantia
eſt prior accidente, natura, tempore, &c. non tan
tùm putandum eſt, quòd omnis ſubſtantia tempo
te præcedat accidens, ſed inquantum talis ſubſtã
tia: & hanc capir eſſe mentem Auer. hic. Secundũ
quinetiam ſoluitur per diſtinctionem, quam po-
nit Ioan. Gand. ſuper 7. phyſic. aliud eſt aduenire
enti, ſecundùm quòd eſt in actu, quod eſt propriũ
accidentis; aliud enti in actu, non tamen, ſecun-
dùm quòd in actu; qnod eſt proprium formę ſub-
ſtantialis; quæ nltimo ordine materiam perficit:
&, ut ſic, negatur conſequentia. in uia modò com
muni aliter diceretur. primò in fundamento, an
formæ elementorum in materia remaneant, di-
ſcrepant ab Auer. quandoquidem non ſecundùm
formas, ſed ſecundùm uirtutes remanere dicant:
de quo in præſentia non ſit curæ. addunt quinetiã,
ut retro dictum eſt, ꝙ quæcunque priùs inducta
fuerit diſpoſitio in materia, in priori natura tota
deſtruitur, & remanet materia nuda recipiens for
mam ipſam ſubſtantialem. & ſic utrumque argu-
mentum ruit. quod fundamentum, ꝙ ſit erroneũ
in uia periparetica, probo duobus medijs: primò
ſic; Approximetur ignis formicæ ita, quòd formi
cam comburat uninerſam; certum eſt, quòd pri-
mò generabitur cadauer, ſecundò ignis: contra,
in ultimò non eſſe formicæ, materia eſt nuda; quę
rendum eſt, qnare ignis formam alienam magis,
quàm ſuam inducit; præſertim, cum diffuginat
ad præſentiam agentis. Fortè dicerent, Eſt ratio
ne repugnantiæ terminorum, ur dicunt ponentes
elementum moueri in uacuo ſine reſiſtentia. con
tra, ſi ignis iu illo priori non poterit inducere gra
dus caliditatis facientes pro igne, nec poterit fa-
cientes pro cadauere; verbi gratia quinque gra-
dus caliditatis. Secundum eſt argumentum Ioan.
Gand. difficillimum; nam data eorum opinione,
ſequeretur, ꝙ motus finitus eſſer ſine rermino ad
quem; & moneri ſine mutato eſſe. deducitur. Po
narur, quòd in ſanguine menſtruo debeat introdu
ci forma hominis; oportet quòd in roto tempore
ante inſtans introductionis formæ, ſit facta diſpo-
ſita materia per calefactionem, & exiccationem:
modò certum eſt, ꝙ in toto illo calefieri, & exic-
cari non eſt aliquod calefactum eſſe, neque exicca
tum eſſe ſecundùm actum ante illud præparãs; ne
que in illo priori introductionis; quia ponitur ca
liditas illa, & ſiccitas corrumpi: nec poteſt dici, ꝙ
terminus ſir diſpoſitiones, quæ indncũtur poſt for
mam; q:iia motus, & terminus motus ſunt idem,
numero ſolùm differentes ſecundùm perſectum,
& imperfectum, Auer. 3. phyſico. 4. modò diſpo-
ſitiones præcedentes, & ſequentes nõ ſunt ęedem
ſecundum numerum; quia genitum, & corruptũ,
nõ ſunt idem numero 2. gen. 70. quare poſitio iſta
periparetica non eſt: tenẽdum itaque ſecundùm
fundamenta Auer. & ſic anima erit ſubſtãtia; quia
omne ens aut ſubſtantia, aut accidens 5. metaph.
13. & 14. 6. metaph. 4. Sed non eſt accidens, ut pa
tet hic, & infra. 37. ergo intentum. Confirmatur
etiam; quia anima eſt cauſa operationis, cuius nõ
eſt accidens, ur nutritionis, augumentationis, &c.
Imo neque alia forma ſubſtantialis, excepra ani-
ma; quia ſingula, uel elemenri ſit, uel miſti, ad de
terminatum motum mouęt; ſola anima ad omnes
poſitionis differẽrias 2. animæ 14. quare malè fue
runt opinati, qui animam accidens, & quamcunq;
formam ſubſtantialem propter eſſe in ſubiecto, ac
cidentalem eſſe dixerũt: nam, ur bene notat Auic.
6. naturalinm, aliud eſt dicere ſubſtantia, & ſub-
ſtantiale; & accidens, & accidentale: modò anima
ratione, qua in ſubiecto eſt, dicitur accidentalis;
quia habet modum accidentis, non tamen acci-
dens eſt; ſed ſubſtantia, quia pars ſubſtantiæ, &c.
In hoc ſenſu dixit Auer. 5. metaph. 17. quòd for-
ma eſt qualitas eſſentialis: quare anima eſt ſub-
ſtantia, quę forma.

Subſtantia autem actus. Auer. in parte conti- T. c. 5.
nuatiua text. inquit, cum dixerit animam eſſe ſub
ſtantiam ſecundùm formam; & forma ipſa, ſit per
fectio, cuius eſt formà; vult modò oſtendere ani-
mam eſſe perſectionem; ita quòd perfectio ſir qua
ſi genus in diffinitione animæ. dixit ly, Quaſi. quia
perfectio illa non eadem ratione conuenit omni-
bus partibus animæ: nam ſecundùm Auer. & benè,
intellectiua anima perficit, & eſt actus corpori, ut
nauta naui; quia duntaxar operatione intellectua
li, & habitibus acquiſitis inrellectualibus actus di
citur. ſententia eſt expreſſa Philop. in principio
hnius ſecundi ita ad litteram dicentis, Actus dici
tur & de forma à corpore non ſeparabili, & de for
ma ſeparabili: nauta enim eſt actus nauis, & for-
ma carnis, & quæcumque materialis alia eſt for-
ma carnis, quæ in corpore: quare alrera, utputa, ca
ro forma eſt ſecundùm eſſentiam: nauta uerò dun
taxar ſecundùm opus: ſic & in animis dicendum
eſt; nam irrationalis, & ſtirpium anima, quæ non
liberam habent à corpore eſſentiam, quęque in
operibus beneficio corporis funguntur, ſunt per-
ficientes & ipſę corpus eſſentia propria: at ratio-
nalis anima, non ſubſtantia, ſed operatione ſola p
ficit animal: uelle nanque, & intelligere ipſius
hoc modo, & alio, ceu inſtrumento anima utitur
in rationali: hęc Philoponus. idem affirmat Simpl.
ut infra uidebitur. Textus diuiditur in duas par-
tes primas: in altera ponit, quòd anima eſt ſubſtã
tia, quæ eſt forma, & perſectio: in ſecunda ponit
aliam concluſionem, ſcilicet quòd eſt perfectio
prima. primam partem Auerr. exponens dicit, ꝙ
eſt perfectio; quia forma eſt; & perſectio talis cor
poris, ſcilicet animati: Secunda pars in text. Hic
autem dicitur, &c. quæ pars diuiditur in tres par-
tes; in prima ponit unam diſtinctionem de actu;
in ſecunda ponit concluſionem, in tertia conclu-
ſionem poſitam exemplo manifeſtat: primam par
tem Auer. ad litteram exponit; Datur perſectio
duplex; prima, ur ſcientia in ſciente; ſecũda, quan
do ſcientia ipſa utitur. Sed quiſpiam dubitaret;
cum Ariſt. determinauerit animam eſſe formam;
quare non diuiſit formam, ſed tranſtulit ſe de for-

ma ad perfectionem? cui optimè Alexand. referente Philopono, quoniam neceſſarium erat determinare, nunquid oporteat animatum ab operibus, quę ſecundùm animam, dici tale, aut à poſſe operari; cuius poſſe eſt prius, & operari poſterius: ideo fuit opus in diſtinctione vti priori, & poſteriori: &, quia abſurdum eſt in forma ipſa vti priori, & poſteriori, quandoquidem vnica ſit forma vniuſcuiuſque, quæ talem partitionem non capit; ea propter à forma ad perfectionē ipſam aſcendit. Differentia inter formam, & perfectionem eſt, quòd perfectio maioris eſt ambitus: valet enim, omnis forma, perfectio; & non è conuerſo: cum operatio ipſa perfectio dicatur, non tamen forma. Sed fortè dubitaret alius; propter quid eſt, ꝙ diuiſit perfectionem ipſam in primam, & ſecundam, Ad quod diuinè admodum reſpondetur ex verbis Simplicij, ꝙ intentio eſt agere, quod commune eſt vniuerſę animæ mortalium animalium, non autem de ea, quæ ſeparata eſt, & vnitā propriæ eſſentiæ, collegit operationem; hoc enim proprium eſt animę intellectualis; & huius non ſemper, ſed, quando ſe paratur: quoniam & rationalis noſtra ob eam, quā habet ad corpus conuerſionem, partitam habet à propria ſubſtātia operationem, vt inferiores aliæ, & non ſemper perfectam, neque ſemper totā exiſtentem. Ponit deinde Ariſt. in ſecunda particula quam intendit concluſionē, & eſt: Manifeſtum igitur eſt, quòd eſt ſicut ſcientia. exponit Auer. Forma, per quam animatum differt ab inanimaro, eſt, ſicuti ſcientia, id eſt prima perfectio, & nō propriè operatio, ſed principiū operationis. in tertia parte manifeſtar concluſionem, exemplo ſumpto à ſomno, & vigilia. Auer. continuat in prima parte, & exponit deinde locum ab exemplo: dicit; Tempore ſomni vacat animal ab opere ſentiendi; nanque ſomnus, & vigilia, quæ ſunt oppoſita circa idē, vt Ariſt. in libello de ſomno, ſunt propria animæ ſenſitiuæ; quare animalibus, & non alijs inſunt, vt Ariſto. in principio de ſenſu, & ſenſili: & tunc eſt ſimilis ſcienti, habenti ſcientiam, & non vtenti; non autem ignoranti, ut notat Auerr. quia, uel ſit ignorans, negatinè, uel diſpoſitiuè, per prauos ſcilicet habitus, vt primo poſt. cap. de ignorantia, nō poterit, cum voluerit, rectè operari; ſed potentia illa dicitur de pſecto, ut retro determinauimus: vigilia uerò in animalibus eſt ſimilis ſcientiæ in ſciente, quando vtitur; namque ex ſententia Ariſto. in libello de ſomno; Vigilantemq; omnē uel extrinſecam ſentire, vel aliquā in eo motionem. in ſecnnda parte huius, Auer. proponit dubium, quod idem, de Græcis, tangir Themiſtius, &, de Latinis, Alb. & tria facit, primò dubitat; ſecundò ſolnit; tertiò redit ad ultimam particulā textus declarādam. dubium itaque eſt de anima nutritiua, quæ continnè in opere eſt nutritionis: neq; eſt dicendum, quòd tempore ſomni uacet à munere nutriendi; quandoquidem tūc temporis nutriat magis, ex ſententia Ariſt. in libello de ſomno; Altrix pars, ſomni magis tempore, quàm vigiliæ, opus ꝑ agit ſuum. quare optimè & Gal. ſecundo regiminis acutorum com. 47. 58. dicit, ſomnum ſequitur digeſtio. Niſi aliquis. Auer. ſolnit, & duo facit; primò dat duas ſolntiones probabiles, quinimo ſuſpectas; deinde determinat, quid dicendum: ſolutio prima, ꝙ & anima ipſa nutritiua reperiatur quandoque in actu primo, & confirmat per exemplum de ranis quibuſdam magnis, quæ tota hyeme in cauernis reconditæ theſaurizant nihil. uſus eſt theſaurizare fortè, quia aliquis dicere potuiſſet; Eſto, ꝙ in cauernis degant, veſcūtur tamē ſibi parata, & acquiſita eſca æſtatis tempore, vt formicę facinnt & apes. negās omnino altricis operationem in eis aſſerit neq; in caueis habere quidquam, tanquam reconditum ſibi theſaurum. Albertus ponit & ipſe animalia quædam quieſcere à victu ſibi parando, ut ſunt Vrſi, Ciconię, Glires, & fortè quædam mulieres. at reddens cauſam naturalem huius, qđ apparet neſcientibus miraculum, dicir in cauſa eſſe uiſcoſa illorum humiditas, & corij ſpiſsitudo, & denſitas; & non poroſum corpus: tamen idem calor, quando tunc cibum non quærunt, diſſoluit humiditates illas ſenſim, & in nutrimentum conuertens ad reparandum, quod in membris continuè deperditur, deportat: inde macilenta redduntur; & in nere cauernas exeunt uoraciora. Ex quibus dictis palàm eſt, quòd Auer. ſolutio ſtare nequit; cum & ipſa tunc nutriantur actu: Quare, vt ſic, nō poteſt capi perfectio illa ſecundùm uniuocationem: quare dat & aliam Auer. dicens, quòd ſi prima non ualet, quòd fortè perfectio illa erit ſecundum æquiuocationem. Hæc ſecunda communiter non capitur; nanque contra philoſophum expreſſè eſt. Addit Auer. dubitatiuè ſolutionem; tamen affirmat non eſſe poſſibile aliter; & eſt, ꝙ indefinitè capiatur. modò, quid per ly, Indefinitè; uoluerit non ſatis notum eſt. quidam dicunt, ꝙ capitur diſiunctiuè, ſcilicet primus, uel ſecundus. alii aliter intelligunt, ſcilicet, ꝙ anima non ſemper debet eſſe actus primus; ſed aliquando primus, aliquando ſecundus. ſic uidetur Albertus expoſuiſſe, ſcilicet in quibuſdam, actus primus; in quibuſdam, actus ſecundus. Quam expoſitionem non opinor ad Auerroē, minus ad Ariſtotelem: nam diffinitio, ſiue nniuoca, ſiue analoga ſit, debet uel idem eodē modo, uel idem per prius, & poſterius competere omnibus contentis ſub diffinito. quare, cum tantum laborauerit Ariſt. in declarando, ꝙ illa prima perfectio capi debet pro habitu; debet quinetiā, ut ſic, conuenire omnibus partibus animæ ſub anima contentis: quare dicendum eſt cum Themiſt. & meliùs ꝙ perfectio illa ſemper verificatur ꝓ habitu; ſed in aliqua uirtutū animæ contingit habitum ab actu ſeparari, in aliqua habitū eſſe ſimul cū actu; quia ubi actus, ibi eſt & habitus; & nō è conuerſo, ut in nutritiua eſt: uerificatur tamen perfectio illa, quæ in diffinitione ſumitur, ſemper, & in quocunq; pro habitu, & nō pro actu: ſic puto Auerroē uoluiſſe per ly, Indefinitè, ſcilicet indeterminatè, capiendo uel habitum ſine actu, nel habitum cum actu. In tertia parte declarat Auer. partem illam tex. notat. Auer. quòd ex hoc, quòd per ſomnum habemus actū ſeu perfectionē primā, per hoc dedit Ariſt. intelligere actum ſecundum.

T. c. 6. Prior autem generatione. Auer. in parte continuatina ait; cum poſuit, quòd genus animę eſt perfectio, & ſicuti ſcientia in ſciente, quando ea non utitur; vult modò declarare, quòd anima nō eſt quæcunque perfectio, ſed prima: quare addi debet ly, prima; & non cuiuſcumque, ſed organici corporis, &c. Tex. duas habet partes; quia docet duo Ariſto. alterum eſt, quod ad ipſam attinet animam; alterum, quod ad corpus, cuius dicitur perfectio: in prima quinetiam duo facit; primò ponit unam propoſitionem, quæ eſt per modum aſſumpti; ſecundò ex illa couclufionem infert. primam Auer. exponens clarè dicit, quòd perfectio, quæ, nt ſcientia eſt, in eodem individuo præcedit operari. ſeutentia quinetiam Ariſto. in de gen. animal. & ſi uideatur oppoſitum nelle 9. metaphy. 13. uerū id in diuerſis numero uoluiſſe, & præceſſionē illam & ratione, & eſſentia eſſe, palàm eſt. oppoſitum tamen in eodem uidetur expreſsè, cum dicat, Tempore autem non ſemper. cauſam autem huius præceſsionis adducunt Græci exponentes, Simplicins. Nam in generatione imperfectum in eodem antecedit, quod perfectum eſt; natura tamen, & ratione, conuerſo ordine ſe habebunt: ſupponit enim qnod imperfectum eſt, quidpiam perfectum, à quo ad perfectionem ipſam reducatur: primò quidem gignitur embrio, mox animal, ante tamen utrumque, ſperma. uera tameu regula hæc eſt in his, quæ ſubiecta ſunt generationi, & interitui; in quibus alterum ab altero ſeparatum conſpicitur: uerùm in diuinis, in quibus habitus, & actus unus, referente Philopono, quod imperfectum eſt, non admittitur; at prior, & in eodē, ſemper erit actus, & operatio. Dubitat non immeritò Simplic. quare, cum anima ipſa immortalis ſit, priùs ei, quod imperfectum eſt, aſsiſcitur, habitus ſcilicet, indeq; ad perfectum; ſiquidem operationem prouehitur. Huius ſolutio eſt, quia de anima agit, quæ omnifariam perfecta non eſt; anima ſiquidem hnmana in confinio eſt, & generationis, & ęternitatis; ſecundùm quidem eſſentiam, ut impartibilis, nt in ſe ipſa manens, ingenita, incorruptaque perpetuò manet; inquantum uerò diuidua eſt, ac irrationali communicat uirtuti, generationi ſubijcitur, & interitui; neqne tamen omnino corruptibilis, ut inferiora; neque omnino æterna, ut purę illæ mentes, quæ perpetuò indiuiduæ ſunt, & in ſeipſis manentes, & non extrinſecus quærentes, quibus perficiātur, intelligibiles ſpecies, ut intellectus humanus, quippe qui primò imperfectus exiſtens, ſpeciebus intelligibilibus informatus ad perfectionem deducitur. ſecundam particulam huius partis cōtinuans Auer. exponit, nt in textu eſt, & clarè, ꝙ ſcilicet anima eſt perfectio; & prima, addens; potentia uitā habentis. Tale autem &c. ſecunda hęc pars diuiditur & ipſa in duas; in prima declarat, cuius ſit prima perfectio anima, quā partem Auer. exponit; Id tale, quod eſt uitam habens in potentia, eſt corpus organicum. & addidit Auer. primum, quod in textu nō eſt: moderni multa dicunt. uolunt quidam illud dixiſſe propter corpus artificiale, qnod eſt ſecundum organicum; uel uoluit intelligere cor ipſum, in quo medio, vt in ꝓpria ſede primò locauit natura animam, ut ſententia eſt Ariſto. de iuuentute, & ſenectute: uel, & meliùs, ut Pomponatius, id eſt uniuerſum ipſum organicum corpus primum eſt, qnod habet animam, & uiuit; mox partes; & ſecundæ in ordine conſiderantur. Hæc pars duas habet expoſitiones: quidam uoluerunt, quòd ly, organicum corpus, poſitum ſit ab Ariſt. tanquam expoſitiuum illius, qđ eſt potentia uitam habeus. & huius uidentur inter Græcos Themiſtius, & Philoponus: altera lectio eſt, quòd Ariſto. declaret, quale ſit illud corpus, qđ dicitur uitā habere, determinās. ſ. ꝙ eſt corpus organicū: ſecundum primam conuerſim dicitur, vitā habens, & corpus organicum: ſecundam tenēt omnes Latini. Albertus dicit, ꝙ anima habet actiones eſſentiales, in corpore, & circa corpus; quæ non ſunt ſine inſtrumentis corporalibus; & ideo omne corpus, quod in poteſtate habituali habet, unde operetur actiones uitæ, neceſſariū eſt, quòd ſit organicum; plures ſiquidē exercet anima operationes uitæ: contra; natura; nam, diſtinguente Alberto datur forma, quæ maximè ſapit naturam corporis, & talis proprie dici debet natura; & hęc ad unicam determinatur operationē, & motum, nt elemēti forma, & quæ miſtorum eſt altera, quæ magis ſuperioris cauſę ordinem tenet; & hæc diuerſis fungitur uitæ muneribus, & anima dicitur; corporis ſiquidem non artificialis, ſed naturalis; neque huius ſolius, ſed uiui, quod organicum eſt, nt ex diſtinctione corporum à Themiſtio palàm eſt. Hiſpanus notauit duas in textu propoſitiones eſſe poſitas; altera, habentis uitam in potentia quam dicit poſſe competere cœlo; altera, corpus organicum, quod cœlo non competit. nullam tamen opinor ad mentem philoſophi extitiſſe penitus: non Hiſpani, quia palàm eſt Græcos omnes tenere in hoc Ariſtotelem de anima mortaliū agere animalium; à qnibus remouetur cœlum: neque prima ſatisfacit, quia, cum idem referat, organicum, quod uitam habens; & ſi fortè id clarius efficiatur, non eſt tamen Ariſt. qui ſemper ſtudet breuitati, in textu ipſo expoſitiones inſerere: quare dicendum eſt, ſecundùm Simplicium. Notādum, ꝙ anima mortalium animaliū gemina perfectione corpus terminat animalis; prima eſt, cum ipſum organicum, quatenus organicum eſt, ſpecificat, ſine qua forma tale quid haud quaquam diceretur; ut organum animæ eſſe poſſet: altera eſt, quę hoc ipſo iam exiſtente organo uiuo ſcilicet anima utitur: ita ut eadem dicatur in animali, anima, & forma, & mouens, ſiquidem informat, & utitur: & omnino unaquæque anima in animali ſecundū utrumque modum perfectionis animat. exēplum ſumptum ex dictis Alb. & ſi opinionem hanc non uiderit manifeſtabit dictum Simplicij; negetatiua ſtirpem informat, & eſt, per quam ſtirps dicitur formaliter: eadem & animal ſub gradu iſto uegetandi utitur ſecundò corpore illo ſic animato ad uaria uitæ munera, ut organo: ut per uentriculum ingeſtum cibum concoquit, per iecur aſſumptum humorem per uenas ab inteſtinis in ſanguinem

Ex Alex. 1. de a. ca. 3. nō ſolū per ſpecies res inter ſe diſtinguūtur, ſed & per illas diuerſimodè agunt, et patiuntur; nā, ut ſic agant, patianturve corpora, à ſuis habent ſpeciebus; quare ſimplex quodlibet corpus, cum ſimplicem habeat ſpeciem, ſimplicem, quæ motionē formet: quæ uerò miſtarū, cū in ſe ſimplicium ſpecies habeāt, diuerſimodè ſe habeāt tēperata, ita ut unaquæque natura ad cōem ſpeciē in ſubiectis corporibus aliquid conferre uideatur, ut ex eis facta miſti ſpecies, & ſpecies ſpecierū & perfectio perfectionū eſſe dicatur: ſic arbores & ſurgunt uariè operātes, nutriuntur planè, augētur, & generantur: rurſum ex his aīalium diuerſorū diuerſa ſpecies, ex quibus diuerſa operandi facultates fiūt nihil planè facis, etiā ſi actu non operentur: ſic analogicum iſta aſcēſus

mutat;

In ſpeciebus ſeruatur, idcirco organici corporis ſpecies dicitur alas; & ea ſimplicior, cuius & organũ ſimplicius: quæ uerò plurib. poteſtatibus diſtinctas alas, corpus pluribus organis etiã diſtinctum ſortitur.

mutat; quippe qui ultimatè in corde concoquitur, ut inde conuenientis membris reddatur nutrimentum: meritò itaq; organicum eſſe debet, ad plura ſcilicet officia diuerſis partibus commodum. quare benè Simplicius dictum illud primũ, potentia uitam habentis, applicuit ad corpus organicum, ut formatũ ly, organicum, ut eo forma to, anima utitur. In ſecunda particula huius partis dicit Ariſtotel. Organa autem, & plantarum. Sententia Latinorum uidetur eadem cum Auerr. qui dicit Ariſtotelem in hac parte oſtendere, & in plantis dari corpus organicum: addit Sanct. Thom. quòd eſt argumentum per locum à minori; nam corpora naturalia inanimata, cum ad unum determinatum locum moueantur, non requiritur; quòd habeant partes ad ſe inuicem diſtinctas, quare non organica: inter animata quin etiam plantæ ob earum imperfectionem minus uidentur habere diſtinctas partes; & corpora eſſe organica: quare, cum & ipſa organica ſint, magis conuincitur in corporibus perfectioribus organica eſſe. At iudicio meo non fuit hæc mens Ariſtotelis probare per locum à minori, organicum in perfectioribus; quandoquidem palàm ſit, & ſenſibus conſpicuum; ſed intentio fuit de utraque perfectione in plantis, quæ ſubobſcuræ ſatis apparent, tametſi in animalibus notæ, ut retro dictum eſt: & eſt diuina Simplicij ſententia: nam, quòd anima negetatiua det eſſe ſtirpibus; & informet, hoc quidem palàm eſt; quòd uerò eo corpore utatur anima ad opera uitæ, dubium eſt ob imperfectionem in eis: quare nititur oſtendere philoſophus hoc ſecundum de plantis, quòd ſcilicet earum corpora organica ſint: & non ſolùm uiuæ dicantur partes plantarum; uerùm & inſtrumenta ſint animæ ad diuerſa uitæ munera; non enim fortuitò folium fructus tegit: partes tamen plantarum appellauit Ariſtotel. ſimplices penitus: namque, ut exponit Philoponus, pars animalis quæque ex pluribus conſtat partibus; ſiquidem, carne, oſſe, lacertis, corde, cute, & alijs: at ligni, ſeu plantæ fruſtum ex ligno, & cortice eſt: organica tamen ſunt; & in cauſa eſt, quia reguntur à ſimplici anima. Declarat ſubinde Ariſtotelis organa Auerroes: Folia in plantis, ut corium in animalibus, & radices ori aſsimilantur: ſunt & in eis fibræ, uenarum uice, referente Themiſtio, & lignum carni æmulum; folia, ut operculа fructuum; quinimo pulpæ; nam pulpam dixit Themiſtius, intra quam reconditur ſemen, quod propriè fructum uocat, dicens; fructum genituram ipſam, ac ſemen intelligo.

T. c. 7. Si autem aliquod commune eſt. Tertus præſens ab expoſitoribus non continuatur; & ratio eſt, quia per ſe patet continuatio; quandoquidem concludat ex ſuperius illaris, quod intendebat diffinitionem uniuerſalem, ſcilicet animæ. Textus partitur in duas partes; in prima, ponit concluſionem intentam; in ſecunda corollarium. Auer. primam exponens duo facit; primò quod dictum eſt; ſecundò particulam illam in tex. conditionalem: in prima, ſi debet aſsignari animæ diffinitio aliqua uniuerſalis, utique non erit aliqua uniuerſalior iſta. Egidius inter Latinos declarat hanc uniuerſalitatem; cum ex parte corporis, quandoquidem omnia organica corpora contineat; cum & in plantis etiam oſtenſum ſit, de quibus minus uidetur; tum ex parte animæ, quandoquidem omnibus conueniat. Exponit deinde Auerroes conditionalem illam dicens, dubitatiuè Ariſtotelem loquutum propter animam rationalem; quia non eſt manifeſtum an talis cadat ſub diffinitione data, & dicatur actus: quia perfectio de uirtutibus animæ dicitur ferè æquiuocè. uoluit intelligere Auer. analogicè. ſic Græci exponunt hic, Simplicius, Philoponus, quòd ſcilicet perfectio per prius, & poſterius dicitur de uirtutibus animæ: quare benè dictum eſt, ſi qua datur diffinitio uniuerſalis de uirtutibus illis, iſta eſt. Notat Philoponus, quòd Ariſtotel. non dixit in textu, Potentia uitam habentis; quia per ly, organicum, tale quid declarauit; cum alterum per reliquum innui poſsit. In ſecunda parte ponit Ariſtote. corollarium, & duo facit; primò quod dictum eſt; ſecundò idipſum declarat. In prima dicit Ariſto. Vnde, &c. Latini omnes, & cum eis de Græcis Philoponus uolunt, quòd Ariſt. ſoluat dubium ex dictis, quòd ſcilicet quærendum non eſt, quomodo ex corpore, & anima fiat unum. declarat meliùs Philoponus, ſcilicet ſi quis in partes totum hoc, quod diffiniuimus, diuiſerit, dubium eſt, per quod medium illæ partes fiunt unum; nunquid interponatur aliquod partes illas uinciens, & concathenans, uerbi gratia colla, aut clauo, aut ligamento aliquo alio: nam, cum anima, & corpus ſint duo, quorum unum non eſt alterum; maximè cadit dubitatio, quod ſit utrumque uniens: Ariſto. autem dicit, quod de hoc non oportet dubitare; quãdoquidem mediũ aliquod ad unionem iſtam non requiratur; cum alterum materia ſit, alterum forma, quæ partes, ut recipiens, & perficiens ſeipſas uniunt. octauo metaphyſi. 15. quæ opinio, tametſi in ſe uera ſit, non tamen mihi uidetur ad propoſitum; nam propriè de ea agere metaphyſici eſt; cum fundamentum huius unionis ſit ratione actus, & potentiæ. Auerroes autem cum alijs Græcis, Simplicio ſcilicet & Themiſtio, uult, quòd Ariſtotelis intentio ſit hanc ſoluere: nam ſi anima, & corpus ſint duæ res, quomodo ergo compoſitum ex anima, & corpore debet appellari unum & duæ illæ partes ſint unum? ut Themiſtius, quomodo cera, & figura ſint unum? & hoc non opus eſt quærere, dicit Ariſtoteles. Et Auerroes tangit fundamentum, quia animatum habet, quòd ſit hòc, ab anima; nam, ut notat Simplicius in metaphyſicis, quarto metaphyſic. tertio. Ens omne unum omnino dicitur; uerùm forma, & unum, & ens primò, & tale per ſe exiſtens; compoſitum uerò tale quid unum per formam, ſicuti & eius, quod eſt eſſe, ita & unum eſſe, compoſito, largitur forma. Vnum enim. In hac ſecunda parte declarat Ariſt.

Dubium uoluit eſſe Alexand. quare eſt, cũ materia corpus ſit, pariterq; & ſpecies ipſa minimè corpus ſit; quid, quod ex eis fit, corpus eſſe dicatur. Solutio, quia, quod fit, non eſt, priuſquam fiat, tale: at, cũ perfectũ eſt, id dicitur tale, & nõ per materiã; quia illa indifferẽs eſt ad oĩa; ſed per ſpeciẽ, per quã dicitur & denominatur talis, ſicuti idolum à figura, & ſi cum cera ſit. cõſiderãti itaq; unum eſt id quærere, quo unum fiat.

quomodo notum ſit pet diſtinctionem de ente. Auerroes, unà cum Simplicio, ait; ex quo ens,ut Simplicius, dicitur multipliciter, & quod per ſe eſt, & quod pet alterum, aut tanquam imperfectum, & potentia, & materiale: dicit, quòd forma magis dignum eſt, quòd dicatur unum, & ens: nam congregatum unum, non dicitur niſi pet unitatem exiſtentem in forma: materia quinetiam habet, quòd ſit ens actu per formam: modò ſi & materia, & forma, utræque actu eſſent, non reſultaret unum, niſi per ligamentum: unde licet ens multa ſignificet, ſit tamen denominatio ab eo, quod actu eſt; haud quaquam tamen ab eo, quod in potentia eſt: quare dixit philoſophus, ꝙ fruſtra quęritur, quomodo compoſitum unum ſit; quandoquidem unicus in eo actus eſt: à ſimili, ſi in maſſa cerea ſculpta ſit imago Cęſaris, & quamuis poſsit in eadem imprimi imago Iouis, Mercurii, & aliorum: non tamen dicetur forma Iouis, Mercurii, aut aliorum; cum omnia iſta in potentia ſint, & non in actu: & denominatio fieri debet ab his, quæ ſunt in actu. Ex hoc commento Auer. collegit Turſianus ſecundo art. medic. commento quarto, quòd forma eſt principiū indiuiduationis. Quæ opinio non fuit in fundamentis Auerroes hic; quandoquidem non uoluit quòd indiuiduum, & ſi per formam fiat hoc, ob id indiuiduetur; ſed, quòd per formam ſit ens in actu, & unum. Dubitatur circa quæ dicta ſunt, tripliciter; primò circa tex ſecundùm expoſitionē Latinorum; ſecundò circa expoſitionem Auerr. tertiò circa totam partem de diffinitione huc uſque traditam. Si opinionem ſequemur Latinorū in hoc tex. dubium erit, quomodo ex materia, & forma fiat unum: quod optimè declarat Egidius dicens, quòd hoc dubium petit aut modum vnionis, aut vnionis cauſam: ſi modū, dici debet, quòd ſicut agens vnitur patienti ſecundùm virtutem; ſic forma vnitur materiæ ſecundùm eſſentiam: & ſicuti à virtute egrediť operari; ſic ab eſſentia egreditur eſſe: & ſicut agentis, & patientis eſt vnus actus; ſicut Ariſt. 3. phyſi. 18. ſic ex materia, & forma ſit vnum ſecundùm eſſe. Si verò quæratur cauſa, tunc: aut intrinſeca, & hæc non; quandoquidem nullus ſit clauus, per quem tales partes vniuntur, vt in textu dictum eſt: ſi verò extrinſeca, Dicendum, quòd eſt motor; ſecundùm enim eius actionem forma vnitur materiæ; & totum ſit actu tale. Hæc omnia bene dicta ſunt, ſed non ad propoſitum, vt dictum eſt in alia expoſitione, quę ad mentem eſt Ariſto. At in determinationem Egidij inſtatur; nam diſpoſitio, vt intrinſeca cauſa requiritur. Ad hoc dicit, ꝙ debet intelligi de totali cauſa, non autem de cauſa diſpoſitiua. Et, vt ad veram expoſitionem dubium hoc nonnihil cōducat; dicerem, non damnando tamē Egidium, quòd aliud eſt quærere, an ſit aliqua cauſa, quare ex materia & forma vnitis fiat vnum, quæ fuit ſententia Philoſophi; & aliud eſt quærere, an ſit aliqua cauſa, quare materia vniatur formæ: nam bene poteſt aſsignari cauſa intrinſeca, & extrinſeca, quare forma vniatur materiæ: quam aſsignauit Philoſophus octauo metaphyſic. 15. ſed, quare ex materia, & forma vnitis reſultet vnum, aſsignare cauſam non eſt, neque intrinſecam, neque extrinſecam. meritò dixit Philoſophus, quòd quærendum non eſt; quia aliud reddi non poſſet, niſi quòd forma, forma eſt; & materia, materia.

Dubitatur in dictis Auer. quia dixit ex duabus partibus in actu, non dici vnum: ſecundum dictum; quòd forma digna magis eſt, vt habeat nomen perfectionis, ſecundò compoſitum: aduerſus primum, continuum ſit vnum ex ſuis partibus, quæ ſunt in actu. probatur; vnaquęque pars continui continua eſt ſexto phy. ergo &c. idem in diſcretis; nam binarius eſt numerus vnus reſultans ex duabus vnitatibus, quarum ſingula actu eſt, ergo &c. Præterea ex ſententia Auerrois 3. cæ. 67. Formaliter, elementa in miſto vno remanent; ergo actu inibi ſunt, quanquam refracta: neque vnū elementum ſe habet, vt actus, & alterum vt potentia. In hac difficultate pono vnam diſtinctionem, quæ habetur ſeptimo metaphyſi. 33. primo phyſi. 36. quòd partes ſunt duplices; quędam qualitatiuæ, quædam quantitatiuæ: qua ſtante, pono tres concluſiones. prima, vt ſiat vnum ex partibus quantitatiuis, non eſt neceſſe, vt alterum in actu ſit, alterum in potentia, immo partes quantitatiuæ in compoſito ſunt in potentia, non in actu, vt primo phyſic. tex. 17. ſecunda, quod componitur ex partibus eſſentialibus, habet, quòd altera in potentia ſit, altera in actu de neceſsitate: & hæc conſtat, nam hæ partes à ſe inuicem diuerſæ cum ſint, ſi debent vniri, neceſſe eſt, vt altera alteram ex neceſsitate informet; quare altera in actu, altera in potentia erit. tertia concluſio, ſi ex partibus eſſentialibus fiat vnum per ſe; non modò requiritur, quòd altera pars ſit in potentia, altera in actu; ſed etiam hoc requiritur, quòd tales partes ſint in eodem prædicamento ſaltem reductiuè; nam, quod ex eis ſit, eſſe in aliquo prædicamento palàm eſt; quia eſt vnum per ſe: quare neceſſe eſt, quòd ea, ex quibus componitur, ſint in eodem prędicamēto. corollariè ſequiť, ꝙ neq; ex materia prima cū quantitate, neque ex ſubſtantia, & accidente, ſit vnum per ſe. modò ad argumenta; ad primum, quòd de partibus continuis ſecus eſt, & de eſſentialibus; quandoquidem tales uniri poſsint abſque hoc, quòd una informet aliam; cum ſint eiuſdem rationis: per idem ad ſecundum, eiuſdem quinetiam rōnis ſunt unitates illæ: ita ad tertium; nam ex ſententia Auerroes ſecundo colliget cap. ultimo 1. cę. 7. non datur æquale ad pondus; quare in miſto erit unum elementum dominans, cu ius dominio mouetur; & alia erunt elementa dominata; quę ſe habebunt, per modum potentię dominans uerò per modum actus. Si quis obijciat; contrà; ſunt contraria; ergo non ſic ſe habent. Reſpondeo, quòd ſub eſſe inteſo uerum eſt; ſed ſub remiſſo falſum: Contra ſecundum dictum S. Thom. Scot. tenent, quòd compoſitum ſit perfectius forma; ideo vult, quòd anima unita corpori habeat perfectius eſſe: & pro hac opinione eſt ratio, nam compoſitum habet totam perfectionem

formæ,

formæ, & aliquid vltra, ergo &cæ. At neg[illegible]tur aſſumptum propter duo; primò, quia materia in compoſito nullam dicit perfectionem; ſecundò, quia forma, quando in materia eſt, ſuæ derogat perfectioni. At contra capiat materia ſecunda miſti. ſ.ibi ſunt refractæ formæ elemētorũ; igitur aliquantæ perfectionis, vltra perfectionem vltimæ formæ, ergo intentum. contra ſecundum: nam perfectio rei non eſt, niſi ſua entitas perfecta; imperfectio verò dicit priuationem in illa entitate; modò forma habet totam ſuam entitatem in compoſito; ergo totam ſuam perfectionē; quare compoſitum perfectius. Nec valet, ſi quis obijceret de auro, cui eſſet admiſtum plumbum, quia aurum ad miſtum plumbo habet totam ſuam perfectionem, quam etiam ſine plumbo haberet; vel ſaltem compoſitum, erit ęquè perfectum. Pro huius determinatione, pono tres propoſitiones; prima, cōpoſitum habet plures perfectiones extēſiuè v.g. ſit homo, & Leo, intenſiuè vterq; ita perfectus eſt, vt homo ſolus; extenſiuè tamen homo, & Leo plures habent perfectiones, quàm homo ſolus: ſecunda, compoſitum intenſiuè eſt æquè perfectum cum anima, ſeu forma ſolùm: tertia, forma intenſiuè eſt perfectior compoſito, non tamen ratione habiti, ſed ratione modi habendi: nam compoſitum habet perfectionē formæ ſub modo participationis; forma verò habet illam independētem, & per eſſentiam propriā: quare auctoritates omnes, quę adduci poſſunt, quòd forma eſt magis ens, &c. ab Ariſt. & Auer. cōcludunt omnes de modo habendi, & non de habito.

Dubitatur & tertiò circa diffinitionē hucuſque datam de anima, an ſit bona diffinitio, & conueniēter aſsignata. In hac materia ſunt rationes ſingulæ contra ſingulas particulas. eſt & ratio cōis contra vniuerſam diffinitionem, in qua potiſsimũ conſideratur difficultas; quandoquidem ab ea dependet materia de animæ immortalitate. contra primam; Anima eſt abſolutum; ergo non dēt diffiniri per reſpectiuum; ergo non per actum. conſequentia tenet; quia actus, & potentia ad aliquid ſunt 9. met. 11. cōtra tertiā. Anima eſt actus corporis, ergo accidens; quia in ſubiecto eſt in actu: cui dictum eſt ſupra text. cō. 5. contra ſecundam. Non competit nutritiuę, & ad hoc quoq; dictum eſt. cōtra quartam. Phyſicum dicitur per motum, & quietem tale; ergo accidens poneretur in diffinitione ſubſtantię. contra quartam ſequeretur, ꝙ nō quælibet pars animalis eſſet animata: nā in nobis dantur partes organicę, & non organicæ, vt primo de partibus cap. primo; puta, caro, quę, vt ſic animata non eſſet, quod eſt falſum. contra vltimam; Vel intelligitur in potentia ad actum primũ; & hoc nō; nam t. 10. ſupra, anima non eſt abijciēs actum primum: neq; ad actum ſecundum, quia inſtantia eſt de nutritiua. Aduerſus modò totam diffinitionē eſt argumentum, quod & Io. Iand. tangit in quæſtione; Nam videtur, ꝙ diffinitio datā de anima, non conueniat omni animæ; quoniam intellectiua eſt anima, & tamen non eſt actus corporis phyſici. Probatur; quia in ſua actione non vtitur organo corporeo. In oppoſitum, expreſſè eſt ſententia Ariſt. & omnium expoſitorum. In hac difficultate duo faciemus; primo ſingulas partes diffinitionis declarabimus, & vniuerſam diffinitionem, ut perfectè traditam diffinito accōmodabimus: ſecũdò argumenta, & ad partes, & ad totam deſtruendam adducta deſtruemus. In primo itaq; notandum, ꝙ actus dicitur duobus modis, entitatiuus; & eſt, cũ res eſt extra ſuas cauſas, qui obiectiuæ opponitur potentię, eſt & actus, qui dicitur formalis; & talis eſt, qui animæ conuenit. confirmatur Ariſtotelis ſententia; nam tex. 2. ſubſtantiam diuiſit in tres, modò per deſcriptiones ibi factas de partibus, anima non eſt materia, non compoſitum; igitur forma. Ponitur deinde ly, primus, vt notat Auerr. comm. 5. quia in illo priori forma non operatur, quam apta eſt operationem. Et pro maiori notitia ſciendum, ꝙ anima non eſt actus primus via generationis, temporis, aut naturæ; quia anima ſupponit factas diſpoſitiones per formas elementorum, quæ ſunt priores: ſecundò, Anima eſt prima ordine perfectionis omnium, quę in tali inueniuntur corpore: vltimò; Anima eſt actus primus natura, & tempore omnium ſuarum operationum, ſed non actuum, & hanc notauit Hiſpanus in tali ſcilicet corpore; vt ſaluaret de anima nutritiua Auer. quia videtur tenere ly, primus, & ſecundùm naturam, & ſecundùm tempus. At iudicio meo errat; qa, ſi ponitur prior ſua operatione, à fortiori erit prior actu; quandoquidem ad operationem ſequatur actus. dixit; Corporis; quia per hanc diſtinguitur ab habitibus intellectualibus, de quibus Ariſto. 6. ethic. in principio, qui ſunt actus animę; dixit; Phyſici, ſcilicet compoſiti ex materia, & forma. Notauit retro Ioan. Gram. dictum eſſe ad differentiam artificialis. Organici, id eſt, ex diuerſis partibus, compoſitione, temperatura, figura, & ſitu. excluduntur elementares formę, quinetiam miſtorum; cum ob earum imperfectionem huiuſcemodi non indigeant organizatione. per hoc quòd dicit, Potentia vitam habentis, notat Ioan. Iand. dictum eſſe ad differentiam cadaueris, quod quoquo modo organizatum eſt, vitam tamen non habet: quæ expoſitio non quadrat; quandoquidem cadauer, organicum dici non debet, quinimo potius corpus miſtum, cum moueatur tunc à dominio elementi. ſed idcirco particula illa poſita eſt ex ſententia Simplicij, vt omnino declaret animam, & tanquam vtentem, & tanquam corpus ipſum informantem. quare diffinitio hucuſque data de anima, conueniens eſt: nam duæ potiſsimum ſunt in bona diffinitione conditiones ex ſententia Ariſto. 6. Top. & 2. poſt. prima, quòd diffiniti ſubſtantiam vniuerſam exprimat; quando ſcilicet ſingula diffinitionis pars de ipſo diffinito prædicetur: ſecunda, quòd cum diffinito conuerſim dicatur, & verè dicatur ὅρος, ſiue terminus. Eſt tamen dubium in partibus huius diffinitionis, ſcilicet in particula illa, corporis, nunquid corpus illud capiatur pro altera parte compoſiti; aut compoſitum totum ipſum animal intelligatur. Eſt & ſecunda difficultas, nunquid diffini-

tio illa competat cœlo. & uidetur, quòd ſic: nam ſi qua eſt cauſa, quòd ei non conueniat, eſt, quia cęlum non eſt organicum. Sed contrà, in cœlo ſunt partes diuerſæ, nam ſtellæ ſunt in orbe partes denſiores; quare, &c. Ad hoc ſecundum dico, ꝙ nō cōuenit cœlo: & eſt ſententia expreſſa Them. Simpl. ſuper tex. 6. & alibi ſemper; in quibus dicũt tenere de generabilibus, & corruptibilibus, & cibo vtentibus. Idem Simp. ſupra tex. quarto, & cęlica eſt determinatiua ſempiterni corporis; at non ad ipſum inclinans, neq; eo vtens, vt organo; & fortè non eſt potentia uitā habēs: quare altero modo illud animatũ dicitur tanquam viuens actu, & quoquo modo à ſeipſo ad animā inclinans, ut ipſum illius exiſtens uehiculum; & Auicennas 6. naturalium ca. 2. Iſti omnes uident, ꝙ nomen, anima, cum dicitur de anima cęlorũ, & uegetabili, dicitur ęquiuocè; quia hæc diffinitio non eſt, niſi animæ, quæ eſt in cōpoſitis: neq; animalia, & cęlũ conueniunt in intellectu nominis vitæ, & rationalitatis: rationalitas etenim, quæ eſt hic, conuenit animæ habenti duos intellectus materiales: hoc autem nō eſt poſſibile eis; intellectus etenim illic eſt, intellectus in effectu: talis autem non eſt conſtituens animam, quæ eſt pars animalis rationalis. Ad rationem, negandum; ꝙ cęlum ſit corpus organicum; quia non dicitur potentia uiuens: & ſi habeat partes diuerſas; non tamē propter hoc debet dici organicum; quia organa ſunt pro beneficio animalis: at diuerſitas partium in cœlo, non eſt propter animal cęlicum; ſed duntaxat, vt ſit inſtrumentum intelligentiæ, ad beneficium non cęli, ſed aliorum inferiorum: nec eſt omnino organizatio uera in eo; quia partes nō ſunt compoſitione diuerſæ, & temperatura, vt dictum eſt ſuperiùs. Ad primum reſpōdet Hiſpanus, quod ly, corporis capi non debet ꝓ altera parte compoſiti; ſed per illud corpus intelligatur totum compoſitum ex corpore, & anima. & pro hoc uerificādo capit dictum Ariſt. in hoc tex. 10. Eſt autem nō abijciens aīam potentia ens, vt viuat; quod cum tale ſit ſequitur, ꝙ ſit animatũ: nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ idem erit diffiniens, & diffinitum; quia inconueniens nō eſt, ſi altero modo diffiniatur, quàm diffiniat. & talis opinionis non fuit Egidius; imo doctiſſimè digrediens in hac quæſtione quam mouit ſupra text. 11. notauit, ꝙ, ultra gradus intentionales, quos imaginatur per intellectum homo nomine generis, & ſpeciei; dantur in miſto quinetiam gradus reales, per quos tales fiunt diffinitiones; & ſunt ad inuicem connexi, ut trigonum in tetragono: nam formæ, quę magis ſunt materiales, minus præſupponunt; ita vt nihil ſupponat elementi forma; quandoquidem nō concurrat, niſi gradus ille formalis in elemento, per quem elementum eſt; at in animato quinetiā unica eſt forma, ut anima; ſed in ea quidquid perfectionis in inferiori forma, verbi gratia miſti inueniebatur, in ea reperitur & gradus ulterior, quo anima eſt: quare per illum ulteriorem gradum eſt actus, & comparatur ad corpus, non ut ad materiam ſolùm, vt forma elementi, ob eius imperfectionem; ſed ad ipſum, ut corpus, & miſtum, quod tamen eſſe miſtum habet per animā, ut ſupplet formam miſti; quare, ut anima, præſupponit ſeipſam; ut uerò forma miſti nihil præſupponit: quare, ut ſic accepta, non debet dici actus corporis, ſed actus materiæ: & potiſſimum intelligit hoc de animis brutorum. & paulo infra confirmat hoc, priùs data diſtinctione de uiuere, dicens, quòd corpus, quod ingreditur diffinitionem animæ, non eſt corpus compoſitum, actu habens uitam, nec eſt ipſa anima; ſed eſt materia, & ſubiectum. & confirmat; quia, ſi corpus ingrederetur diffinitionem animæ, ut habens animam, ſequeretur, quòd anima ſimpliciter eſſet ſeipſa prior: quare ly, corpus, in diffinitione, ut ſic, erit pro altera parte cōpoſiti. S. Tho. & ipſe uoluit hanc opinionē, ꝙ corpus haberet, ꝙ eſſe corpus, ab aīa; &, ut pars, in diffinitione poneretur: nā quęſtione prima, quas de anima diſputauit, in determinatione dicit; Manifeſtum enim id, quo uiuit corpus, animam eſſe: anima igitur eſt, quo corpus humanum habet eſſe actu; huiuſmodi autem forma eſt; eſt igitur anima humana corporis forma. & in reſponſione ad is dicit, quòd in diffinitionibus formarum aliquando ponitur ſubiectum informe, aliquando formatum; ut dicendo, motus eſt actus mobilis; hoc eodem modo, & anima actus corporis organici eſt; quia anima facit ipſum eſſe corpus organicum. nec differt ab Egidio, niſi quòd Sanc. Thom. loquitur de anima humana, quæ perficit; Egidius de anima brutorũ, non ſe determinans, de intellectu. At opinio iſta eſt ſuſpecta; primò propter tex. 10. ubi declarans corpus Ariſto. pro altera parte, dixit, eſt non abijciens animam: ſecundò, quia, ut dicit Egidius, anima, vt informat corpus, eſt pro gradu formę miſti; tunc diffinitio illa non erit de anima pro habitu, in potentia tamen ad opus ſolùm; quia, ut ſic, dicitur corpus non modò miſtum, verùm & animatum. quòd, ſi concedat pro illo gradu eſſe animatum, tunc contra ipſum expreſsè eſt, qui dicit, ꝙ anima pro illo gradu non ſupponit gradum priorem; quandoquidem gradus, quo animat, ſupponit gradum, quo miſtum dicitur. Saluatur S. Tho. in ſuis fundamentis; quia ſuperiùs ſupra tex. 4. dixit, quòd ly, actus, non erat pro habitu; ſed comparabatur corpus ad animā, à qua habet eſſe, ꝙ ſit corpus, & animatum corpus; ut comparatur cęra ad figuram, & non, ut figuratum ad figuram, ſed ut materia ad formam. fundamentum tamen hoc non eſſe ad mentē philoſophi, diximus ſupra; quare ruit & opinio iſta, quę ſupra tali fundata eſt fundamento; & ſic & Egidij opinio, quæ eadem, & eiuſdem fundamenti cum opininione diui Thomæ. Quare pro ueritate notandum, ut refert Simplicius ſupra text. quarto, quòd anima differt ab alius naturalibus formis, eo quòd anima dupliciter eſt actus, perficiens ſcilicet, & mouens, & Ariſtotel. prius dedit diffinitionem ipſi conuenientem, ut terminans, & perficiens, ſcilicet potentia uitam habentis: ſecundò dedit eam, quæ ipſi conuenit, ut mouens, per ly, organici. quare anima dicitur actus primus, &c. ideſt anima, quæ poſuit

fuit in eſſe viuo corpus animalis, & ipſum informauit. pro illo gradu dicitur actus primus reſpectu operationis, reſpectu cuius corpore vtitur tanquàm organo:& ſic bene dicetur corporis animati; quia in illo gradu animationis non eſt actus primus, ſed actus vltimus; quare ſtat corpus animatũ eſſe in actu, & in potentia, reſpectu diuerſorum. Ad argumenta, & ad primùm; Notandum, quòd relatiuum dicitur duobus modis; & ſecundùm eſſe, vt pater, & filius; dominus, & ſeruus; & talia eſſentialiter ſunt relatiua. 5. metaph. 20. alia ſunt relatiua ſecundum dici; vt ea, quæ in ſe ſunt abſoluta, connotant tamen reſpectum; quare eo modo, quo actus eſt relatiuum, eodem modo & anima; vnde ſic actus eſt quid abſolutum, vt connotet reſpectum; vnde & anima quamuis ſubſtantia ſit, connotat tamen reſpectum, ad ipſum ſcilicet corpus animatum. Ad argumentum dico, quòd nullum abſolutum purè diffinitur per reſpectum, quomodo non eſt in propoſito; vnde non eſt inconueniens abſolutum nõ purum ſic diffiniri, per reſpectum ſcilicet, vt connotat. Ad ſecundum de nutritiua ſatis dictum eſt: dicendum tamen pro maiori noticia, vt Truſianus 2. arti. medic. comm. 12; quòd de ratione animæ eſt ſimilis habitui; de ratione habitus eſt, quòd poſsit operari: quòd autem actu operetur, eſt accidens ipſi habitui; quare ſatis eſt, quòd poſsit nutrire 1 modò, ſi ſemper nutrit, hoc eſt ſibi accidens: quare hoc modo poſſumus dicere, quòd diffinitiones ſatis eſt, quòd verificentur in aptitudine; vt genus, quod poteſt prędicari de pluribus, &c. ſic anima nutritiua, quę poteſt nutrire. Ad tertium negatur cõſequentia, quia verum eſſet, ſi adueniret corpori iam perfecto per formam ſpecificam ultimam, vt bene Ioan. Iand. in quæſtione de pluralitate formarum, ſuper 7. phyſic. nec ualet, ſi quis dicat, quòd diffinitio talis de anima ob hoc ſit per additamentum; quia id dicitur per additamentum diffiniri, quando diffinitur per aliquod alterius generis, cuiuſmodi ſunt minimè corpus, & anima: quæ, tamet ſi genere propinquo differant; non differunt genere remoto. Præterea non eſt forma addita animato, ſed eadem ipſa eſt, quæ animatum perficit, atque animato utitur facto. At contra hoc, eſt quartum argumentum; quia ly, phyſicum, notat accidens; quare per additamentum erit. & confirmatur; nam tunc diffinitio dicitur clara, & aperta, cum loco eius, quod ponitur in diffinitione, ponatur ſua diffinitio, ut, ſi in diffinitione hominis ponatur animalis diffinitio, tunc diffinitio hominis erit clara, & aperta: cum itaque organicum, quod ponitur in diffinitione animæ, ſit diffinibile, ſi loco ipſius ſua ponatur diffinitio, tunc diffinitio erit clara, & aperta. modò, ſi diffiniatur organicum, quod eſt conſtans ex partibus differentibus temperatura, compoſitione, & ſitu, certum eſt, ꝙ eſt ꝑ accidentia; quare per additamentum. Reſpondet Egidius, ꝙ partes ſunt duplices; quædam quantitatiuæ, & ſunt partes ſubiectiuæ, quæ includunt ipſam quantitatem; quædam, quæ quantitatem non includũt, ut digitus primò eſt quantus, ſecũdò eſt ſubſtãtia, quę ſubſternitur ipſi quantitati, & dimenſioni: & eſt etiam opinio Scoti: Sic dicimus ad argumentum, & ſoluitur quintum, ꝙ organicum nõ dicit, niſi partes ſubſtantiales, dato ꝙ ſint poſtea organizatę ratione figurę, &c. Sed dices; ſeparetur quantitas à manu; erit ne organica? certum eſt, ꝙ non. Ad id, ꝙ in quinto dicebatur de carne, ꝙ animata non eſſet; poteſt etiam applicari ad partes animalis anuloſi, cuius partes deciſæ uiuunt; nec tamen organicæ ſunt. Dicendum ad id de animali anuloſo, ꝙ tenet; quia eſt animal imperfectum; ſecus autem eſt de perfectis: uel dicendum, quòd aliquo modo organicum eſt illud animal totum, quod uiuum remaner; cum habeat quid proportionale cordi; at non eſt neceſſe hoc teneri in partibus; quandoquidem uiuæ non remaneant: & hoc ſecundùm fundamentum Auer. qui uult, quòd animæ brutorum ſint eductæ, & extenſæ, ita quòd tota in toto ſit, & pars in parte: ſecus tenet Sanct. Thom. qui uult brutorum omnium animam eſſe indiuiſibilem, ut anima hominis eſt, & totam in toto, & eandem in qualibet parte eſſe: ſed de hoc uidebimus in quæſtione propria. Ad illud de carne dicendum, quòd diffinitio tenet de his, quę primo animantur, & non quę ſecundario: quare dicitur animata manus, quia totum ipſum eſt animatum; & non econuerſo: quare neque ualet, Manus eſt animata, ergo eſt animal, & ſi ex materia, formaq; compoſita ſit: ſed dici debet; Vbicunq; eſt anima, & corpus informatum; & ſic tanquàm primum perficiens in primo perfectibili, illud eſt animal: de parte uerò tenendum non eſt; quia in tantum ſunt animatæ, inquantum deſeruiunt animali totali. At dubium eſt, ſi pars quęlibet animalis ſit animata, ut pili, & ungues, & in toto exiſtentes, & ad ſeruitium totius; quãdoquidem animal ab eis, & intrinſecum, & extrinſecum recipiat iuuamentum: primum, quia materia, ex qua generantur pili, calida, & ſicca ad extra corpus in pilos propellitur; nam pilus trahit malam ex corpore materiam: extrinſecus conferunt prohibentes nociua, ut pili palpebrarum, qui ad oculos penetrent: & uidẽtur tales partes animatæ. probatur; Nutriũtur; ergo &c. Aſſumptũ eſt Ariſt. particula 10. proble. 25. propter quid ouiũ crines duriores, quàm crines hominum, quantò protenduntur magis? Reſpondet, quia nutriũtur magis ex profundo crines hominis; ergo &c. & ſit melior digeſtio; & quantò digeſtibiliora, tantò molliora. Ad hoc notãda eſt diſtinctio de nutritione apud Cõciliatorẽ differẽtia 54. Nutritio dupliciter, altero modo per ſubſtantiationem; ut, quando nutrimentum apponitur, unitur, & parti aſsimilatur; ut Galenus primo uirtutum naturalium dicit. & hoc modo nutritur quod uerè animatum eſt: altera uerò eſt nutritio per iuxta poſitionẽ partis ad aliam; & hoc modo nutriuntur & inanimata, quæ impropriè nutritio dicitur. Ad Ariſt. intelligendum eſt, ꝙ id, quod reſoluitur ab eo, quod melius digeſtum eſt, alimentum, protendit molliorem comam, &c. Ad dubiũ contra diffinitionem totam, dicemus poſt lectum tex. vndecimũ quare de partibus cõſtat diffinitio.

T. c. 8. Vniuerſaliter quidem igitur &c. In parte continuatiua Auer. non uidetur eiuſdem opinionis cum Latinis; præſertim circa intentionem: nam Latini omnes concordant, Alberto excepto, qui uidetur cum Auer. cum Ariſto. hucuſque de anima dederit perfectam diffinitionem; in hac parte intendit eam manifeſtare. & cum Latinis eſt Ioannes Grammaticus, & primò manifeſtat per mediũ aliqualiter remotum, notius tamen, quod eſt medium accidentale: accidens notius nobis, quàm ſubſtantia, ut 1. animæ. 11. ſecundò per medium propinquius; per eius ſiquidem partes, corol. oſtẽdet animam eſſe inſeparabilem, quæ intentio habet dubium; quia Ariſto. ſatis ſuperq; manifeſtauit partes diffinitionis; quinimo ex illis manifeſtatis apertiſsimam concludit de anima diffinitionem: quare dicendum, ut Auer. cum declarauerit, quòd anima eſt ſubſtantia, & forma, & illa, quæ nõ ſinit quærere cauſam; quare cõpoſitum unum ſit, ut proximè dictum fuit; uult dare modum certitudinis huius rei; quia neceſſarium eſt. in hoc loco, & optimè ponit Simpl. quia intendit Ariſt. oſtẽdere animam eſſe formam, & rationem à corpore inſeparabilem: cum quædam ſint formæ, quæ ſeparantur, & per ſeipſas ſubſtantiæ ſunt, & quædam non; repetit modò, quòd anima eſt forma; quia erit fundamentum huius concluſionis, declarans etiam, quomodo ſit forma. & ſic, quod apud illos erit corollarium, apud Auer. & Simplicium erit intentio prima. Tex. partitur in duas partes; in prima reaſſumit concluſionem poſitam; in ſecunda ponit, quod intendit: prima pars apud Auerro. & alios ſatis per ſe conſtat. Notat Simplic. Ariſtotelem dixiſſe ly, vniuerſaliter, non tanquam dictum uniuocè, ſed tanquam commune ſimul, & uarium dixit, eſt ſubſtantia, quæ eſt ſecundùm rationem. Notat etiam Simpl. id eſſe dictum loco formæ informantis; & hoc, quia in anima conuenit magis, quòd dicatur ſubſtantia, quę ſecundùm rationem. ad formalem cauſam ipſam accedit & ratio. eodẽ modo uoluit & Io. Grammaticus, & addit, quod quid erat eſſe. Auer. notat intentionem iſtam eſſe, per quam indiuiduum dicitur tale; & in ſpecie reponitur. Simplicius dicit Ariſto. concludere, non eſſe ſeparabilem formam, aut rationem, animam; ſed tanquam, quod quid erat eſſe, in tali corpore exiſtentem. &, quoniam hoc commune erat & rationali uitæ; priùs uidere uoluit, quod commune erat; mox, quãtum fuerit de rationali ſeparatum, propriè ſpeculabitur; hoc tamen, quod quid erat eſſe, ut Simplic. notat, duplicem habere intellectũ, & ad utentem, & mouentem, & ad id, per quod uiuens, organum dicitur; & motũ ſecundùm uſum uitæ; Sicut ſi quod organorum. ſecunda hæc pars in duas diuiditur; in prima exemplo manifeſtat Ariſto. quod propoſuerat; ſecundò concludit, ut confirmatam concluſionem; ex qua ſimul elicitur differentia inter naturalia, & artificialia: primam exponens Auer. duo facit; primò exponit; ſecundò digreditur: in prima ponit duas propoſitiones, per quas intentionem colligit. prima eſt, quòd dedit exemplum in artificialibus; ſecunda, quòd ponit differentiam, &c. & dat rationem ob illos, qui artificialia, naturalia eſſe dixerunt: primam exponens notat duas eſſe conditiones, quòd forma in corpore artificiali, ex ſuppoſito ſcilicet ſi ponatur corpus organicum phyſicum, eſſet ſubſtantia eius formalis uera, & anima: prima eſt, ꝙ per illam formam reponeretur in eſſe tali compoſito naturali; & eſſet compoſitum unum de prędicamento ſubſtantiæ; ut dolabrę acumen, quod eſt accidentale, eſſet forma naturalis, ſi dolabra poneretur corpus naturale; quandoquidem non dicatur dolabra, niſi compoſitum illud ex materia, & forma, meritò dixit Ariſtoteles. Erit quidem eſſe, & ſubſtantia ipſius. Notauit Simplicius ly, eſſe, quod idem eſt, ac ſi dixiſſet forma; & eſt, ut ipſe notat, conſuetudo Ariſt. loco, eſſe, ponere formam; & è conuerſo. & eſt ſimilitudo firmata rõne, ut benè notauit Auer. Declarat ſecundam propoſitionem; & eſt, quòd, ſi à ſecuri dematur forma illa, ſcilicet acumen, tũc non erit amplius dolabra, niſi æquiuocè. notauit ly, ęquiuocè, Simplicius; quia ablata anima, nõ ſtatim totum deſtruitur, ſed remanet aliquid; illud tamen tale nõ amplius eiuſdem eſt rõnis cũ primò, ſed æquiuocè. Addit Ariſto. Nunc autem eſt dolabra. Auer. declarat, & cum eo Latini, & Græci, ꝙ, & ſi remoueatur acumen illud, nihil minus remanebit materia dolabræ; quæ materia utique non remaneret, ſi naturale eſſet; quare artificiale eſt: remanet ſubſtantia; quia ſubſtantia corporum artificialium eſt materia. & ſic differentia inter naturalia patet, & artificialia. Et hoc, quod dixit. Digreditur modò Auer. &, quod expoſuit, cõfirmat. Pars hæc digreſsiua tripartitur; in prima ponit tres concluſiones; in ſecunda confirmat illarum duas; in tertia ponit duas alias concluſiones, quas intendebat principaliter. In prima duo facit principaliter; primò ponit duo ſuppoſita; ſecundò cõcludit, ut dictum eſt. primum, ſecuris ſiue pro naturali, ſiue prò artificiali capiatur corpore, ſemper compoſitum notat ex materia & forma: ſecundũ ſuppoſitum etiam notum eſt, quòd ſecuris dicatur aliquod indiuiduorum ſubſtãtiæ: habet enim ſubſtantiæ rationem indiuidualis; quia per ſe ſubſtat; ſiue hoc habeat ex parte, qua artificiale eſt; ſiue, qua naturale. pro nunc ſit dictum in tantum. ex his concludit, ꝙ id nomen dictum ſit de eo, ut indiuiduum ſubſtantiæ ſecundùm formam, & materiam ſimul: & patet ex primo notando. concludit & ſecundo, ꝙ utraque pars ſubſtantia eſt: & ſequitur ex ſecundo notando; nam, cum indiuiduum ſubſtantiæ ſit, utraque pars ſubſtantiæ, ſubſtantia eſt. concludit & tertiò, &, ſi capiatur naturalis tota ſecuris, ablata tunc forma, nihil reſtat, quod uniuocè dicatur: &, ſi artificialis, dempta acie à ſecuri, ferrum, quod erat materia, remanebit; quia, ut ſic, habebit, quòd ſit indiuiduum ſubſtantię, à materia; ut naturale, à forma, & materia. Sed, quia forme. In hac ſecunda parte, quod dixerat, confirmat: & notum eſt. Formæ igitur naturales. In hac parte concludit, quas intendebat concluſiones, & duo facit: primò utranque concludit; ſecundò utriuſque aſsignat rationem: prima eſt; in naturalibus dempta

Ex Alexan. Huiuſmodi ſubſtãtia animæ eſt, ut plures ad eas una diffinitione cõprehendas; non ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei ſed, quæ ordinẽ quempiã inuicem habeant, & alia imperfectior, et quæ prima eſt; alia verò perfectior, quæ primã hanc ſequitur. cũ itaq; ſic ſe habeant, diffinitionẽ certã habere nõ poſſumus.

dempta forma amittitur nomen illius indiuidui, quoad ré ſcilicet, amittitur & diffinitio quoad intellectum: concludit alteram; Dempta verò forma in artificiali, non demitur à materia nomen; neque ab eadem diffinitio, ſed dempta acutie, ſecuris adhuc remanet. Et hoc fuit. Ponit vtriuſque rationem: ratio primæ eſt, quòd in naturalibus nomen prius dicitur de forma, ſecundò de compoſito, &c. & eſt ratio uera 7. metaph. 21. duo enim ſignificat anima, & animam, & corpus animatum; ſed principalius formam; quoniam, quòd ſit actu tale, compoſitum ipſum habet à forma: in artificialibus, ponit conuerſum ordinem, quòd primò ſcilicet materiam, ſecundò compoſitum artificiale: & ex his Auer. colligit differentiam inter naturalia, & artificialia. In expoſitione huius loci carpit Pomponatius Auerroim ſuper hoc, quòd ablata figura in artificiali, remanet ſecuris: nam dictũ hoc primò eſt contra ueritatem, ſecundò contra Ariſto. tertiò contra ipſummet Auerro. Probatur primum, data ueritate, non magis eſſet dicẽdum, ꝙ remaneret ſecuris, quàm aliquod aliud inſtrumentum; quinimo infinita inſtrumenta; quandoquidem ferrũ, quod remanet, eſt infinita potentia ſecundò eſt contra Ariſtotelem; nam 2. phyſic. 11. nolens declarare, quòd natura priùs dicitur de forma, quàm de materia, dicit, quòd, ſicut in artificiatis denominatio fit à forma; ſic etiam in rebus naturalibus: tertiò contra ſeipſum 2. phyſic. 13. Vt in naturalibus nihil dicitur tale, niſi per formam naturalem; ſic in artificialibus nihil dicitur tale, niſi per formam artificialem. & dicit, quòd nomen in artificiatis principaliùs capitũ à forma. quare omnino errauit Auer. & ultimò adducit duos modos ſaluandi Auer. & vtrunque deſtruit; ut oſtendat eũ magis deliquiſſe. primus eſt, quòd in dolabra intelligantur duę formæ accidentales, figura, & acuties. modò Auer. non uoluit, quòd remota figura; ſed, quòd remota acutie dolabra remanet. Dicit modum iſtum eſſe ridiculum valde; tum, quia in artificiali non dantur duę formæ accidentales: tũ, quia eſſet contra Auer. quia dixit, quòd ſecuris ſignificat duo, ferrũ ſcilicet, & figuram. modò, hoc ſtante, ſignificaret tria. Alia ſalus eſt, quòd nõ uoluit dicere Auer. quòd remota figura, remaneat ſecuris; ſed uoluit dicere, quòd remanet ſubſtantia ſecuris. & fuit hęc opinio S. Thom. dicit, ꝙ gloſſa eſt bona apud pędagogos, non apud Ariſtotelem qui fuit magnus orator: ſcilicet dolabra, id eſt ſubiectum dolabræ: quare apud ipſum uterq; malè dixit, minus tamen malè S. Thom. Quare pro ueritate determinat ad mentem Themiſtij, quòd ſcilicet intentio Ariſto. ſit in hoc tex. quòd anima eſt forma, & quod quid eſt ipſius animati, & hoc probat exemplo ab artificialibus ſumpto; quoniam, ſi dolabra eſſet corpus naturale; dolabra eſſet unũ animal; & figura, anima; ex eo quod ablata, auferretur dolabra. Nunc autem eſt dolabra. Non dicamus, ut Latini, & Auer. nunc, id eſt ablata figura dolabræ, dolabra eſt dolabra; quia error: ſed nunc eſt vna res artificialium, non autem naturalis. Pro determinatione huius ueritatis duo faciemus; primò uidebimus, an uoluerit Ariſt. quomodo Auer. expoſuit: ſecundò ſoluemus argumenta. Pro primo; quia tota difficultas ſtat ſupra ly, Nunc autẽ eſt dolabra; dubitatur, vtrum remota figura artificiali dolabrę, adhuc ſit dolabra: ſi ſequamur Auer. uidetur quòd ſic; ut ei impoſitum eſt; ſi Latinos non dolabra, ſed materia dolabræ; ſi Pompona. lectio alio intelligitur modo. Pro opinione Auerr. quæ fuit Ariſto. notandum, quòd duæ ſunt formæ artificiales in ſecuri, figura ſcilicet, & acuties. modò Auer. in una parte dicit, quòd remota acutie, remanet figura: in alia parte dicit, ꝙ remota figura, remanet nomen ferri; neque idem, ſed diuerſa dicit. Quare pro declaratione notandum, quòd formæ artificiales ſunt accidentia in naturalibus; formæ uerò naturales ſunt ſubſtantiæ, dictum eſt Auer. hic, & 2. phyſi. 13. ſecundò notandum, quòd res naturalis, ut naturalis, per formam naturalem in eſſe reponitur; ut artificialis, inquantum artificialis, per formam artificialem. & eſt Auer. in eodem 13. cum itaque utrumq; habeat eſſe actu per ſuam formam, coroll. ſequitur, quòd deſtructa utriuſque forma, utrumque deſtruitur, & quoad nomen, & quoad diffinitioné: quare ſecundùm Auer. ut deductum eſt, ablata forma dolabræ, non remanet dolabra, ut ei imponebatur. tertiò notandum, ꝙ formæ naturales ſunt, quibus res naturales ſunt, & habent eſſe: at forma artificialis eſt, qua res artificialis eſt; ſed non per eam habet eſſe, quia habet eſſe per materiam: nam homo per animam ſuam exiſtit; quia anima exiſtit; anulus uerò eſt p formam; ſed exiſtit per materiam: ex quo ſequitur, quòd in naturali, deſtructa forma, & materia ipſa deſtruitur: at in artificiali deſtructa forma, deſtruitur quidem nomen, ſed non materia illius; qa illa remanet, & nomine, & diffinitione. & rationẽ ponit Auer. quia nomen in naturalibus priùs dicitur de forma, ſecundariò de compoſito: & ad remotionem prioris nihil remanet poſterius: è conuerſo in artificialibus. At contra Auer. eſt text. 14. 5. metaph. ubi cõtra Auic. habet, quòd concretum accidens primò ſignificat formã; ſecundò ſubiectum. At notãdũ, ꝙ iſta, ut albũ, tria ſignificat; primò ſignificat albediné; ſecũdò in quo albedo eſt; tertio congregatum ex ambobus: quare dicendũ quòd uox iſta, primò ſignificat albedinem; ſecundò ex modo ſignificandi, & concipiendi ſignificat rem, in qua eſt; & quia relatiuè dicuntur forma, & materia, in qua eſt; tertiò ſignificat congregatũ ex ambobus: & ſic dicimus connotare, ſcilicet ſignificare unum poſt aliud: & ideo concedendum eſt, ꝙ in ſignificando, nomen in artificiali primò ſignificat formam illam artificialem; ſi uerò pro cõnotato, per quod exiſtit, primò ſignificat materiã: quare ſecundùm ſententiam Auer. & Ariſt. ſtat ueritas in illa parte tex. quòd Nunc eſt dolabra, ideſt remota acie, adhuc dolabra exiſtit; quia tunc nomen illud uerificatur pro connotato, per quod exiſtit, Quare & ſecundò ad ea, quæ in Auerroem per Pomponacium adducta ſunt, dicendum; & primò. Neganda eſt illa conſequentia, quia non remaneret ferrum purum, ſed pręparatum per illam

figuram;

figuram,ita ad ſecurim,quòd nou ad alia: &,quòd hæc fuerit Ariſto.ſententia,ratio eſt; quia,ſi reſolutio fieret ad ferrum vſque, uullam haberet Ariſtotel.differentiam,ueque Auerroes per hoc inter corpus artificiale, & naturale; quandoquidem ita deſtructa forma in artificiali, deſtrueretur totum ita,quòd non remaneret, niſi materia communis ſibi,& infinitis alijs, quæ ex ferro fiunt; vt naturale & ipſum reſoluitur, uihil ad ipſum remanente. & quòd iſta ſit expoſitio Themiſtij,patet per uerba formalia; dicit;Hebetata porro, retuſaq; acie, bipennis dici non poteſt; forma conuariat. Ad ſecundum negatur conſequentia.ad auctoritatem, concedendum eſt, quòd nomen in artificialibus, quoad ſignificationem, primò ſignificat formam artificialem,vt per illam artificiale,dicatur artificiale; negatur tamen, quòd per illam exiſtat; de quo modò præſens eſt inteutio, cum per materiã exiſtat. Per idem ad tertium,negatur conſequentia,& patet. Ad id,quod adducitur contra primam ſalutem Auer. dicendum, ut ſupra, quòd debent intelligi duæ formæ artificiales. Ad argumentum, negatur, quòd artificiale reponatur iu eſſe rali ꝑ duas formas artificiales; conceditur tameu,quòd per alteram, ut per figuram reponatur in eſſe diſpoſitiuo,& potentia propinqua ad operandum; pet reliquam,ut per aciem, in eſſe ſecuris, ut ſecuris poteſt ſuas exercere operationes. ſentētia iſta eſt Themiſtij,ut retro dictum eſt: & etiam dicit; Haberet formam,qua poteſt ſyluam cedere.quare aciem omnino intelligebat ultra figuram. & paulo poſt ſubiungit; Nam bipennis beneficio formę in mucronem emiſſæ,bipennis eſt. quare clariſſimè apud Them. non figura ſola eſt, per quam bipennis eſt, ſed figura in mucrouem emiſſa: idem & Pbiloponus affirmat; Nam, ſi bipenuis eſſet corpus naturale organicum, haberet utique animam ipſius formam,hoc eſt potentiam inciſiuam ex tali figura cõſectam.& infra manifeſtiùs dicit; Si igitur forma bipennis figura eſt,& huius,inciſiua uirtus.Quare,ſi dematur exiſtens naturale corpus,bipennis non eſt. & infra adhuc; Perfectio bipennis figura eſt,& inciſiua uirtus.pro ſecunda ſalute dicendum,quòd rectè quinetiam dixit S. Thomas, quia per mareriam intellexit ferrum præparatum. Vltimò ex differentia habita inter corpus artificiale,& naturale concludit Philoſophus animam non eſſe talis,ſed corporis phyſici organici.

T. c. 9. Conſiderare autem & in partibus,&c. Auerr. in parte continuatiua repetit tres propoſitiones, de quibus ſupra: prima, quòd forma in naturalibus magis digna,ur dicatur ſubſtantia,quàm mareria: ſecunda, quòd indiuiduum nõ eſt tale,niſi per formam: tertia,quòd indiuiduum habet eſſe actu per ſuam formam,& non per ſuam materiam: Probauir autem in arte factis,quòd forma eſt, per quam dicitur tale,quia actus illius eſt: idem modò probat,& proximè magis per partes animatas, ut demum de toto animato concludat. & ex his contiuuat; continuatio clara. Latini uolunt,quòd manifeſtet per hoc diffinitionem,ut ſupra, quam uõ accepimus. Tex.diuiditur in tres partes; in prima ponit intentionem; iu ſecunda aggreditur propoſitum; iu tertia applicat ad propoſitum: prima pars patet & iu tex. & com. in ſecunda parte duo facit Ariſt. primò exemplo,quod dixerat,manifeſtat,ſecundò reddit illius rationem. Primam Auerro. exponens ait,poſito quòd oculus eſſet animal,talem proportionem haberet uiſus ad oculum, qualem habet anima ad corpus; quare uiſus eſſet anima eius,& ſubſtantia ipſius,per quam actu tale animatum eſt. notat Philopouus hic, quòd oculus capitur ab Ariſt. hic pro cõpoſito toto ex oculo,& potentia uiſiua,ut in fine tex. ſequentis; Sicut oculus pupilla,& uiſus. & ſic eſt communis expoſitorum ſentētia. In ſecũda particula adducit philoſopbus rõnem,& eſt; Viſus eſt.n.ſubſtãtia,quæ ſecundùm rationem. exponunt Gręci,ideſt ſecundùm formã & confirmat Philopouus auctoritate Ariſtotel. 2. phy. 10. vno modo natura dicitur de materia,alio modo forma,& ſpecies,quæ eſt ſecundùm rationẽ addit deinde Ariſt. in textu; Oculus autẽ materia uiſus. Alexander,referẽte Simplicio,voluit intelligi duntaxat pro altera parte,ſcilicet pro inſtrumẽto ſolo. hanc eandem videtur uoluiſſe Philoponus & Themiſtius dicens; Corpus oculi pro materia viſui ſubſternitur. Damnat Simplicius hanc expoſitionem: uam uiſus duobus modis eſt forma oculi; altero ut informat; altero ut informato utitur: uude oculus,ut informatus,eſt materia uiſui; ut utenti: quare bene ſequitur, quod dicit in tex. Ariſt. quia deficiente iſta forma,quæ utitur, deficit ſimul, & quæ informat; quare oculus remanet æquiuocè dictus; ea præſertim ratione, qua oculus,ut organum,ſiue pars organica accipitur: modò oculus ſic acceptus,niſi animatus ſit, organum non erit.& de hoc retro dictum eſt. quare opinor Themiſtium idem cum Simplicio uoluiſſe, ut ſupra de toto corpore uoluit: & per corpus oculi intellexit corpus non abijciens animam. At contra dictum dubitatur; nam uiſus eſt accidens in oculo; ergo uon erit forma,per quã oculus ſit. Ad hoc Egidius dat duas reſponſiones; altera eſt, ꝙ ualet ex ſuppoſitione, ut dictum eſt de dolabra; poſito ſcilicet quòd ſit animal,uiſus erit forma. Quæ ſolutio non poteſt ſtare; quia de artificiali, quorum formæ accidentia ſunt,ſatis dixit in tex. 8. modò ut eſt communis expoſitorum ſententia,& fortaſſe Pbilopoui, traducir ſermonem ab artificiali in naturale, & animatum. Modò huius forma accidens non eſt,ſed ſubſtantia. Dat & alteram reſponſionem; nanque oculus poteſt conſiderari duobus modis; altero ſecundùm eſſe ſubſtantiale, quod habet ab eſſeutia animæ; quia una eſt, quæ dat eſſe ſubſtantiale toti corpori, & omnibus mẽbris, iuquantum ad totum ordiuant: altero modo poteſt conſiderari, ut nomen membri officialis; & tunc, quòd ſit talis,habet à uirtute uiſiua: quare ut ſic,ualet ratio Ariſ. at ſolutio iſta eſt ualde ſuſpecta; nam primò coucedit, quòd totum corpus, & eius partes habent eſſe ſubſtantiale ab anima; & deiude negat, quòd totum corpus, & omnes eius partes habeant eſſe organicum ab anima; & tamẽ anima potius dicitur anima corporis organici,

q dam

quàm totius ſubſtantialis. quare pro ſolutione no
to ex ſententia Philoponi, quòd unumquodq; ſen
ſiteriorum figuratur ſecundùm aliquam ſenſiti-
uam potentiam animę, tactu excepto, qui uniuer
ſum continet corpus, & perambulat: quare Ariſt.
per actum, ſcilicet uiſum, figurauit potentiam il-
lam, quæ in oculo ſubſtantia eſt, tanquam per quid
notiùs. Oportet itaque. In hac tertia parte appli
cat Ariſto. ad propoſitum: & poteſt eſſe maior, ſi
formetur ſyllogiſmus. Auer. exponit, quòd inten-
tio totius, & partis in hoc eſt eadem: nam, ut pars
animę ad partem corporis; ita & tota ad totum.
eadem ſentẽtia Themiſtij, & aliorum Gręcorum,
& Latinorum. & eſt fundamentum, quòd anima
ſenſitiua non eſt tota in qualibet parte. contra S.
Thom. Auer. notauit, quòd indicium totius, & par
tis eſt idem. contrà; totum, ut in procœmio phyſi.
notius eſt partibus; ergo &c. Ad quod dicendum,
quòd cognitione confuſa, uerum eſt ibi: at cogni
tione diſtincta è conuerſo eſt; ut hic. Ex hoc tex.
poſſet concludi animam ſenſitiuam eſſe immorta
lem: nam ita ſe habet, & eſt ratio Philoponi, pars
animæ ſenſitiuæ ad partem corporis, verbi gratia
uiſiua ad oculum, quomodo tota ſenſitiua ad to-
tum corpus; ſed uiſiua ab oculo eſt ſeparabilis; er
go & tota ſenſitiua à toto corpore; quare ſenſiti-
ua tota erit immortalis. Minor probatur ex ſen-
tentia Ariſto. 1. animæ 65. probat ibi intellectum
eſſe immaterialem; quia non patitur; nam patere
tur maximè ab ea, quæ in ſenio eſt, debilitate: qua
tamen non patitur: & confirmat à ſimili, ut in ſen
ſitiuis: nanque, ſi ſenior accipiat oculum iuuenis;
uidebit utique ſicut iuuenis. quare pars illa ani-
mæ ſenſitiuæ nihil paſſa erat; ſed inſtrumentum:
quare nec tota anima patitur; ſenſitiua itaque ſe
parabilis. Ad argumentum, reſpondet Philopo-
nus, quòd, tametſi ſenſitiua illa ſeparabilis ſit ab
hoc corpore; non tamen ſeparabilis eſt à ſpiritu.
at meliùs Simpl. ſuper tex. 65. primi, nam ibi pro-
bauit Ariſto. intellectum ſeparari; quia non cre-
ſcit florẽte corpore, & iuuentute; & eis decreſcen
tibus uiget magis: ſenes enim maximè ſapientes
ſunt; quare immortalis. Reſpondet dubio; In in-
firmitatibus patitur, & ebrietatibus. Dicit, quòd
aliquod intus patitur, & non intellectus. & compa
rat ſenſitiuæ uirtuti, quæ & ipſa pati uidetur, cum
ſeneſcit homo: quare neganda erit conſequentia,
quia fecit ſimilitudinem, quoad hoc tantùm, ut ẽt
3. animæ 3. poſuit animam intellectiuam paſſibi-
lem eſſe, ut ſenſitiua eſt; non tamen omni[illegible]s mo-
dis eſt; quia non hoc; quare nec in his omnimo-
da cadit ſimilitudo; quandoquidem ſenſitiua uir
tus eſt organici corporis, & eo utitur tanquam or-
gano; quomodo intellectus non utitur, ſed dunta-
xat ratione obiecti, tanquam ad eius ſeruitium or
dinato. &, quia anima ſola ſenſitiua non patitur,
ſed totum coniunctum; totus oculus uidet. Si ita
que altera pars deſtruatur, quæ organum eſt, reli
qua non operabitur: meritò, ſi habuerit bonum
organum, benè operabitur; quia floret florente
corpore; & deflorente, defloret, cũ materialis ſit.
T. c. 10. Non eſt autem id potentia &c. Auerr. in parte
continuatiua clarus, dicit tamen; Et complet de-
clarationem illius, & primæ, & ſecundæ intentio-
nis: id eſt diſtinctionis actus primi, & actus ſecun-
di. Tex. diuiditur in tres partes; in prima decla-
rat, quomodo anima eſt in potentia, in ſecunda
quomodo actus dicatur; in tertia concludit, quod
intendit: primam exponens Auer. ait, quòd non eſt
organici uitam habentis, in potentia remota ſcili
cet, ut ſemen eſt, & fructus, & ſanguis menſtruus;
ſed in potentia propinqua ad agere, & pati. & ſic
Them. Anima non erit actus ſeminis, neque cada-
ueris, illius, ut non habentis; huius uerò, ut quod
depoſuerit uitam: ſic utrumque poteſt dici abij-
ciens animam. per fructum Philoponus expoſuit
ſemen, nam καρπὸς ſemen dicitur; cortex uerò cũ
reſiduo nutrimento humido, περικάρπιον dicitur, ut
in ficu, aut pyro; & dicitur potentia habens, uitã
habens, ut Simplicius, quia uitæ ſubſternitur; quę
& ipſum organum perficit, & determinat, & eo
perfecto utitur: quare ſenſitiuum corpus materia
eſt ſenſitiuę uirtutis, ut Simplicius, eo utentis, tan-
quam organo. & Themiſtius; Animus utraq; per-
fectione deſcribitur, ſed prima diffuſiùs; corpus
uerò pro ſubiecto eſt. Sicut quidem igitur. Secun
dam exponens Auer. tria facit; primò continuat,
& ponit intentionem; ſecundò exponit; tertiò ſen
tentiam colligit. partes ſunt notę. longè tamẽ me
liùs Simplicius: nam Ariſt. ſuperiùs exemplis duo
bus declarauit, quòd animá erat perfectio prima
organici corporis, & artificialis, & per partem, ocu
lum ſcilicet; quare eiſdem modò concludit: Vt in-
ciſio, & uiſio, ſic uigilantia actus. & ſic declarauit
eſſe actum. Vt autem uiſus, concludit, Auerr. cla-
rus: ut uiſus, ſupple, oculi, tanquam potentia orga
ni eſt; ita anima; corpus autem quod potentia. vn
de ſequitur, quòd totum animal, ita eſt corpus, &
anima; ut totus oculus eſt pupilla, & uiſus. Ex hoc
textu elicitur, quòd totum non dicit tertiam enti-
tatem; quia Ariſto. dixit ſuas eſſe partes. At notã-
dum, quòd uerum eſſet, ſi prædicatio, quæ cadit
inter totum, & partes, eſſet identica: at, quia eſt
cauſalis, non tenet. & ſic eam exponit Simplicius;
nam animal dicitur corpus, & anima, ob mutuam
cauſarum relationem, tanquam ex utriſque exi-
ſtens. & addit; Quoniam compoſitum nullo mo-
do eſt, & materia, & forma, ſed ex his. Notandum
poſtremò hucuſque deduxiſſe nos Ariſtotelem, ut
firmaret per diffinitionem animæ, tãquam per me
diũ, formas eſſe inſeparabiles. Cęterùm diffinitio
bona largitur notitiã à priori ſuorum accidentiũ
propriorum 1. animæ 11. & maximè per cauſam
formalem: ideo hucuſque firmata formali cauſa,
quatenus reſpectu cauſati ſe habeat: modò per il
lam notificat accidens proprium.

Cum probatum ſit animã eſſe formam corporis, modo declarat, quomodo ſit forma illius.

Quod quidem igitur &c. Auer. in parte conti- T. c. 11.
nuatiua clarus, ex præmiſsis ſcilicet vult oſtende-
re, quantum de abſtractione de anima uerificatur.
Tex. diuiditur in tres partes; in prima ponit unam
concluſionem diſiunctiuam. Hanc Auer. exponẽs,
quòd ex diffinitione patet non eſſe poſsibile ani-
mam eſſe à corpore ſeparatam, aut ſaltem ſecun-
dùm aliquam eius partem. uerificat Philoponus,

quia

quia anima eſt corporis actus,& perfectio. modò actus,& id,cuius eſt actus,dicũtur ad aliquid, quare ſimul & ſunt,& non ſunt. & Alex. 1. animæ cap. 5. inquit,Si anima eſt ſpecies,inſeparabilis à corpore eſt, & ſui natura immobilis, atque incorporea: hæc planè in omni ſpecie conditio eſt: talis eſt perfectio,quæ abſque eo,cuius eſt,eſſe non poteſt,vt neque terminus abſque eo,cuius eſt terminus. Addit in textu; Si partibilis. Simplicius notat Ariſto. dubitatiuè loquutum; non tamen,quòd de hoc dubitauerit; nanque propoſitum ſuum erat oſtendere vniuerſam mortalium animam, de qua ratio verificatur, inſeparabilem à corpore eſſe; & quòd rationali conueniat eſſe ſeparatam;&,quòd multis modis contingit inſeparatum dici;& quòd ea ratione,qua aliquid idem & ſeparatum,& inſeparatum dicitur,diuiſibile non ſit in partes, vt corpus; quandoquidem anima vniuerſa talis ſit; incorporea tamen eſt. quare, cum hoc adhuc non declarauerit, ſub dubio dixit, imo ex ſuppoſitione: nouerat enim animam ſecundùm ſeipſam indiuiduam eſſe, & ſecundùm operationem à ſubſtã tia eius differentem diuiduam,& partibilem eſſe. Addit Philoſophus in textu; Quorundam enim. & eſt ratio verificans concluſionem dictam ſecundùm partem: Dicit Auer. quòd in his formis,quæ ita informant,vt per materiam ipſam, ad eum perfectionis gradũ peruenerint,quòd palàm eſt,omnino eſſe à corpore inſeparabiles. Albertus de Latinis addit ad cauſam; Nam formæ illæ, quæ nullam vitę actionem agunt, niſi in parte aliqua corporis, non poſſunt ſeparari ſecundùm eſſe à corpore; quia,ſi ſepararentur, ſeparatæ nullam haberẽt actionem vitæ. Et manifeſtat hoc Philop. nanque potentia nutritiua duntaxat in corpore operatur; ſic & augmentatiua,& generatiua; nam,ſi ſepararentur, quod nam nutritiua nutriret; & augmentatiua augeret; & generatiua, generaret; Simplicius notat de illis potiſsimùm meminiſſe philoſophum, quæ formis materialibus maximè vicinæ ſunt,& perficientes ſiue terminantes corpora,quatenus organica: notat ſecundùm Ariſtotelem latitudinem de abſtractione in formis: non enim ita inſeparabiles ſunt hæ, vt formæ purè materiales; nec,quæ organis iam perfectis in eſſe vtuntur; vt,quæ organa perficiunt; quanquàm inſeparatæ ſint omnes. At verò. verificata eſt quæſtio poſita ꝑ ſuam iam dictam rationem ſecundum partẽ, quæ particularis fuit poſitione per ly, quaſdam, & per naturam; quia verificatur pro quibuſdam ſic, & quibuſdam non: particularis verò,poſitione ſola, per naturam eſt vniuerſalis; vt aliquis homo eſt animal. Secundam hanc partem Auer. exponens, duo facit; primò quod dictum eſt; ſecundò uertitur ad Alexandrum. in prima declarat duas propoſitiones,quæ ſunt in text. prima,non repugnat aliquem dicere,partem aliquam animę eſſe, quę perfectio non ſit alicuius partis corporis, id eſt, non indigeat corpore, vt ſubiecto, neque vt obiecto, Notat Põponatius,quòd hoc verificatur de Deo, & intelligentijs,& ſecundùm Chriſtianos, de anima noſtra; & hoc,quia vidit Ariſtotelem determinatè fuiſſe loquutum. At expoſitio ſua nulla eſt. primò, vt retro determinatum eſt ad mentem Philoſophi,diffinitio data de anima non verificatur, niſi de anima horum inferiorum; quare nõ de anima cęli,neque de ſuperioribus: ſecundò Ariſt. loquitur de illis animæ partibus,quæ cadunt ſub diffinitione data. modò ſtante illa expoſitione, dictum Ariſtotelis non eſſet ad propoſitum. quare diuinè Simplicius notauit in hoc loco Ariſtot. meminiſſe, & de intellectu uerè ſpeculante in prima propoſitione, quippe qui ſecũdùm ſeipſum ſpeculatur, & per propriam eius operationem immanẽtem; &,vt ſic, non dependet à corpore aliquo modo,ut in quæſito dictum fuit: deinde,& de intellectu practico,qui cum ſit cauſa operis,quoquomodo ad corpus vergit, vt miniſtrans illi perfectiſsimè utenti. & notauit partes in intellectu: nõ enim inconueniens, quòd ſecundùm quid ſeparabilis, vt dictum eſt, ſecundùm quid inſeparabilis dicatur: quod optimè attendens philoſophus, aſsimilauit nautæ, qui ſeparabilis ſecundum ſuam ſubſtantiam,& ut homo eſt; &,vt ſic,nihil cum naui: inſeparabilis tamen, ut nauta eſt,& naui vtitur: & tales operationes, vt notat Philopo. habet nauta corruptibiles: ſic de rationali anima notat iſdẽ; nam ſecundum ſubſtantiam nihil habet cum corpore; ſecundùm uerò poſitionem;quam habet ad corpus, ſecundùm quam anima dicitur, inſeparabilis ab ipſo eſt: & quando ſeparatur ab illo, corruptibiles habet tales operationes: quare, vt ſic, ita inſeparabilis dicitur, vt non impediat ipſam ſecundùm ſui eſſentiam ſeparari: quare inter Latinos Albertus dicit, quòd impoßibile eſt, quòd ab eſſentia corpori vnita, ſit potentia operatiua ſcilicet ſeparabilis: ſed econuerſo bene poſsibile eſt, quòd ſcilicet ab eo, quod penitus ſeparatum eſt,fluant potentię operantes in corpore: quia potentia ſuperior poteſt,quidquid inferior; & non contra, & quia potentia naturalis, & operatio ſequitur eſſentiam. Inter Latinos S. Thom. Egidius dicunt Ariſto. hic determinaſſe, quòd ſcilicet anima ſit actus,& forma,& non ut motor: quare tranſfert S. Tho. ad Platonem, quia Plato ponebat animam actum eſſe,ut nautam naui, dicit Ariſto. alludens ad hoc,quòd tale quid nondum manifeſtum eſt. Albert. tamen cum Græcis, & Auer. tenet hoc ad mentem philoſophi dicens,quòd manifeſtabitur animã, intellectiuam habere potentias operãtes per corpus,& tamen ipſam eſſe ſeparabilem, ſi ponatur, ut nauta, qui peritia gubernandi, quam per ſpeciem habet intellectiuã, habet omnẽ operationem in naui per inſtrumenta nauis, uelo ſcilicet, temone, & alijs; ſic & de anima mouente corpus. Figuraliter quidem. Hanc Auer. cum Grę cis omnibus,& cum Alberto inter Latinos, exponẽs dicit,quòd de anima ſit dictum exemplariter; & ſecundùm ſermones vniuerſales: perfectiùs dicetur; cum de partium unaquaque ſecundùm propriã diffinitionem dictũ fuerit. & appellauit hanc deſcriptionem magis, ſecundum Ariſtot. Themiſ quàm diffinitionem: & trahunt ly, Figuraliter, ut bene exponit Alb. eſſe dictum, quia diffinitiones

debent

debent dare eſſentiam, & operationes proprias: at de quibuſdam, ꝙ inſeparabiles; de alijs, ꝙ ſeparabiles, non manifeſtum eſt: uſq; quo in tertio de anima ipſa intellectiua, ac de eius operatione determinabit. Dubitatur, vtrum omnis anima dicatur actus primus; & an per eandem, aut per diuerſas rationes. Cõtra primum dictum, ſenſus patitur recipiens, intellectus quoq; recipit in corpore. eſt Ariſt. 2. ani. 51. 3. ani. 3. 6. ergo non actus. cõſequẽtia eſt Ariſt. 1. de genera 55. nam paſsiuũ eſt à materia; quare non forma, non actus. contra alteram partem eſt argumentũ retro factum in quæſito de diffinitione animæ; nam intellectiua nullius corporis eſt actus; quia per corpus nõ operatur, vt per inſtrũ: ergo non actus. conſequentia eſt Auerr. 4. phy. 17. 18. vbi uult, ꝙ actus, & perfectio vnũ ſint: quando omnis actus videtur eſſe in eo, cuius eſt actus, & non ſeparatus ab illo. In oppoſitum hucuſque per Ariſt. determinatum eſt; & omnes expoſitores ſequentes, In hac quæſtione duo propoſita ſunt: de altero iam palàm eſt per dicta Ariſt. qui figuranit actum illum primum per ſomnum in quacunq; anima tex. 5. At de ſecundo, in quo maxima eſt difficultas, principaliter dubitatur. In hoc autem quæſito duo faciemus; primò diuerſas examinabimus opiniones; ſecundò veritatem pro poſſe determinabimus: de primo ſunt duæ opiniones in fundamentis maximè diuerſæ: ſecundùm alteram, habetur in via Ariſt. animam intellectiuam eſſe mortalem, & corruptibilem; ſecundùm reliquam immortalem, & æternam, & in hac quoque uariæ in fundamentis diuerſis fiunt ſententię: nam via communis, cuius princeps S. Tho. vult animam intellectiuam eſſe multiplicatam, ſecũdùm multitudinem indiuiduorum; alij, quorum princeps Auer. & ante eum Them. & Theophraſtus, in omnibus vnam eſſe numero: quare tres erunt opiniones, primò diuerſæ in fundamentis; per quæ diuerſimodè diffinitionem datam verificant. nos verò in quæſito hoc nihil de fundamentis; quandoquidem locus iſte non ſit de eis agere. ad quod propoſitum eſt deſcendemus. & primò ab opinione communi auſpicabimur. S. Thom. in prima parte quæſtione 76. artic. 1. & 2. & in quæſtionibus diſput. quęſtione ſecunda, habet, ꝙ anima intellectiua eſt ultima intelligentiarum, & vltima à prima, quę fons eſt omnis perfectionis, diſtans: quare ob eius imperfectum eſſe non habuit ſpecies ſibi congenitas, per quas poſſet in operationem ſibi propriam, quæ eſt intelligere, ſine alterius beneficio exire: quare huic conſulta natura dedit, vt ipſa in ſe contineret gradus inferiorum formarum omnium, & longè perfectiori modo: quare & uegetatiuum, & ſenſitiuum, ut his mediis ſpecies ab inferioribus mendicata corporis beneficio intelligendo operaretur: ſic in homine, qui miſtorum perfectiſsimus, unica duntaxat anima eſt, intellectiua ſcilicet; quę ratione potentiæ uegetatiuæ, & ſenſitiuæ actus, & forma corporis dicitur; cum per partes illas organicas operationes illis gradibus conuenientes exerceat; at per potentiam intellectiuam, nullius eſt actus corporis. Multa eſſent conſideratione digna in dictis Sanct. Thom. At, quantum ad propoſitum ſpectat, probo, quòd non eſt peripatetica; nam anima eo modo eſt actus, quo modo eſt forma; ſed anima intellectiua non eſt forma alicuius corporis pro gradu illo intellectiuo, ut dictum eſt; ergo pro illo non erit actus corporis, quod eſt expreſsè contra Ariſt. 2. ani. 24. Anima eſt, qua intelligimus. & ſic de ea non uerificabitur diffinitio animę data. ſecundò capio animã pro gradu intellectiuo in homine: certũ eſt, quòd eſt ſubſtãtia. quęritur itaque, uel eſt forma, uel materia, uel compoſitum, ut textu ſecundo ſubſtãtia diſtincta eſt; non materia, neque compoſitum per ea, quæ retro a philoſopho dicta ſunt; quare relinquitur, ꝙ ſit forma. Præterea anima intellectiua ſecundùm uiam communem dat eſſe homini; & per eam reponitur homo in ſpecie; ergo pars eſſentialis, & quidditatiua hominis eſt; ergo forma, & actus corporis. Nec poteſt dicere S. Tho. ꝙ per gradum intellectiuum non eſt unita, ſed per ſenſitiuum, cui aſsiſtens in corpore operatur; quia tũc per gradum intellectiuum eſt actus, ut nauta naui. Quod tamen deteſtatur in quæſtionibus diſput. quęſtione 1. Quidam ſaluãt, quòd, & ſi in corpore anima ꝓ gradu intellectiuo ſit eſſentialiter actus; habet tamen & intelligere, & uelle ſine corpore, ut poſt mortem; ſecus pro gradu ſenſitiuo, & uegetatiuo; quorum opera nunquam, niſi per corpora operabitur. At dictum hoc difficillimè ſuſtineri poteſt; primò ſecundum ueritatem in ſe; ſecundò ſecundùm fundamenta S. Thom. primò, nam operatio eſt natura poſterior eſſentia; quãdoquidem operatio ſupponat eſſe: modò ponere ipſam eſſentialiter actum corporis, & tamen habere operationem ſine corpore; erit entium naturalium tranſpoſitio. Præterea Deus, & natura nihil fruſtra faciunt 1. cœ. 32. 2. cœ. 50. 59. 3. ani. 43. 2. metaphy. primo 3. de partibus animalium capit. 1. Modò, ſi anima intellectiua neceſſariò infundatur corpori, & tamen ibi non operetur; certum eſt, quòd eſt fruſtra. contra ipſum met, primo ſenten. S. Thom. tenet, ꝙ Deus non poteſt facere animam intellectiuam ſine corpore. deinde prima parte quæſtione 76. artic. primo ad ſextum dicit, quòd ſecundũ ſe cõueniat animæ uniri corpori, vt leui, ſurſum eſſe: & ſicut corpus leue manet quidem leue, cum fuerit à proprio loco ſeparatum, cum aptitudine, & inclinatione ad proprium locum; ita anima humana manet in ſuo eſſe, cum fuerit à corpore ſeparata, habens aptitudinem naturalem ad corporis unionem. quibus ſtantibus, arguatur ſic; Anima in quocunque ſtatu ſit, uel actu, uel aptitudine, eſſentialiter habet eſſe in corpore; ergo operationem per intelligere, & uelle in corpore: quia aliter operatio eſſet nobilior eſſentia; ergo, vt ſic, non differret à gradu ſenſitiuo, & vegetatiuo: quare ſecundùm fundamenta Ariſt. anima eſſet mortalis. confirmatur; quia nullam haberet ſibi propriam operationem. Secunda opinio in eodẽ fundamento de immortalitate; ſed non in eodem de multiplicatione animæ, eſt bipartita ad mentem Auer. primi tenent, ꝙ anima eſt actus corporis, nõ

ſubiectiuè

ſubiectiuè dependens,ſed obiectiuè in intellectione,ratione ſcilicet phantaſmatum;& ꝙ anima nõ poteſt intelligere ſine corpore ratione obiecti; & ſic ſemper intelligit; vnde,mortuo Socrate,intelligit in Platone: quæ quidem opinio non ſtat cum fundamentis Auer.nam Auer.ſententia expreſſa eſt in fine comm.12.ubi dicit; Et non debet intelligi, id quod apparet ex hoc ſermone ſuperficietenus,id eſt,ꝙ intelligere non ſit ſine phantaſia; túc enim eſſet generabilis, & corruptibilis. eſt & contra Auer.12.metaph.17.vbi ponit intelligere cum phantaſia, donec eius actio eſt alia ab eius eſſentia; cum autem fuerit eadem, alio modo intelliget.eſt contra propriam poſitionem Auer.de fęlicitate,quam ponit in adeptione intellectus agentis: in qua uult intellectum intelligere, non per phantaſmata, ſed per ipſummet intellectum agentem vnitum ſibi,ut formam. ea propter cum Philopono, & Simplicio voluit in primo ſtatu eſſe actum,ut nauta naui. Altera opinio ſecundũ Auerr. eſt, ꝙ anima intellectiua,ut unita nobis, eſt actus corporis obiectiuè dependens; ut autem ſeparatus,alterum habet intelligere independens. hanc deturpat Pomp.ſequeretur, ꝙ eadem eſſentia ſimplex haberet duo eſſe: ſecundò,ꝙ à metaph.non à naturali conſideraretur: tertia in ordine,& ſecunda in fundamento principali eſt opinio Alexã. de Græcis,vt Auer.& Philop.& Pompo.de Latinis,ꝙ anima intellectiua ſit mortalis; quare vniuocè cũ alijs ſit actus corporis. Quantum ad fundamentũ, nihil in præſentia; quandoquidem dicere de hoc in Alexandrum ad tertium de ani.diſtulerit Auer. quantum uerò ad id,ꝙ ſit actus,de quo laborat Põponatius,in præſentia dicemus: Ponit itaq; tres concluſiones,ut elicitur ex dictis ipſius: prima, ꝙ intellectus ex parte,qua intellectus eſt, non eſt actus corporis phyſici organici; neq; eget corpore,neq; ut ſubiecto, neq; ut obiecto in intelligendo,& uolendo: ſecunda,anima, ut mouens, & influens in hæc inferiora, non poteſt dici actus corporis: tertia,anima intellectiua humana eſſentialiter eſt actus corporis phyſici organici,&c.primã confirmat,nam Deus,& intelligentiæ, ſunt intellectus,& nullius corporis ſunt actus: quinimo Deus, propter excellẽtiam, intellectus dictus eſt: ſecũdã quoq; perſuadet,nam intelligentiæ,ut animæ cœlorum ſunt,mouent, & influunt in iſta inferiora; neq;,ut ſic, poſſunt dici actus corporis; quinimo ſatis æquiuocè animæ dicuntur. & patet tribus rationibus; prima,quoniam ipſæ intelligentiæ, ſunt per ſe ueræ,& perfectæ exiſtentes; at anima intellectiua eſt,qua aliquid eſt: ſecunda ratio eſt, quia ipſæ non recipiunt aliquid à corpore cęleſti,ideſt; non dependent aliquo modo à corpore cęleſti; at anima humana,& aliæ formæ dependent,& perficiunt,diuerſimodè tamen,beneficio corporis: tertia ratio; corpus cęleſte effectiuè habet eſſe ab intelligentia; non ſic corpus ab anima humana; cum huius ſit formalis cauſa. Tertiam demõſtrat, quæ principalis eſt; Anima intellectiua eſſentialiter eſt actus phyſici corporis organici, & non poteſt eſſe,neq; operari ſine corpore; hanc cõcluſionem confirmat ex ſententia Ariſto.qui paſsim, ut tertio dictum eſt, affirmat nullo modo ſine phantaſmate animam ipſam intelligere poſſe: quare de mente Ariſt.anima dependet à corpore in eſſendo,& operando. Ad huius diffinitionis propoſitũ, Gal.opinionem afferam. qui libr.de formatione embryonis fatetur ſe neſcire animæ ſubſtantiam, quæ ſit: at,ſi quid de ea deponat, uoluit ipſam eſſe temperaturam,tertio de locis affectis. Anima aut temperamentum, aut à temperamento permutatur.idem & in de animi moribus, & accepit argumentum ab Ariſt.ſuper hac diffinitione; cum dixerit animam corporis eſſe ſpeciem, reſpondeat, uellet Gal.de utra ſpecie intelligat; nũquid de ea, quæ in inſtrumentarijs corporibus eſt; uel potius ſimilaribus.pro Ariſt.reſpondet,intelligendũ eſſe de ſimilaribus qũ quidẽ ab his operationes fiũt.cũ uerò placuerit Ariſto. qualitates primas primò in materia reperiri,& quæ ex illis corpora iſta ſimilaria,neruum ſcilicet, carnem,& ſimilia,temperari,atq; ex temperatura talia fieri; quis negare poterit,& animã, q̃ illorum forma eſt,ex illo tẽperamento generari? itaq; ſi ratiocinatrix pars ſpecies animæ fuerit,interibit; ſiquidem & ipſa temperatura cerebri eſt quædam. Superaddit Galenus dubia,propter quid eſt, quòd ualde refrigerato, uel exiccato cerebro à corpore ſeparatur anima? quod etiam contingit copioſa facta ſanguinis euacuatione. hæc in Platonem: atq; pro eo reſpondẽs dicit, ꝙ nõ quælibet ſpecies corporis capax redditur animæ intellectricis; ſed inquit,huius dicti nullam firmam rationem afferre ualeo, cum animæ ſubſtantia,qualis nam ſit,me prorſus lateat. At,pace huius uiri dicam, ſuus iſte diſcurſus eſt Medici,qui à ſenſatis non recedit, & primò malè accepit diffinitionem ab Ariſtot. tum primò, quia de anima agit,ut eſt ſpecies organici corporis, & nõ ſimilaris: tum etiam, quia ſub dubio protulit 2. ani.11.an perfectio de intellectiua ſit, ut de nauta in naui; non dubitaſſet, ſi ex temperamento ortã uoluiſſet. Præterea Ariſtot.3.animæ 6.ubi negat miſtionem in intellectu, qualis enim eſſet; quomodo dicetur cerebri temperatura? ualet itaque iſte bonus Medicus.ad dubia in Platonem, facilè reſpondetur per dictum Ariſtot.primo animę 66. Intelligere autem marceſcit,quodam interius corrupto,ipſum autem impoſsibile eſt. quæ ſi Galen. non viderit, æquo animo ferat.

Ex hac quoque diffinitione tria elicit Porcius malè intelligens: primum, quòd actus corporis conuenit omnibus animis corruptibilium: quia dixit,ſi quod commune in omni anima,&c.quare deridendi,qui dicunt illam uegetatiuæ ſolum, ac ſenſitiuæ competere; cum Ariſtot. probet eſſe actum corporis per hoc,quod eſt principium uiuendi, intelligendi, ſentiendi, &c.quare innuit animã,quæ eſt actus corporis,eſſe intelligendi principium. neque admittenda poſteriorum fuga dicẽtium aliam eſſe rationem, ut anima eſt; aliam, ut intellectus; quaſi eſſe actum corporis conueniat, ut anima, non ut intellectus: nam, ſi hæc uera eſſet,dubio procul Ariſtot.non rem,ſed reſpectum,

& habi-

& habitudinem, quam habet ad corpus, diffiniuiſſet: quare reſtaret videndum, in qua parte de re, quæ eſt anima, dixiſſet. Secundum, quòd ratio, ob quam anima eſt actus, eſt eſſe principium operis: & hæc duo in mortalibus ſimul ſunt, neque imaginatione comprehendi poteſt aliquod eſſe principium viuendi, & non eſſe partem corporis, qua compoſitum eſt; quia homo non operaretur; quandoquidem principium, quo operatur, non eſſet eius eſſendi particula; quod non vult Ariſtoteles dicens, quòd anima intelligit; quia homo per animam intelligit. tertium eſt animam eſſe actum, vt ſcientiam, non vt ſpeculationem; quia, ſi vt ſpeculatio, animæ diffinitio communis non eſſet, quæ de actu primo tenet. Confirmatur, quòd anima quælibet ſit dans eſſe; quia diuiſit ſubſtantiam in materiam, & hoc aliquid; ſecundum quam & compoſitum dicitur hoc aliquid: talis forma eſt, & compoſiti pars; cum per illam dicatur hoc aliquid. Nos verò, qui cum Auerroe, Simplicio, Philopono tenemus actum in diffinitione animæ, non eadem dictum eſſe ratione de intellectiua, & de alijs, ſolum ſatisfaciemus ineptè dictis, referentes reſiduum ad dicenda in tractatione de immortalitate. & primò dicendum, quòd actus conuenit omnibus partibus animæ corruptibilium: cum verò inferatur; Ergo intellectiuæ, cum ſit hominis principium intelligendi; concedo, non tamen eadem ratione; ſed, vt nauta in naui eſt principium. non enim ſequitur, quòd, & ſi ſit principium nauis, quæ ſubmergi poteſt, & nauta ipſe cum ea ſubmergatur, ſi contingat: quare neque, vt intellectiua corrumpatur. Ad fugam dictam, negatur, quòd reſpectum diffiniat, quinimo rem ipſam; quia eadem præcisè res, ſiue eſſentia, vt primò in nobis eſt, cognoſcitur, vt imperfecta; & ſic habet nomen Animæ; & non dicitur reſpectus; quanuis, ut talis, hominem reſpiciat; quo modo & quælibet alia forma ſuum corpus reſpicit. Confirmatur veritas iſta per Ariſtotel. qui tertio animæ quinto, diffiniuit intellectum, vt poſsibilis eſt; neque tamen diffiniuit reſpectum, ſed naturam intellectus, vt patet ex eius dictis, quam eandem naturam in textu octauo dixit eſſe in habitu, ac veluti ſcientem, cum poſsit per ſeipſum operari. qua propter cum Philoſopho dicendum eandem naturam re formaliter tantum diuerſam diuerſimodè diffiniri, & non habitudinem, reſpectumve. ſecundò dicendum, quòd intellectus non extrinſecus ab homine in homine operatur: ſed in homine ipſo cum ſit, vt nauta, priuſquam operetur in naui, eſt, in homine, operatur: & ſic dicitur pars hominis, cum fuerit habituatus. Non tamen pars dans eſſe materiale, ſed eſſe nobile, & intellectuale: vnde non valet, quòd homo non intelligeret, quia intellectus non eſſet eius eſſendi particula, vt dictum eſt. & ſic homo per animam intelligere dicitur; quo modo tota nauis cum nauta dicitur nauigare per nautam; & tamen nauta non eſt principium formale eſſendi nauim. tertiò adhuc dicendum, quòd intellectiua anima non vnitur per ſpecularionem; ſed, cum in homine ſit, vnitur illi per habitus actiuos, & ſpeculatiuos, quibus ſua correſpondent phantaſmata in phantaſia exiſtentia; & tunc dicitur verè, vt ſcientia: & eſt Ariſtotelis tertio animæ octauo, vbi dixit eſſe, ut ſcientem in potentia ad opus. Ad vltimum dicendum, quòd diuiſit in, Hoc aliquid, vt haberet formam contra duas alias particulas ſubſtantiæ diſtinctam. ſed non impedit, quo minus, hoc aliquid, intelligatur diuerſimodè, & quaſi æquiuocè, & de eo, per quod aliquid eſt, hoc aliquid in eſſe; & de eo, quod eſt, hoc aliquid in habitu. Confirmatur; quia, ſi ſolùm de eo, quod in eſſe, non ſub dubio dixiſſet Ariſtotel. ſecundo animæ 11. immanifeſtum eſſe, an Anima ſit corporis actus, vt nauta naui.

Præterea ex Alexandro primo animæ capitulo quarto, & quinto, ſi ita gubernatorem capias, vt artem gubernatoris intelligas, anima hoc modò in corpore eſſe poterit, vt ſpecies in materia; habitus planè in corporei ſunt, & ab his, in quibus ſunt, inſeparabiles: at, ſi gubernatorem capias, vt qui artem, & habitum habeat, ſtatim ſit, vt anima corpus ſit, vt gubernator eſt; & tunc in ſeparata aliqua corporis parte ponetur; & tunc non erit animatum corpus uniuerſum: continget quinetiam, vt corpus ui impellatur ab anima. deinde falluntur ſic dicentes; quandoquidem gubernator neque forma, neque perfectio nauis ſit: abſente enim nauta, nihil minus illam nauim eſſe dicimus. quòd, ſi nauta dicatur forma actionis nauticæ, tunc nauigij ſpecies tali erit ſchemate, quo & ipſa nauigij actio eſt, ad illam confert nauta: anima verò ſpecies animalis eſt, vt animal, neque eo ſolum tempore, quo operatur, anima eſt. & hac ratione actum primum animam eſſe dicimus: diſsimili, ac diſpari ratione dicimus animam animalis, & nautam, ſpeciem eſſe: quia, abeunte anima, & animal deſtruitur; at non nauta, nauis. Præterea, ſi anima eiuſmodi ſit, quid eſt, quod animam in tali corpore derineat, cum naturæ tales differentes, & abiunctæ inuicem ſint? Hæc Alexander. Nos verò tenentes, quòd intellectus ſit actus, vt nauta, cum alijs Græcis, notamus intelligentiam humanam ultimam eſſe intelligentiarum omnium; eaque ratione omnium imperfectiſsimam, ut Auerroes; eaque ratione, qua intelligentia eſt, habet ſuum orbem, qui humana ſphæra eſt; ratione, qua imperfectiſsima, habet quinetiam ſphæram illam imperfectiſsimam, quæ per ſucceſsionem in eſſe perpetuo ſaluatur. Hæc apparent, quia & intelligit vniuerſaliter abſque omni materiæ conditione; & vniuerſaliter vult, & appetit, ut intelligentiæ faciunt duodecimo metaphyſices trigeſimoſexto; & perinde in homine eſt, vt intelligentia in orbe, ſcilicet cuilibet particulæ aſsiſtens, & intrinſecus exiſtens, non tamen

ſemper actu operans, vt intelligentia; quia imperfecta eſt: & hac ratione magis nautæ in naui exiſtenti comparatur, priuſquam operetur nauigando: ſic in naui intrinſecus eſt, & actus primus dici poteſt; & nauis tunc dicitur verè nauigabilis; ſiue in potentia ad operationem: quòd, ſi abſque nauta ſit; neque nauigabilis erit potentia proxima, neque in actu primo erit; quod idem eſt: ſed periinde ſe habebit, vt materia diſpoſita ad receptionem formæ: & ſic erit abijciens formam, non autem habens: quod intelligi non debet, vt in textu decimo dictum eſt; Similiter ſe habet intellectiua anima in homine, quando in habitu eſt, vt nauta per habitum nauigandi; ſic copulata eſt phantaſiæ. Et quo ad hæc ſolùm tenet ſimilitudo. Et, quòd fuerit hæc ſententia Ariſtotelis, patet; quia diffiniuit animam; & ex præcepto diffinitionis debet fieri manifeſtum, quod ſequitur proprium: tale planè eſt ſeparari, vel non. Verum, quia diffinitio eſt uniuerſalis, & ueluti confuſa, non potuit facere certam fidem de hoc; cum requiratur ad hoc uniuſcuiuſque partis animæ diffinitio; & ob id in tertio manifeſtabitur de intellectu: quare ex arte tetigit ipſam, ut nautam naui; ſed dixit immanifeſtum eſſe. Quòd ſi hoc apud Ariſtotelem fuiſſet monſtrum, ſicut apud Alexandrum, affirmaſſet eſſe manifeſtum, & impoſsibile, quòd ſit, vt nauta. Ad ea, quæ obijcit Alexander, reſpondetur, & ad primum, quòd non capitur, vt ars nautæ; quia ad propoſitum non faceret; cum intentio ſit comparare, vt operatur, vel poteſt operari; ideo ut nauta; ergo anima erit corpus. Negatur conſequentia: non enim in hoc ſtat comparatio, quòd ſicuti nauta eſt unum indiuiduum ſubſtantiæ, ſic & anima eſt. Ridicula planè eſſet comparatio. Sed, ſicut nauta intrinſecus in naui eſt nauigabili, potentia proxima habitu ſuæ artis; ſic & anima intellectiua in habitu in animato rationali eſt. Et ſic non ponitur in ſeparata parte, vt nauta, ſed ubique in animato eſt, ut in cœlo intelligentia: & ſi in capite uideatur operari, propter ſenſitiuas interiores uirtutes in cameris cerebri ſuas manifeſtantes operationes: neque ui impelletur; quia animatum corpus non mouetur à motore extrinſeco corporeo, ſed à perfectione indiuiſibili, quæ in ipſo eſt: ad quam ſecundùm diuinam naturam ordinatum eſt: ideo in hoc non attenditur comparatio. Ad aliud dicendum, quòd nauis eſt per ſuam figuram nauis; ut homo per cogitatiuam homo. At non eſt potentia proxima nauigabilis abſque nauta; ſicut neque homo potentia proxima intelligens abſque intellectu, qui in habitu eſt. Deinde, & ſi ab eunte anima animal deſtruitur, & non deſtruitur nauis; negatur tamen, quòd non ſit perfectio, ut gubernator; quia in hoc non ſtat comparatio, cum comparari non poſsint; cum animatum naturale ſit; & forma deſtructa, totum deſtruitur, ut text. octauo dictum eſt. & cum nauis ſit artificialis, & ſi ſeparatur nauta, remanet nauis figurata, ueluti materia diſpoſita, ut ferrum figuratum in dolabra, remota acutie. ſic uerò naturæ ordine intellectiua, ut primum cogitatiua materiam perfecerit, ſtatim intrinſecus in homine reperitur; quæ deinde remoueri non poteſt, niſi ſenſitiua cum ſuis facultatibus abierit: ſic non eſt quærenda huius unionis cauſa, niſi quæratur etiam cauſa unionis cuiuſlibet intelligentiæ cum ſuo orbe.

In hac opinione omiſsis duabus primis quæſtionibus, cum minus conueniant in præſentia, ad tertiam, quæ principalis eſt, deuenio. &, quia, quod in propoſito erat, ipſam ſcilicet eſſe actum, fundauit ſuper hoc, quòd eſt mortalis; contra fundamentum pro nunc adducam rationes quatuor, cum de intentione non ſit, ut hanc materiam diſputemus, primò Ariſtoteles primo de partibus capitulo primo ſermonem habens de anima humana, concludit euidentiſsimis rationibus non conſiderari à naturali; quia abſtrahit à motu, & à materia; ergo æterna: ſecunda ratio, primo animæ ſexageſimoquinto; agens de anima humana; Vigente corpore, non niget; tabeſcente, & ſenio corruente, floret; ergo non materialis; ergo. æterna. tertia ratio, tertio animæ ſexto; ab obiecto quantumuis, excellenti non impeditur anima intellectiua, quin quodcumque debilius perfectiſsimè apprehendat; cuius oppoſitum facit materialis forma, ut de ſenſitiua manifeſtum eſſe affirmat; ergo æterna. quartò anima intellectiua non eſt hæc: ergo non materialis. aſſumptum, tertio animæ tertio; conſequentia nota; ergo æterna. Confirmatur per uerba Ariſtotelis formalia ſecundo de gener. animal. capitulo tertio. Reſtat, ut mens ſola extrinſecus adueniat, eaque ſola diuina ſit; cum in ſua actione non egeat actione corporali. His modò ſtantibus, ruit fundamentum; quare & concluſio, quòd ſit actus, & cætera.

Ab his ſuperſedēdum uſq; ad proprium locū in tertio.

Pro determinatione ueritatis, in ſecundo articulo huius quæſiti, quia ad argumentum, quòd dependet à phantaſmatibus, dictum eſt in primo huius, quomodo intelligitur, pono tres concluſiones. prima; Anima intellectiua ſecundum ſe, & quidditatem ſuam propriam, eſt immortalis. ſecunda; Anima intellectiua, ut unitur nobis, eſt mortalis. tertia; Anima intellectiua eſt actus corporis, & in corpore intrinſecus operans, ut nauta in naui operatur, & ratione propriæ operationis nauim ipſam perficit. corollarium; Actus de anima intellectiua, & alijs analogicè dicitur, ſicut complura quoque alia tranſcendentia de materialibus & immaterialibus analogicè prædicantur. prima concluſio in præſentia ſatis conſtat per determinationem, quam fecimus in prima quæſtione huius libri de anima, & per media modò adducta contra Pomponatium.

ſecunda probatur ex ſententia Ariſt. 1. animæ 66: vbi habet, quòd intelligere corrũpitur, alio quodam interius cotrupto: quare ſequitur, ꝙ vnitur per phanraſmata, cum eius operatio, & ipſa, quo ad hoc, corrumpatur, cortuptis phantaſmatibus. idem Ariſtoteles tertio animæ 20. Paſsiuus eſt cotruptibilis, & ſine hoc oihil intelligit. Sententia eſt Anerr. tertio animæ 5. in fine, vbi dicit; Speculatiuus intellectus reſpectu huius, & illius eſt corruptibilis; ſimpliciter tamen incorruptibilis; ſcilicet ſecundum ſucceſsionem, vt perpetuantur ſingularia. Sententia Græcorum, nanque Philoponus formaliter hoc declarans dicit; Sicuti nauta, quateous rector, & nauis gubernator dicitur, inſeparabilis à naui eſt; nanque eius operationes à naui inſeparabiles ſunt; ſeparatur tamen, vt homo: ſic, & de anima rationali dicendum: vt habet ſubſtantiam ſeparatam, non eſt vnita corpori; vt uerò poſitionem talem, & habitudinem habet ad corpus, ſecũdum quod & anima dicitur, perfectio corporis eſt, & ab ipſo inſeparabilis: ſeparata. n. deſtruit operationes, quas habebat omnes ratione illius habitudinis. tertia concluſio, quæ principalis eſt, patet ex ſecunda modò confirmata. Confirmatur quinetiam fundamentis Ariſto. nam forma dans eſſe, eſt reddens ita compoſitum vnum, vt ipſum ſit, quod verè dicatur operari, vt quod: ſic enim ex forma, & materia reſultat vnum, vt dictũ eſt retro text. 7. quare vtranque, & ad agere, & pati concurrit, & non alterum ſolùm, vt patet tex. 10. non pupilla videt, non viſus, ſed oculus. Confirmatur primo aoimæ 65. Si altera pars aliquo modo conficiatur; tunc operatio deficit, vt de oculo in ſene. modò, hoc ſtante, ſi anima intellectiua eſſentialiter eſſet actus, tunc compoſitum intelligens eſſet, & reciperet ſpecies iotelligibiles; ſed hoc eſt falſum apud peripateticos. ſententia Ariſtotel. clara eſt tertio animæ 6. vbi determinat, quòd neque eſt forma miſti, neque forma organica; ex quo laudat ponentes animam eſſe locum ſpecierum, ſed non totam; at intellectiuam: quare conſtat animam eſſe actum, vt nauta eſt actus naui. S. Tho. in queſtionib. diſputat. queſtione prima argait cõtra hanc duobus medijs; Sequeretur, quòd anima intellectiua non daret actum ſpecificum toti corpori, oeque partibus corporis; cuius contrarinm apparet; quia recedente anima, & totũ, & ſingulæ partes dicuntur æquiuocè: ſecundò vnio intellectiuæ animæ, & corporis, eſſet vnio per accidens; quare mors, quæ ſignificat corruptionem, & ſeparationem illarum partium, non eſſet corruptio eſſentialis. ad hæc noto ex ſententia Auerro. tertio animę 20. Homo reponitur in eſſe ſpecifico per animam cogitatiuam, & non per intellectum, vt retro dictum eſt ex ſententia Ariſtotel. quo ſtante, ad primnm conceditur tota conſequentia. Ad id, qnòd tecedente, æquiuocè dicitur, dicendum, quòd ideo recedit, quia cogitatiua, quæ eſt forma hominis, cortumpitur, vt Ariſt. primo animæ 66. Quodam interiùs corrupto, corrumpitur. quare ſequitur æquiuocatio. ad ſecundùm ſi ly, accidentaliter, intelligatur ita, quòd nõ pet eſſentiam. cõceditur: & ad id, Corruptio non eſſet eſſentialis. negatur: quia corruptio eſſentialis dicitur, & vt quo, merito cogitatiuæ virtutis. Si verò intelligatur per accidens, vt diſtinguitur cootra eſſentialiter ordinatum; negatur; quandoquidem ira entia eſſentiali ordine ordinata ſunt, vt cum primum miſtum ad animam cogitatiuam deductum eſt; protinus ei per aſsiſtentiam vniatur intellectiua virtus, & poſsit per ipſam intelligere. quare patet & corollarium, quòd non eadem ſcilicet ratione dicitur actus, ſed analogicè. hoc voluit Auer. commento 7. & 11. hoc Græci omnes: nam Philopoous in principio huius ſecundi dicit, quòd talis non eſt diffinitio, ſed deſcriptio, & analoga, & data per nomioa analoga. & ſubdit; Nam actus dicitur, & de forma inſeparabili à corpore, & de ſeparabili, rationalis quidem anima nõ ſubſtantia, ſed operatione ſola perficit animal, voluntate ſcilicet, & mente, vt nauta oani. Simplicins idem dixit text. quarto, ſeptimo, vndecimo, idem & Themiſtius. Hic diffinitio illa, quam attulimus, ſimilis magis deſcriptioni, quàm diffinitio eſt. Albertus commento 12. Actus non ſumitur vniuocè; non enim eadem ratione anima intellectiua dicitur actus cum ſenſitiua; cum vna ſeparata ſit, & altera virtus in corpore; neque eadem ratione ſenſitiua cum vegetatiua; cum videamus ſenſitiuam eſſe cognitiuam, & acceptiuam ſpiritualium ſpecierum, vegetatiuam nihil. At dubitat Philoponus. Quare eſt, quòd ſi de anima vniuerſalem diffinitionem dare oon potuerit, quòd de antiquis, qui ante philoſophati ſunt, conqueſtus eſt Ariſtoteles? Ad quod dicendum, quòd de antiquis non eſt conqueſtus; quia diffinitionem vniuerſalem non reddiderint; ſed, quòd proprium vniuſcuiuſque non acceperint; atque in eis eo, quo debebant ordine, non inceſſerint: quare palàm eſt, quòd anima iotellectiua eſt actus, & quomodo. Ad argumenta principalia in quæſito reſpondet Ioan. in quæſtiooe, quòd valeret in recipiente formam ſubſtantialem; modò anima recipit formas accidentales, quia ſpecies: quiuimo per hoc ponitur à philoſopho actus corporis; quia, vt ſic, ſtat cum potentia ad operationem. At contra hanc ſolutionem eſt inſtantia; nam, quod dictum eſt, tenet de virtute ſenſitiua, non autem de intellectiua; quia non eſt forma primò informans eſſentialiter, ſed per operationem ſolùm. Dicendum, quòd talis oon dicetur actus, niſi cum fuerit habituata.

Quoniam autem ex incertis. Auerroes in parte continuatiua ponit intentionem, & cauſam intentionis; & primò cauſam, quę continet duo: primùm, quòd diffinitio eſt vniuerſalis: ſecundò, quòd dicta eſt multipliciter: quare, cum diffioitio data non ſufficiat, oportet quærere ſecundùm vnamquanque partem. & ponit modum in intentione. Latini alio modo continuant, S. Thom. Egidins. Cum Ariſtoteles dederit diffinitionem animæ, hic intendit demonſtrare ipſam. Addit Egidius. Cum ſupra poſita ſit diffinitio, quia; hic vult indagare diffinitionẽ, propter quid. Albert. T. c. 12.

cum Auerr.declarans poſitionem magis, nam vera diffinitio debet dare cauſam accidentium eſſentialium diffiniti; ſecus,dialectica eſt, & vana. modò per primam non habuimus: neſcimus per hanc, quæ nam ipſarum ſeparabilis, quæve inſeparabilis ſit: ea de cauſa oportet alteram inuenire, per qnam innoteſcant accidentia ſacilè. modò.quia accidentia partes ipſas animę conſeqnuntur,ſingulum ſingulam; eapropter inuenire oportet diffinitionem alteram, quæ dicatur diffinitio partium. De Græcis Ioan.Gramm. cum S.Thom. & Egidio; Cum dixerit animam eſſe actum; nunc vult dare propter quid diffinitionis talis: & ponit rationem huius proceſſus; quia quæſtio, ſi eſt,præcedit quæſtionem, quid eſt: quare cum per illam vniuerſalem, & analogam dederit, ſi eſt; intendit modò dare propter quid; & quomodo vnaquæque anima dicatur actus. Simplicius idem, quod Auerroes,& eandem intentionis cauſam aſſignat. Themiſtius quoque idem cum Auerroe, & Alberto dicens, & de anima vniuerſa, & de facultatibus ſingulis diſputare, vt manifeſtum fiat; an aliqua ſeparabilis? quare intentio iſta magis ad mentem Ariſtotel.eſt; vt palàm fiet in proceſſu. In parte expoſitiua Auerr.duo facit; primò exponit; ſecundò digreditur. Tex.diuiditnr in duas partes; in prima ponit intentinnem; in ſecunda ponit rationem intentionis: primam Auerroes exponens; quia in ſuo text. habebat ly, Propinqua. Nam, quando principia propinqua alicuius ignota, volumus inueſtigare, incedimus a poſterioribus in eſſe, vt à nobis notioribus: quare,cum hìc velit aliam aſsignare diffinitionem animæ, quæ reddat canſam eius, quod deſideratur; & eſt in ſingula partium animæ,de qua oportebit inuenire propria, & eſſentialia principia; à poſteriori incedendnm eſſe. & addit; vt dictum eſt in poſterioribus, ſcilicet in libro poſteriorum, vel in tertro actis, vt in libris Phyſicorũ,& alibi.Eodẽ modo Simplicius addens, quòd, quæ nobis notiora ſunt,ea ſunt, quæ maximè ſub ſenſu cadunt, vt cauſata, in ordine ad cauſas: non tamen Ariſtoteles in textu determinauit,quæ ſint illa,quæ nobis notiora ſunt. ob id dicit Philoponus, quòd hoc fuit in cauſa,quòd multi expoſitores dubitarunt.dicit itaque Philoponus, quòd tribus modis contingit aliquod dici notius nobis: primo modo; Quia eſt,eſt notius,quàm propter quid eſt: ſecundo modo; compoſitum,& confuſum notius eſt diſtincto, & partibus, quo ad nos, vt primo phyſic.3.vt corpus,quàm tale corpus; & herba, quàm talis herba: tertio modo; Id notius,quod eſt, qnoad nos, primum; quoad naturam verò, poſterius: vt quæ compoſitiora ſunt, qnoad nos notiora ſunt,quàm ſimpliciora; quæ tamen natura priora ſunt.In parte iſta omiſsis alijs proceſsibns, qui in proprijs locis determinabuntur, ea ſunt notiora,quæ compoſita, & quæ confuſa magis: quare, vt inquit Themiſtius,ad animæ exqniſitam rationem aſcendentes, à corporibus initium capimus; & non modò attingere eam diffinitionem, quæ rem declarat, vt ſit,ſed eam quoque, quæ cauſam, & rationem oſtendit. & eſt ſecunda pars,in qua ponit Ariſtotel. rationem ibi; Non enim ſolùm, & cæt. quam Auerr.exponens vnà cum Græcis ait, quòd oportet quærere veram cauſam in diffinitione, in ea actu exiſtentem: vnde Ariſtote.dicit, quòd dicta diffinitio eſt tanquam concluſio.Notant Græci de triplici diffinitione; prima de materia, ſiue de canſato,vt Simplicius,verbi gratia.Ita eſt ebullitio ſanguinis circa cor: ſecunda eſt de cauſa, vt propter appetitum vindictæ: tertia eſt complectens vtranque ſimul; vt,Habet accenſum ſanguinem circa cor, quia appetit vindictam. Cum itaque diffinitio data ſit tanquam concluſio, imperfectior erit illa, quæ eſt tanquam principium, vt cauſatum,cauſa.Latini diuerſi ſunt, & cõtra Auer. in hoc text. Sed dicemus in parte digreſsina, & ſubiungit Auerroes. Et cum declarauit. In parte iſta declarat ſecundã particulam ſecundæ partis; & eſt in qua Ariſtotel.ponit exemplum, & duo facit; primò ponit intentionem Ariſtotelis, ſecundò applicat verbis. dicit in prima, quòd diffinitiones ſunt, quaſi concluſio,quando altera harum conditionum adfuerit; vel, quando non eſt nota ineſſe diffinito; vel quando non eſt nota cauſa, propter quam ineſt diffinito. vnde,quòd demonſtretur paſsio de ſubiecto,poteſt eſſe duobus modis;vel,quando non eſt nota ineſſe ſubiecto; & ſic vocatur demonſtratio, quia; vel, quia ſcita eſt in eſſe ſubiecto,ſed ignoratur cauſa,verbi gratia, aut quia ignoratur eclipſim ineſſe lunæ, vt apud idiotas; aut,quia ignoratur cauſa,propter quam eclipſis ineſt lunæ: ſicut philoſophi faciunt, qui videntes lunam eclipſari,indagant, propter quid eclipſatur Luna. & hoc voluit dicere Auerroes, & loquutus eſt diſiunctiuè; qnia altera cauſa ſufficiẽs eſt illarum ad hoc,quòd diffinitio ſit, tanquàm cõcluſio. Vt quid eſt tetragoniſmus.modò Ariſtotel. exemplo manifeſtat. Auerroes in exemplo capiẽs diffinitionem, quæ ſe habet, vt concluſio, dicit, Quadratum eſt ſuperficies rectorum angulorum, & laterum æqualium ęquale longo: qui verò diffinit quadratum, ꝙ factum eſt ſupra mediã proportionalem duabus illis oblongi, dedit diffinitionẽ, quæ per cauſam eſt. exemplum Philoponus inter alios optimè declarat; Sit altera parte longior figura; certum eſt, quòd eſt rectangula; ſed æquilatera non eſt: quare ſit vnum latus, vt octo, & ſit maius; & minus ſit, vt duo: area quadrilateræ figuræ habetur, ex ductu vnius lateris in alterum; & erit oblonga, vt 16. ſi voluerimus aream iſtam reducere ad qnadratum, ita qnòd & anguli recti ſint, & latera ſint æqualia, oportet inuenire vnam lineam mediam inter duas iſtas, quæ tamen ad vtranq; habeat proportionem: ſit talis linea vt 4. per eãdem proportionem ſe habet 4. ad 2. per quam ſe habet 8. ad 4. modò, ſi talis ducatur in ſe, reddet aream, & rectãgulam, & æquilateram. Et cum dixiſſet modò Auerroes in parte iſta digreditur, & tria facit; primò ponit vnam concluſionem, ſecũdò ſecundã tertiò applicat ſententiam literæ: in prima ꝙ diffinitio data de anima nõ eſt cõcluſio, ſed eſt veluti concluſio, & ſimilis concluſioni; quia eſt uniuerſalis;

ſalis; & hoc ratione ſimilitudinis; quia ſicuti concluſio comparata præmiſsis eſt imperfecta, cum per præmiſſas ſit; ſic & data ad dandam. Latini ſunt contra Auer. in hoc, volentes diffinitionẽ datam eſſe veram concluſionem. in ſecunda etiam Auer. notat, quòd danda eſt, quaſi principium: nõ tamen intelligendum eſt, quaſi principium, quia ſit ex ſe nota; quandoquidem à poſterioribus, & ab his, quę nobis notiora ſunt, aſcendimus ad diffinitionem vniuſcuiuſque partis animæ; ſed quaſi principium; quia cauſa eſt, per quam poterimus ſcire paſsiones, quæ animæ inhærent; quas per primam cognoſcere non dabatur. Latini & in hoc aduerſantur, tenentes & dandam, eſſe verum principium; quinimo per dãdam, vt per cauſam, eam demõſtrari, quæ data eſt. Albertus tamen eſt cum Auerr. quandoquidem dicat diffinitiuam rationem non ſolùm oſtẽdere, quod quid eſt; ſed oportet etiam oſtendere cauſam, quare inſunt ei per ſe accidentia; quæ præcipuè animæ ſecundum partes inſunt. Sanct. Thom. tamen, & Egid. tenent, ut dictum eſt: ſed circa modum iſtum demonſtrandi diffinitionem datam quæ eſt cõcluſio, inter ſe differunt Latini. Sanct. Tho. dicit, quòd modus eſt à notioribus nobis, ſcilicet cũ dicimus; Anima eſt, qua uiuimus, &c. ad diffinitionem datam, vt potè naturæ notiorem; & ratio, quia eſt per operationes. ſecundo, quia tex. dicit, quòd datur ex notioribus nobis: & ad exemplum de tetragoniſmo, quod de directo eſt contra ſe, dicit, quòd eſt ſimile ſolùm ad hoc; quòd, ſicut illud principium demõſtrat illam concluſionem, ſic iſtud principium iſtã oſtendit cõcluſionẽ, at differũt, quòd illud a priori, iſtud uerò à poſteriori. Egidius tenet à priori, & fundatur in textu, ubi dicit; Nõ oportet ſolùm diffinitionem illam dicere, quia, ſed cauſam etiam demonſtrare: at contra id, in quo inter utrunque conuenit, eſt ratio in textu pro Auer. ubi Ariſtot. diffinitionem datam exponit per ſimilitudinem, ſicut concluſionem, & illud per exemplum à ſimili uerificauit. Quantum uerò ad id, in quo differunt, Egidij opinio magis eſt ad Ariſtot. & eſt ratio in text. quam contra illum adduxit Sanct. Tho. euidentiſsima: neque illa gloſa ſatisfacit. & ſic uolũere Græci omnes, ut etiam in primo dicto cum Auerr. Ad id, quod obijciebat S. Thom. Datur per operationes; Negatur: quinimo datur per cauſam operationum; quia dicit; Quo uiuimus, &c. Ad alterum, illa particula tex. non dirigitur ad diffinitionem ita, quòd ipſa ſit, quæ ſit nobis notior; ſed ad eam dirigitur ſub iſto ſenſu; quia ad inueniendam illam diffinitionem notat proceſſum à notis nobis ad ipſam cognoſcẽdam, ut principiũ, & cauſa. Et ad iſtum ſenſum notauit Auerr. quòd non eſt tanquam per ſe notum principium, ut retro dictum eſt. Vltimò, contra dictum Latinorum: nam, ſi per dandam diffinitionem, uoluit demonſtrare datam, ſiue ſit illud à priori, ſiue à poſteriori, omnino danda eſt nobis notior: quare debebat poni & ante illam, quę data eſt.

T. c. 13. Dicamus igitur principium, &c. Auer. in parte continuatiua repetit, quæ prius. Sanct. Thom. ſequitur continuationem ſecundùm intentionẽ ſuperioris textus: quare dimittatur. Auerr. itaque ait; Cum diffinitio uniuerſalis diminutè, & non perfectè faciat rem ipſam cognoſcere; volens dare perfectam, incipit ab his, quæ nobis offeruntur notiora. Eandem continuationem ponit Simplicius, & intentionem dicẽs, ꝙ & data diffinitio eſt per cauſam; nanque anima eſt actus illius, quod per illam perficitur, vt cauſa formalis: ſed, quia eſt per commune analogum, ob id non perfectè determinat; & quia uniuerſalis. Text. diuiditur in tres partes; in prima ponit unum ſuppoſitum; in ſecunda ſecundum pro notitia primi; in tertia tertium pro notitia ſecundi. primum ſuppoſitum ponit ab animatis. Notauit Philoponus: Quia uolens quoddam proprium, quod animam determinaret, accepit animatum, quod eſt anima ipſa natura poſterius. Exponens Auer. dicit, quòd animatum nõ differt à non animato, niſi per uitã. Albertus de Latinis; quia uiuere eſt actus eſſentialis conſequẽs omnem animam. Simplicius notauit per ly, Viuere; tactum eſſe principium ad intra motus: quare Plato dixit animam ſeipſam mouentem: à quo, vt ipſe affirmat, non differt Ariſto. quia uoluit & ipſe non eſſe motum illam animæ operationem, ſed excitationem quandam; unde rectum fuit appellare ipſam, αὐτοκίνητον quaſi à ſeipſa excitata. Multipliciter. Auer. in hac parte clarus. Simplicius notat, quòd ly, Multipliciter, conſueuit Ariſtot. uti pro æquiuoco, interdum pro his, quæ ab uno deriuantur: & addit, quòd in parte iſta non accepit æquiuocè; quia loquitur Ariſt. de uiuere, perinde ac ſi de una tantum re loqueretur. & in his, quæ ab uno, à primo capitur nomen, quod cæteris deinceps participantibus deſeruit, ut perfectum: & aliqua magis, quædam minus eſſe perfectum participãt: ut, qui addiſcunt & mederi, & citharizare; dicimus, quòd citharizant, & medentur; non tamen eos cithariſtas, aut Medicos appellamus; ſed, qui in arte periti: eodem argumẽto de animalibus dicendum eſt; nam animalia dixit Philoſophus, quæ perfecta, & in ſeipſis habent uim, quæ per ſeipſam excitatur, ac in ſeipſa: quædam ſecundò talia; ut, quæ non in ſeipſa, ſed in alia: quædã medio modo; ut quæ nõ penitus extrinſecus, neq; intrinſecus mouẽtur; ut, quę uiuere dicũtur ſolùm, non tñ animalia; ut ſtirpes: quodcunque talium operum, uel unum, uel plura habuerit, uiuere dicemus; ut rhabarbarum cognoſcitur odore, colore, & ſapore. At intellectus. enumerat in hac tertia parte actiones uitæ, ut animatum per eas cognoſci poſsit: & à primo incipit analogato, & per ordinem deinceps deſcendit: & enumerat quatuor genera uitę, ut notat Auerr. & generaliùs, ut dictum eſt, capitur uiuere in iſto textu, quàm in 19. primi; quare comprehendit plãtas: & hoc ab antiquis conceditur. At dubium eſt, quia primo de anima dixit. 89. ꝙ quinque ſunt genera actionum uitæ; nanq; appetere inter illa enumerauit. Notandum, quòd tres ſunt animæ; gradus animatorum quatuor, operationes animæ 5. quare bene Simplicius notauit, quòd Ariſtot. per

ſenſum non modò intellexit irrationalem cognitionem, verùm & cônatum ſibi appetitum, in eodem gradu animatorum: in quarto gradu plantæ viuunt; & in eodem animalia lapidibus affixa, & vltra per ſenſum tactus; frigore ſiquidem contrahuntur, & dilatantur calore: mox, quæ perfectiora, & ſentiunt, & loco mouentur: demũ prima perfecta intelligunt.

T. c. 14. Vnde & vegetabilia. In parte cõtinuatiua Auer. duo facit; primò ponit cauſam intentionis; ſecundò intentionem ipſam; & eſt clara. addit Simplicius; Quia inanimata vidẽtur & ipſa habere augmentum per iuxta poſitionem; vt, ſi quis addiderit aeri de materia, circulariter creſcet; non tamẽ omniquaque; quia non ſecundùm profundũ. Tex. partitur in duas partes: in prima ponit vnum corollarium; in ſecunda probat illud: prima & in Auer. clara; Vnde & vegetabilia viuunt. Dictũ eſt hoc ad antiquos; qui negabant plantas viuere; & volebant animatũ ab inanimato ſolo ſenſu, & motu diſtingui: Ponit in ſecunda parte rationem; & duo facit Auer. primò exponit, quod dictum eſt; ſecundò ex ea ratione oſtendit, quomodo propriè vita ſit in omnibus operibus animæ vegetatiuæ. ratio in prima parte eſt talis; Omne, qd' habet principium mouendi ad diuerſas, & contrarias differentias poſitionis, dicitur viuum: ſed plantæ ſunt huiuſmodi; ergo &c. Pro quo notandum, ꝙ differentia eſt inter naturam, & animam; vt anima diſtinguitur contra naturam: nanque naturalia, ſi ſimplicia, vel ſurſum, vel deorſum mouentur; ſi cõpoſita, à prædominante: animatum propter perfectiones, quas habet anima, poteſt moueri ad omnem differentiam poſitionis, ſurſum, deorſum, ante, & retro. &c. quare conſtat maior. minor patet; quia plantæ in omnes poſitionis differentias augmentum recipiunt. Dixit Ariſt. principium, & potentiam huiuſmodi. notans imperfectionem plantarum, vt notat Simplicius, & ſtatum eorum medium, vt in 13. dictum eſt: nam per principium tetigit, quod principale in planta eſt, per potentiam imperfectionem ipſius: conſtituens ab altero excitari. In talibus conſueuit Ariſtot. nomine potentiæ vti. addit, quòd ob id, quia maximè corporea eſt virtus iſta; per alterius vnionem quodam modo ab alio excitatur; extrinſecus eſt principium excitans, non tamen, vt in elementis; quia talia ꝑ principium ad extra non excitãtur ad intra, ſed ſecundùm ſucceſsionem excitationis mouentur; minor itaque nota; quare & cõcluſio. In ſecunda particula Auer. dicit; Et quia augmentum. Auerr. ſecũdùm aliquos, Pomponatium, videtur declarare, quòd, quia plantæ non ſemper augentur, ſed aliquando diminuuntur, nõ ex hoc ſequitur, quin plãtæ ſemper habeant animam, & ſint viuæ, & intendit hanc rationem; Omne, quod augetur, imo, quod nutritur, oportet, quòd aliquãdo auctum ſit; vnde nutritio eſt propter augmentum, tanquam propter finem. Credo tamen aliud uoluiſſe, ſcilicet, quia Ariſt. declarauit plantas viuere per augmentum, vt potè per notius nobis, & per id, per ꝙ natura diſtinguitur contra animam, & nihil de nutritione dixit: ob id Auer. per augmentum ad nutritionem ducit, oſtendens propriè eius eſſe principium, animã; per quod viuit planta. Et hoc apparet in quæſtione, quam deducit in vlt. com.

Dubitatur circa rationem in textu à Pomponatio; nam appoſitis multis lignis accenſo igni, creſcit ignis ſecundùm quancunq; differentiam poſitionis: ſimiliter magnes mouet à quacumq; differentia poſitionis; quia à quacunque trahit: quare natura per hoc non differt ab anima. Ad primum dicitur, quòd creſcit per iuxta poſitionem: ad ſecũdum dicitur, ꝙ motus ille ferri ad magnetem eſt motus amati ad amantem; mouetur enim ferrum, vt perficiatur. ꝙ verò ſit in dextra, vel ſiniſtra, vel alijs partibus, hoc eſt per accidens: per ſe, duntaxat eſt ad magnetem moueri. At reſponſio talis, & ſi in ſe vera ſit, habet tamen bonas difficultates; nam Auerr. 7. phyſic. 10. dicit, quòd motus nutrimenti ad membra, eſt ſicut motus ferri ad magnetem: alteratur enim cibus in ſtomacho; & in gibbo hepatis cõuertitur in ſanguinem: qui quidem ſanguis aſcendit ad cerebrũ, & in partes laterales, ac, quæ deorſum ſunt, mouetur: hoc idcirco eſſe dixit Auer. ibi, & ſecundo colliget quia in hepate exiſtit maſſa ſanguinis; & pars ſuperior alterat partem illius ſanguinis, & attrahit ad ſe; ſic & aliæ partes, vt ferrum alteratum à magnete ad magnetem trahitur. quo ſtante, motus tunc ille nutritionis non arguit vitam ſui animam, ſicut neque animam arguit motus ferri ad magnetem; quare dicam, quòd planta non viuit. Vnde hoc videns Pluſquam commentator tertio artis medic. commento 60. dixit; quòd Auerr. errauit. & ſic tenet Pomponatius, qui totam hanc dubitationem examinat: vnde Pluſquàm commentator, & cum eo Pomponatius tenet, quòd in eodem ſit loco mouens ſanguinem ad diuerſas partes, & ſit anima ipſa, quæ per proprias venas vniuerſum corpus irrigantes, tanquam per propria inſtrumenta ad diuerſas corporis partes nutrimentum demandat, quod non facit natura: quandoquidem propria non habeat inſtrumenta: ille tamen motus eſt violentus reſpectu paſsi, ſanguinis ſcilicet. At contra iſtam opinionem poteſt eſſe ratio talis. Si anima, quæ eſt in hepate, nutritiua ſcilicet, eſt mittens ſanguinem ad vniuerſa membra per propria inſtrumenta, aut hoc facit per propriam formam, aut per calorem naturalem, vt per inſtrumentum, aut per ſibi deſeruientes virtutes: non primo, quia mouens eſt ſimul cum moto; quare contactus; ergo corpus. non per calorem; quia calidi eſt attrahere, vt inter Philoſophos, & Medicos conuenit: non per virtutes, quia maximè per expulſiuam; modò per hanc, vt ſibi a natura datum eſt, expellit, quod eſt inconueniens, vt ſuperfluitates, &, qui naturæ regulam excedunt, humores. quare opinio Auer. erit vera; quia, vt ſic, ex parte paſsi, non erit pura violentia, quę repugnat operibus naturę, & præſertim animæ; ſed erit violentia ex parte, qua ſanguis eſt corpus graue, & in eo dominatur terra, & aqua: non erit violentia ex parte impreſsionis qualitatis realis; inſenſibilis tamẽ,

per

per quam mouetur; nam & in cerebro, eſt uirtus nutritiua; quare & illa poterit, & conuenientiùs per attractiuam ſuam uirtutem, quod ſibi conueniens eſt, attrahere; quandoquidem & uilli longitudinales uenarum nonnihil conferant; ſic & aliæ partes: & ſic ſaluabitur motus animæ. Quare, his omiſsis, cum non ſit examinandi locus, ad primum principale dico, quòd creſcit ignis per iuxta poſitionem, ut dictum eſt: ſic & ſecundum.

T. c. 15. Separari autem hoc. Auer. in parte continuatiua ait; Cum enumerauerit uirtutes animæ, incepit inter eas ordinem conſtituere: quæ autem ordinem habent, ſimul utique eſſe non poſſunt; ſed unum eſt prius, & alterum poſterius; ideo intendit comparare genera hæc animatorum ſecundũ prius, & poſterius. Tex. diuiditur in duas partes: in prima ponitur una concluſio, in ſecunda probatur. Prima pars clara continet duo; primum, quòd de gradibus animatorum, à uegetatiuo non poſſint alij ſeparari; benè tamẽ poſſit iſte ab alijs, in mortalibus ſcilicet: namque quodcumque ſit, uel intelligens, uel ſentiens in mortalibus, neceſſe eſt ob continuum fluxum humiditatum, quæ deperdũtur, quòd fiat reſtauratio, ut notat Philoponus: quare in quocunque tali erit neceſſaria nutritio. Addidit autem ly, in mortalibus, Ariſtoteles ut Deum, & intelligentias ſecludat, quæ & intelligunt, & appetunt 12. metaphy. 36. 39. Ex hoc loco capit Pomponatius magnum argumentum, quòd anima ſit mortalis; quia dicit, quòd in mortalibus, anima nõ poteſt intelligere ſine alijs animis, & ſine ſenſu; ergo non eſt incorruptibilis; quia æterna intelligunt, & tamen ſine ſenſu ſunt. Argumentum hoc nihil eſt. nec tamen fugio ad ſolutiones, quas ipſe in medium affert, dicendo, quòd in illo ſtatu uerum eſt, quòd nõ poteſt eſſe: at in alio non; quia, ut ipſe dicit, oporteret probare dari alium ſtatum: quare dico, quòd eſt latitudo in intelligentiis ratione perfectionis: quare ſecundùm earum perfectionis gradum mouent orbes nobiliores: anima autem intellectiua, quia eſt cæteris imperfectior, aſsiſtit orbi humano ſemper; quare aſsiſtens Socrati, aſsiſtit, ut homo eſt: quare ut habet gradus inferiores, nõ tamen propter hoc ualet; Aſsiſtit mortali; & non poteſt, niſi cum ſenſu, & nutritione; ergo mortalis. ſequeretur, ſi eodẽ modo, quo uegetatiua, & ſenſitiua, rationalis eſſet actus, cuius oppoſitum retro oſtenſum eſt. Aduertendum, quòd ſeparari contingit bifariam, uel poſſe eſſe ſine aliis, in mortalibus, quo modo uegetatiua ſine aliis poteſt in plantis; at nõ intellectus ſine aliis in homine: uel eſſe ſine corpore, quo modo neq; uegetatiua, neq; ſenſitiua pôt: at intellectiua ſeparabilis eſt. de prima ſeparatione tangit hic; de ſecũda in tertiò dicet. In ſecũda parte probat, quia datur unum genus animatorum, in quo ſola anima uegetatiua reperitur. & Auer. notauit dictum eſſe hoc de plantis ab Ariſtotele contradicendo antiquis, qui dicebant plantas dormire, & uigilare; in qua opinione fuit Pythagoras: dicebat enim, quòd plantæ in æſtate uigilant, quia creſcunt; in hyeme autem dormiunt. patet itaque utraque pars concluſionis propoſitæ.

Conſequẽtia iſta nullius ualoris eſt non.n.ualet; Nauta î naui abſq; naui nauigare non pôt, ergo, ſi ſubmergatur nauis, ſubmergitur et nauta.

Intelligere cũ ſenſu, bifariam; uel quia dependet a ſenſu ſemper, & hoc falſum eſt; uel, quia ſenſus concomitatur ma[illegible] intellectũ; et hoc uerũ eſt: & falſum, q̃ deducitur, Ergo mortalis.

Viuere quidem igitur. Auer. in parte continuatiua ponit intentionem Philoſophi; & eſt, q̃ vult facere differentiam inter hanc uirtutem, & uirtutem ſenſus. Simplicius manifeſtat magis; Nam nõ omne, quod dicitur uiuere, dicitur perfectè uiuere, ut uita intellectuali, aut ſenſitiua: ſed quædam imperfectè dicuntur uiua, ut quæ modò dicta ſunt. Textus diuiditur in duas partes: in prima dicit ea uiuere, quæ principium illud primum habent. Et notat Auer. in lingua Græca talia propriè dici uiuere, ζῆν, ſed non ζῶα: in ſecunda dicit per gradũ ſenſitiuum, etiam quòd non mutent locum, animalia appellari. & declarat Auer. q̃ animal dicitur de eo, quod habet principium ſenſus. multi legunt, propter ſenſum primum; & exponunt de tactu; & hãc uidetur uoluiſſe Philoponus. Oppoſitum tamen Auer. Simpl. & Them. qui non primum, ſed primò exponunt, id eſt per ſenſum abſolutè. & eſt uera expoſitio, quia de ſenſu tactus dicet in ſequẽti textu talia uerò dicuntur ſpongia marina. & Græci habent nomen commune his, quæ mediant inter frutices, & animalia ζωόφυτα. Animalium quædam ſunt ſtantia, quædam mouentia: ſtantia, ubi humidum non eſt, non reperiuntur. & ſunt in triplici differentia; quædam ſemper ſunt affixa, ut ſpõgia maris, quæ niſi clam fiat, cum difficultate auellitur; argumento eſt, quòd ſentiunt: alia mouentur ad motum alterius, ut tuberculi: aliqua ſunt, quæ aliquando affixa, aliquando auulſa, & uoluuntur modo huc, modò illuc. utrumque animal eſt.

T. c. 17. Senſuum autem tactus. Auer. non cõtinuat. Latini dicunt, quòd uult oſtendere eundem ordinem inter ſenſus, quem dixit inter uitas, q̃ tactus inſtar uirtutis nutritiuæ, poteſt ab aliis ſeparari; at alii nõ ab ipſo. Philoponus continuat ſecundùm expoſitionem, quam dedit ſupra: quia uoluit ſupra Ariſtotelem dixiſſe animal dici per primum ſenſum, qui eſt tactus. reddit modò cauſam, quare tactus dicatur primus, & adducit particulam in textu ὥσπερ, & vult, quòd idẽ ſonet, ac ſi diceret, ὥσπερ γάρ, quod ſit redditio cauſæ. At ſecundùm alteram expoſitionem, quam accepimus, dicimus; quia dixerat animal dici tale per ſenſum, ut oſtendat primum gradum, per quem animal dicitur; quãdoquidem multi ſint ſenſus, & exteriores, & interiores: poſuit per illas conditiones duas, per quas poſuit gradum primum uitæ in uiuentibus: quare ly, ὥσπερ dicit ſimilitudinem, & non reddit cauſam; quia ly, γάρ, in textu non eſt. Textus diuiditur in duas partes; in prima ponitur concluſio cum confirmatione à ſimili; in ſecũda elicit duos gradus animatorũ: primam Auer. exponens notat prioritatem in ſenſu tactus à ſimili, per regulam illam prioris, à quo ſcilicet non conuertitur ſubſiſtendi conſequẽtia, & eſt clara: in ſecunda parte declarat Auer. animal neceſſariò habere ſenſum tactus, non autem uiſum, niſi perfecta; quandoquidem ad neceſſe eſſe animalis, animal tangit, ſentit caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ſiccitatem, durum, molle, aſperum, bene, ut patebit: ſic & animalia, quantumuis imperfecta, talem ſenſum habent, ut con-

chæ,

chę, ſpongię, & talia: non enim neceſſe eſt animal omne uidere, aut audire; namq; talpa non videt; apes non audiunt. neceſſarius itaque tactus.

T.c. 18 Propter quam autem cauſam. Auerro. partem iſtam non continuat: continuatio tamen talis. hic Ariſto. excuſat ſe à diligenti inquiſitione de hac materia in hoc loco; quoniam de hoc in fine tertii diligentius dicetur. Textus diuitur in duas partes; in prima dicit cauſam huius, poſteriùs tradere. Philoponus tamen tangit aliqua: primò, quia corpus eſt in continuo fluxu; neceſſarium eſt, q̄ omne participans vitam ob inſtaurationem deperditi, nutriatur: prima itaque meritò in uiuēte eſt, propter ſalutem: propter quam cauſam & tactus primus in ordine ſenſuum eſt; tactu enim, & guſtu, qui eſt quidam tactus, diſcernit animal inter nocuum, & ſalubre: nanque proprijſsima nobis ſunt, ex quibus ſumus compoſiti, cal. humid. frig. & ſic. durum, & molle; quæ obiecta ſunt huius ſenſus, qui dicitur tactus: in ſecunda parte dicit, quòd in tantum de his; &, quòd anima determinatur his. Albertus de Latinis dicit animam terminari his rõne, qua eſt horum principium, quæ aliquādo ab inuicē ſeparata in diuerſis inueniuntur: quædam negetant tantùm; quædam & ſentiūt. addunt & his alia localem motum; poſtrema intellectum. Et, quia uiuere eſt actus eſſentialis animæ; quia anima actum iſtum effluit in corpus, quod animat, & à principaliori membro corporis, corde ſcilicet; anima uerò, ut forma, dat eſſe ei, cuius eſt anima, per uitam. Hoc dupliciter, poteſt conſiderari; vel, vt ab anima, & ſic eſt actus eius eſſentialis; uel, prout eſt in corpore; & ſic eſt formaliter adhærēs corpori. ab eo dicitur caro viua, & corpus uiuum; quia omnis pars alimentum capiens, uiuit; ſed nō omnis pars formaliter ſentit; quia oſſa non ſentiunt, & tamen viuunt: anima verò in ſe dicitur viuere, ſed cauſaliter, ut lux dicitur luminoſa, & cauſa luminis. Philoponus de Gręcis auctoritate Alexandri exponit duo illa in textu, quòd anima dicatur principium nutrire, augeri, & ſentire, qui ſunt actus animæ; non tamen dicatur terminus, ſiue principium, quod melius eſt, nutritiui, & ſenſitiui. ſed dicitur terminari iſtis, ideſt quòd anima in his terminatur, & in his ſit eſſe animæ. Simplicius magis cum Alberto dicit, quòd ly, Horum, quę dicta ſunt; intelligit animam ipſam eſſe principium illorum quatuor graduum animatorum, nō per participationem, ſed ſecundùm genus formalis cauſæ. &, quia anima indiuidua eſt, & non eſt terminus ad ultimum finem, qui intellectiuus eſt, ſed ad unumquemque gradum; ideo dixit, terminatur his; & non ſolùm, ſcilicet, eſt horum principium: ſic enim principium eſt, quod aliquo modo terminans. dicitur autem intellectiuum, quaſi vtens intellectu. Notat Philoponus poſuiſſe gradum de motu poſtremum; quia omnibus conuenit, & intellectiuo quientiam gradui ab inquiſitione in intentionem; & à præmiſsis in concluſionem. hinc Them. notat plantas uiuere cōtra Stoicos, qui eas neque animalia, neque animata fatebantur: & cōfirmat tribus rationibus; nam, ſi per nutriri, & augeri uita non eſt, ſed motus naturalis; tunc nos haud ſentientes, uiuere non dicemur: ſecunda, plura vtuntur naturalibus motibus, vt elementa, & alia, quæ tamen non dicuntur viua; ergo vtens, anima, & non natura viuit, & prima, uegetabili ſcilicet: tertia, quomodo in animalibus gignitiuā potentiam ab anima eſſe dicemus; in plantis tamen ſic eſſe negabimus, nec rationem expetendam eſſe dicimus; quare frutices animata, & non animalia eſſe dicantur; quia à conſuetudine, & loquendi vſu, qui ad placitum eſt, nominauit ea Ariſt. vt qui imperfectè currit, non curſor, ſed qui perfectè.

T.c. 19. Vtrum autem vnumquodque horum. Auer. in parte cōtinuatiua inquit; Cum poſuit virtutes animæ eſſe plures, quęrit modò, vtrum vnaquæque illarum dicatur anima; cauſam tamen intentionis non ponit. Inter Græcos Simplicius dicit; Quia omnes dicti gradus inueniuntur in animalibus rationalibus; meritò quærendum proponit, nunq̄d differentium partium corporis dicantur actus, ita quòd eadem partitione, qua corpus, diuidatur anima. & quia in fine primi hanc eandem examinauit quæſtionem, dicit Simp. hic eandem repetiſſe; propter perfectionem diuiſionis: ſed ad alterum membrum reſpondet nihil, tanquam ibi ſatis, ſuperque de tali diſputaſſet. Them. tamen magis ad Ariſtotelem dicit, quòd volens Philoſophus determinare, quomodo iſti gradus prædicti ſe habeant ad ſeparabilitatem, & inſeparabilitatē; quia hoc eſt maximè deſideratū in iſta ſciētia: ideo vult mouere duas quæſtiones pro ſolutione huius rei. Textus diuiditur in duas partes ſecundùm Auerro. In prima ponit tres quæſtiones: in ſecunda accedit ad earum ſolutionem: ſecundùm tamen Themiſtium & Sanct. Thomam non mouet, niſi duas. Prima eſt, vtrum quilibet gradus de enumeratis debeat appellari anima, ſcilicet quòd vnuſquiſque poſsit dici actus: ſecunda ſecundùm Auer. eſt; ſuppoſito quod omnes dicantur animæ, nunquid vnaquæque perfecta, integraq; dicatur anima; an dicatur animæ pars, ita quòd quatuor illæ unam totalē integrent? tertia, ſuppoſito quòd ſint partes, nunquid tales ab inuicem ſeparentur loco, & ſubiecto; vt eſt viſus, & auditus: an ſint idem loco, & ſubiecto, & ſola diſtinguantur ratione, verbi gratia in pomo videmus odorem, colorem, & saporē; & talia in eodem ſunt loco, & ſubiecto; ratione tamen diſtinguuntur. Notandum, vt Hiſpanus, quòd loquitur de partibus poteſtatiuis, non autem de ſubiectiuis: nam aliqua ſunt diſtincta ratione, & eſſentia, idem tamē ſunt ſubiecto, vt albedo, & dulcedo in lacte; alia è conuerſo, vt albedo niuis, & lactis; alia vtroque modo, vt albedo lactis, & dulcedo mellis. & hic agit de ſeparatione à ſubiecto, iō dubitauit; at non de ſeparatione ab alijs partibus vt dixit is vbi non eſt dubiū: Dubiū itaque fuit, an ſubiecto diſtinguantur. In ſecunda parte præparat ad ſolutionem dicens, quòd id, quod dictum eſt, in quibuſdam eſt dubium; in aliquibus verò, manifeſtum. voluit per hoc notare, quòd dubium eſt de intellectiva, vtrum ſit anima; manifeſtum verò de alijs tribus, q̄ ſunt animæ.

T. c. 20. t Sicut enim in plantis. Auer. in parte continuatiua notat Philoſophum ſoluere tertiam quæſtionem, an ſcilicet plures ſint ſubiecto; & ponit intentionem claram. Tex. in duas partes: in prima ponit Ariſto. ſolutionem; in ſecunda declarat illam: & dicit, quòd partes illas animæ loco, & ſubiecto non eſſe diſtinctas: in quibuſdam dubium non eſt; in quibuſdam verò eſt. cõmunis expoſitorum ſchola, Simplicio excepto, tenet, quòd dubium eſt propter intellectum; de quo in textu ſequenti dicet. Simplicius dicit non eſſe dictum propter intellectum; quia ſupra cognitum eſt ipſum non continere corpus aliquod: &, quod dicit in ſequenti, nõ eſſe manifeſtum de ſpeculatiua potẽtia, tanquam non de ea vltimatè determinatum eſſe, genus ſcilicet animæ, alterum eſſe, & ſeparari tanquam perpetuum à corruptibili: ſed, quando Ariſtoteles in ſuperiori dixit littera; De quibuſdam autẽ eſt dubitatio. propter virtutes, & partes, quæ corpus continent, an ſcilicet loco, & ſubiecto ſeparatæ ſint, vt viſus, auditus, olfactus, & ſimilia. In prima itaque parte oſtendit, in quibus facile eſt videre; & declarat in plantis, & animalibus: in plantis quidem apparet expreſsè, quòd in eadem parte eſt virtus nutritiua, augmentatiua, generatiua; nam, ſi ſumatur ramus ſalicis, & plantetur, fiet arbor, & habebit omnes illas potentias, quas priùs tota habebat arbor: eodem modo inſerta virgula, fiet arbor, & eaſdem habebit vires: idem conſtat & per animalia anuloſa; namque ſerpẽtes, auguillæ, muſcæ, formicæ ſi diuidantur, partes reciſę viuunt animalis vita. motu ſcilicet & ſenſu; quare partes iſtæ ſubiecto non diſtinguuntur. & addit Philoſophus; Tanquam exiſtente ea, &c. Auer. notauit hoc dicens, quòd in illo uegetabili anima eſt vna in actu, & plures in potentia; quia poteſt diuidi in animas, quæ ſunt eędem in forma, cum anima prima. Græci expoſitores, Simpli. dicit, quòd non eſt intelligendũ, quòd anima partibilis ſit in planta, veluti homogeneum corpus in partes ſuas ſimilares; ſed anima ipſa, quę in tota planta eſt, & in ramo deciſo eadem: quia, ſi ramus plantetur, erit anima in eo talis, qualis in tota planta: quod quinetiam declarans magis Philoponus ait, in plantis eſſe intrinſecus quoddam proportionale ſemini, & in tota plãta, & in ramorum ſingulo, in quo anima ipſa ſedẽ habet: vnde propter ipſius impartitionẽ, in ſingulo præciſo ramo, vniuerſæ eius potentiæ inueniuntur. cum Græcis videtur Albertus, à quibus omnibus diſſentit Sanct. Tho. quandoquidem velit animam ipſam eſſe diuiduam ad corporis diuiſionẽ, vt corpus ipſum homogeneum diuiſum in plures partes, differentes numero, conuenientes tamen in forma: & dixit hoc propter ſuum fundamentũ, in quo tenebat animam ipſam extenſam eſſe ad corporis extenſionem. Albertus notauit ex hoc animam, vt diuiſim apparet in his, in quibus non multa requiritur organizatio; ita &, quando partes ſimul erant, anima ipſa cum omnibus ſuis poteſtatibus, in earum qualibet inueniebatur; uerũtamen vna, & eadem anima ſecundùm quãlibet poteſtatem ſuarum operationum non poteſt eſſe in qualibet parte: & hoc volebat tenens animam in toto eſſe indiuiduam, & in qualibet parte totã, contra fundamentum Sanct. Thom. ſed de hoc dicetur in dubiis. Sic videmus &c. Auerr. exponens hanc ſecundam partem duo facit; primò quod dictum eſt; ſecundò ponit vnum notandum: in prima duo declarat, ſicuti duo cõtinẽtur ex ſentẽtia Auerro. primò manifeſtat, quod dixerat & in animalibus anuloſis; ſecundò reſpondet dubio tacito. prima pars in Auer. clara, & ad ſenſum manifeſtatur; quia reciſa ab anguilla pars, ſentit, & mouetur: quare potentiæ illæ loco, & ſubiecto non diſtinguuntur. Simplicius notat ly, vt, dictum eſſe non per ſimilitudinem, quòd ſcilicet in animalibus anima ipſa dicatur actu vna numero, & potentia plures, vt dictum eſt in plantis; quia in plantis ſunt plures potentia, quia rami plãtati poſſunt creſcere, & facere plures aĩas numero actu; ſicuti in tota planta prius vnica actu erat: hoc verò in animalibus non ſequeretur: ſed illa ſimilitudo trahitur ad illud eſſe diuiſum; ſicuti diuiſę plantæ viuũt; ita & animalia illa imperfecta ſecundùm partes illas diuiſas uiuunt. Si autem ſenſum. continuat hanc partem Auer. & dubium tacitum mouet: cui Ariſtotel. dicit; Si vtraque pars habet ſenſum, & motum; habet & phantaſiam, & appetitum. & probat per cauſam; Vbi ſenſus, ibi triſtitia, & lętitia: vbi verò hæc; ibi ex neceſſitate deſiderium eſt. deductio iſta: apud Auer. S. Th. clara eſt: quare quatuor illæ potẽtiæ animę nõ ſeparãtur loco, & ſubiecto; qm̃ oẽs remanent in quacumq; parte: in eadẽ. n. parte eſt imaginatiua, ſenſitiua, ſecũdum locũ motiua, & deſideratiua. quòd habeant appetitum, patet; nam, ſi propè ignem ponantur partes illæ, calorem effugiunt, cum ſit eis contrarium: imaginãtur quinetiam; nam ſenſus interior ſentit, quæ extra præſentia non ſunt; ſecus autem exterior: quare anguilla calorem ſentiens, mouetur ad id, quod ibi præſens non eſt: nihil enim mouetur ad id, qđ habet: cum igitur ad locum moueatur; oportet terminum ad quem notum eſſe: & quod non eſt præſens; cognoſci non poteſt, niſi per imaginationem, ut dictum eſt; ergo in ea eſt imaginatio. Sed fortè diceret aliquis; elementa localiter mouentur; & tamen non habent imaginationem. Ad hoc dicendum, quòd non mouẽtur propter triſtitiam, aut propter lętitiam, vt animalia fugiendo contrarium, & ſequendo conueniens: meritò itaque non imaginantur. Sed tamen debes ſcire. Hæc eſt pars in Auer. documentalis; à qua etiam non diſcedit Sanct. Thomas; & reſpondet tacito dubio; nã poſſet, quiſpiam dicere; Dubiũ eſt de imaginatione; nam communiter ponitur in primo ventriculo cerebri: Medici hoc affirmant à lędentibus, & iuuantibus: ſi enim talis pars ægrotat, uel diminutè imaginatur, vel corruptè, vel ablatè; vt prima tertii Auicen. non autem ſic, ſi pes, aut manus: cum itaque ſit tale, cum in cauda lacertę non ſit cerebrũ, non videtur, quòd ibi ſit imaginatio. addit & Ioannes Grammaticus, nam muſcæ videntur phantaſiari; quandoquidem, quò tendant, optimè dignoſcant: at muſceolini palàm eſt, quòd inordinatum

S.Tho.intelligit totũ ad totã imtrionẽ, et malè.

motum

motum habeãt; quare phantaſiari non videntur: ea propter dicit Auerroes,& cum eo latini S. Thomas, Egidius, quòd imaginatiua eſt duplex, altera perfecta, altera imperfecta: & ponit inter vtramq; duplicem differentiam; prima eſt in animalibus perfectis. vt in homine, aſino, equo, &c. & hæc partem habet determinatam, ſaltem quo ad operationem in cerebro; imperfecta uerò per totũ corpus diffunditur: ſecunda differentia eſt, quòd imperfecta non cognoſcit niſi præſentia ſenſibus; a quibus opus eſt vt moueatur, ſi debet operari; & talis eſt in anguilla, muſcis, & huiuſcemodi imperfectis animalibus; tametſi inordinatè moueri uideantur. quare dicebat Pomponatius, quòd, qui duntaxat præſentia cognoſcunt, ſunt ſimiles muſcis: perfecta uerò, non modò, quæ pręſentia ſunt; verùm & ad futura ſe extendunt, ut prudentes. At videtur ſibimet Auer. cõtradicere; nam dicit hic, quòd imaginatiua imperfecta, ſemper eſt coniuncta cum ſenſu; & conſequenter eſt tantùm rerum præſentium: paulò tamen ſuperiùs dictum eſt, ꝙ in talibus animalibus anuloſis ideo eſt imaginatiua; quia mouentur ad terminum, quem oportet eſſe cognitum; ſed per ſenſum exteriorem cognoſci non poteſt; quia præſens non eſt; ergo per interiorem; ergo de abſentibus; ergo non ſemper cõiuncta ſenſibus. Vgo Senenſis ſecundo artis parnę citat hoc commentum, & dicit, quòd imaginatiua eſt diſſeminata per totum corpus tam in imperfectis, quam in perfectis animalibus: & negat, quòd illa ſit cauſa, quòd ponatur imaginatiua, ſcilicet motus ad illud, quod non eſt præſens, ſeu cognitio abſentium; ſed tenet, quòd omnis pars, quę ſentit, poteſt delectari, & triſtari, conuenienti ſcilicet, & incõuenienti: quare addit, quòd iſta pars, quę delectatur, aut triſtatur, non poteſt eſſe ſenſus; quia ſenſus non ſic operatur; ſed eſt uirtus imaginatiua, quæ per totũ corpus diſſeminata eſt; nanq; talis ponitur ꝓ cognoſcere conueniens, & inconueniẽs, propter delectari, & dolere; nõ aũt propter cognitionem abſentium: quare dubium factum de motu, ſtante hac expoſitione, nullum eſt. Pomponatius redarguit ſententiam Vgonis; &, quòd nullo modo eius ſententia poteſt ſuſtineri; primò aduerſatur Auerroi, qui ponit, quòd iſta imaginatiua diſſeminata ſolùm ponitur in animalibus imperfectis: ſecundò aduerſatur Ariſtoteli, quia ponens imaginatiuam iſtam eſſe, qua animal delectatur, & triſtatur; non ponit ipſam diſtinctam ab appetitu, uel deſideratiua: cuius oppoſitum ponit Ariſtoteles in textu. tertiò contradicit ueritati in ſe; quia nullus peripateticus dicit, quòd imaginatiua delectatur; ſed dicitur, quòd imaginatiua cognoſcit: modò delectari, & triſtari non eſt cognoſcere. confirmatur quoque ex ſententia Auerr. qui dicit imaginatiuam eſſe merito eius, quod nõ eſt; non autem ratione conuenientis, & inconuenientis; imo ex eo, quòd cognoſcunt ea, quæ non ſunt. concludit Auer. in talibus imaginatiuã inueniri: quare Pomponatius ad argumentum dicebat ad mentem Auer. quòd imaginatiua cognoſcit obiectum præſens; non quod omnino eſſet præſens; quia hoc non datur; ſed intelligendum eſt compa ratiuè, ſcilicet in modica diſtantia: perfecta verò, ut hominis, in magna diſtantia. & fundamentũ erat; quia cauda lacertę mouetur ad aliquem terminum; ergo cognoſcit abſentem. At opinioni huic aduerſatur Hiſpanus dicens, quòd eſt purus error; quia cognoſcere in abſentia, non oſtenderet id fieri in parua magis, quàm in magna abſentia; dummodo cognitio eſſe dicatur in abſentia; idem eſt, quòd ſit per unum pedale diſtans, quàm per mille: præterea, ſi in abſentia; ergo nõ ſine ſpecie. Quæritur itaque, ubi eſt organum conſeruãs illam ſpeciem? deinde eſt aliquod animal ſolùm habens ſenſum tactus, ut 17. & 23. quare talis non niſi pręſentia cognoſcit. deducitur ex textu; Habet ſenſum; ergo deſiderium; ergo in tali eſt imaginatio; & cum ſit coniuncta tactui; ergo in pręſentia. Ad illud autem Auerro. Obiectum eſt delectabile; ergo non præſens; quia non mouetur ad illud. Reſpondeo, quòd de neceſſitate ſecundùm ſententiam Ariſto. & Auer. ponenda eſt imaginatiua imperfecta; quæ non niſi in præſentia obiecti, obiectum cognoſcit: & hoc generale eſt in omnibus animalibus imperfectis; aliter deductio nulla eſſet. Ad illud de cauda lacertæ dicendum, quòd mouetur; non, quia cognoſcat terminum ad quem; ſed, quia habet triſtem ſenſationem; & pungitur, & cognoſcit terminum à quo; & hoc ſufficit. Sed aliquis diceret, quòd reſponſio non tenet, niſi quando habet fugam, non quando perficit conueniens. Reſpondeo, quòd tunc non mouetur, niſi, quia ſentit aliquod conueniens; ut anguilla tẽpore hyemis, ſi ſit in manu, labitur; quia percipit caliditatem manus; ideo mouetur, ut ſecundùm partem aliam calefiat: & ita terminus ad quem, eſt abſens, & præſens. Quare ad argumentũ primum concedo, quòd ibi eſt motus ad id, quod eſt actu delectans ſecundùm aliquam partem: at in imperfectis, in quibus eſt ſolùm tactus, dubium eſt, an ſit imaginatiua, & deſiderium. ſi ſic, tunc tactus non eſſet ſeparatus ab alijs uirtutibus. reſpondeo, quòd ibi eſt deſiderium: & hoc facit pro Scoto; quòd tot ſunt uirtutes cognoſcitiuæ, quot & appetitiuæ, contra S. Tho. qui vult, quòd ſit una tantùm appetitiua. Tex. eſt pro Scoto. quare ad dubiũ, dico, ꝙ ubi tactus, ibi imaginatio: quia eſt tactus, ut primò apprehendit; ut autem continuat actionem ſuam circa apprehenſum, eſt imaginatio: & ſic ſequitur, quòd opinio Vgonis eſt uera: namque duæ ſunt ſententiæ de imaginatiua in nobis; una, quòd in qualibet parte noſtri corporis eſſet imaginatiua ita, quòd non eſt ſicut uirtus uiſiua in parte determinata: & eſt Vgonis per tale fundamentum: nam fortiter intentus, dum loquitur cum aliquo, ſi pũgatur pes, retrahit pedem, licet non ſit intẽtus circa punctionẽ: & hoc nõ eſt, niſi, quia ibi eſt imaginatiua; nam ob id retrahitur pes, quia in eo eſt ſenſus. modò per dictum Philoſophi; ubi ſenſus, ibi imaginatio; ſequitur de imperfecta, quod dictum Vgonis eſt uerum. quare ad argumenta conſequentia ipſum; ad primum dico, quòd Auerroes non dicit illam reperiri ſolùm

Ex Alexan. 1. anim. c. 8. Omne, quod moueri aptũ eſt, uim imaginãdi, ſentiendi, et alendi poſſidet: nõ tamẽ omne, quod uim imaginãdi, ſentiẽdi, & alẽdi poſſidet; id continuo migrando, aut mouerí, aptum eſt.

in imperfectis; ſed dicit, quòd imperfecta ſolùm habent hoc, ꝙ in abſentia ſenſatorum, non imaginantur; non, quòd ob id ſequatur, quòd imaginatiua à ſenſu non differat, ſed uoluit notare, ꝙ talia non imaginantur, niſi actu per ſenſum, à ſenſibili moueantur; perfecta uerò cum hoc & perfectam, & imperfectam habere non inconuenit. Ad ſecundum dicendum, quòd Ariſt. loquitur de perfecta: modò imperfecta eſt uſque adeo unita ſenſui, ut non uideantur differre. Ad tertium eodem modo: & Auer. confirmat; quandoquidem priùs dixerit imaginatiuam eſſe merito abſentis; in fine deinde excipit imperfectam, quam ponit coniunctam ſenſui. At circa determinata, ſunt duo dubia; alterum de anguilla; utrum ſcilicet in qualibet parte diuiſa ſit imaginatiua? Et uidetur, quòd non; nam anguilla eſt animal habens inſtrumentum aptum imaginatiuæ perfectæ; quia caput: & confirmatur; quia, uidens hominem ſtantem in ripa, recordatur ſuæ foueæ; & ad eam perniciter mouetur: quare, &c. ſecundò dubitatur, utrum in partibus deciſis generentur nouæ animæ? & uidetur, quòd non: generatio ſupponit alterationem; ſed in hac diuiſione nulla præcedit alteratio; ergo &c. Ad primum dicendum, quòd dictum Ariſt. propriè uerificatur de inſectis, non autem de anguilla: ſed ad argumentum dicendum, ꝙ in cauda ſaluatur imperfecta, & ſi non perfecta; ut dictum eſt. Ad ſecundum notandum, quòd ad hoc, quòd in partibus deciſis ſaluatur anima, tres cõcurrũt conditiones, ut Io. Iand. prima quòd diuiſio fiat ꝑ partes in quantitate conuenientes; & ratio, quia omnes formæ naturales determinatæ ſunt ad maximum, & ad minimum, ut 1. phyſic. 36. 38. ſecunda, quòd diuiſio fiat per tranſuerſum, & non per longum, ne deſtruatur, quod proportionale cordi eſt. & in his duabus, & plantæ, & entoma deciſa uiuunt. tertia conditio eſt, quòd ſeruetur debita organizatio: & talis reperitur in ramo deciſo, ſi plantetur, non autem in parte entomi: quare reuiuiſcit ramus, & fit planta; pars autem entomi nequaquã, ſed parum uiuit. Ad argumentum, notandum, ꝙ mutatio de non eſſe ad eſſe, inter cæteros, duobus contingit modis: primo modo, quia mutatur ad formam, ſiue ad principium eſſendi, quam prius non habebat: altero modo, quia diuiditur à toto, cuius erat pars in potentia, & efficitur per ſe exiſtens, & in actu. quare argumentum concludit de prima, non de ſecunda.

T. c. 21. De intellectu autem. Continuatio ſecundùm Latinos, & de Græcis Philoponum eſt ad text. 20. cum ſcilicet poſuerit, quę manifeſtę ſunt ſubiecto eædem animæ uires; in parte iſta oſtendit, de qua maximè eſt dubium. Auer. tamen in parte continuatiua cum Simplicio, ut ſupra uiſum eſt, continuat ad tex. 19. Cum dubitauerit, utrũ unumquodque illorum generum animę dicatur anima, in parte iſta quærit de intellectu, de quo maximè dubiũ uidetur, quo anima dicatur. Tex. partitur in duas partes: in prima declarat, quid erat magis manifeſtum Auer. dicens; Illæ, quæ perficiuntur, ut formæ perficiuntur per materiam, eſt manifeſtum, ꝙ ſunt animæ. neque tamen per hoc inferas oppoſitum, quòd, quæ non perficiuntur, non ſint animæ; quia intellectiua ſiue det eſſe, ſiue non, anima eſt. dixit. De intellectu, & ſpeculatiua potẽtia. Latini uolunt, quòd intelligatur idem, ſcilicet de intellectu poſsibili, quali tercũque nominetur: Auerroes per intellectum, uoluit intellectum in actu, & per ſpeculatiuum, uoluit poſsibilem, qui per talem intellectum perficitur: Greci, Philoponus dicunt, ꝙ intelligitur de ſpeculatiuo: nam datur intellectus ſpeculatiuus, & intellectus practicus: ſecundus uergit ſemper ad corpus; quare corrupto corpore uacat; ſpeculatiuus autem remanet. hæc Philoponus quare meritò addidit ly, ſpeculatiua; quia de ipſa uerificabitur propriè, ꝙ eſt alterum genus animæ, & ſeparatur: quare addens philoſophus ly, potentia, cum talis dictio nõ uerificetur de omnino impartibili intellectu; ſed actus potuit & practico, & ſpeculatiuo uniri: traxit autem eam ſpecificando per ly, ſpeculatiua, ad habitum meliorem. hęc Simplicius. Hiſpanus accepit eſſe dictum pro primo & ſecundo actu. Sed uidetur. Hanc ſecundam exponens Auer. primò continuat, & clara eſt: ſecundò exponit, quòd uidetur ſeparabilis; &, ſi dicatur anima, quòd dicetur ſecundùm ęquiuocationem. Notandum; quòd tribus modis poteſt dici æquiuocè: primò, ꝙ non ſit eductus: ſecundò, quòd non utatur corpore, ut organo: tertiò, quòd non det eſſe: & ſeparabilis, ut æternum à corruptibili. Albertus de Latinis uerificat hoc; quia cauſa incorruptionis eſt eſſe per naturam ante corporeitatem, & contrarietatem; & quòd intellectus eſt ſubſtantia ante utrumque per naturam exiſtens; ideo habet eſſe æternum, & aliam uitam poſt mortem: & addit, quòd eſt in orizonte æternitatis, & temporis, ſupra naturam exiſtens, & infra intelligentiam: quare Iſaac dixit animam rationalem creatam eſſe in umbra intelligentię. Notant Græci, Simplicius, Philoponus, ly, Videtur. nam Alexander exponebat dubitatiue. dicit Simplicius, quòd apud antiquos non eſt conſuetudo uti pro dubio; ſed, quòd notet idem, quod manifeſtum eſt: & addit Philoponus, quòd capitur in illo ſenſu, in quo Porphyrius dixit; Videtur neque genus, &c. addidit tãquam perpetuum à corruptibili: nam, ut Philoponus notat, ſeparari dicitur ęquiuocè: dicitur de accidentibus, quę ut primùm à ſubiectis ſeparata ſunt, corrumpuntur: quare addidit tanquam perpetuum: addit poſtea Auer. & ſi diſpoſitio intellectus ſit talis, neceſſe eſt, ut ille ſolus, inter uirtutes animę, poſsibilis ſit, ut abſtrahatur à corpore. Pro quo notandum, ut Hiſpanus, quòd eſſe abſtractum à corpore, contingit duobus modis; uel ſecundùm eſſentiam; uel ſecundùm operationẽ: ſecundo modo inter omnes conuenit, quòd ſit abſtractus: primo autem modo dupliciter contingit; aut ſecundùm eſſentiam, ſic, quòd nullo modo ſit cauſatus, nec perfectus à corpore: alio modo, quòd non inueniatur in corpore; & hoc duobus modis; aut particulariter; & ſic eſt abſtractus; aut uniuerſaliter; & ſic non eſt abſtractus; quia nunquam eſt ſine corpore: dictum itaque Auer. intelligitur,

ligitur, aut de operatione; aut, quòd eſt abſtractus ab hoc, aut ab illo corpore. At fortè quiſpiam dicere poſſet, ut refert Philoponus, quòd totum hoc intelligitur de Deo, & non de intellectu humano. hoc autem, ut dicit, non eſt uerum; tum, quia non

Reſp. dicit, ꝙ verificatur dictum Scoti, quia Ariſt. loquitur dubitatiuè: ad Græcos, dicit, ꝙ etſi ly, uidetur, ſic intelligatur, ꝙ tamē dicit, nō eſſe manifeſtum; quare nō potuit ſic exponi, ſed melius cum Alexand.

dixiſſet; Non eſt manifeſtum. quia patet ipſum ſeparari; tum, quia Deus non dicitur pars animæ, ſic uniuerſaliter cōſideratæ. Eſt & altera lectio, quam accepit Alexander, referente Philopono, quòd ſcilicet eſt alterum genus animæ; & hoc contingit ſeparari; & ſic non refertur ad primam partem textus. quocumque modo ſit, cōcludit littera eſſe partem animæ aliquam ſeparabilem ab illis, ſcilicet quę omnino materiales ſunt. & ly, contingere, exponit pro neceſſe eſſe, quòd ſcilicet pars illa ſeparetur.

Reliquæ autē partes. Auer. in parte continuatiua inquit, Cum dixit, quòd latet de intellectu, nunquid ſit abſtractus, quamuis manifectius ſit, eſſe abſtractum, ut non eſt anima; declarat contrarium in aliis partibus animę: ſecundùm tamen Latinos, intentio eſt declarare, quòd reliquæ nō ſunt ſeparatæ ad innicem ſubiecto, ut volebat Timęus. Tex. in duas partes; in quibus duas ponit concluſiones. in prima dicit; Reliquæ. Auerr. dicit, quòd reliquę partes, intellectu ſcilicet excepto, ſeparabiles non ſunt à corpore: & ponit rationem; quia finis à re finita ſeparari haudquaquam poteſt. Latini S. Thom. vnà cum Simplicio exponūt partem iſtam, contra determinationem Platonis, quòd ſcilicet reliquę animæ partes ſubiecto ſeparatæ non ſint. & eſt tex. pro ipſis. Vt quidam dicunt. Philop. cum Egidio capiunt vtramque expoſitionem; & quòd ſcilicet nō inter ſe ſubiecto, nec à corpore ſeparari contingant. Notat Simplicius ly, partes: nō tamen ꝙ anima partes habeat, ſed dictum eſſe ob indiuiduæ exceſſum. quòd itaque ab inuicem non diuiſę, entoma oſtendunt; ꝙ non à corpore; quia eius ſunt perfectiones. Ratione autē, ꝙ alterę. Auer. continuat primò, & dicit; Cum declarauerit id, quod manifeſtum eſt de ſeparatione in quibuſdam, & quod eſt latens in aliquibus; declarat modo, quid eſt illud, quod in omnibus manifeſtè apparet: deinde ſecundùm iſtam exponit, & eſt manifeſtum, ꝙ omnes iſtæ ratione differunt, & clara eſt. Larini verò, & Gręci non ad hanc intentionem legunt Ariſtotel. ſed meliùs: Simplicius dicit optimè factum, ꝙ differētia hatum uirtutum, quæ ſubiecto eædem ſunt contra Timæum, capiatur ſecundùm rationē, ratione ſcilicet operationis. quādoquidem ab inuicem differunt in eodem ſubiecto exiſtentes: & cōfirmatur, ꝙ hoc voluerit; quia Ariſto. in textu non meminit de gradu intellectiuo, quod facit Auer. in commento: ſed dicit, quia ſentire differt ab opinari; ergo ſenſitiuum ab opinatiuo.

Portius cap. 10. de mente humana, capit dictum Philoſophi 22. Reliquæ autem partes animę non ſeparabiles, ut quidam dicunt; ratione autē, alteræ; Senſitiuo, & opinatiuo alterum; ſiquidem & ſentire ab ipſo opinari. modò inquit ſub diffinitione animæ non comprehendi intellectum, & ſpeculatiuam potentiam. ſed opinatiuum, quod ſuperius dixerat intellectiuum. Oportet itaq; ꝙ de alio intellectu intelligat, quem excluſit ab hac tractatione de anima; & alium opinari eſſe, quem in ratione animæ comprehendimus. Et ſatis nobis eſt, ꝙ aliquis intellectus ſit de ratione animæ, quo ſcilicet nos intelligimus, opinamurque; quòd ratione ab alijs ſola diſtinctus ſit. ꝙ ſi omnis intellectus eſſet æterna ſubſtantia; non ratione, ſed ſubſtantia ab alijs animę partibus diſtingueretur; nec uerè dicerentur facultates animæ; neque anima tota eſſet, niſi Auer. admitteremus; ac fateremur animam eſſe unam ſecundùm aggregationem, & ordinem, ut cœlum, & elementa vnum mundum conſtituunt ſecundùm ordinem; quaſi vnitas hominis vnitas eſſet ſecundùm ordinem. non igitur homo eſſet vnum per ſe animal. inſuper addit cap. 17. Ariſto. dixiſſe, opinatiuum aliud eſſe à ſenſitiuo ratione; & opinatiuum voluit eſſe intellectum 3. animæ. 5. & ſuperiùs dicit ſecundùm eſſe nō poſſe ſeparari à ſenſitiua facultate. poſtremò affirmat de intellectu ſpeculatiuo eſſe aliam rationē. Hęc vt intelligantur, ſcire oportet, ꝙ Ariſto. propoſuit, an omnes ſint animæ, vel particulæ, ſenſitiua, vegetatiua, motiua, intellectiua. Amplius, An hæ partes ſint ſeparabiles loco, & ſubiecto. hæc ſi declarabitur, manifeſtabit primam: nam intellectiuū, cum ſit inſeparabile à ſenſitiuo, & uegetali, ſemper erit animæ facultas: ſenſitiuum quoque ſemper erit facultas: uegetalis in plantis erit anima plures habens facultates, quia ab alijs ſecernitur. Sed dicitur anima ſenſiriua, non ꝙ ſit alia anima à uegetali in animalibus ratione carentibus; ſed ita nominatur à præcipua facultate. Similiter in homine, non eſt alia anima intellectiua à ſenſitiua, & vegetali, cum ſint vnius animæ facultates; verū dicitur rationalis à præcipua eius facultate: quare ſola vegetalis ab alijs ſeparari poteſt, aliæ verò ab illa non. ideo ſatisfacit ſecundo dubio, quòd ſcilicet cęterę ratione ſeparentur; ſed vegetalis ſeparatur ſubiecto: at de intellectu ſpeculatiuo; quomodo ab alijs ſeparetur, nondum explicatum eſt. quo ſit, vt videatur eſſe aliud genus animæ. &, quamuis admittatur lectio, quòd ſit alterum genus animæ, & ſeparabile, vt perpetuum à corruptibili, non credendum eſt illud eſſe æternum. ſed dictum ita, quaſi multis videatur; non quòd tanquam indubitatum affirmandum ſit: quòd, ſi ad intellectum agentem referendum ſit, vt placuit Alexandro. Dicendum puto in confuſo hic locutum eſſe de intellectu, ac ſpeculatiua potentia. Concilianda ſunt Ariſto. verba hoc pacto; Cum ſuperiùs dixit intellectiuum eſſe non poſſe abſque ſenſitiuo in mortalibus; de facultate intelligendi accipiendum eſſe, quæ nominatur intellectus potentia. cum autem opinatiuum dixerit ſeparari non poſſe à ſenſitiuo; aſſerit ad intellectum practicum referendum eſſe; qui cum ſenſu, & in eſſe, & in operari communicat: at intellectus ſpeculatiuus, quem pro agente accepit Philoſophus, aliud genus animæ eſſe.

Ad dicta Porcij; & primum falſum eſſe, quòd

ſub diffinitione animæ intellectus, & ſpeculatiua potentia non contineatur: uerumtamen eſt, quòd non eodem modo, ut diximus cum Ariſto. 11. Si ſub diffinitione non reponitur intellectus, & ſpeculatiua potentia; quorſum Ariſtoteles in tertio de anima naturam illam diffiniuit, eandemque declarauit ſpeculatiuam eſſe? præterea ſi intellectus ille aliud genus animæ eſt, quod ſub hac diffinitione non continetur, dicat ille, quale genus erit hoc animæ. ſi dicat cum Alexandro, Deus. tũc Deus nõ erit animæ pars, neq; potentia ſpeculatiua, quæ imperfectionem includit. quòd uerò tertio de anima quinto dixerit; Quo opinatur anima. ſi conteſtum illum quintum intellexiſſet, hæc tam fatua non dixiſſet. præterea, ſi intellectiua facultas animæ, & non anima eſſet; qualitas eſſet, & non ſubſtantia: quod aduerſatur Philoſopho, primo de anima 65. deinde eſſet uegetatiua; cuius qualitas eſt imperfectior, ut accidens ſubſtantia. præterea Ariſtoteles dixit uegetatiuam ſeparari ab alijs, ſcilicet animis, quæ ſubſtantiæ ſunt; quia de potentijs dixit, ubi tactum ab alijs facultatibus animæ ſenſitiuæ ſeparauit: quare ut ſubſtantia à ſubſtantiis, ſic & potentia à potentijs. Quòd uerò opinatiuum ſub animæ diffinitione contineatur, fatendum eſt. cum inſuper addat de alio intellectu eſſe intelligendum, quem excluſit ab hac tractatione de anima; & alium, quem in ratione animæ comprehendimus, hoc falſum eſt: ſed uerum eſt, quòd, ut opinatur, egreſſus eſt à ſeipſo ad deteriores uitas, & imperfectiſſimus eſt, ut tertio de anima quinto; ut autem in ſe manens perfectiſſimus, & alius eſt. opinatiuus uerò, cum ſit potentia intellectus, dicitur ab alijs particulis animę ſola diſtinctus ratione: ita quòd non ſubiecto, cum in eodemmet ſubiecto & cogitatiua, & intellectus cum ea operetur: non tamen ſequitur quod opinatiuus, ſit facultas animæ uegetatiuæ, ut malè intelligit; ſed intellectus, qui progreſſus eſt. Ad inconuenientia dicendum; Cum intellectus progreſſus, in nobis operetur, & operatio arguat facultatem; ideo dicendum eſt ratione ſolum differre, cum nobis communicet, & ſenſui ſit unitus: cum tamen ſecundùm ſe ſubſtantia ſeparata ſit; ut nauta nauigans ſola ratione ab alijs operibus nauis diſtingueretur, ſi ſint; neque eſſet unum aggregatione, ſiue ordine, ſicuti neque unum ſit aggregatione, ordineve ex orbe, & intelligentia; ſic homo eſſet unum per ſe intelligens, ut nauis cum nauta unum per ſe nauigans. Ad notandum ſuum, quòd opinatiuum ſit facultas animæ uegetatiuæ, falſum eſt. nam Philoſophus tertio animæ quinto diffiniuit intellectum poſsibilem dicens hanc eſſe ſuam naturam, ut poſsibilis ſit. ubi naturam intellectus, non facultatem uegetatiuę. Cum poſtea dicat; Dico autem intellectum, quo opinatur. ubi tangit facultatem huius naturæ, quę intellectus dicitur, & non uegetatiuę. & ualde præter rationem eſt, quòd dicatur homo per principalem facultatem, & non per ſubſtantiam, quæ anima eſt. etiam malè intellexit ſeparari ratione facultatem; ſolam uerò uegetatiuam, quia anima eſt, & ſubſtantia, ſeparari ſubiecto. ad reliqua de intellectu ſpeculatiuo, & ſuo concordio ſatis dictum eſſe puto. Sequeretur etiam ad dictum illius, quòd in uegetatiua, quę eſt plantarum anima, ſaltem in potentia eſſent facultates, tum ad ſentiendum; tum etiam ad intelligendum; quo nihil abſurdius. pręterea uigeſimoſecundo dicit alias particulas non eſſe ſeparabiles, ut quidam dicunt, ſcilicet Timęus. quapropter excluſit duntaxat ſeparationem in diuerſis partibus corporis, ut nutritiua in hepate, uitalis in corde, rationalis in cerebro. certum eſt, quòd rationalem uolebat Timæus immortalem: ideo Ariſto. nihil de immortalitate dicens, determinauit ſolùm, quòd ſubiecto non diſtinguuntur, ſed ratione ſola. unde non ualet, & ſi ratione ſola differant ad differentiam ſubiecti, quòd & illa eſſentialiter inter ſe non differant, ut odor, color, & ſapor in pomo: cum ratio ſignificet eſſentiam; & idem ſit dicere, diſtinguuntur ratione, quod diſtinguuntur eſſentia.

T.c. 23.

Quoniam autem. Auerroes præſentem textum non continuat. Latini, Sanct. Thom. introducit tex. duobus modis: altero modo, quòd modò ſoluat quæſtionem poſitam in 19. an ſcilicet quælibet dicatur pars animę, aut anima, dicens, quòd in eodem aliqua poteſt pars animæ appellari, in diuerſis anima: altero modo, quòd remoueat dubium; quia ſupra dixerat, quòd iſtæ animæ non ſeparantur loco, & ſubiecto in eodem. Fortè quiſpiam dicere poſſet; Neque in diuerſis. & hoc remouet. hanc ſecundam Egidius tenet. At continuatio Græcorum eſt ad Ariſtotelem magis. Philoponus dicit, cum ſuperiùs determinauerit animæ uires eſſe ratione differentes; in hoc textu idem confirmat per differentiam ſumptam ab animalibus diuerſis: idem Simplicius. Tex. in duas, in prima hoc oſtendit in diuerſis uirtutibus: in ſecunda in diuerſis potentijs eiuſdem uirtutis. primam Auerroes exponens notat quædam animalia habere omnes quatuor gradus, ut homo, uegetatiuum ſcilicet, ſenſitiuum, motiuum, & intellectiuum: quædam tres, ut equus: quædam unum, ut planta: quædam duo, ut zoophita. modò differentia animalium, ut ait Philoponus, ſit per differentiam formarum: differunt autem ab inuicem animalia; quia quædam plures, quædam pauciores habent: modò, ſi omnes animæ uires eſſent ratione eædem; tunc certum eſſet, quòd animalia ab inuicem non differrent: non enim, ut Pythagorei dicunt, animalia differunt per differentias materiales, uiuificantes corpora diuerſa per quamcunque animam; & ex differentia corporum diuerſa fieri opera animæ: cum autem hoc irrationabile ſit; palàm eſt animalia ab inuicem differre forma: propter quid uerò in his plures, in his uerò pauciores, dicit Ariſt. ſe. poſterius dicturum. Similiter. Exponit Auer. hanc ſecundam in diuerſis potentijs ſenſitiuæ uirtutis; in quibuſdam ſunt oẽs ſenſus; in aliquibus plures;

in quibuſdam uerò unius duntaxat, ut ſpongia maris.& ſic tex.clarus.

T. c. 24. Quoniam autem,quo uiuimus. Auet.in parte continuatiua ponit ſolùm intentionem,& clara eſt.Latini,S.Tho.uolunt,ꝙ Ariſto . probet diffinitionem animę ſupra poſitam per hoc medium,ſcilicet ſupra oſtēſum,quòd anima ſit principium vitæ,ut ſit demonſtratio talis; Anima eſt principiū, quo uiuimus; ergo eſt actus corporis.huic Latinorum ſententiæ fauet opinio Philoponi inquiens Ariſt.aſcendere à,quia eſt,ad ipſum,propter quid; quia à nobis notioribus; tametſi conuerſus ordo, ordo naturæ ſit.& addit; Cum itaq; dixerit, quòd anima eſt actus; vult modò oſtendere, quòd rectè dixit,diffiniens ipſam eſſe actum,hoc eſt, ſubſtantiam ſecundùm formā, quæ eſt,propter quid:quare per differentiam,quæ eſt inter animatum,& inanimatum,uiuere,quod competit primò animæ,ſecundò corpori,mox concludit animam eſſe actum corporis,&c.Simpli.magis cum Auerro. ait enim. Poſtquam poſitum eſt animam eſſe formam,& nō per ſe exiſtentem, ſed corporis organici ; ob id uerò,quia forma dans uitam, ab inanimato, animatum differre accipiens; determinat cauſas, & cauſata;& in cauſis ponit animam, non quidē materialibus,ſed formalibus; quibus,& effectiuæ, & finales concurrunt: determinat & quod per ipſam cauſatum eſt,cuius & prima,& optima,quæ ſecundum ſeipſam, anima eſt: nanque omnis forma,ſecundùm ſeipſam, ſubſtantia eſt; magis autem eſt illa,quæ uitam dat. Tex. diuiditur in duas partes: in prima ponitur antecedens ; in ſecunda ponitur concluſio: in prima parte tria facit, ſecundùm ꝙ tres aſſumit propoſitiones; Quoniam autem, quo uiuimus.S.Thom.format in hoc tex. ſyllogiſmum categoricum, cuius maior contineatur uſque ad ly, Anima eſt, quo, &c.& ſit iſta:quorum duorum ſit aliquid,aut operatur; quod primum eſt, forma eſt; alterum uerò materia,minor ſit ibi ; Sed anima eſt, quo primò operamur, &c.ergo. Auer.cum Simpli.exponunt hanc pro prima propoſitione,ut dictum eſt: & dicunt,ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ actio; quæ attribuitur nobis, quia nos dicimur operantes, attribuitur per aliqua duo : quorum alterum eſt per ipſam uirtutem; alterum uerò per habēs ipſam,vt per ſenſum,& ipſum ſentiens; nam, vt Philoponus.Nam compoſita omnia dupliciter eſſe dicuntur,& ſecundùm materiam , & ſecundùm formā: primò uerò ſecundū formā unumquodq; dicitur,quod eſt; ſecundariò verò dicitur per materiā; qm̄, ſecūdùm quam dicitur eſſe, forma in materia eſt.Simpli.addit,quòd non dicimus,quo uiuimus, notando materiam,ſed,quo poſſumus uiuere,materiam dicimus; qm̄ potētia inſert materiam:quare,quo uiuimus,dicit Simpl.dupliciter capitur, & forma,& cōpoſito: ut actu, & perfectione, forma : ut autem quod actu eſt,& perfectum, compoſito : manifeſtat hāc inductiuè,ut Philop.notat. Notandum tamē,ꝙ iſta propoſitio debet intelligi in his, quę eſſentialiter ordinantur;quia ſecus ueritatem non haberet ; nam duo homines trahunt nauim ; non tamen alter ſe habet, ut materia; alter,ut forma.Horum aūt ſcientia. Auer.cōtinuat,& exponit hāc ſecundam propoſitionem,& duo facit;primò, quod dictum eſt; ſecundò rationem huius. ſic & in hac parte duo facit Ariſt.dicit itaq;, ꝙ ſcientia,& ſanitas,ut actus in ſuſceptiuis forma eſt : nam , ut inquit Philoponus,dicimur ſcire dupliciter,ſcientia,& anima:dicimur ſcire anima , non corpore ; ſed propriè,& primò ſcire dicimur ſcientia;in anima enim ſcientia eſt ; quare anima ipſa, ut ſubiectum,& materia eſt;forma autem ſcientia: ſic dicimur ſanari ſanitate,& corpore; primò tamen,& ꝓpriè,ſanitate; ſecūdariò corpore; nam eodem modo ſcientia animam perficit, quo ſanitas corpus : ſimiliter & albi, & nigri dicimur per colorem:quare concludit Philopo.ut in his,ſic & in animatis eſſe dicimus,uiuimus anima, & corpore; ſed primò anima; ſecundariò corpore. ex hoc concludit Themiſtius,ꝙ Simpli.& Auerro. ex hoc,quòd per animam primò uiuamus,& ſentiamus, dicit; Neceſſe eſt animam primam eſſe uiuenti cauſam ; non , ut ſubiectum, aut materiam,ſed,ut actum , & perfectionem.Quare anima eſt ratio, ſpecies,& actus; ut in ſanitate, forma continet rationem ſanitatis. Videtur enim. In hac parte ponit Ariſt. rationem ſecundę propoſitionis. Littera iſta habet duas expoſitiones; altera eſt Auer. de Latinis.S.Thom. ꝙ ſcilicet actiuorum actus, id eſt formæ, quæ inducūtur ab agentibus in materiam, uidentur eſſe in patiente,& diſpoſito, id eſt in eo, quod eſt natum pati actiones agentis à tali agente, & eſt diſpoſitum ad conſequēdum finē paſsionis.ſ.formā, ad quam patiendo perducitur.Hanc eandem de Græcis ſequitur Philoponus declarans per exēpla ,ꝙ.ſ.eſt actus agentis,vt ſanitas à Medico,& ſcientia à ſcientifico.& addit,ꝙ hoc demonſtrauit in phyſicis , ꝙ .ſ.vnus eſt vtriuſque actus,& facientis, & patiētis ; & eſt in patiente,nō autem in agente:patiēs,n.eſt, qui ducitur de potentia ad actum. eundem de phyſica natura locum citat Themiſt. qui fuit huius & ipſe opinionis . Albertus dat alteram expoſitionem, & cum eo de Latinis Egidius , & de Græcis, Simplicius:& eſt,ꝙ intelligatur de eodem per formam terminato,& non de agente extra:dicens,ꝙ forma eſt,quaſi ſcientia,& ſanitas , quia tales ſunt actiones agentis.& dicit clarius Albertus; actiuorum formarum actus eſt in patiente, hoc eſt ſuſcipiente;&,quod eſt actus formæ cuiuslibet , eſt in eo,quod diſponitur, & formatur per formam illā; cuius actus ꝓpriè eſt eſſe, quod eſt ab ipſa forma: idem Simp.Quare inter utranque conuenit,ꝙ paſſum debet eſſe diſpoſitum:ſed differentia eſt, ꝙ ratio agentis ſecundum primam,eſt rō producētis ; ſecundū uerò ſecundā eſt rō producti . & ſecundū hanc expoſitionē accepit Egid. ꝙ materia concurrit ad actionem; quia actio attribuitur duobus ꝓ illa duo;ergo materia concurrit. Ad qđ poſſumus ꝓ nunc dare duas reſpōſiones;alterā,quā dat Alb. ꝙ cōcurrit,ut inſtrumentū. hoc tñ pōt eſſe in ſe uerū,quando materia,quæ informatur,contingit, ꝙ ſit organū aliquod conueniēs alicui operi,ſed hoc nō vult Philoſ.in tex.at ſnīa eſt,ut notauit Simpli. declarare aīam eſſe formā,& nō ꝑ ſe,ſed ī alio:qua

te

re cóclusio erit, ꝙ actio attribuitur agenti propter formam, tanquã principale agens, ꝓpter materiã uerò tanquam pp cauſam, ſine qua non: quare ex hoc concludunt Græci de mente Philoſ. animam eſſe formam, quæ in materia eſt, quare ad Egidiũ, ergo materia coagit. Negatur cõſequentia. prima tñ expoſitio magis vr̃ ad textum; quia magis videẽ rõ illius. Vt actus ſuſceptiuorũ. quod poſitũ eſt in propoſitione, Anima autem. Latini exponũt hanc ꝓ minori in ſyllogiſmo, declarata hucuſq; maiori. modò hãc non accepimus ad mentẽ Ariſt. quia in hoc tex. aliud non concludit Philoſo. niſi, ꝙ aĩa eſt cauſa, q̃ forma eſt. ꝙ, ſi probaret diffinitionẽ ſupra poſitã, oporteret ſupplere totã illã diffinitionẽ in ſecundo ſyllogiſmo. Auer. duo facit; primò exponit; ſecundò notat, qũo fiant ſyllogiſmi. in prima duo facit; primò introducit p continuationẽ hanc tertiã propoſitionẽ declarãdã; & nota eſt. Anima in animato eſt, cui principaliter debet actio aſsignari: quia eſt, qua uiuimus, ſentimus, & intelligimus primò. & iã ſupra oſtenſum eſt inductiuè, ut Philop. ꝙ actio attributa pp aliqua duo, alterũ, ut materia; alterũ, ut, forma, eſt: uiuere eſt actio aĩati; & in eo per aĩam primò eſt: quare in ſecũda parte concludit Philoſo. animã eſſe rõnem, & ſpeciẽ; non, ut materia, & ſubiectum: quare conſtat animã formam eſſe. Et cũ coniunxerimus. In hac particula Auer. ponit, qũo fiant illi ſyllogiſmi: primus ſupra factus eſt; Quandocunq; actio alicui attribuitur ob aliqua duo, alterum ſe habet, ut forma; alterum uerò, ut materia: ſed uiuere in animato, eſt huiuſmodi; ergo &c. ſecundus erigatur ſic; Quandocunq; actio attribuitur formę, & materię, principaliter attribuitur enti propter formã: ſed uiuere eſt talis in animato; ergo anima eſt forma, & præſertim ordinatur cum ſua conuerſa; ut dicatur; ens illud, propter quod aliquod operatur, forma eſt: ſed anima eſt, propter quã primò animatũ operatur; ergo anima ipſa forma eſt. & hic quidam uolũt, ꝙ conuertatur particularis; ut forma eſt, per quã &c. in uniuerſalem, omne ens, &c. & non eſt ſic, quia illa ꝓpoſitio, cũ ſit neceſſaria, æquiualet uniuerſali.

T. c. 25. Tripliciter enim dicta. Auer. in parte continuatiua dicit, ꝙ eſt alia declaratio, per quam probat animam eſſe ſubſtantiam ſecundũ formã: ſecundò ponit differentiã inter hanc, & ſuperiùs adductã rõnem: & eſt, ꝙ rõ iſta dat cauſam, & eſſe; q̃ uerò in 24. dat eſſe tantũ: nam in prima per operationẽ determinauimus animã eſſe formã, vt in ſyllogiſmo patet: qũo autem talis dicatur cauſæ, & eſſe, dubium eſt: nam, ſi formetur rõ, ut in textu; Omne id, propter quod aliquid eſt in actu, eſt forma: ſed anima eſt, per quam animatũ eſt in actu; ergo & cæt. Maior de ſe nota. minor capitur pro manifeſta. At contra Auer. dubitatur; quia talis non eſt à priori; qa priùs eſt forma, quã, ꝙ aliquod ſit formatũ: formatũ. n. eſt effectus formę. Therap. rñdet, & Gaietanus, ꝙ & iſta, & illa eſt à poſteriori, ſi utraq; ſimpliciter conſideret; ſed, ſi iſta ſecunda cõſideretur reſpectu primæ; iſta dr̃ dare cauſam, & eſſe; qa iſta dat cauſam; quare aĩa eſt principium operationis; nam operatio fit ab eo, ꝙ in actu eſt: uerũ dictum Auer. uidetur expreſſum, in hoc ſcilicet, ꝙ dat cauſam. Alij formant aliter ſyllogiſmum, ſcilicet; Omne id, cuius eſſe eſt actus; eſt actio, & perfectio illius, cuius eſt eſſe in potentia: ſed anima reſpectu corporis eſt talis; ergo &c. Ad hoc dicunt, ꝙ dat eſſe effectus; ſed non dat cauſam, propter quam effectus ſit. quare dicunt alij, ꝙ, licet effectus notus aliunde ſit; tamen propter hoc non cõuincitur, ꝙ per aliquam aliam rationem demõſtrari non poſsit; & hoc ex natura demonſtrationis in ſe. vna & eadem concluſio multis rationibus demonſtrari poteſt, ut in 8. tex. ꝙ anima ſit forma: & in 9. exemplariter, & in 24. & in præſenti tex. & dicitur eſſe, & cauſæ; quia facit effectum cognoſci quoad aliquem gradum: quia, ſi modo aliquo effectum non notificaret; eſſet cauſæ tantùm: prima tamen uidetur ſatis ad mentem Auer. quia dicit, ꝙ ponit rationem iſtam cauſam ſermonis prædicti. Tex. diuiditur in duas partes: in prima reſumit diuiſionem ſubſtantiæ, de qua tex. 2. ſupra: in ſecũda ponit probationem ad declarandam concluſionem. prima nota eſt. Horum. In hac ſecunda declarat; Materia quidem potentia. quare notat Simplicius, ꝙ materia neq; adhuc uiuens; neque iam uiuens actus dicitur; quandoquidem ea ſit, quę ab actu limitatur: nanque uiuere in perfectione eſt; modò materia eſt imperfecta natura; quare anima actus animati eſt; merito itaq; animatum ex utriſque eſt. At contra determinata uidetur, ꝙ materia ſit actus; quia ab ea prouenit operatio; nam tranſmutatio ineſt enti per materiam 2. metaph. 12. ergo &c. Similiter diuidi, cum ipſa ſit ſubiectũ quantitatis. Diceret aliquis, ꝙ rationes non concludunt; quia ſunt paſsiones, non actiones. Contrà à pari, neq; ſenſatio, neq; intellectio. Ad hoc dicit Hiſpanus, ꝙ intelligit de actionibus dicentibus perfectionem; modò omnes tales ſunt à forma; quare, cum materia ſit talis; corpus non eſt actus animæ; ſed magis è conuerſo. At contra determinata dubitatur; quia omnino uidetur, ꝙ ſententia Auer. ſit eadem cum S. Tho. quia dicit, ꝙ ratio facta in 24. à poſteriori, probat animam eſſe actum; & in 25. eandem probat à priori: quare uidetur, ꝙ concluſio ſuperiùs habita text. 12. ſit uera concluſio, & non tanquam concluſio; & iſtud ſit uerè principium, & non tanquam principium. Notat Hiſpa. ꝙ primò oportet ſcire, ubi agitur de diffinitione ſecunda animæ: ſecundùm quoſdam eſt 18. & 24. At in nullo illorum poſitum eſt; & ꝙ non in 24. patet; quia ibi ſubſumit unam minorem; Sed anima, &c. Probatur quinetiam; Non cõuenit omni animæ, ſed ſolùm intellectiuę. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ legi debet diſiunctiuè, ut quo uiuimus, aut ſentimus, aut intelligimus. alij dicunt, ꝙ poſitum eſt ſolùm de intellectiua; quia comprehendit omnes alias: alij, quòd legatur copulatiuè; quaſi tres ſint diffinitiones, non una. Nos autẽ dicimus contra Hiſpanum, ſcilicet cũ Auer. & Them. ꝙ diffinitio animæ, quę inueſtigatur, non eſt hęc ꝓpria: & non ponitur diffinitio de duabus, niſi in fine ſecundi de alijs duabus in fine tertij 31. 32. 33. & in primo dicit Philoſ. ꝙ diffinitio data eſt, ſicut figu-

ręt & loquiẽ de poſita in tex. 7. & nõ facit mẽtionẽ de poſita hic in tex. 31. & dicit, ꝙ diffinitio ꝓpria quæritur; quare quærẽdũ ſcd̃m vniuſcuiuſq; aĩam, &c. & ideo dixit in 12. ꝙ aliam oportet quęrere. Them. in principio 13. cap. dicit, ꝙ oportet quærere aliam; & aſsignat ibi vnam de vegetatiua à fine. idem Ariſt. Auer. in 30. 31. 32. & ibi Them. quare conſtat, quòd diffinitio non eſt; ſed eſt una propoſitio aſſumpta ad probandum, quòd anima eſt actus. vt autem habeatur intẽtio Ariſt. dicit, quòd à principio ſecundi vſque ad ſeptimum ponit diffinitionem communem omni animæ, via diuiſiua: in 8. & 9. ꝓbauit, quòd eſt actus; & vſq; ad 11. alias particulas: & poſuit, quantum ſequatur de abſtractione: in 12. quòd oportet inueſtigare aliam diffinitionem: à 13. uſque ad 18. concludit, quòd anima cõtinetur illis quatuor virtutibus: in 19. dicit; quòd diffinitio communis cõpetit illis: ſed prius mouet duas quæſtiones; quas à 20. vſque ad 23. ſoluit incluſiuè: in 24. oſtendit, quòd diffinitio aſsignata de anima, cõpetit illis animis: in 25. idem. & ſic ſoluitur; quòd non eſt alia diffinitio; ſed eſt vna propoſitio ad probandũ, ꝙ diffinitio illa cõpetit illis uirtutibus. & per aĩam, capit aĩam indifferẽter ad oẽs illas virtutes; ita ꝙ diſiunctiuè propoſitio illa verificatur. & in 26. ręcapitulat totã diffinitionẽ: & de particularibus incipiet à 33. huius.

T. c. 26. Et propter hoc benè. Auer. alio modo textum non continuat; quia corollariè ſequitur. Latini, Egidius præſertim dat tres continuationes, quæ in idem cadunt, ꝙ ſcilicet modò concludat vniuerſalem illam cõcluſionem per iam dictam propriã; vel, ꝙ vniuerſalẽ ſuperaddat, & faciat totum cõiunctum diffinitionem, vnã demonſtrationẽ ſola poſitione differentẽ. at, quia hanc nõ accepimus, vt in 25. deductum eſt; ideo in pręſentia dictũ ſit in tantum. Quare ſcd̃m Auer. eliciemus intentionẽ; dicit in nouiſsimis verbis comm. ꝙ diffinitio debet dare cauſas omniũ, q̃ videnẽ in diffinito; ſi debet dici bona diffinitio. Cum itaq; hucuſq; confirmata ſit, quę ſuperiùs data eſt, diffinitio; in præſenti parte dat cauſam, quare non eſt corpus; non tamẽ eſt ſine corpore. Sed fortè diceret aliquis; Iſta conditio requirit diffinitionem propriam; nõ autem communem. Ad quod dicendum, ꝙ per illam vniuerſalem non ſoluitur aliquid, quod ſit de aliqua parte animæ propria, ſed de tota anima. idem videtur & Philop. cum ſupra dixerit, ꝙ anima eſt actus, confirmaueritq́; per cauſam, laudat dicẽtes, &c. Tex. in duas partes: in prima ex determinatis infert duo corollaria: in ſecũda epilogat: in prima duo facit; primò quod dictum eſt; ſecundò ponit ad illud rõnem: in prima, ut Auer. laudat, qui animam dixerunt non eſſe ſine corpore; & qui animã non dicebant eſſe corpus. Corpus enim. in hac ponit rõnem; & duo facit; primò quod dictũ eſt; ſecũdò reprobat antiquorum opinionem circa hoc: ratio eſt, ꝙ non ſit corpus, quia eſt perfectio corporis: modò, ut Philop. perfectio illud non eſt, cuius eſt perfectio: addit; Et pp hoc corpori ineſt. & hoc ualet; quia actus eſt, & corpori huiuſmodi. notat Philop. corpori organico. idem Them. Eſt aliquid corporis; quia in corpore naturali, atq; organico ſedet. Ex hoc, tenentes mortalitatem, fundamentum capiunt, ꝙ anima nunquã à corpore ſeparabilis: quare Therap. dixit, ꝙ non intelligitur de anima intellectiua, ſed duntaxat vegetatiua, & ſenſitiua. At talis reſponſio non ſtat cum Ariſto. quia hic manifeſtat iſta corollaria per iam habitam cõcluſionem ſuperiùs vniuerſalem omni animę. Hiſpa. dicit, ꝙ poteſt ſeparari ab hoc, & ab illo; in alio tamen remanet corpore. tunc ſequeretur, ꝙ anima intellectiua in nullo ſtatu penitus à corpore ſeparabilis eſſet: quare, ſecundùm hoc, omnino mortalis eſſet. Dicendum itaq; cum Græcis: dicit Simpl. ꝙ de anima intellectiua, maximè quæ mens dicitur, ſeparabilis eſt; ſed & ipſa extrinſecus actus dicitur, vt nauta naui. cũ uerò viuendi actus dupliciter dicatur; altero modo, vt informans, & organũ ſpecificans, ad hoc ut ſit; altero modo, ut organo utens: duobus modis & eſſe ſine corpore intelligere neceſſe eſt; altero modo, quatenus aliquid corporis eſt; altero, ut in corpore eſt. idem confirmat Philop. nam paſsim Ariſt. intellectiuam animam vult immortalem; in corpore tamen eſſe, ı t actus eſt; & ſecundùm hoc inſeparabilis: eſt autem actus corporis, non ſubſtantia, neq; ſuis omnibus operationibus, ſed his duntaxat, quas habet per habitudinem ad corpus: ut nauta actus eſt nauis, &, ut gubernator eſt, inſeparabilis eſt: uerùm, quia nõ modò nauta eſt, ſed homo; capitur inde, qđ, ut homo eſt, ſeparabilis eſt: ſic & anima noſtra, cũ alias habeat præter has, operationes, quibus non modò non confert corpus; ſed impedimento eſt; manifeſtum, ꝙ & ſubſtantiam habet ſeparabilem. Et nõ ſicut priores. Modò reprobat antiquos: & ĩ hac quoq; duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò ponit rõnem dicti. Auer. primam exponens dicit; ꝙ ponentes animam eſſe corpus, non determinabant, qñ hoc corpus, quod anima eſt, magis eſſe habeat in iſto corpore, quàm in alio: ponebant. n. quidam animam eſſe corpus ſubtiliſsimũ migrãs de corpore in corpus. Græci magis ad Ariſt. Philopon. dicit, ꝙ priorẹs non determinabant corpus, in quo hẽt eſſe aĩa: & tangit Pythagoreos, q uolebãt aĩas migrare de corpore in corpus; & quãcumque in quodcumq; indifferẽter: quare notat Ariſt. hoc ab antiquis nõ rectè dictũ eſſe: non. n. lingua ſubiectabiẽ ſonis; neq; auditus olfactibilibus, aut naris humoribus; neq; cera formæ ęris; niſi, in qđ ſors tulit, mutatio fiat. cũ itaq; aĩa ſit actus corporis, non dẽt eſſe qualiſcumq;, ſed determinati: quare ad hoc ponit rõnem; Vniuſcuiuſq; .n. actus, &c. Them. pro hoc notat, ꝙ aię poteſtates recipiuntur in corpore diſpoſito, ut uſus ſuos q̃ cõmodiſsimè exercere poſsint: quare in his & materiã cõem, & proximã pro modo formarũ natura ſingulis datã, adiunctamq́; niſitari; proinde aĩali, naturale corpus & organicũ attributũ eſt in cõe, ſingulatim talibus talia: nanq; notat hoc maximè neceſſariũ eſſe Simpl. ut unicuiq; actui ſua ſibi potentia correſpondeat, ita ꝙ non in alijs: in ſecunda parte principali epilogat; & clarum eſt.

Dubitatur, utrum anima ſit tota in toto, & tota

in

in qualibet parte?& arguitur, ꝙ non; quia ſequeretur, quòd totum eſſet ęquale parti. Deducitur; nã, quę tota in toto eſt, eſſet ęqua toti, quę in parte eſt; ſecundò virtus uiſiua ita in oculo eſt, quòd non in alijs partibus; ſic auditiua, & olfactiua; ergo non tota in qualibet parte. In oppoſitum eſt adducta ratio ſuperiùs de animali anuloſo: deinde probatur; quia unaquæque pars eſt animata; quare, &cęt. In hac quæſtione tria faciam; primò declarabo titulum quæſtionis; ſecundò ponam opiniones diuerſas in hac materia; tertiò ꝓ ueritate peripatetica, Deo dante, determinabimus. Primò circa titulũ; quia in hac difficultate eſt multiplex; ideo ex doctrina philoſophi 1. cę. 1 to. 4. phy. 24. priùs diſtinguemus: totum itaque multis modis dicitur; uno modo quidditatiuè, ut homo; partes, animal, & rationale, genus, & differentia: ſecundo modo dicitur totum eſſentiale; ut homo reſpectu materiæ, & formæ; tertio modo totum potentiale, quod eſt reſpectu partium ſubiectiuarum, ut homo reſpectu Socratis, & Platonis; quarto modo totum integrale, ut homo reſpectu capitis, manus, pedis, &cęt. quinto dicitur totum virtute, & poteſtate, ut anima reſpectu uegetatiui, ſenſitiui, & motiui; ſexto totum quantitatiuum. Ex his tria duntaxat membra ad propoſitum ſunt; nam totum quidditatiuum non differt à toto eſſentiali: & non differt à toto quantitatiuo, niſi, ut diſsimilare à ſimilari: deinde totum integrale ad propoſitum non eſt; quia nulla forma eſt tota tali totalitate, niſi ſecundùm accidens, ſubiecti ſcilicet, in quo eſt: quare optimè Io. Iand. in quæſtione poſuit tres totalitates, in quibus dubium eſt, eſſentialem ſcilicet, quantitatiuam, uirtualem, ſiue poteſtatiuam. In ſecunda parte quęſiti ſecundùm unumquodque horũ membrorum ponemus opiniones diuerſas; & ſimul ueritatem determinabimus: quare reſiduum quæſiti continebit tres partes: primum in ordine ſit, an totalitate quantitatiua ſit in toto, & in qualibet parte? Ad hoc ſunt duę opiniones extremæ; & altera media: Albertus ſupra tex. 20. tenet, quòd anima quantitatiuè ſit indiuiſibilis; & ſedem habeat in corde: & non ſit tota in qualibet parte. quæ opinio poteſt perſuaderi rationibus, & auctoritatibus: primò ſic; nam, ſi anima eſſet extenſa, ſequeretur, quòd indiuiduum non remaneret idem numero à principio ſui ortus uſque ad terminum vitæ. Probatur; quia illa vnitas non ſeruatur ratione materię; quia illa continuè fluit, & refluit, ut notat Ariſtotel. de morte naturali in libello de morte; neque eſſet ratione formæ; quia, ſi eſſet extenſa, & diuidua ad diuiſionem, & extenſionem materiæ; ut partes materię fluunt, & refluunt; ſic & formæ; & ſic nõ eſſet eadem forma numero: quare neque idem numero remaneret. ſecundò ꝓ iſta concluſione: nã animæ v. g. brutorũ, quę perfectæ ſunt, recipiunt intẽtiones, ſeu ſpecies ſine materia. tũc ſic, uel recipiunt, ſecundùm ꝙ ſunt corporales; & hoc non; quia & corporaliter agerẽt, & paterẽtur: quare erit, vt ſunt incorporales: ſed nõ ſunt tales ſecundùm virtutes; quandoquidẽ tales ſunt affixæ determinatis organis, ut uiſiua; ergo relinquitur, ꝙ ſecundùm eſſe: quare, cũ ſecundùm eſſe erũt elenatæ à corpore, nõ poterunt, ſecundùm eſſe, diuiſione corporis diuidi; ſed ſolũ ſecẽdum uirtutes. auctoritatibus quinetiã idẽ probatur; primò in libello de motione, ſeu cauſa motus aĩalium; vbi dicit Ariſt. animal eſſe, vt ciuitatem benè legibus rectã; quæ, vt ſemel ſuis ſit diſtributa ordinibus, nihil eſt opus ſecreto duce intereſſe: hoc ipſum in aĩalibus natura efficit; nã ita vnũquodq; ad ſua exequenda omnia natũ eſt; vt nõ ſit opus vnicuiq; aĩam intereſſe; cũ illa in certo corporis conſiſtat principio. idẽ in libello de iuuẽtute, & ſenectute dicẽs, ꝙ plãtæ habent principiũ nutritiuũ in medio ſuperioris, & inferioris; ſic & aĩalia; nã, ut inquit Philoſo. ibi, perfecta habẽt partẽ, per quã alimentũ capiũt; partẽ, ꝑ quã excremẽtũ emittũt; media verò, inter vtranq;, pectus, in qua media altrix aĩa collocatur. At contra poſitionẽ iſtã Alb. facit, quod & de ſtirpibus, & de animalibus anuloſis determinauit Ariſto. quandoquidem manifeſtè reciſæ eorum partes viuant ſenſu, & motu: quare diuiſibilis ad diuiſionem corporis anima eſt. Ad hoc Alb. ſuper tex. 20. & ſecunda parte ſum. de homine, dicit, ꝙ dubium eſt, an illæ ſint animæ partes, aut ſint plures animæ; nam in partibus diuiſis ſunt omnes poteſtates, quæ priùs erant in toto coniuncto: at vna, & eadem aĩa, dicit Alb. ſecundùm quamlibet poteſtatẽ ſuarũ operationũ nõ põt eſſe in qualibet parte: oportuit itaq;, ꝙ eſſent plures: quare, quę operantur in diuerſis partibus vnius corporis, nõ ſunt partes vnius; ſed ſunt aĩę plures: & eſt rõ, cui multum innitebatur Plato. Hanc ſententiam Alberti poſuit de Gręcis, Simp. quandoquidẽ ſuper tex. 20, dixerit declarando aĩam eſſe actu unam, & potentia plures. Non eſt vnius in plures homęomeras partitæ; diuiſibilis tũc eſſet, vt ſimilare corpus: ſed in vna plãta potẽtia plures, in qua ꝑ ramos diuiſa, plures ſunt. Idẽ vr̃ voluiſſe Ariſt. in libello de iuuẽtute, & ſenectute; Neceſſe altricẽ aĩam in ſtirpibus vnã actu, poteſtate verò, plures. Io. Ian. tenet cõcluſionẽ huic oppoſitã, ſ. ꝙ aĩa de materialibus loquẽdo, nõ eſt tota in toto, & tota in qualibet parte: & huius cõcluſionis fundamentũ eſt; quia, quęcunq; forma materialis ſit, illa protinus eſt de potẽtia materię educta; ergo extẽſa: quare ſequit cõcluſio; ergo tota in toto, & pars in parte: vt albedo, q̃ extẽſa eſt extẽſione ſuperficiei. excipit Io. intellectũ; quia ponit ipſum deforis accedere; &, vt ꝑpetuũ, à corruptibili ſeparari. S. Tho. mediã inter has opinionẽ tenet prima par. q̃one 76. art. 8. & in q̃onibus diſputatis q̃one 10. & ſecundo contra gẽtiles cap. 72. & ſunt duæ concluſiones. altera, ꝙ in plantis, & aĩalibus imperfectis aĩa eſt diuiſibilis quãtitatiuè; & in hac cõuenit cũ Ioã. ſecunda concluſio, ꝙ in aĩalibus ꝑfectis, v. g. equo, boue, & leone aĩa eſt indiuiſibilis quãtitatiuè; & in hac cõuenit cũ Alb. prima põt ꝓbari; nã diuiſa lacerta, vtraque pars viuit; & tñ ibi nõ ſunt genitę duæ aĩę; ergo. &c. ꝓbatur ſecũda; quia, ſi in aĩali perfecto abſcindat pes, aut crus, nõ uiuit. fundamẽtũ uerò huius poſitionis ponitur in prima parte, quæſtione 76. nam, aut forma illa eſſet diuiſibilis per ſe, aut

per accidens; non primo modo, quia formæ habent hoc, quòd ſunt indiuiſibiles de ſe: neque per accidens anima poteſt dici talis; quia illa forma eſt per accidens diuiſibilis, & extenſa, quæ æqualiter ſe habet & ad totum, & ad partem; qualis albedo eſt in ſuperficie: ſed forma, quæ requirit diuerſitatem in partibus, vt anima in animalibus perfectis, non æqualiter ſe habet & ad totum, & ad partes: quare non eſt per accidens diuiſibilis. Pro ueritate huius articuli notanda eſt concluſio talis ſecundùm Auerro. & Ariſto. ꝙ anima qualibet, & in quibuſcumq; animalibus, intellectiua excepta, quæ ſeparatur, ut immortalis, ex conſenſu iſtorum omnium eſt tota in toto quantitatiuè, & pars in parte. Fundamentum huius concluſionis eſt; quia qualibet talis educta eſt de potẽtia materię; Auer. in libello de ſubſtantia orbis; quare, quod tale eſt animatum, generabile, & corruptibile eſt. eſt & Ariſto. 1. cę. 20. nam omne generabile fit ex ſubiecto, & contrario: & per hoc ponit cœlum ingenitum; quia non educta eius forma ex ſubiecto, neque contrarium habet. idem fundamentum ponit primo phyſi. à 42. infra: & determinauit principia eſſe omnium generabilium ſubiectum, & duo contraria. fundamentum huius eſt; quia in materia prima, ex qua educuntur, eſt forma corporeitatis æterna, quæ priuatio dicitur. Et in hoc fundamento ultimo diſcordant Latini ab Auer. uolunt enim in materia nuda formas recipi, & non medijs diſpoſitionibus interminatis: Auer. tamen in libello de ſubſtantia orbis, ualidiſsimis confirmauit rationibus: uidetur, ꝙ etiam ſit opinio Ariſt. expreſſa 2. phyſi. 15. Sed de his in præſentia ſatis. Ex quo fundamento patet, cum receptum ſubiectiuè recipiatur in re diuiſibili, quinimo in radice diuiſibilitatis, ꝙ neceſſarium ſit omnino tale quid eſſe diuiſibile; quare aīa educta, tota erit in toto, & pars in parte; quod erat propoſitum. Qua itaque ſic determinata, ad primum pro Alberto, quomodo ſeruetur iſta identitas numeralis à principio uſque ad finem, difficillimum eſt: Auer. agit de hoc primo gene. 38. Monachus ſecundo art. medi. 44. Cõciliator differentia. 57. S. Thom. quol. 8. queſtione 5. Egid. quolib. 4. concluſione 10. Scot. 4. ſent. quare quidquid dicatur in hoc, dicendum puto, quòd unitas, ſiue identitas talis remanet ratione membrorum ſpermaticorum principalium, cordis ſcilicet, iecinoris, & aliorum: quæ quidem, tametſi augeantur, remanent tamen ſemper eadem in radice. & hoc uoluit Alexander in commento 38. primi de generatione, adducto ab Auer. neque in determinatione hac carpitur ab Auer. ſed quoad modum determinandi. quare ad argumentum dicendum; ꝙ ſaluatur illa unitas per membra principalia, p quę tale quid dicit, & eſt ſatis; etſi ſimpliciter non omnino ſaluetur. ad ſecundum diſtinguendũ eſt aſſumptum, ꝙ recipere ſine materia duobus dicitur modis, uel intelligendo ſine materia reali, quæ extra animam eſt; & tunc antecedens eſt ueriſsimum; quia lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis: alio modo receptum ſine materia, id eſt ſine conditionibus materiæ, ut ſine hic, & nunc;

Probatur à Philoſo. 8. phy. 78. 79. facit hãc conſequẽtiã; Si intelligẽtia eſſet in magnitudine, tunc ipſa eſſet diuiſibilis diuiſione magnitudinis, in qua reciperetur: modo hæc nulla eſſet, niſi hæc eſſet uniuerſaliter vera; q. ſ. oīs forma recepta in ſubiecto diuiſibili, eſſet diuiſibilis.

& hoc ſecundo modo negatur illud aſſumptũ: quin imo eſt ſententia Ariſto. clariſsima 3. animæ 3. ꝙ anima ſenſitiua recipit hoc. quare non concludit uirtutem illam non eſſe materialem. Ad auctoritates; ad primam dicendum, ꝙ tenet de toto poteſtatiuo, ut palàm fiet: eodem modo ad alias concedendo, quòd, ut in radice, anima habet ſedem in corde, ut eſt ſententia Auerr. 2. coll. cap. 8. 19. ſecundùm tamen poteſtates diuerſas in diuerſis, ut dicemus. Ad ea, quæ pro S. Thom. & ad primam cõcluſionem, quòd in imperfectis anima eſt diuiſibilis quantitatiuè, dicit Hiſpanus, quòd in hac cõuenit cum Auer. quia noluit in his formam extendi, ita quòd tota in toto, & pars in parte. At pace tanti uiri, non intellexit S. Thom. nam fundamentum eſt in prima parte, queſt. 76. ꝙ diuidi non competit formis, niſi per accidens; & adhuc de talibus non intelligit diuiſi in his, quæ habent indifferentem habitudinem ad totum quantitatiuum: modò anguilla non habet animam, ut formam, ſic indifferentem; quãdoquidem caput ſit diuerſæ rationis à fruſto caudę; quare in talibus non ſic intelligitur: deinde in quæſtionibus diſputa. quæſtione 10. negat diuiſionem in animis: addit, ſecus eſſet fortè de anuloſis; dicens, in quibus ipſa anima in actu, eſt plures in potentia. unde ly, plures, non retulit ad partes animæ, ſed ad ipſam animam. quare dicendum ad mentem S. Thomæ, quòd anima in imperfectis eſt tota in toto quantitatiuè, & tota in qualibet parte: &, quantum ad hoc, non differt ab anima perfectorum; ſed in quo differt, eſt, quia partes imperfectorum uiuunt. ſecundùm hoc uidetur per ſimilitudinem quodam modo ad formas, quæ habent habitudinem indifferentem ad totum; & ratio, quia in talibus non eſt tanta organizatio, quin operationes & in toto, & in partibus deciſis ſaluare queat: contrarium in perfectis; & hoc manifeſtat expreſſè quæſtione 10. in ſolutione ad decimumquintum dicens, quòd animalia deciſa uiuunt non ſolùm, quia anima eſt in qualibet parte corporis; ſed, quia anima eorum, cum ſit imperfecta, eſt & paucarum actionum, & retinet paucam diuerſitatem in partibus: unde, cum pars deciſa retineat perfectionem, quam totum corpus, remanet in ea anima. Ecce, quòd non dixit, pars. quare coincidit opinio S. Thomæ cum Alberto. Fundamentum, quod ponit pro utraque concluſione, propoſitũ in determinatione reprobatur. & arguitur contra utranque opinionem ſimul. Anima educta recipitur in diuiſibili; quia in materia quanta; ergo diuiſibilis ſaltem per accidens. Negabunt aſſumptum; ergo in animalibus irrationabilibus anima erit, ut intellectus in rationalibus. Negabunt conſequentiã dicendo, quòd informat materiam nudam, & poſt eã adueniunt quantitates. Tunc contra; nam in animalibus, primum quod generatur eſt cor, 2. de gen. anima. cap. 4. ergo primum uenit anima ſenſitiua; tota itaque genita eſt: deinde, quando nutritur illud animal, & augetur, generatur alia ſubſtantia, & materia. Tunc quærendum, Cum fuerit tranſubſtantiata in alitum, aut

erit

erit animata, aut non; ſi ſecundum, dabitur materia ſine forma; ſi primum, vel educetur anima de illa parte; & hoc non ſecundum illos; quia eſt tota genita; vel ſe extendet ad animandam eam: & hoc non, quia tunc eſſet extenſa; vel informabit illam materiam totam, de qua non educitur; ergo ab extrinſeco reſpectu illius materiæ, quam de nouo informat; quod inconuenit. In ſecundo articulo dubitatur de totalitate eſſentiali. Albertus in locis allegatis ponit animam indiuiſibilem eſſe ſecundum eſſentiam, & reponi in corde. Confirmatur hæc ſecunda pars cõcluſionis; quia, ſi poneretur per eſſentiam in pede, non eſſet maior ratio, quòd pes influeret in cor per uenas, & arterias quàm cor in pedem: at cor ipſum eſt, quod influit; ergo in corde ſecundum eſſentiam anima eſt, & non in alijs. At contra Albertum inſtatur; quia ſequeretur, quòd illud, quod eſſet potentia, & actu indiuiſibile; eſſet actu diuiſibile: probatur, quia diuidatur planta in partes, certum eſt, quòd vtraque pars viuit; ergo intentum; quia non poteſt eſſe eadem anima ſaltẽ numero. ſi dicatur, quòd prima illa corrupta eſt, & duæ aliæ genitæ. Tunc contra; quia fieret generatio non præcedente alteratione, ſed ſolùm motu locali, contra Auerr. 1. phyſic. 62. ſecundo quæritur, an in capite ſit anima, ſiue forma, necne? ſi non; ergo materia ſine forma: ſi ſic, aut anima, aut non; ſi ſic; ergo plures animæ ſubiecto diſtinctæ: ſi non, oportebit fingere alias formas, ſic & in alijs partibus. Vltimò ex determinatis; Anima eſt tota in toto qualitatiuè; ergo tota ſecundùm eſſentiam. conſequentia pariter nota; quandoquidem ſecundùm eſſentiam ipſam extenſa ſit. Sanct. Thomas in locis adductis tenet hanc cõcluſionem, quòd tota anima totalitate eſſentiali eſt in qualibet parte animalis. probatur iſta; nam eſſentia animæ eſt indiuiſibilis; & in hoc ſtat, quia eſt ſubſtãtia, quæ non ſuſcipit magis, & minus; vt albedo, quę reperitur in pariete; eſſentia albedinis eſt eadem in quacunque parte illius parietis. Fundamentum huius poſitionis ponit in corpore quæſtionis decimæ dicens; Anima non vnitur toti corpori mediante aliqua parte eius, ſed toti corpori immediate: eſt enim forma, & totius corporis, & cuiuslibet partis eius; nam homo, aut aliud animal, eſt totum eſſentiale, & non per aggregationem: vnde oportet, quòd quælibet pars hominis, & animalis recipiat eſſe, & ſpeciem ab anima, ſicut à propria forma. Confirmat hoc duabus rationibus fortiſſimis: prima, per ſuperiùs determinata conſtat, quòd diffinitio animæ eſt, quòd eſt actus corporis organici; ergo totius, & non partis ſolùm, verbi gratia cordis: ſecunda, Ariſto. 7. metaphyſic. 39. dicit, quòd non ſemper pars hominis, manus eſt; ſed, quæ animata; quæ verò non animata, non: idem 35. & 4. meteor. vltimo: nec poteſt dici, quòd intelligi debeat ratione operationis; quia, vbi operatio, ibi eſſentia eſt. At, quomodo intelligatur hoc totum eſſentiale in anima, quæ ſimplex eſſentia eſt, & carere partibus videtur, eſt dubium. quare Ioan. Iand. contra hanc opinionem ſic inſtat; illud non dicitur totum totalitate eſſentiali, quod caret partibus eſſentialibus. Confirmatur; quia de ratione totius eſt habere partes, 5. metap. 31. ſed eſſentia animæ inhærens materiæ non habet partes eſſentiales; conceditur ab omnibus; ergo non eſt totum totalitate eſſentiali. Quidam pro ſalute Sanct. Thom. dicunt, quòd habere partes eſſentiales contingit duobus modis; altero modo materiam ſcilicet, & formam; quo modo compoſitum ipſum dicitur totum eſſentiale: altero modo, genus, ſcilicet, & differentiam: & hoc modo competit animæ. Sed talis non fuit opinio Sanct. Thomæ; quia in corpore quæſtionis decimæ reſpondet huic dubio, quod & ipſe uiderat; & ponit modum ex materia, & forma; ſecundum ex genere, & differentia: & in nullo iſtorum vult eſſe totalitatem formæ ſimplicis; ſed per ſimilitudinem ab his concludit, & in anima eſſe totalitatem eſſentialem ratione ſuæ perfectionis. Quare dicatur ſecundùm ipſum, non quòd priuatiuè ſolùm, vt Ioan. Iand. conatur ſaluare, ſed poſitiuè ad iſtum ſenſum; ex quo non minoris perfectionis eſſentialis eſt anima in vna parte corporis, quàm in alia: ideo tota anima totalitate eſſentiali eſt in vnaquaque parte corporis: & ſic verificatur concluſio. contra tamen iſtam poſitionem eſt auctoritas retro adducta Ariſtotelis in libello de cauſa motus animalium: ſecundò ſeparetur pes ab animali; tunc in illa parte, aut forma remanet, aut corrumpitur; non primum, neque ſecundum; quia in eo cum tota ſit animæ eſſentia, ipſa tota corrumpetur: ſi dicatur, quòd retrahitur ad corpus; tunc ſequitur, quòd erit migratio de una parte in aliam: ſi dicatur, quòd nihil corrumpitur, ſed deſinit duntaxat informare; hoc extraneum eſt, ꝙ nihil corrumpatur; quia neque materia ipſa corrumpitur. Pro ueritate huius articuli, tenenda eſt opinio Sanct. Thom. quæ eadem eſt cum opinione Auerrois, quandoquidem ſecundùm eius ſententiam, eſt extenſa ſecundùm eſſentiam; quare eiuſdem perfectionis eſt, & in toto, & in parte, vt albedo eſt in ſuperficie. Ad argumenta, ad dictum Ariſt. dicendum, quòd metaphoricè tetigit, in quo principaliter vita conſiſtit, in corde ſcilicet, vbi eſt principium caloris; cum ibi ſit principium, & origo ſanguinis, vt Ariſtotel. in libello de morte: & in calore principaliter fit ipſa nutritio; quia calor eſt inſtrumentum nutritionis: & ideo cor influit in alia membra; & non contra: & ad ſecundum dicendum, quòd quidem anima eſt in pede ſecundùm eſſentiam; at non ſecundùm poteſtatem, in qua vita conſiſtit. Ad argumentum, conceditur, quòd anima exiſtens in pede corrumpitur; idque ratione ſuæ perfectionis; quia ita dependet ab alijs animæ partibus in alijs membris, in perfectis ſcilicet animalibus; quòd per ſe ſaluari non poteſt; quinimo quandoque dempta aliqua parte, vt puta capite, & quæ in toto eſt ſaluari nequit: nam ſemper virtus, quæ eſt magis vnita, magis dependet à partibus. In tertio articulo dubium eſt, an tota totalitate poteſtatiua ſit in toto, & in parte. Ioan. Iand. ponit duas concluſio-

Differũt in fundamẽto. S. Thom. uoluit animã indiuiſibilẽ quãtitate in toto corpore eſſe; & ſecũdũ eſſentiã totam, eſſe in toto, & in parte. At Auerr. qui uoluit eã eſſe extenſam quantitate, cum ſit mortalis, reſtrictiue dixit ſecũdũ eſſentiã adhuc totã eſſe in parte qualibet. excipitur intellectiua.

nes, alteram negatiuam, quòd ſcilicet non eſt in qualibet parte tota; alteram affirmatiuam; & iſtã laudat; nanque in pede eſt potentia viſiua, & auditiua. Sed quare non fiunt operationes? Dicit ipſe; quia non eſt diſpoſitio in illa parte corporis, quã requirit illa operatio animæ: quæ ſi in calcaneo eſſet; vtiq; calcaneum audiret. Confirmat hoc auctoritate Ariſtot. vbi dubitat 2. animę 82. Propter quid vbique non audit animal? non enim vbique habet aerem mouenda pars. Quaſi dicat hoc eſſe propter defectum aeris: ſecundò obijcit ſibi; Nã, ſi illæ virtutes ibi exiſtentes non operantur; ergo ſunt fruſtra. Negat conſequentiam. ratio eſt; quia tunc aliquid dicitur fruſtra; quando eſt natum in aliquo attingere finem, quem non attingit, 2. phy. 62. ſi verò in aliquo non ſit natum attingere, dato quòd ibi ſit, & non operetur, non tamen propter hoc dicitur eſſe fruſtra; quia talia, quanquam nõ operentur, conſequuntur tamen aliquid, quod ibi operatur, potentiam ſcilicet aliam animæ, quæ nata eſt operari in illo organo, vt piloſitates in membris non ſunt propter aliquid; conſequuntur tamen complexionem corporis; quæ eſt propter aliquid. At opinio talis eſt dubia; nam quandocunq; reperitur aliquod ordinatum in aliquem finem; ibi reperitur etiam ordinatio in talem finem: cũ ergo potentia viſiua ordinetur in ſuam operationem, tanquam in finem; ſi in pede itaque erit potentia viſiua; in ipſo erit etiam ordinatio in finẽ, qui eſt videre: & cum non videat; ſequitur, quòd ſit fruſtra: neque valet, quòd ſunt conſequentia aliquid, quod propter finẽ eſt, vt piloſitates; quia tales potentiæ non ſunt, veluti excrementa, ſed de quibus principaliter intendit natura in animali. Pro veritate itaque huius articuli ponenda eſt cõcluſio illa affirmatiua, quòd ſcilicet anima tota totalitate poteſtatiua eſt in toto, ſed non tota in qualibet parte. Pro cuius veritate notandum primò, quòd potentiarum animæ quædam fundantur in ipſa anima tanquam in ſubiecto, & tanquã in principio; quędam verò fundantur in anima, vt in principio, in vtroque, corpore animato ſcilicet, vt in ſubiecto: primæ ſiquidem ſunt intelligere, & velle: hæ etenim quanuis obiectiuè ab aliquo exiſtẽte in corpore dependeant, ſubiectiuè tamen nequaquam. Cõfirmatur; quia ſpecies intelligibiles locantur in anima ipſa; & non in vtroq;, ex ſententia Philoſophi. 3. animæ 6. Et bene dicentes animam eſſe locum ſpecierum, ſed non tota, ſed intellectiua. Secunda pars patet per Ariſto. 2. animæ 10. Sicut oculus, & pupilla, viſus; ita corpus, & anima, animal. Confirmat hoc quinetiam S. Thom. prima part. quæſtione 77. articulo 5. capiens fundamentum à philoſopho in de ſomno, & vigilia; Eius eſt potentia ſicut ſubiecti, cuius eſt operatio. quòd autem ſint in anima, vt in principio, eſt ſententia philoſophi 2. animę 24. Anima eſt, qua viuimus, &c. Secundum, notandum eſt, quantũ ad præſens ſpectat, quòd quatuor ſunt gradus animatorum; vegetabilium ſcilicet; Zoophitorum; imperfectorum, vt puta anuloſorum; animaliũ perfectorum, hominis. Tertium notandum; nam omiſſis duobus, de quibus in præſentia non eſt ſermo, vegetabilibus ſcilicet, & anima rationali; quandoquidem idem erit dicere de vegetabilibus, quod de imperfectis dicetur. In animalibus, quæ perfecta ſunt, quædam potentiæ ſenſitiuæ ſunt imperfectæ; quædam perfectiores, quædam perfectiſſimæ: primæ, vt tactus, & guſtus; ſecundæ, viſus, auditus, olfactus; tertiæ, ſenſus communis, imaginatiua, cogitatiua, memoratiua. Quibus viſis, pro veritate determinationis ponuntur tales cõcluſiones prima; Anima intellectiua ſecundùm totalitatem eſſentialem, & poteſtatiuam in toto, & in qualibet parte eſt: & ſi diffinitiuè dicatur in capite; quandoquidem ibi à miniſtrantibus capiat virtutibus, & operatur, ex ſententia Ariſtotelis 33. particula probl. proble. 7. 9. Diuiniſſimis, quæ circa nos, capite ſcilicet vnde ratio. & ſecundo de generat. animal. cap. 4. vbi ponit temperatiſſimum cordis calorem in cerebro: quare hominem animalium prudentiſſimum appellat. Secundùm totalitatem priuatiuè quantitatiuam, & in toto, & in qualibet parte eſt. concluſio iſta nota eſt; quia neque verè dicitur actus corporis, neque alicuius exiſtẽtis in corpore, ſed duntaxat aſſiſtit, & intrinſecus operatur, vt dictum eſt. ſecunda concluſio. In vegetabilibus anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Confirmatur; quia ex ſententia Philoſophi deciſæ viuunt, & augentur, ſi fuerint plantatæ, & germinabunt 2. animæ 20. tertia concluſio. Potentiæ ſenſitiuæ imperfectæ tam in animalibus anuloſis, quàm perfectis, ſunt in toto, & in qualibet parte: in imperfectis tamen remanent adhuc poſt deciſionem; ſecus tamen in perfectis. fundamentum huius eſt; quia potentia iſta ſenſitiua in vtroq, eſt, ut ex notando deductum eſt; ideo erit organi animati: &, cum organum tactus, per Ariſtotelem, ſit caro, vt primo de hiſtoria animalium cap. 4. 2. de part. anim. cap. 8. meritò & in toto, & in parte eſt, cum caro vbique ſit; ſic & guſtus, vt quidam tactus eſt, ſecundo de par. cap. 17. quarta concluſio: ſenſitiuæ potentiæ perfectiores ſunt in partibus ſingulis ſingulæ diſtributæ, vt viſiua in oculis, auditiua in auribus, olfactiua in naribus: quare, vt ſic, non eſt in qualibet parte, poteſtatiua totalitate tota anima. concluſio probatur ex ſentẽtia philoſophi 2. de part. animalium cap. 10. vbi determinat ſenſus iſtos tres in partibus iſtis diſtinctos reperiri ad differẽtiam guſtus, & tactus, qui ſunt circa cor. & addit Ariſto. Senſus enim exquiſitiores per partes, quæ ſanguinem habent ſinceriorem, abſolui neceſſe eſt. Fundamentum autem huius eſt ex notando; quia potentia viſiua eſt coniuncti, organi ſcilicet animati, vt ſubiecti, quod quidem oculus eſt; ideo ſequitur, & meritò, quòd ſic operetur in oculo, quòd non in alia parte: idem & de duobus alijs dicendum eſt: quare opinio illa Ioann. Iand. non poteſt defendi. At quo nam modo, cum in corde initium ſit ſenſus, & motus, vt Ariſtot. in libello de ſomno, & vigilia; & in libello de iuuentute, & ſenectute; operationes, & vires ad hęc uſque deferuntur organa? ad hoc Philop. 2. ani. ſuper text. 20. quòd potentiæ iſtæ in ſpiritu locantur, & videtur

detur

detur ſententia Ariſto. in libello de motu animalium; Connatus ſpiritus vires ſubminiſtrat. Cum itaque deferat virtutem animæ ad proprium ſenſiterium, aduentante intro ſpecie, fit operatio, quinta, & vltima concluſio: Potentiæ ſenſitiuæ, quę perfectiſsimę ſunt, manifeſtantur in operationibus ſuis in diſtinctis partibus cerebri. Confirmatur hæc auctoritate, ac ratione: auctoritate quidem; Ioannes Damaſcenus ſecundo orthodoxæ fidei capit. 17. dicit; Organum virtutis imaginatiuæ eſt internus ventriculus cerebri: & cap. 19. Organum cogitatiuæ eſt medius cerebri ventriculus, & animalis ſpiritus, qui in illo eſt: & cap. 30. Organū vis memoratricis poſterior vētriculus cerebri, & qui in eo eſt animalis ſpecies. Auicennas quoque. 6. naturalium cap. 6. poſtquam locauit ſenſus exteriores, dicit; Senſus communis eſt vis ordinata in prima concauitate cerebri: poſt hanc eſt imaginatio, quę eſt vis ordinata in extremo anterioris partis concauæ cerebri: poſt hanc eſt vis cogitās, quæ eſt ordinata in media concauitate cerebri: deinde eſt vis reminiſcibilis, quæ ordinata eſt in poſteriori parte cerebri. ratione verò, hoc pacto; Minus videtur, quòd perfectiores potentiæ ſenſitiuæ ſint in capite ratione perfectionis; & tamen ſunt; ergo magis, quæ perfectiſsimæ. Aſſumptū eſt philoſophi ſecūdo de partibus cap. 10. vt dictum eſt; quare & conſequentia nota. ſecunda ratio; Læſo oculo lęditur virtus viſiua; ergo intrinſecus in oculo operatur: ſic lęſa priori parte cerebri, læditur imaginatio; ergo ibi imaginans imaginatur: & ſic de alijs. Prima conſequentia eſt Ariſtot. in libello de ſenſu, & ſenſili: ſecunda eſt Auer. in libello de memoria, & reminiſcentia. Confirmatur auctoritate Ariſtotelis, qui in problemate adducto locauit rationem in capite: & 2. de gener. animal. cap. 4. poſuit calorem temperatiſsimum cordis eſſe in cerebro. idem de ſenſu, & ſenſili cap. de odore: ex quo poſuit hominem prudentiſsimum. Confirmatur quinetiam auctoritatibus Auer. 3. animę 6. vbi affirmat talem eſſe opinionem Medicorū, & Ariſtotelis; & ſecundo colliget, cap. 8. 19. vbi ponit virtutes iſtas manifeſtari in locis cerebri, vt in cameris: nec mirum; quandoquidem ſenſus viſus ob eius perfectionem reſpectu aliorum ita ſpiritaliter recipit, vt in organo difficile apprehendatur alteratio: quare cum imaginatiua, cogitatiua memoratiua ſint virtutes perfectiſsimæ, non tanquam in organo, ſiunt in cerebro; quandoquidem omnis ſit expers ſenſationis, vt ſecundo de partibus cap. 7. 8. ſed tanquam in cameris camerarij. Et ſit ſatis ad laudem omnipotentis.

T. c. 27. Potentiarum autem animæ. Egidius de Latinis continuat. Cum Ariſtoteles dederit diffinitionem communem, & docuit accipere propriam, enumerat in parte iſta potentias animæ, vt declaret appetitiuum non facere gradum per ſe. Quod quidem, tametſi declaretur ab Ariſt. non tamē eſt intentio principalis; cum agere de hoc non exigat partem, aut tractatum; quandoquidem breuibus ſe expedire valeat. Philoponus de Gręcis; Superius dixit Ariſtoteles quibuſdam ineſſe omnes animæ potentias; quibuſdam, quaſdam; alijs vnā duntaxat: & hoc declarare pollicitus eſt; quare hoc loco declarat: quod neque principale mihi videtur eſſe propoſitum: Auer. itaque in parte cōtinuatiua inquit; Cum voluerit loqui de vnaquaque virtutum animæ; incepit primò enumerare eas eſſe: quod quidem fit per diuerſos animatorum gradus. & hæc intentio ſtat cum expoſitionibus ſuperioribus, quòd velit modò ſecūdum vnāquanque propriam diſſinitionem aſsignare. Text. diuiditur in duas particulas; in prima ponit dictum vnum trimembre: in ſecunda dictum illud declarabit. Auer. ponit cauſam illius intentionis; nam numerat eas eſſe: & duo dicit; primum, quòd artifex ponit & ſubiectum, & genera eius manifeſta: ſecundum eſt ratio primi; quia artifex nullus probat ſubiectum ſuum eſſe, neque ſpecies illius ſubiecti: oppoſitum habetur de partibus ſubiectiuis, quandoquidem à philoſopho, 4. cę. 32. demōſtretur ignem eſſe. Ad hoc notandum, quòd ſecundum viam Auerr. & peripateticam, nullus artifex ſiue communis ſit, ſiue ſpecialis, poteſt demonſtrare ſuum ſubiectum eſſe neq; à priori, neq; à poſteriori; patet primo phyſic. vltimo; 12. metaph. 5. 2. phyſic. 22. 26. primo poſt. De ſubiecto ſupponitur quid, & quia: ſecundò; Pars ſubiectiua non poteſt demonſtrari, niſi rarò, & eſt ſententia Auerr. 4. cę. 32. 2. poſt. 35. tertiò. Principia neque intrinſeca, neque extrinſeca à priori eſſe demonſtrari nō poſſunt: at à poſteriori vtraque poſſunt demonſtrari; quartò; Artifex probat ſuum ſubiectum eſſe, partes ſubiectiuas, principia, quo modo per ſe nota probari poſſunt, eſt ſententia Ariſtotel. poſt. primo, quia talia non ſunt ignota per naturam. Auer. de prima parte trimembri exponit tertium membrum, & non ad mentem Ariſtotelis, quia habuit corruptam literam: nam, vbi nos habemus; Quibuſdam verò, vna ſola. habebat ipſe; In ſingularibus, id eſt, in paucis. & exponit de paucis animalibus; in quibus vna duntaxat virtus reperitur ſenſitiua, ſcilicet tactus: quia ſcilicet in ſpongijs ſolùm, & oſtreis: ſecundum tamen Ariſtotelem, vt bene & Latini, & Gręci, intelligi debet de potentijs animæ vegetatiuæ: quia verè vna potentia animæ in plantis ſolùm reperitur: Auer. tamen, quia habebat textum cum gloſſa diuerſum, expoſuit de ſenſitiua: & ſecundum hanc, tactus eſſet vnica ſolùm potentia. notat Philoponus, quòd potentiæ perfectiores ſine vilioribus eſſe non poſſunt: quin imo viliores ad perfectiores ſequuntur. imperfectas tamen ſine perfectis eſſe non inconuenit. Potentius autem. In parte iſta ponit tria Ariſtot. primò nominat ipſas potentias; ſecundò, quæ plantis; tertiò, quę animalibus inſunt. Auer. ponit verba tex. deinde ſingula exponit: prima nota; in ſecunda declarat: & primò, quòd per virtutes intelligit nutritiuam ſenſibilem, &c. nā Latini, qui negant dari plures formas, vt S. Thom. exponunt ly, potentias, non pro partibus; quia dicit, quòd non aliter habet anima partes, niſi, ſecundum quòd eius potentię partes eius dicuntur, prout alicuius potentis multa, poteſtates ad ſingula poſſunt dici

partes

Pro Auer. eliciatur ex tex. ratio demõſtratiua; cũ dicat philoſophus. Quibuſdam vna ſola nõ poteſt intelligi pro potẽtia, quia non vna, ſed tres in eis ſtirpib. ſunt nutritiua, augmentatiua, generatiua, ergo pro ſubſtantia, quæ eſt virtus: deinde ſubiungit, Alteris aũt hoc & ſenſitiuum: quare expreſſa formarum, ſiue virtutũ pluralitas.

partes: ſecundùm tamen Auerr. propriè dicuntur partes; potentiæ verò, vt eiuſdem partis, nutritiua, augmentatiua, & generatiua. at de his alias, Per nutritiuam exponit Auer. illa tria, quæ in nutrimentum agunt. Notandum deinde; quare Ariſtoteles meminerit de gradu appetitiuo, vt diſtincto contra motiuum. In cauſa eſt; quia appetitus ineſſe poteſt animalibus, quæ non mouentur; quãdoquidem cibum, & eſcam deſiderent. Dubitat in hoc Sanct. Tho. dupliciter. primo, quare eſt, quòd hìc quinque enumerauerit potentias; cum conſueuimus dicere tres eſſe animas, vegetatiuam, ſenſitiuam, & rationalem: ſecundò, quare hic dixerit eas quinque; ſupra tamen textu 13. quatuor dũtaxat enumerauerit. Pro his notat; quia potentia refertur ad actum proprium, qui eſt operatio; neceſſe eſt ſecundùm diuerſas animæ operationes, accipi quoque diuerſitatem potentiarum: oportet itaque operationes, in viuentibus conſiderari; quia vnumquodque operatur, inquantum eſt ens: & vnumquodque operatur opera vitæ, inquantum eſt viuum. Talia verò viuentia inferiora, quorum actus eſt anima, habent duplex eſſe; alterum materiale, in quo communicãt cum materialibus; alterum immateriale, in quo communicant cum ſuperioribus: ſecundùm primum res eſt ſolùm id, quod eſt; vt lapis non eſt aliud, quàm lapis: ſecundùm alterum eſt & quodãmodo alia; vt intelligentia eſt inferiora omnia eminenter: in inferioribus tamen hoc eſſe immateriale habet duos gradus: quodam eſt penitus immateriale, vt eſſe intelligibile, in intellectu enim res habet eſſe ſine materia, & ſine conditionibus materiæ: in ſenſu uerò, & ſi res habeant eſſe ſine materia; non tamẽ ſine conditionibus materiæ indiuiduantibus. operationes ſecundùm eſſe materiale competunt meritò animæ uegetabili: quæ verò competunt uiuẽtibus ſecundùm eſſe immateriale penitus, ſunt ratione animæ intellectualis; quæ verò medio modo, ratione animæ ſenſitiuæ: quare ſecundùm hoc diſtinguitur triplex anima; & quia ex vnaquaque forma ſequitur inclinatio; & ſecundùm inclinationem operatio; vt inclinatio ignis ad ſurſum; ad quam ſequitur motus: modò ad formam tam ſenſibilem, quàm intellectualem ſequitur inclinatio; quare appetitus; & ad illam operatio; quare motus ſecundùm locum: conſtat itaque, quòd oportet eſſe quinque genera potentiarum animæ. Saluatur & ſecundum dubium; quia diſtinxit ibi ſecundùm gradus viuentium, qui ſunt quatuor, & nõ ſecundùm operationes. Ineſt autem plantis. In hac parte, quibus inſint hæ potentiæ, manifeſtat; & primo imperfectis magis, verbi gratia plantis, quæ ſola nutritiua viuunt, vt exponit Auerr. notat Sanct. Thomas, quòd ad hoc, quòd vniuerſum ſit perfectũ, nullus gradus perfectionis in rebus intermittitur; ſed paulatim ab imperfectis ad perfecta procedit: quare a philoſopho 8. metaph. 10. aſsimilantùr numeris ſpecies: quare in viuẽtibus quædam habent vnum duntaxat gradum vitæ, vt plantæ. Alteris autem hoc. In hac tertia parte tria facit; primò quod dictum eſt; ſecundò diſtinguit appetitum; tertiò applicat animalibus: in prima dicit, quòd animalibus ineſt & gradus nutritiuus, & præter hunc, ſenſitiuus, & appetitiuus. Notat Philoponus, quòd appetitiuum non poſuit per ſe; quia ſenſitiuum ipſum omnino conſequitur. Appetitus. In hac ſecunda diſtinguit appetitum: Auer. appellauit appetitum deſiderium ad cibos; quia talis conſequitur omnia animalia: nã appetitus duplex. primo phyſic. vltimo, naturalis vt grauis deorſum tendit, & talis non eſt elicitus, neque cognitionem ſequitur: alter verò eſt appetitus cognitiuus, ſequens ſcilicet cognitionem: nõ enim poſſum rem aliquam appetere, niſi prius ipſam cognoſcam: & talis eſt multiplex, vt in textu dicetur. dixit tamen Auerr. eſſe appetitum ad cibum; quia in animalibus datur appetitus ad nutrimentum; & appetitus ad motum localem: appetitus tamen ad cibum conſtituit vnum gradum animalium diſtinctũm ab his, quæ localiter mouẽtur; ſicut ſunt animalia lapidibus affixa: appetitus verò ad motum localem eſt minus communis, quàm appetitus cibi tantùm: omne enim animal, quod habet appetitum ad motum localem, habet etiam appetitum ad cibum; & non contra: cognitiuus itaque eſt deſideriũ, ira, & voluptas. ſic legit Auer. quia ſic ſtat in textu ſuo: at litera Græca habet, Voluntas. & eſt melior lectio; quia, vt ſic, comprehendit appetitum ſenſitiuum, & intellectiuũ: per deſiderium, intelligit appetitum rei gratæ, & conuenientis; & aſcribitur virtuti concupiſcibili: per iram intelligit rei contriſtabilis; & aſcribitur virtuti iraſcibili: & hi duo appetitus pertinent ad animam ſenſitiuam, vt bene notat Sanct. Thomas nam, & quæ vnum duntaxat ſenſum habẽt animalia, vt Philoponus, ſupra rem delectabilem expanduntur; a triſtabili verò, auertuntur. Sed dubium eſt, vtrum in omnibus inueniatur animalibus; & uidetur, quòd non; nam ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor: multa tamen ſunt animalia, quæ ſanguine carent. Dicendum, quòd per iram intelligimus rem contriſtabilem quamcunque, qua non uacãt animalia. deinde, vt Themiſtius, neque dico uniuerſa hæc ineſſe omni ſentienti; quia ſentiũr plurima, quibus iracundia, & uoluntas deſit; ut ſolius cupiditatis tenue relinquatur ueſtigium. per uoluntatem, uoluit appetitum rationalem: & ſic exponit Sanct. Tho. & de Græcis Philoponus tenens appetitum æquiuocè dici de ſenſitiuo, & de rationali; ſecundùm Auer. non erit mentio de appetitu rationali, ſed duntaxat de ſenſitiuo; quia uoluptas reſpicit animam concupiſcibilem: delectatio enim in poteſtate noſtra non eſt; nam, quando obiectum proportionatur potentię, tunc uelimus nolimus de neceſsitate ſequitur delectatio; mediatè tamen ſunt in poteſtate noſtra; & tunc ille actus dicitur peccatum: quare ex his, quæ notauimus, ſecundùm S. Thom. formam conſequitur inclinatio; ergo appetitus, in plantis cũ forma materialis ſit, & quo ad hoc non differat à forma grauis; quia, ut inclinatur deorſum forma grauis; ita plantæ per formam ad hauriendum nutrimentum à terra; nõ differt ab appetitu

materiali,

materiali,& naturali: formã uerò animalis, quia cum cognitione eſt, conſequitur inclinatio, quæ non cum materia, ſed cum appendiciis materiæ eſt; humanam verò, quæ abſoluta omnino eſt. triplex itaque eſt appetitus. Animalia autem. Applicat,& ſecundùm ſententiam Auer. Ariſt. vult oſtendere, quòd appetitus ineſt omni animali habenti ſenſum. Simplic. & ipſe notat ſecundùm philoſophum, quis ſit appetitus conſequens ea, in quibus eſt ſenſus; dicit, quòd eſt deſiderium non boni, vt voluntas; neq; honoris, aut contriſtationis, vt ira ſed voluptatis ſecundùm ſenſum. dixit; cui ſenſus huic & lætitia,& triſtitia. hęc potiſsimum videntur ſequi apprehenſionem ſenſus tactus:& quia appetitus non eſt lętitiæ, ſed dulcis; neque triſtitiæ, ſed triſtis; meritò poſuit obiecta, quæ mouent, dulce ſcilicet,& triſte; nam illę, vt paſsiones ſunt ſenſus, vt notat Simplicius; obiecta verò, vt agentia, quorũ vtrorũq; iudex eſt ſenſus: quare addit; Quibus hæc,& concupiſcentia. & ponit cauſam nam, quibus delectabile, aut triſte ineſt, his; & appetitus: quare de primo ad vltimum, vt S. Thom. quibus animalibus ineſt ſenſus tactus, his & appetitus ineſt.

Dubitatur in præſenti parte de potentiis animæ,& quæruntur tria; quare in quæſtione iſta tres erunt Articuli: primus, vtrum potentiæ animæ realiter differant ab eſſentia animæ, aut ſint eademmet eſſentia. ſecundus, qua inuicem diſtinguãtur differentia. tertius, vtrum tales fluant ab eſſentia animæ,& in quo genere cauſæ. In primo ſunt duæ opiniones extremæ,& tertia media. S. Thom. prima parte ſum. quæſtione 77. articulo primo tenet, quòd realiter differunt ab eſſentiã. & fundamentum huius, quia apud ipſum operatio, quæ identificatur ſubſtantiæ, in ſolo Deo eſt; quare potentia Dei eſt eadem cum eſſentia Dei. & fundamentum huius eſt; quia actus,& potentia ſunt eiuſdem prędicamenti: quare, cum operatio, quæ eſt actus, ſic reſpectu Dei ſubſtantia Dei; erit eadem quoque, & eius potentia, at in aliis creaturis hoc verum nõ eſt; quia in vnaquaque potẽtia eſt alia ab eſſentia: & hoc oſtendit de Angelo: quare multò magis in anima. & probat concluſionem iſtam; nam anima ſecundùm ſuam eſſentiam eſt actus: ſi ergo eſſentia animæ eſſet immediatum principium operationis; ſequeretur, quòd habens animam, ſemper actu haberet opera vitæ; vt habens animam, ſemper dicitur viuum; nam, vt forma eſt, non eſt ordinabilis ad vlteriorem actum; ſed eſt vltimus terminus generationis; quare, quòd ſit in potẽtia ad vlteriorem perfectionem, vt in diffinitione manifeſtauit Ariſtoteles, non habet, vt forma eſt; quia ſic eſt actus; relinquitur itaque, quòd habeat hoc ſecundùm ſuam potentiam; & ſic ipſa anima, ſecũdùm quòd ſubeſt ſuæ potentiæ, dicitur actus primus ordinatus ad actum ſecundum. Scotus ſecundo ſententiarum diſtin. 16. quæſtione vnica, ponit hanc concluſionem huic oppoſitam, quòd ſcilicet potentiæ non diſtinguantur ab eſſentia, neque inter ſe realiter. Pro cuius veritate notat, quòd continentia vnitiua non eſt eorum, quæ omnino ſunt idem, quia talia non vniuntur; nec eſt eorum, quæ manent diſtincta diſtinctione, qua fuerunt diſtincta ante vnionem; ſed eſt eorum, quæ ſunt vnum realiter, manent tamen diſtincta formaliter. talia verò contenta ſunt in duplici differentia; quia quędam ſunt de natura continentis, vt quæcunque ſunt ſuperiora ad continens, v.g. ab eadem re accipitur ratio albedinis, coloris, qualitatis, ſenſibilis: talia enim omnia ſunt de eſſentia eius; alia ſunt contenta in eo vnitiuè, quæ poſteriora; quia quaſi paſsiones continentis; nec ſunt res aliæ ab ipſo cõtinente, quo modo ens, quod eſt ſubiectũ metaph. multas continet paſsiones: diſtinguuntur tamen inter ſe formaliter, & ab ente formalitate reali; aliter metaphyſicus concludens tales paſsiones de ente, non eſſet realis; quare ens continet vnitiuè rationem vnius, veri,& boni,& aliorum: ſic anima continet ſuas potentias unitiuè; quamuis formaliter inter ſe,& ab ea differant. confirmat Scotus rationibus validiſsimis; nam ſubſtantiã à ſubſtantia generari neceſſe eſt, vel vniuocè, vel æquiuocè:& ratio eſt; quia oportet, quòd forma generans ſit nobilior, uel æquè nobilis cum forma geniti; ſed impoſsibile eſt formam accidentalẽ quãcunq; eſſe talem, ergo &c. Dicetur, ꝙ forma accidentalis nõ eſt agens principale, ſed inſtrumẽtale tunc cõtra; inſtrumẽtale agẽs nõ mouet, niſi quia motũ, igitur aliqua immediata efficiẽtia datur ſuperiori agẽti; ergo propoſitũ, quia. ſ. ſubſtãtiæ: ſecũdò, quidquid pſupponitur ab actu primo, inquãtum prius, præſupponitur ab actu ſecundo; ſed forma accidentalis præſupponit neceſſariò in materia formam ſubſtantialem; ergo actio formæ accidentalis ſupponit actionem formæ ſubſtantialis. hæc ſunt potiora. Ad argumenta S. Thom: ad primum fundamẽtum diſtinguit de potẽtia. Quædam eſt principium operandi, & ſic diuiditur in actiuam,& paſsiuam. 5. & 9. met. 2. alio modo, vt diuiditur contra actum. & hoc ſecundo modo cõcedit; quia non modò eiuſdem generis; ſed eiuſdem ſpeciei,& eiuſdem numeri. 9. met. 13. primo autem modo negat fundamentum; quia accidens operatio ſcilicet, immediatè fundatur in ſubſtantia; quia aliter eſſet proceſſus in infinitum: quare potentia actiua, vel paſsiua ſic accepta, nõ eſt eiuſdem generis cum ſuo actu. & confirmat ex ſententia phil. 7. metaphy. 32. & vltimo, qui dicit, ꝙ ſubſtantia non producitur in eſſe, niſi à ſubſtantia exiſtente in actu: ſed quantum, vel quale producitur, nullo quanto, vel quali ſuppoſito in actu. ad ſecundum negat conſequentiam; quia bene ſequitur, ꝙ eſt actu uiuum; ſed non ſequitur, quòd actu operetur; quia ipſa formaliter dat eſſe uiuum, ſed effectiuè ſit principium operationis. eſt itaque æquiuocatio, quoad immediationem cauſę. Ioan. Iand. habuit in hac difficultate opinionem mediam: dicit ipſe, quòd in ſubſtantiis immaterialibus potentia non diſtinguitur realiter ab eſſentia: & videtur ſententia Auer. 12. metaph. 37. quòd ſcilicet in multis ſubſtantijs nulla ſunt accidentia: & ſic non agunt motus per aliquas virtutes realiter ab ipſis differentes: In formis verò naturalibus, & mate-

rialibus

rialibus ſecus eſt; quia agunt per virtutes differentes ab eſſentijs realiter. Et fundamentum huius apud Ioan. eſt; quia formæ tales non ſolùm agunt, ſed patiuntur, & recipiunt; quod per vnam duntaxat potentiam eſſe nõ poteſt: præterea agunt etiã operationes ſpecie diuerſas; quod nõ bene fit per ſubſtantiam penitus vnam: quare diſtinguit de potentia: aut pro ſubiecto potente; & tunc anima eſſentialiter eſt ſua potentia; quia, vt ſic, dicitur ſubiectum potẽs: aliquando pro immediato principio operationis actiuo, & paſsiuo; & hoc modo potentia eſſentialiter non eſt eadem cum animæ eſſentia; quia anima eſt in prædicamento ſubſtantiæ, & potentia in prædicamento qualitatis; eſt enim d ſecunda ſpecie qualitatis. cõfirmat, quia illa realiter non ſunt idem, quorum alterum multiplicatur, reliquo remanente vno: modò in eodẽ indiuiduo anima eſt vna; & tamen multiplicãtur potentiæ, quæ ſunt immediata principia operationis actiua, vel paſsiua; vt viſus, auditus, intellectiua, generatiua, & huiuſmodi. In hoc articulo tria faciam; primò narrabo, quid voluerit Hiſpanus in hac materia; ſecundò, quid teneam ſecundum philoſophum; tertiò obiecta in oppoſitum ſoluam. Hiſpanus credit opinionem Scoti eſſe opinionem Ariſtotelis: & primò ſupponitur, quòd ſermo non eſt de potentia reſpectiua, ſed de potẽtia abſoluta tam in actiuis, quàm in paſsiuis: & in actiuis abſoluta eſt, quæ eſt fundamentum reſpectus. pro fundamẽto capit, quòd triplex eſt potentia 9. metaph. 10. 13. vno modo pro potentia proxima, vt faber cum ferro, maleo, & ſuis omnibus inſtrumentis: ſecundo modo, remota, vt faber, qui agit per artem fabrilem: tertia eſt medio modo ſe habens. Hoc poſito, ponit hanc concluſionem, quòd potentiæ pro potentia proxima, ſunt diſtinctæ ab anima, & inter ſe realiter. Fundamentum eſt; quia inſtrumenta variantur: quare potentia nutritiua cum calore naturali, ſtomacho, hepate, venis, & alijs inſtrumentis, ex omnibus illis reſultat vna potentia proxima: & ſic de augmentatiua, generatiua, quæ realiter differunt, & ſic de alijs: ſecunda concluſio. Potentiæ remotæ, non ſolùm iſtæ, ſed adminiſtrantes, vt attractiua, retentiua, digeſtiua, expulſiua, ſunt idem realiter, & tantùm diffinitione diſtinguuntur. At de potentia media dubium eſt: certum eſt enim, quód anima in operatione indiget corpore; ſecundùm tamen quoſdam, indiget eo, vt inſtrumento; & fuerunt Nominales: & ſic corpus non eſt pars potentiæ, ſed inſtrumentum; & eſt, quo ad actum anima reducitur; & ſic tota potentia eſt anima, & idem realiter cum anima. Thomiſta non vult, ꝙ anima immediatè vtatur corpore, ſed habeat potentiam de genere qualitatis, qua mediante exit in operationẽ: & ſic differt à Nominali, qui vult, quòd immediatè anima vtatur: quare dicendum ad mentem Ariſtotelis, quòd corpus non concurrit ad actionem ſolùm, vt inſtrumentum, neque etiam ſolùm operatur, neque anima ſola; ſed illud compoſitum ex corpore, & anima eſt potentia illa, quę operatur. quo ſtante, ponitur cõcluſio talis, ꝙ tales potentiæ, quæ ſunt potentiæ mediæ, realiter diſtinguuntur ab ipſa anima; quia potentia talis non eſt anima ſola, non corpus ſolum; ſed illa duo ſimul: potentiæ tamen illæ inter ſe non diſtinguuntur, niſi ratione, non autem realiter. At contra dictum, quod tenere videtur de mente Scoti, quòd potentia remota non ſit realiter differens ab eſſentia animæ: aut capit ly, potentia, pro ſubiecto potente, aut pro principio immediato ad operationem: ſi primo modo, tunc non differt à potente Ioann. Iand. & talis non fuit opinio Scoti: hanc neque S. Thom. negaret, & probatur; nam Scotus 2. ſent. diſtin. 16. quæſtione unica, in vltima parte quæſtionis dicit hæc formalia uerba. Anima in primo inſtanti naturæ, eſt natura talis; in ſecundo inſtanti eſt operatiua, ſiue potens operari ſecundũ hanc operationem, uel illam: & potentiæ, quæ ſunt principia harum operationum, continentur unitiuè in eſſentia. Quare palàm eſt, quòd intellexit de principio operationis immediato; & non de ſubiecto potente. quod principium apud Hiſpanum realiter diſtinguitur ab eſſentia animæ; apud uerò Scot. duntaxat formaliter. patet etiam hoc per ſolutionem ad argumentum Sanct. Thom. quòd actus, & potentia ſunt eiuſdem generis: dicit, quòd tenet de potentia obiectiua, non autem pro principio operandi; quia in tali, dato quòd operatio ſit accidens; potentia tamen eſt ſubſtantia ipſa animæ, formaliter ab anima differens: neq; etiã, quod accepit Hiſpanus pro principio operatiuo, quod eſt potentia media, eſt ſecundùm mentem Scoti; quia non ponit Scot. potentiam illam reſultare ex anima, & corpore; ſed eſſe animam ipſam, quæ operatur; & uti corpore, tanquam inſtrumento. & probatur; quia reſpondet Scot. ad vnam rationem, quam fecit contra aduerſarium in eadem quæſtione. Dices, quòd forma accidentalis non eſt agens principale, ſed inſtrumentale, contrà; quia, ſi ſic, habetur propoſitum: inſtrumentale, enim agens non mouet, niſi, quia motum; igitur aliqua efficientia immediata dabitur ſuperiori agenti, id eſt, ſubſtantiæ. Dicamus itaque nos, quòd potentiæ animę differunt realiter ab ipſa anima, ut accidens à ſubſtantia. quę concluſio eſt oppoſita cõcluſioni Scoti. differunt enim inter ſe ratione; aliquę tamen re, realitate ſcilicet formali, ut dicetur. &, ut ſic, differt ab opinione S. Tho. Pro prima parte concluſionis uerificanda, notandum, quòd id, quo agitur; & id, quod agitur, oportet conſimile eſſe utrumque in ſpecie, ut notat S. Thom. in quęſtionibus diſput. quęſtione, 12. in corpore quæſtionis quare. cum id, quod agitur, non pertineat ad eſſe ſubſtantiale rei; impoſsibile, quòd principium, quo agitur, ſit de ſubſtantia rei; & hoc palàm eſt in generatione naturali: quia agens naturale, in generando tranſmutat materiam; quia primò materia diſponitur; mox forma ipſa conſequitur, ſecundùm quòd generatio eſt terminus alterationis: quare neceſſe eſt, quòd immediatum agens ex parte agentis ſit forma accidentalis, correſpõdens diſpoſitioni materię: oportet tamen, quòd agat in virtute formę ſubſtantialis,

lis,quaſi inſtrumentum eius: quia aliter formam ſubſtantialem non produceret;vt ignis per qualitates actiuas diſponit,& virtute formæ ſubſtantialis ignem generat: hoc notauit Auerr.7.metaph. 3 t. vbi dicit; Virtutes naturales agunt per inſtrumenta terminata,& membra propria. & paulò infra dicit; Et generans mouet materiam,quouſque recipiat formam,& illud,quod mouet materiam, neceſſariò eſt corpus habēs qualitatem actiuam, aut potentiam,quæ agit per corpus habens qualitatem actiuam. Et ſententia Ariſtor. in de ſenſu, & ſenſili; Ignis non agit,inquantum ignis;ſed inquantum calidus. Secundò noto,quòd potentiæ animæ, ſunt in duplici differentia; quædam ſunt potentiæ diuerſarum virtutum,vt nutritiua potentia, ſenſitiua, & intellectiua; quædam verò eiuſdem,vt vegetatiuæ,nutritiua,augmentatiua,generatiua,& ſic de alijs. Tertiò notandum,quòd vegetatiuæ,ac ſenſitiuæ virtutis,potentiæ, ſubiectiuè ſunt in corpore animato;vt in principio tamen quo,ſunt in anima ipſa.primum eſt Ariſtotelis primo animæ 12.13.14.quæſiuit, an tales paſsiones eſſent corporis ſolùm; an animæ ſolum? dixit, quòd quædam ſunt totius coniuncti, vt ſenſitiua, & concupiſcibilis. præterea à 62.vſque ad 66.primi dicit; Si quis dicat animam iraſci,dicit ipſam texere: cum tales ſint operationes coniuncti;ergo, & potentiæ.præterea in hoc ſecundo contextu 10.idem dicit; Vt oculus ex pupilla, & viſu; ita animal ex corpore, & anima.tertio animæ 54.de communibus corpori,& animæ,ſentire,audire,triſtari, &c.& addit ibi Ariſtot. Nam non eſt proprium corporis ſentire, neque proprium animæ; ſed cuius potētia eſt,eius & actus eſt, & operatio. ſecundum etiam eſt Ariſtot.2.animæ 24. Anima eſt,quo viuimus,ſentimus, &c.quare his viſis patet ad quæſtionem veritas pro his virtutibus materialibus: & confirmatur; nam per primum notandum anima vegetatiua ex cibo generat ſubſtātiam; quia, quod deperditum eſt; ergo alterat. primo phyſic.62.& 7.metaph.31.Virtus naturalis mouet materiam,vt eam forma conſequatur; ergo per potentiam, quæ eſt qualitas; ergo ab eſſentia animæ realiter diuerſa. præterea per tertiū notandum, potentia inſequitur coniunctum; ergo accidentalis, & realiter differens a ſubſtantia animę.& ſic patet de materialibus.at de intellectiua, tenet S.Thom.quòd ſemper potentia eius ſit realiter diuerſa ab eſſentia,vt de alijs creaturis,vt Angelo determinauit. Scotus tenet,quòd ſemper ſit eadem cum eſſentia. nos autem dicimus ſecundùm Auerr. & Ariſtotel. quòd in primo ſtatu potentia eſt alia,& differens ab eſſentia,vt accidens à ſubſtantia: in ſecundo verò ſtatu,eſt eadem omnino cum eſſentia. prima pars eſt Auerr.12.metaph.17.& Ariſtot.tertio animæ 8.vbi dicit,quòd accidit ſeipſum poſſe intelligere: cum itaq; actio illa ſit accidentalis,ſequitur inde, quòd & potentia accidentalis erit,ſecunda pars etiam eſt Auer. in loco adducto:eſt & Ariſt.3.anim.15.in his,quæ ſine materia ſunt,idem & intelligens, & quod intelligitur.In ſecūdo articulo;Quo verò modò potentiæ inter ſe differant;dicendùm dupliciter; nā nutritiua,ſenſitiua,intellectiua,realiter differunt. probatur;ſunt potentiæ virtutum realiter differentium;ergo &c.in diuerſis aſſumptum manifeſtum eſt; in eodem quinetiam apud tenentes pluralitatem formarum:at potentia nutritiua,augmentatiua,generatiua non differunt realiter,ſed duntaxat ratione. Probatur;quia ſunt potentiæ eiuſdem virtutis: eadē enim potentia ſecundùm diuerſas operationes dicitur nutritiua,vt in quid; augmentatiua,vt in quantum; generatiua verò,vt in quale: ſic & de pediſſequis attractiua,digeſtiua, & alijs. At contra hoc eſt fortiſsima inſtantia;nam, quę fundant extrema contradictionis realis, diſtinguuntur realiter: ſed hæ potentiæ ſunt huiuſmodi; ergo &c.Minor probatur, nam verum eſt, ꝙ aliquis nutritur;non tamen ille generat; ergo intentum. Ad hoc,neganda eſt illa minor. Ad rationem dicendum,ꝙ,vt primum aliquis dicitur homo;protinus omnes habet animę potentias,& in quacūq; ętate;ſed aliquando non operatur,vt propter defectum inſtrumenti; vt bonus ſcriptor deficiente pēna, & attramento ſcribere non valet. & probatur hoc ratione,& auctoritate;nam paternitas fundatur in potentia generatiua.modò,ſi ſenex illā non haberet; in eo nō eſſet illa relatio; & ſic nō poſſet dici pater:quod inconuenit:ſed dicimus ſenē non poſſe operari ex defectu inſtrumenti. auctoritate quinetiam Ariſt.4.de natura animalium ca.8. vbi dicit,ꝙ animalia omnes habent ſenſus, niſi quid laceſsitum fuerit,vt in talpa:& ponit expreſsè defectum eſſe ex parte inſtrumenti,oculi ſcilicet. At replicaret quiſpiā; nam ſunt aliqua animalia, quæ à tota ſpecie non generant,vt ea, quæ per putredinem genita ſunt; & tamē nutriuntur. Dico,ꝙ propter hoc non ſequitur, ꝙ realiter diſtinguantur; quia anima in tali animali non eſt ita diſpoſita. vt poſsit tertia entitas reſultare propter imperfectionem talium: vel,quòd illa anima eſt alterius rationis in eis, vt videtur voluiſſe Ariſtor.primo de gener.animalium cap.primo,quare patet, quòd inter ſe,& ab anima differant potentiæ.ſupereſt,vt & tertio loco ſoluamus argumenta Scot.& ad primū dico,quòd anima eſt primum mouens, vt principium quo, reſpectu inſtrumenti, quo vtitur; ſed non,vt ſuppoſitum,quod: quia tunc illa vel actio, uel paſsio coniuncti eſt: quare non valet, quòd potentia ſit eadem cum eſſentia; vt ſecundo animæ 24.ſanamur ſanitate.& corpore, per prius tamen ſanitate. ad ſecundum dico eodem modo, quòd ſupponit actionem formę ſubſtantialis, vt quo;non tamen ut quod; ſicuti requiritur in vera efficientia; quia forma non mouet,neque mouetur; Auerr.quinto phyſic.tertio. In tertio articulo quæſtionis dubium erat; an tales potentiæ fluerent ab eſſentia animæ, & in quo genere cauſæ. Pro determinatione huius ſine argumentis notandum, vt Ioan.Iand. quod idem eſt dicere fluere,quod dependere ab anima; quia non capitur hic fluxus pro motu, vt 3.phyſic.quarto. tunc ad quæſitum; Inter omnes conuenit,ꝙ fluant; ſed in quo genere cauſæ, differentia eſt; S.Thom.prima

Anima nō mouere immediatè, ſed virtute ſolùm mouet; quia in cauſa eſt, ꝙ totum generans ſubſtātiam producat; nam, ſi verè moueret; principiū eſſet alicuius trium motuum, ꝙ de ſubſtātia dici non poteſt, niſi generationi, & in inſtanti fit.

patt. ſumm. quæſtione 77. artic. 6. tenet in triplici genere cauſæ, materialis ſcilicet, efficientis, & finalis. Pro cuius declaratione notat, quòd forma ſubſtantialis, & accidentalis cōueniunt partim, & partim differunt: conueniunt primò. quia vtraq; eſt actu, & reponit ens in actu: differunt poſtea in duobus: prima differentia, quia forma ſubſtantialis facit eſſe ſimpliciter, & eius ſubiectum eſt ens in potentia ſolùm; accidentalis verò, ſecundùm quid, & ſubiectum eius eſt in actu; quare, cū actualitas priùs reperiatur in forma ſubſtantiali, habet ſuum ſubiectum, quòd ſit in actu, ab ea ſecūdariò: at ſubiectum accidentalis eſt priùs in actu, quàm forma accidentalis; vnde actualitas formæ accidentalis cauſatur ab actualitate ſubiecti; ità quòd ſubiectum, vt in potētia; eſt ſuſceptiuum formæ accidentalis; vt in actu, eſt eiuſdem productiuum; & intelligitur de accidēte proprio; quia reſpectu extranei ſubiectum eſt tantùm ſuſceptiuum; productiuum verò illius eſt agens extrinſecum. Secunda differentia eſt; quia ſemper minus principale eſt propter magis principale: materia eſt propter formam; ſed forma accidentalis eſt propter complexionem ſubiecti. Concludit itaque S. Thom. ꝙ potētiæ animæ fluunt ab ipſa anima, tanquam a principio: quare apud ipſum eſſentia animæ eſt cauſa omnium potētiarum ſicut finis, ſicut principium actiuum, & ſicut ſuſceptiuum; vt ſubiectum eſt cauſa paſsionis in triplici genere cauſæ. Ioan. Iand. in quæſtione propria tenet cum Sanct. Thom. quantum ad dependentiam à duabus cauſis, finali ſcilicet, & materiali; ſed à cauſa effectiua negat omnino: & probat eſſe impoſsibile; nam, ſi anima, quæ eſt principium ſubiectiuum principale, eſſet etiā principium actiuum, ſequeretur, quòd idem eſſet actiuum, & eiuſdem receptiuum; quod inconuenit: nec valet, quòd ſecundùm diuerſas partes ſit principium actiuum, & receptiuum potentiæ naturalis: quia quæram de illis virtutibus, nunquid efficiantur ab anima nec ne? ſi non, pari ratione nec prima: ſi ſic, dabitur proceſſus in infinitum; quia efficiet vnam potentiam per aliam; & illam per aliam; & ſic in infinitum; quia determinatum eſt animam agere potentia mediante, quæ eſt de ſecunda ſpecie qualitatis: quòd verò non depēdeat in genere cauſę formalis, inter omnes conuenit; quia formæ non eſt forma. At pro veritate tenendum, primò quòd depēdeant, vt à ſubiecto: nec valet; ergo anima mutabitur de non habere potentias ad habere; quod eſt proprium materiæ; quia in nullo inſtanti temporis reperitur anima, quin & eius exiſtant potentiæ, ſed bene in priori inſtanti naturæ: ſecundùm quem ſenſum poteſt intelligi ſubiectum mutari de non eſſe ad eſſe. Secundò dicendum, quòd dependent ab anima effectiuè. Ad argumenta Ioann. notandum, vt notat S. Thom. in eodem loco ad vltimum, ꝙ agens dicitur duobus modis: dicitur agens per veram trāſmutationem, quomodo ignis in lignum agit: dicitur & ſecundo modo agens per aliquam naturalem reſultationē, vt ex vno naturaliter reſultat aliud, vt ex luce color. Modò primo modo nego cum Ioanne; ſecundo modo concedo cum Sanct. Thom. & ſic argumenta Ioannis ſunt ſoluta; quia tenent primo modo. tertiò dicendum, quòd depēdet in genere cauſæ finalis. Sed notandum, quòd finis dicitur duobus modis; vel naturalis naturalitate propria; vel naturalitate communi: primo modo operatio eſt finis potentiæ, ſecundo modo perfectius eſt finis imperfectioris 12. metaphy. 36. & ſic anima dicitur finis ſuarum potentiarum. At dubium eſt, nunquid hæ potentiæ inter ſe ordinem teneant, & ſibi inuicem ſint cauſæ. Ad hoc dicendum, quòd ſunt & ipſæ inter ſe in triplici genere cauſæ; materialis, quia potentia vegetatiua diſponit pro ſenſitiua, & hæc pro intellectiua: modò cauſa diſpoſitiua eſt in genere cauſæ materialis: efficientis, per modum naturalis reſultationis, vt poſt nutritiuā, augmentatiua; & poſt eam, generatiua; & ſic de alijs: finalis, naturalitate communi, vt dictum eſt. tertiò quæritur, nunquid diſtinguantur per actus. In hoc quæſito, quod reperitur à Philoſopho eſt 2. animæ 22. quia ſenſitiuum ab opinatiuo, alterum eſt; ergo ſentire ab opinari: quare videtur ex diſtinctione obiectorum inferre diſtinctionē actuū; & ex illorum, diſtinctionem potentiarum. In hoc duo ſunt videnda; primò, an diſtinguantur; ſecūdò poſito, quòd ſic, nūquid à priori, aut a poſteriori; de ſecundo inferiùs dicemus ſuper text. 33. quare pro nunc ſupponatur, quòd potentiæ diſtinguuntur per actus à poſteriori, & quoad nos; vt notat Ioan. Iand. in quæſtione; quia potentiæ à priori ſeipſis diſtinctæ ſunt. Pro declaratione cuius notandum eſt primò, quòd ſermo non eſt de potentijs omnino à materia ſeparatis, quæ identificatæ, ſunt eſſentijs, vt intellectus, & volūtas in Deo; ſed ſermo eſt de potentijs organicis, qualitercunque ſint. ſecundò notandum, quòd potentiæ ſunt in duplici differentia, quædam ſunt primò diuerſæ, vt quinque ſenſus exteriores: ſecundo modo dicuntur potentiæ ſubordinatæ, ut ſenſus exteriores, ſenſui communi; & hic imaginatiuæ; & ſic de alijs. tertiò notandum, quòd duplex eſt obiectum, formale ſcilicet, & materiale; & eſt diſtinctio Scoti 2. ſent. diſtin. 24. quæſtione vnica ad ſecundū: formale eſt adæquatum potentiæ, vt color viſui: materiale, non adæquatum, vt albedo, viſui. & accepit eandem Io. Ian. in quęſtione. dicit tamē Scotus, ꝙ nō eſt remotum tenere albedinem eſſe obiectum formale, & non colorem: & ratio eſt, quia color nō eſt, niſi per intellectum abſtrahērem; in re autem non eſt; ſed duntaxat album, nigrum, & ſpecies aliæ: quare, quod formaliter videtur, non eſt color; ſed album, aut nigrum; quorum neutrum obiectum eſt adæquatum viſui; quia nulla potentia habet obiectum adæquatum, non abſtractū: & hoc videns Ioann. Iand. dedit multas reſponſiones ad hoc; quia ſequeretur, ꝙ eſſent multæ potentiæ viſiuæ diſtinctæ ſecundùm ſpeciem; quia ſunt multæ viſiones ſic diſtinctæ: & tandem videtur tenere, ꝙ argumentum concludat. &, ſi dicatur; Erunt plures ſenſus, quàm quinque. dicit ipſe, ꝙ hoc non eſt contra Ariſtot. quia Ariſt. poſuit ſenſus eſſe quinque; nō tamen dixit eſſe tales ſecundùm ſpeciem

ſpecia-

ſpecialiſsimam : ſed vnum quenq; voluit eſſe vnũ quoddam generali vnitate, tactu excepto; de quo dubium eſt. Scotus tamen dicit, quòd non omnis diſtinctio obiectorum ſormalium facit diſtinctionem potentiarum, & addit; Nam manifeſtum eſt, quòd non oportet tot eſſe viſus, quot ſunt colores. ſed Ariſto. 2. animæ t. 30. 132. ratione talis miſtionis in tali organo, concludit talem potentiam eſſe talis obiecti, & non alterius, puta viſiuam. & in hoc attenditur diſtinctio potentiarum per obiecta; quia tale obiectum limitatum, & diſtinctum non percipitur, niſi à tali potentia, & nunquam ab alia; quia eſt potentia limitata ad obiectum tale. & hæc opinio eſt magis peripatetica, quàm ſit opinio Ioan. Iand. quarto notandum, quòd nõ eſt neceſſarium, ſicuti ex diſtinctione obiectorum, ſequitur diſtinctio actuum, & vltimò potentiarum, quòd ex vnitate, ſequatur vnitas; quandoquidem reſpectu obiecti eiuſdem, quandoque fiant diuerſi actus, vt bene nota Scot. 3. ſentent. diſtin. 14. quæſtione 1. ꝙ Ariſto. 2. animæ 33. 37. 42. non dicit, ꝙ actus habeant vnitatem ob vnitate obiecti, ſed diſtinctionem, niſi obiectum eſſet ita adęquatum, vt non excederet, neq; excederetur : nam diſtinctio termini motus concludit diſtinctionẽ in motu, vt eſt forma fluens; quia eſt eiuſdem rationis cum forma terminante, Auerr. 3. phyſic. 4. ſed non vt fluxus; quandoquidem idem acquiratur terminus, & per lineam rectam, & per circularem 5. phyſico. eodem modo dicetur de eodem obiecto viſo & ab homine, & à boue; ſunt duæ viſiones ſpecie diſtinctæ. vltimò notandum, quòd datur potentia actiua, vt vegetatiua; & paſsiua, vt ſenſitiua eſt. His viſis pro veritate ſit hæc prima concluſio, ꝙ in potentijs primò diuerſis paſsiuis; diſtinctio obiectorum limitatorum, propter cõplexiones organorum limitatas, arguit diſtinctionem ſpecificam actuum; & illæ, potentiarum : & hæc patet diſcurrenti per quinque ſenſus : ſecunda concluſio. Diſtinctio obiecti formaliter diuerſi in potentijs actiuis limitatis arguit formalem diſtinctionem actuum; & illa, potentiarum. patet hoc; quia cibus, vt quid; &, vt quantum; &, vt quale, facit differẽtiam formalem; quare & actus: tertia Obiecta formaliter diuerſa in potentijs ſubordinatis, arguunt in actibus diſtinctionem realem; non tamẽ in his ex identitate reali obiecti licet arguere idẽtitatem realem actuum, & potentiarum; ſed in talibus, ex identitate obiecti, & ſecundùm rem, & ſecundùm rationem, licet arguere identitatem realem potentiarum. loquendo tamen de potentijs in eodem animali; & non habentibus ordinem ad inuicem, vnitas realis obiecti arguit vnitatem realem in potentia; & contra, diuerſitas diuerſitatem. quare cõcluſio principalis confirmatur; quia iſdem color eſt, qui videtur, & quem imaginans imaginatur, & cogitat, &c. quare patet potentias diſtingui per actus, & actus per obiecta. At diſtinctio talis, quomodo ſit, nõ eadem eſt omnium opinio. Sanct. Thom. prima parte, quæſtione 77. articulo 3. notat, quòd omnis actio aut eſt potentiæ actiuæ, aut paſsiuæ: obiectum comparatur ad actũ potentiæ paſsiuæ, ſicut principium, & cauſa mouens, vt color principium viſionis eſt : ad actum verò potentiæ actiuæ comparatur obiectum, vt terminus, & finis; vt quantum perfectũ potentię augmentatiuæ obiectum eſt. ex his autẽ duobus actio ſpeciem recipit, ſcilicet ex principio, & fine. Scot. quæſt. 13. quolibet. notat ſecundùm Philoſophum 2. ani. 33. 34. ꝙ potentię diſtinguuntur per actus, non tamen eſſentialiter; contra id, qđ dixit S. Th. & addit; Quia actus eſt poſterior potẽtia eſſentialiter; & poſterius non eſt per ſe ratio diſtinguendi prius. addit quinetiam Scot. quòd ratione dependentiæ capitur vnitas, & diſtinctio ſecundùm vnitatem, & diſtinctionem termini, à quo propriè dependet : quare concedi poteſt, ꝙ actus diſtinguantur per obiecta, ſicut per aliqua extrinſeca, à quibus actus dependent dependentia eſſentiali; non tamen diſtinguũtur per illa, tanquam per formalia diſtinctiua. &, cũ dicitur, ꝙ abſoluta diſtinguũtur per intrinſeca; verum eſt, tanquam per formalia diſtinctiua: Quare concludit Scotus, ꝙ potentias diſtingui per actus, eſt dũtaxat ratione manifeſtationis. idem dicit 3. ſent. diſt. 13. quæſtione 1. Ad ſecundum; obiectum diſtinctũ ſpecie, cõcludit diſtinctionem actus ſpecie, nõ quidem formaliter; quia obiectum non eſt cauſa alicuius actus, ſed cauſaliter. & addit, ꝙ poſſunt quoque & aliunde cauſaliter diſtingui, quàm ab obiectis; quia ab ipſis potentijs, tanquam à cauſis ſuis eſſentialibus. Quid autem tenẽdum, ſupra text. 33. determinabitur : in præſentia tamen teneatur ſecundùm Scotum, & Ioann. Iand. quòd ſit, quo ad nos.

S. Thom. in quæſtionib. diſpu. quæſtione 13. dicit; Oportet tamen attendere diſtinctionẽ obiectorum, ſecundũ quod obiecta ſunt differentiæ actionũ animæ, & non ſecundum aliud quæ in nullo genere ſpecies diuerſificatur niſi differentijs, quæ per ſe diuidunt genus.

T. c. 28. ¶ Adhuc autem alimenti. Latini in parte continuatiua notant intentionem eſſe, per ſecundam rationem probare, quòd vbi ſenſus, ibi appetitus. Auer. in parte tali cum poſuit, ꝙ omne animal habens ſenſum tactus, habet & appetitum; & hoc inductiuè manifeſtauit: modò probat idem ratione. eandem Græci poſuere, Simplicius, quòd in hoc textu dat cauſam. Philoponus; cum ſuperiùs probauerit per cõmuniſsimã quãdam rationem, quòd vbi ſenſus, ibi appetitus; nũc preſsius per validiorem rationem confirmat : & ſic eſt rei veritas; quia in textu 27. per hoc ſolùm, ꝙ auertitur animal à nocuo; & amplectitur delectabile; perſuaſit intentum : qui modus non poteſt dici ratio. Text. diuiditur in duas partes : in prima ponit, quòd omne animal habet ſenſum tactus : in ſecunda probat, quòd omne animal habet appetitum. Primam exponens Auerroes duo facit, ſicuti Ariſtotel. in text. ponit duos, alterum ſyllogiſmum, alterum pro ſyllogiſmum : exponens primum, ad huc duo facit: primò vtranque propoſitionem ſimul exponit; quia Ariſtotel. concluſionem tacet; ſecundò circa illam partem digreditur. Syllogiſmus itaque eſt talis; Omnia animalia habent ſenſum alimenti : ſed ſenſus tactus, eſt ſenſus alimenti. hæ duæ propoſitiones ſunt in textu: concluſio ſequitur; ergo habent ſenſum tactus. Primò videtur errare circa formam ſyllogiſticam; quia ex puris affirmatiuis in ſecunda figura.

 Dicen-

Dicendum, quòd termini ſunt cõuertibiles; quia ſenſus tactus eſt tantùm ſenſus alimenti, vt infra meliùs declarabit; quia nullus aliorum eſt, niſi per accideus. Exponens itaque Auerr. dicit, quòd neceſſarium eſt, quòd animal habeat ſenſum alimenti, vt ſcilicet conſeruetur in eſſe, capiẽs quod conueniens, & fugiens oppoſitum. Et hoc fuit. In digreſsione notat Auerr. quòd ideo animalia habent ſenſum alimenti; quia non eſt in potentia in pluribus, vt in plantis. propter quod ſciendum, quòd ex quo homo eſt animalium omnium perfectiſsimum; habet etiam nutrimentum nobilius cæteris animalibus: & nutrimentum hominis non eſt ita commune, ſicuti nutrimẽtum aliorum animalium: ſic etiam animalia, ex quo ſunt nobiliora plantis; habent etiam nobilius nutrimentum: quare meritò nutrimentum plantarum reperitur in pluribus rebus, & magis commune eſt: & hæc fuit cauſa, quòd non fuit opus ponere ſenſum in plantis ad diſcernendum, quod ſibi conueniens eſt; nam propter earum formæ ignobilitatem poſſunt pluribus nutriri; quare à paucioribus lædi. & notat locum iſtum indigere conſideratione. hoc autem primò fuit; quia fermè antiqui omnes ſenſum plantis affirmabant, vt Pythagorei, Empedocl. Anaxagoras, Parmenides, Meliſſus, Democritus, & de Platonicis plerique. vel dixit; quia ſenſus teſtatur oppoſitum; quandoquidem, in non ſibi debita terra ſupplantatæ arbores intereant. Adducit Albertus ad idem confirmandum aliam cauſam; quia longè maior fit reſolutio in partibus animalis; quia ſunt carne molliora, quàm in plantis ob duritiem partium; quare non indigent tanta reſtauratione, ob caloris innati imbecillitatem; qui tantum diuidit, vt ingreſſum faciat nutrimento. Sed hoc habet dubium etiam apud Albertum, quia propter magis, aut minus nutriri, non debet remoueri ſenſus ab aliquo; oſtrea ſiquidem minus nutritur, quàm homo; & tamen ſentit. Siccis enim. Auerr. hanc ſecundam particulam, in qua proſyllogizat Ariſto. exponens, primò eam continuat; ſecundò exponit: & duo facit; primò oſtendit, quòd ſenſus tactus eſt talis; ſecundò, quòd alij non ſunt tales: quare elicitur conuertentia; de qua ſupra. prima pars nota. Pro ſyllogiſmus talis eſt ad minorem præmiſſam primi; Omne animal ex ſiccis, humidis, calidis, & frigidis, nutritur: ſed ſenſus tactus, eſt ſenſus harum qualitatum; ergo eſt ſenſus nutrimenti: quæ erat minor primi. maiorem declarat Auerr. per hoc fundamentum; quia his nutrimur, ex quibus componimur; quia, quod deperditum eſt, eſt de ſubſtantia animalis, & debet per ſimilia reparari: quare, cum conſtent animalia ex illis quatuor; ex illis etiam nutriri debent: deperditum enim miſtum eſt ex quatuor elementis. & ex hac parte eliciũtur duo corollaria; alterum eſt, quòd animalia non poſſunt nutriri ex re ſimplici: quare falsò dicunt, qui animalia ex aere ſimplici nutriri affirmant: alterum eſt, quòd elicitur per hoc, elementa formaliter in miſto remanere. Sed aliorum ſenſilium. In hac ſecunda parte facit primò, quod dictum eſt; ſecundò reſpõdet tacito dubio. Sanct. Thom. de Latinis, legit in ablatiuo; & quoad ſenſum, bene dicit; ſcilicet ꝙ ſonus, odor, & color, nihil conferunt in alimentum, niſi inquãtum contingit eſſe, colorata, odorata, & ſonantia. at ſecundùm literam Ariſtot. non ſtat expoſitio; quia dixit ſenſibilium in genitiuo caſu. Simplic. de Græcis dat duas expoſitiones; altera eſt, quòd tactus ſecundùm accidens, eſt ſenſus aliorum ſenſibilium: ad iſtum ſenſum, ſicuti ſenſus viſus apprehendit dulcedinẽ, quoquomodo; quia video mel, & ſenſus communis iudicat, quòd eſt dulce; quia aliquando ſenſus guſtus fuit coniunctus cum viſu; quia ſi mel non guſtaſſes, quantumcunque ipſum bene videres, nunquam ſcires ipſum eſſe dulce: ſic & de ſenſu tactus per accidens, eo quòd proprium ſuum ſenſibile eſt coniunctum cum ſenſibili alterius ſenſus. Auerr. trahit ly, ſecundùm accidens, ad alios ſenſus, ſcilicet ſenſus comprehendentes alia ſenſibilia, non ſunt neceſſarij in comprehendendo cibo, niſi per accidens. Primam non accepit Simplicius; nec, quæ Auerr. eſt, videtur ſatisfacere; quia Ariſt. videtur velle, quòd ſenſus tactus, ſit ſenſus, qui apprehendat per accidens: quare meliùs cum Simplicio: & eſt, quòd ſenſus ſcilicet tactus per accidens eſt eſculentorum; quæ aliorum ſunt ſenſibilium. & fuit hæc eadem opinio Themiſtij. dicit, Si qua verò alia, quę in cibo appetat impotens gula, ex accidenti, & ſuperfluo appetuntur: quare ſupplendum eſt in textu; Aliorum autẽ ſenſibilium eſt appetitus per accidens, eo ꝙ ſuum proprium ſenſibile eſt coniunctum cum ſenſibili alterius ſenſus: quinimo abſq; quo coniungatur, ſi appetit, vltra quod calid. frigid. humi. & ſiccũ, per accidens appetit. Confirmat expoſitionem iſtam Simpl. quia Ariſt. ponit huius cauſam, ꝙ ſcilicet nihil alia conferant: quinimo quædam de his officiunt: nam Ariſt. in libello de ſenſu, & ſenſili ait, Cibus odoratus morboſus eſt. Sapor autẽ. In hac ſecunda parte reſpondet tacito dubio. Aliquis dicere poſſet; Sapor videtur nutrimẽto competere. dicit Philoſophus, eſt quidam tactus. Auer. exponens duo facit; primò quod dictum eſt, ſcilicet, ꝙ ſi ſapor exiſtit in cibo, hoc eſt, inquantum eſt vnus modorum rerum tãgibilium; quia guſtus eſt quidam tactus; nam, vt inquit Simpl. eſculentorum, quæ per ſe, ſicca, calid. &c. quæ tangibilia ſunt, humores, & ſucci conferunt ad nutrimentum, vt condimenta eius. in ſecunda parte elicit coroll. quod etiam facit Simplicius ad litterã; propter hoc opinandum ſenſum guſtus in quocunq; animali reperiri, pariter ac ſenſum tactus. qui locus patitur difficultatem; quia 94. videtur dicere, quòd guſtus ſolùm eſt in animalibus perfectis: & ſupra etiã dixit, ꝙ aliquod animal eſt, in quo dũtaxat ſenſus tactus reperitur. Eſuries autem. Auer. primò continuat; ſecundò exponit: prima eſt, quod intẽdit declarare, qũo qualitates tangibiles, & ſapor in cibo inueniuntur. S. Tho. & cum eo de Græcis Philop. tenet, ꝙ velit probare, ꝙ vbicunq; eſt tactus, ibi eſt appetitus: & eſt 2. pars, quã ſupra propoſuimus. 3. itaq; facit Philoſophus; 1. ponit concluſionẽ 2. diffinit

vtranque partem ſubiecti: tertiò declarat, quomodo ſapor ad cibum conferat. primam optimè deducit Philoponus. Quibus ineſt ſenſus alimenti; his ineſt & eſuries, & ſitis; ergo talibus ineſt deſiderium, & appetitus: in ſecunda parte vtrunq; diffinit; nam eſuries eſt ſcilicet appetitus calidi, & ſicci; potus verò frigidi, & humidi: quæ omnes ſunt qualitates, quę ſenſui tactus obijciuntur. Quare autem fameſcāt, & ſitiant animalia omnia, cauſam optimè aſsignat de Latinis, Albertus: quoniā alimentum non fit, niſi calido penetrante, & adiuuante digeſtiuam, & alteratiuam cibi: & ſic; quod deperditur, additur loco deperditi; quare fames, eſt calidi, & ſicci. vt autem ſiccū ad membrá fluere poſsit, & formam mēbri recipere, humido adiuuari debet, tanquam cibi vehiculo; & ne pars humidi conſumatur, adiungitur frigido, & non calido: ideo ſitis naturaliter appetit frigidū, & humidū. Et, cum nō ſit horum alius ſenſus, pręter tactū; palàm eſt animalia cuncta talem ſenſum habere; & cuncta habere appetitum eorum, quæ alūt. Hęc tamen cauſa, quam dixit Albertus, non videtur, q̧ propriè dicatur cauſa appetitus; ſed potius cauſa, quare ad reſtaurationē deperditi vtimur talibus: quare meliùs cum Auerr. dicendum eſt 2. collig. cap. 10. Sed fames eſt ſenſus reſolutionis ſubſtantiæ craſſæ, calidæ, & ſiccę: Sitis eſt ſenſus reſolutionis ſubſtātiæ frigidæ, & humidæ. & ſic Philoponus dicit de mente Medicorum ſitim fieri non modò propter caliditatem, ſed etiam propter ſiccitatē; nanque in diebus maximè canicularibus manifeſtum, quòd caliditas eſt cauſa ſitis: deinde multoties contingit, quòd habens plenum ventriculum potu humido ſitiat; quod alia de cauſa non eſt, niſi ratione ſiccitatis: meritò itaque potus eſſe debet per frigidum, & humidum, vt ſuum extinguat contrarium; quandoquidem contraria curantur contrarijs. Melior tamen iſtarum rationum eſt, quam adduxit Auerr. Dubitatur, quomodo alimentum diuidatur in cibum, & potum? Dicit Philoponus, quòd non eſt capienda huius diuiſio, vt communis cuiuſdam in ſecundùm quid oppoſita; neque in oppoſita ſecundùm habitum, & priuationem; neque ſecundùm affirmationem, & negationem; neque in ad aliquid: ſolùm itaque capiendum eſt contra diuidi, vt contraria; ſiquidem potus eſt frigidorum, & humidorum: ex confeſsis cibus eſt calidorum, & ſiccorum. At contra: quia tunc ſimul, & ſemel contraria deſideramus; reſpondet Philoponus, quòd non eſt mirum, cum ex his nos etiam compoſiti ſimus; &, vt reparetur, quod deperditur, non deſideratur contrarium; ſed ſimile. habetur itaque cauſa, vt Philoponus, cur præhonoretur tactus; cum, tactu non exiſtente, deficeret appetitus eorum, quæ reparant deperditum; qui ſi deeſſet, animal non ſaluaretur: meritò poteſt eſſe tactus ſine alijs; alij tamen ſenſus ſine tactu eſſe nequeunt. Sapor verò. Auerr. exponens hanc tertiam particulam duo facit; primò quod dictum eſt; ſecundò exponit ly, Cauſa. de primo dicit, quòd ſapor eſt faciens diſcernere conueniens à non conuenienti. Sanctus Thom. dicit eſſe qualitatum tangibilium delectamentum quoddam; ſapor enim delectabilis indicat conuenientem proportionem quatuor qualitatum. & concludit Sanct. Thomas, quòd magis pertinet ad delectationem, quàm ad neceſsitatem. Sed expoſitio talis non ſtat cum Auerr. & Simplicio, qui ex dictis Ariſtotel. in textu; Sapor autem vnum aliquod eſt tangibilium. Eliciunt, quòd in quocunque animali reperitur tactus, & guſtus: habet tamen difficultatem & dictum ipſorum, vt ſuperius dictum eſt: poteſt tamen habere veritatem ſic intelligendo per diſtinctionē, quam poſuit Ioā. Iand. ſuper quęſtionibus, quas ordinauit in libello de ſenſu, & ſenſili dicēs, quòd vno modo poteſt capi guſtus communiter, quatenus ſcilicet eſt perceptiuus conuenientiæ, & inconuenientiæ cibi. hoc modo non diſtinguitur realiter à tactu. & coroll. erit optimū; quia obiectum guſtus hoc modo ſumpti, eſt vnus modorum tangibilium. aliter poteſt ſumi guſtus magis propriè; & eſt vna potentia realiter diſtincta à potentia tactiua; & eius obiectum eſt realiter diſtinctum ab obiecto ſenſus tactus; & vt ſic, non eſt neceſſarius ad eſſe animalis; non enim reperitur in animalibus affixis lapidibus. & ſecundùm hoc diſtinxit ipſum contra tactum Ariſtotel. de quo non loquitur in hoc textu; & ideo melior eſt expoſitio Auerr. quàm Sanct. Thom. exponit ſecundò Auer. ly, Cauſa. & expoſitio clara eſt: at in textu Græco non eſt; quare ab alijs non exponitur Latinis, aut Gręcis. & hęc ſufficiant dicta.

Certificandum autem. Auerr. in parte continuatiua ponit intentionem Ariſtotel. eſſe ponere virtutes, quę manifeſtę ſunt per ſe; & alias non ita manifeſtas traducere ad alias partes, vt clariùs intelligantur. Tria facit Ariſtoteles in præſenti textu; primò capit, ex determinatis ſuperioribus textibus, tria; ſecundò redit ad declarandum id, quod in 27. textu reliquerat; & duo ibi declarat: de primo dicit, quòd erit poſteriùs certificandum de his; ſcilicet quomodo verum ſit, quòd vbicunque ſit ſenſus; ibi ſit & appetitus: melius itaque inferius, vt notat Philoponus, quando & de ſenſibus ſingulis, & de eorum aget obiectis, determinabit: ſecundum eſt, quo contenti quieſcimus pro nunc, quòd ſcilicet omne animal habens ſenſum tactus, habet & appetitum: & carens illo, caret iſto: tertium eſt, quòd latet de phantaſia: poſteriùs tamen determinabitur, vtrum habens tactum, conſequenter habeat phantaſiam; ſed videtur ſibimet opponi; quandoquidem tex. vigeſimo dixerit; Vbi ſenſus, ibi appetitus; quare ibi phantaſia: vt deductum eſt. At danda eſt diſtinctio, de qua ſupra; & dat quoque eam Egidius, quòd duplex eſt phantaſia; imperfecta, & de hac dixit textu vigeſimo; & perfecta, de qua in textu pręſenti. Quibuſdam verò. Auer. exponens hanc ſecundam partem textus, dat duas expoſitiones; & hoc, quia habuit textum non verum. prima eſt, quòd mouens in loco ſit imaginans; & dixit hoc, quia ſuus textus dicit; Et ponamus cum hoc mouens

T. c. 29.

in loco,dat deinde aliam, quæ eſt ſecundùm verum textum,& mentem philoſophi; quòd præter alias,etiam virtus localiter motiua eſt,faciens gradum diſtinctum; & erit gradus ſupra vegetatiuũ, ſenſitiuum,appetitiuum: nanque poſſunt alij gradus ab ipſo ſeparari: ſed non è conuerſo. Notat Philoponus de Græcis,quòd Ariſtot.ſimul dat ordinem uirium animæ, oſtendens, quòd eſt in eis prius,& poſterius: nam in quibuſdam ſolùm gradus reperitur vegetatiuus: in quibuſdam ſenſitiuus; ad quem appetitiuus conſequitur: aliis & ſecundùm locum motiuus.& talia ſunt,vt notat bene de Latinis Albertus, quorum cibus à terra non ſufficienter præparatur; & habent os ſecundùm figuram: alia verò immobilia exiſtentia figuram oris non habent; eò quòd radices, quibus terræ infiguntur, ori habent ſimiles, vt plantæ. Addit Auer. Et intendit virtutem concupiſcibilem. Pro quo notandum ex ſententia Auicennæ.6. naturalium capitul.6.quòd motiua virtus eſt duobus modis; aut,quia imperat motui; aut,quia efficit motum: imperans,eſt vis appetitiua,& deſideratiua; quæ, cum imaginatione imaginatur aliquod appetibile; imperat alij virtuti, vt moueat. quæ habet duas partes; altera, quæ dicitur vis concupiſcibilis; quæ eſt vis imperans mouenti,vt appropinquetur ad ea, quæ putantur neceſſaria, aut vtilia appetitui delectamenta:altera eſt,quæ vocatur iraſcibilis, quæ eſt vis imperans ad repellendum, quod putatur noxium, aut corrumpens appetitum. Vis autem motiua,vt eſt efficiens,eſt vis infuſa neruis,& muſculis contrahens cordas,& ligamenta ecõtrario contra principium. Alteris autẽ diſtinguens.Auer.exponit pro gradus cogitatiuo, & gradu intellectiuo;qui duo gradus homini conueniunt.Philoponus tamen de Græcis ly, [illegible] exponit pro intellectu,qui potentia eſt: vnde, apud Græcos, tres dicuntur potentiæ animæ intellectiuæ,intellectus,diania,& mens.hi gradus omnino conueniunt homini.& dicit Auer. quia ſunt in alio genere,ſcilicet in alio gradu,quàm ſint alia animalia,hominis ſcilicet. deinde addit Ariſtot. Et,ſi quod huiuſmodi; aut honotabilius. Auerr. non declarat,qui ſint, ſed quod philoſophus ipſe etiam dicit. Latini Sanct.Thom.Egidius, exponunt dictum eſſe propter ſubſtantias ſeparatas, & corpora cœlica; nam talia animata ſunt: & addit Sanct.Thom. quia in mortalibus non eſt aliquod genus viuentium habentium intellectum, niſi in ſpecie humana. Albertus dicit hoc dictum eſſe propter illos, qui dicunt quædam intellectualia eſſe Dęmones habitantes regionem lucis in aere, & addit,Sed hoc veritatem non habet. & ideo ſub dubio loquutus fuit. Philoponus idem, quòd Albertus, ſed fauet opinioni de Dęmonibus, adducens rationem Platonicam: non enim licet,quòd à mentibus illis puris fiat deſcenſus ad hæc materialia corpora, & potentias irrationales, abſque quo per medium tranſitus fiat; quare priùs anima corpus quoddam ſubinduit aereum; mox terreſtre hoc,& craſſum ſibi circumponit. fuit hæc opinio Platonis,quòd Dęmones ſint,in Simpoſio,

Quidam intelligũt cogitatiuũ gradũ, & intellectiuum in eſſe homini; & male; quia dixit, ꝙ prætermiſſus, inter quos cogitatiuus includitur, & ſupra cogitatiuũ, gradus ſecundùm locũ motiuus: deĩde addit, [illegible] non cogitatiuus, ſed intellectus, & mens.

ſintque medij deferentes holocauſta, & preces humanas Dijs; & ab eiſdem, impetratas hominibus gratias. Simplicius tenet utramque opinionem,& de animalibus cœlicis,& de Dæmonibus, pro ſententia text. verificanda: nam Dæmones ſi quando ſupponantur,dicit ipſe,exuti corpore, ac materia iſta rudi,& craſſa,habent illud circumpoſitum tenue, atque aereum corpus; per quod patiuntur,& extrinſecus recipiunt,ſenſuſque poſſident puriores: quare hominibus honorabiliores exiſtunt. cœlica quoque animalia habent, quòd intelligunt, & appetunt; quare &cæt. melior tamen meo quidem iudicio fuit ſententia Alberti, & Philoponi, & ratio eſt; quia aſcendit Ariſtot.a gradibus imperfectioribus ad perfectiores: & in quibus perfectiores ſunt, in eiſdem imperfectiores inueniri neceſſe eſt; & non econuerſo: quare, cum in cœlicis imperfectiores non inueniantur gradus;non enim nutriuntur, nec ſentiunt; non erit de eis ſermo. & confirmatur ex ſententia Themiſtij dicentis; Nondum enim ad eum locum commentatione noſtra peruenimus, vt id quæri poſſet, vtrum aliæ quoque naturæ animalium habeantur,in quibus vnà cum intelligẽtia vires quoque,& poteſtates aliæ coniunctæ ſint.

Notandum, ꝙ Simplic. de cœlis tenet ex ſuppoſitione, ꝙ in eis ſit ſenſus, & ſenſitiuũ, & ꝙ intus, non autem, quæ extra, ſunt ſenſibilia: & ſic habebimus, & inferiores virtutes.

Manifeſtum igitur eſt. Auer. in parte continuatiua, propoſita priùs diſtinctione de genere, intentionem philoſophi ponit, velle hic agere cuiuſmodi genus illud dicatur, quod poſitum eſt in diffinitione animæ communi. Latini,Sanctus Thomas, Egidius, cõtinuant hanc partem ad tex. 17.ſuperiùs: nam, quamuis Ariſtoteles dixerit de diffinitione animæ communi, & propria aliqualiter, ſecundùm ipſos; tedit tamen, maioris notitiæ cauſa, ad illas declarandas; & primò ad communem; deinde pro intentione notant Platonem in his, quæ conſequenter ſe habent, nullam poſuiſſe ideam, vt in numeris, & figuris: & ratio fuit, quia à prima, cætera generantur; vt à dualitate, qui deinceps ſequuntur numeri; & trahunt textum ad Platonem: & hoc fecerunt, ne veritate coacti, concederent diffinitionem ſuperius datam, fuiſſe analogam, vt palàm erit. Græci omnes inquiunt, & primus Philoponus. Cum demonſtrauerit Ariſtoteles in poteſtatibus animæ inueniri prius,& poſterius; vult modò, quod reliquum erat, inde oſtendere, quòd ſcilicet bene eſt ab vniuerſali data diffinitione, ad vniuſcuiuſque propriam deſcendere, & ex hoc patet potentius error Latinorum; quia palàm eſt Ariſtotelem non dediſſe hucuſque diffinitionem propriam, ſed communem duntaxat declaraſſe, vt diximus ſupra: deinde aſsignat cauſam Philoponus, quia illud genus datum de anima commune eſt; & in communi aliquo, non eſt ſtandum. Secundò, quia id tale vnum, non eſt vnum, vt genus, ſed vnum multipliciter dictum: ex quo apparet ſecundus error Latinorum, qui uolebant diffinitionem illam vniuocam eſſe. Pro diſtinctione itaque generis apud Auerroem notandum,quòd quatuor modis poſſumus imaginari diffinitionem;uno modo æquiuocam; & ſic non

T. c. 30.

eſt

eſt diſſinitio. ſecundo modo analogam, quæ de cõtentis dicitur ſecundùm prius, & poſterius. tertio modo vniuocam; & tunc dupliciter; altero modo, vt diſſinitioni correſpondet vna eſſentia; & ſic ſpecies ſola ſpecialiſsima diſſinitur; altero modo, ut ſolum nomen; ita tamen, vt diſſinitio ſit vna, & nomen vnum: quo modo genus ſubalternum diſſinitur. Per ly, multipliciter Auer. accepit, analogum. ſed hoc videtur contra doctrinã Scoti, quia Auer. ex ſententia Ariſt, notauit medium inter vniuocũ, & æquiuocum, ſcilicet analogum. Scotus non vult, quòd inter illa detur medium. At ſciendum, quòd quæ videtur inter iſtos differentia, verbalis eſt; in re autem, nihil; nam Auer. capit vniuocum purum ſcilicet quod habet vnum conceptum, qui primò inueniatur in omnibus ſuis inferioribus: & per æquiuocum, purum æquiuocum, ſcilicet id, cui primò correſpondent plures conceptus ſine ordine; & hoc modo verum eſt, quod datur medium. Scot. autem capit vniuocum, & æquiuocum communiter; & hoc modo verum eſt, quòd nõ datur mediũ confirmatur etiam per Philoponum dicentem, quod neceſſaria eſt uniuſcuiuſque poteſtatis determinata notitia: addit; quoniam non eſt genus, quod uniuerſaliter de animis prędicetur, ſed vox ęquiuocè, quæ ab vno, & ad vnum: intelligit itaque per hanc æquiuocationem, analogiam. Tex. itaque in duas diuiditur partes: in prima facit, quod dictum eſt, in ſecunda ponit corollarium, & ſecundum Latinos contra Platonem. in prima quinetiam duo facit Ariſt. primò ponit vnam propoſitionem cum ſua ratione; in ſecũda ex illa deducit propoſitum: primam exponens Auer. clarè exponit. ponit, ly, exemplo, quia ſic erat in textu ſuo: vult tamen per hoc elicere confirmationem, quòd tale genus eſt analogum; nam ſpecies, quæ ſub eodem continentur genere, debent eſſe ſimul natura, vt. S. Tho. Ammon. & Boet. in libro periherminias, vbi quęritur, an enuntiatio vniuocè dicatur de affirmatione, & negatione; & citat hic Themiſtius diſſinitionem propoſitionis eandem eſſe cum diſſinitione figuræ. idem in poſt prædicamentis de ſimul natura, quæ è diuerſo diuidunt idem genus; ſed animæ nõ ſunt ſimul natura, vt deductum eſt ſupra; ſed vna alia prior, vt in figuris; quare analogicè. (Neque enim) Ponit rationem ad propoſitionem. Latini, S. Thom. ex fundamento, quod fecit, quòd Plato ponens ideas ſeparatas; quia ponebat eas æqualiter participari ab inferioribus ideatis, non poſuit ideam ſeparatam in numeris, & figuris; quia non æqualiter participant, ſed conſequenter ſunt. trahit rationem hanc dictam eſſe ſecundùm mentem Platonis, quòd ſcilicet, ut in figuris non datur figura extra trigonum, tetragonum, & ſimilia, quæ ſeparata ſit idea; ſic neque datur vna anima extra animæ partes, quæ ſeparata ſit. Auerro. dat alteram, imò diuerſam expoſitionem ſecundùm ſuum textum, qui corruptus eſt: vult, quòd nulla figura propria ſit extra diſſinitionem figuræ vniuerſalis; quę eſt, ſecundùm Euclidem elemẽtorum primo, figura, quæ termino, aut terminis clauditur; & ſi ſecundùm ſeipſam quęlibet per proprios diſſiniatur terminos, vt circulus per lineam vnam circularẽ ambientem, trigonus per tres lineas, & ſi de aliis: ſic & nulla anima propria ſit extra diſſinitionem animæ vniuerſalis. Prima expoſitio non eſt ad propoſitum; quia hic non intendit agere ad mentem Platonis, vt uidebitur. ſecunda quinetiam Auer. non eſt ſecundùm id, quod intendit Ariſto. quia intendit per hanc rationem manifeſtare analogiã; modò per expoſitionem Auer. non ſit hoc; quia à pari dicam: Nulla ſpecies animalis eſt extra diſſinitionem vniuerſalem animalis; ergo diſſinitio animalis eſt analoga. non concludit; & ideò videns & ipſe Auer. quòd ratio erat debilis, conatus eſt ipſe probare intentum deducens ad inconuenientia manifeſta; & quòd geometria eſſet ſophiſtica; & daretur vna eſſentia animæ, pręter iſtas, generica, vel ſpecifica: quare ſecundùm Græcos expoſitores dicendum è cõuerſo, quàm dixerit Auer. quòd ſcilicet non eſt figura extra triangulum, & quæ conſequenter ſunt, neque anima præter prædictas. exponit Philoponus. Non eſt vna natura in re figurę, quæ ſit extra ſpecies, quæ conſequenter ſunt, ut uidetur in animali natura, quæ eſt extra ſpecies, & in qua ſpecies omnes communicant; quia ſcilicet & ſi illæ non fuerint; nihilominus animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: nam, vt confirmat Themiſtius; ea, quæ inter ſe habent, ut priora hęc, poſteriora ſint illa; quamquam communem aliquam notionem habent, quæ de his dicatur; fieri tamen nequit, ut illa aut genus ſit, aut natura una. & ſubdit, quòd diſſinitiones tales potius enumerationẽ quandam continent; quàm ſimplicem, ac generalem aliquam rationem oſtendant: eſt ĩn talis diſſinitio, quæ cuncta complectitur, ut figura, figuras, & anima animas, & nulli propria eſt: uox tamen illa cõmunis dicitur, quæ indiuiduas ſuas ſpecies, ſi tamen ſpecies fas ſit appellare, omnes de longinquo continet, quarum nulla natura reſpicitur cõmunis. At contra hoc dictum Græcorum eſt inſtantia maxima, quam facit Egidius; quia non uidetur intelligibile, quòd poſsit dari communis diſſinitio animæ, quæ non conueniat cuilibet animæ ſpeciali; cum hoc ſit de ratione communis, quòd prędicetur de quolibet ſpeciali; & à diſſinitione ad diſſinitum argumentum tenet. Ad quod reſpondet, ut fugiat analogiam, quòd ob id Ariſt. admonet nos, ne demus diſſinitiones communes, ut ponebat Plato ideales; quia tales non conueniunt particularibus. Quæ ſolutio debilis eſt & ſupra iã reprobata; quandoquidem hic non faciat mentionem de opinione Platonis. quare notandum ſecũdùm Simplicium, quòd differentiæ ſunt in duplici differentia; quędam ſunt diuiſiuæ generis, ut rationale, & irrationale reſpectu animalis, & tales non tollũt uniuocam prędicationem animalis de homine, & equo; quædam dicuntur conſtitutiuę, ut corruptibile, & incorruptibile, & tales non ſaluant uniuocationem. quare uidens Ariſ. quòd animarum quędam ſeparabilis, quædam inſeparabilis, quædam organica, quædam organo utens; meritò dedit diſſinitionem illam communem, quæ aptatur omnibus, quatenus non omnino ęquiuoca;

Philoponus ſicut diſſinitio aptatur ſpeciebus, nulli tamen earum propria eſt, ſed propria eſt ſubſtantiæ generis; quæ eſt natura quædam in ſpeciebus: ſic diſſinitio figuræ, nullius propria eſt oſtenſiua alterius præter figuras particulares de quibus prædicatur; quapropter non ſolum eſt in his, ut genus in ſpeciebus eſt, ſed et harum aliquid eſt: nam, quæ termino, aut terminis clauditur, enumeratio quædam figurarum eſt; nõ natura aliqua oſtẽſiua propria.

ea; propria tamen nullius eſt; quoniam non de horum aliquo, ut de ſpecie eſt; itaque neque aptatur alijs, neque eſt unum de omnibus commune; quoniam non eſt ibi natura una, ut Simplicius; relinquitur itaque non uniuocum, ſed analogum; cum de his, quæ conſequenter ſunt, dicatur, ut figura de figuris; nam dempto trigono demuntur omnes figurę polygoniæ; & non è conuerſo: ſic de uegetatiua anima dicendum eſt. Cum igitur per communem illam diffinitionem, notitiam de ſubſtantia animæ habere minimè ualeamus, operæpretium eſt ad ſingulæ diffinitionem propriam deſcẽdere, ut benè Philoponus. Fiet autem utique. Concludit ex dictis propoſitum. notat Auerr. modum ſimilitudinis, & clara eſt lectio: quòd tametſi figuræ eſſentialiter differant, poſſunt tamen conuenire in uniuerſali quadam diffinitione; ſic & animæ. Philoponus addit; In quibus una ſpecie dempta, demuntur reliquæ; de his non eſt genus, quod communiter prędicetur; ſed uox æquiuoca eſt. Vnde ridiculum eſt. Latini trahunt hoc ad Platonem de ideis. quæ lectio ad propoſitum non eſt, ut diximus. Auer. ad propoſitum exponit, quòd ſcilicet quærens de talibus naturis diffinitionem dare unius naturæ genericam, aut ſpecificam, & non talem, qualem reddidimus nos analogam; iuſtum eſt, ut derideatur. Græci omnes, & cum eis de Latinis Albertus, dicunt, ꝙ Philoſophus dixit ridiculum eſſe ſtare in diffinitione uniuerſali circa ſpecies, & ad ipſas ſpecies proprijs ſuis diffinitionibus non deſcendere. & probant hoc Simplicius, & Philoponus per locum à minori; nam magis uidetur, quòd in unitate generica uniuoca ſtandum ſit, ubi eſt natura aliqua, quàm in unitate analoga, ubi nulla: & tamen in ea non ſtamus; quia ſub confuſione apprehendimus ſuas ſpecies, niſi proprijs ad eas diffinitionibus deſcenderimus; ergo & in analoga non ſtandum. at textus mihi uidetur, ꝙ magis faciat ſecundùm expoſitionem Auerr. propter uerba in ultimo poſita. Dimittentes huiuſmodi. & Themiſtius quoquo modo uidetur cũ Auer. quandoquidem dicat; Quamquam non debemus hoc eſſe contenti; non fuit tamen ab re communem illam diffinitionem prompſiſſe; & addit; Nulla tamen aut communior hac, aut accommodatior poteſt afferri. Hiſpa. Ariſto. 7. metaphyſi. 11. dixit, quòd in unoquoq; genere eſt dare unum primum, penès cuius acceſſum & receſſum menſurantur omnia, quæ ſunt in illo; at ſpecies omnes ſunt eſſentialiter ordinatę, quia nũquam reperitur una ęqualis alteri; ideo inter eas eſt Ordo eſſentialis ꝑfectionis. Dicamus, quòd Ordo temporis non tollit uniuocationem, ut ſub eadem ſpecie Socrates pater, & Cicero filius: ſecundò; Ordo accidentalis non tollit ueram uniuocationem, neq; ſpecificã, neq; genericam, ut tres homines trahẽtes nauim: tertiò; Ordo eſſentialis perfectionis inter aliqua duo non excludit uniuocationem reſpectu tertij, ſed reſpectu illius, unde ſumitur talis ordo; ut homo, & aſinus, non excludunt uniuocationem reſpectu animalis; cum æqualiter participent, ſed penès differentias utranque conſtituentes: quartò; Ordo naturæ inter aliqua duo tollit uniuocationẽ, & reſpectu tertij, & illius, à quo ſumitur ordo: & talis inuenitur in animis, & eſt ordo cauſæ, & cauſati; quia poſterior anima finalis quodam modo eſt, prior uerò materialis: ratio autem eſt, quia prioritas naturæ non eſt, ut prioritas eſſentialis; quia deſtructo homine, nõ deſtruitur leo: at deſtructo priori in ordine naturę, deſtruit̃ quidẽ poſterius; & hinc ratio ſumitur; quare in his non ſit uniuocatio; quia poſterioritas illa nõ competit ratione generis; quia æqualiter de ſpeciebus dicit̃, non ratione potentiarum diuiſiuarum, quia ęquæ primò diuiduntur genus, & potentia ſunt in genere; quare inter aliqua uniuoca impoſsibile eſt, ꝙ inueniat̃ prioritas, aut poſterioritas naturę. Et hoc dixit Ariſto. ea ſunt ſimul natura quæ è diuerſo diuidunt genus. Quæ itaq; talẽ ordinẽ habent inter ſe, ut animæ ſunt, neceſſariò ſecundùm analogiam dicuntur. Dubitatur de figura; quia non uidetur, quòd ratione prioritatis, & poſterioritatis analoga eſſe debeat; quia ordo ſit, quando ad inuicem comparantur ſpecies; ut in ſpeciebus animalis, homo eſt perfectior equo: cùm uerò ad ſuum genus referantur, ipſum ęqualiter participant; quare ibi uniuocatio erit. confirmatur; quia figura eſt unum genus ſub alternum. Ad hoc dicendum, quòd prioritas, quę reperitur in ſpeciebus aut eſt merito generis, aut eſt merito differentiæ; primo modo uerum eſt, ꝙ non eſt uniuocum; ſi ſecundo modo, nihil probatur, quia ratione differentiæ homo eſt perfectior leone; participant tamen æqualiter naturam animalis; ſi igitur ordo debet tollere rationem generis, oportet, quòd illa prioritas ſit ratione generis, non ratione differentiæ diuiſiuæ eſſentialiter, ut dictum eſt ex Simplicio.

Similiter autem ſe habet. Auer. in parte con- T. c. 31. tinuatiua inquit; Cum poſuerit diffinitionem animæ ſimilem diffinitioni figuræ; declarat modum conſimilitudinis, & determinat, cuius naturę diffinitionum ſit. Tex. diuiditur in tres partes; in prima facit, quod dicit Auer. in ſecunda infert unum corollarium; in tertia dicit, quòd perſcrutanda eſt cauſa; quare ſic ſe habet. primam Auer. exponens dicit, quod ſimilitudo ſtat in hoc: nam, ſicuti in figuris prima eſt potentia in ſecunda, & non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia; quia ualet quidem, ſecunda eſt, ergo prima; ut tetragonum eſt, ergo trigonum; ſed non è cõuerſo: eodem modo & de animę partibus dicendum eſt: nam ualet, ſenſitiuum, ergo nutritiuum; ſed non contra. Simplicius notat, quòd in omnibus, quæ ab uno deriuantur datur primum, & ſecundum, & tertium: deinde, quod in primo eſt, & in his, quæ deinceps, reperitur, non tamẽ eodem modo, ſed mutatum, & aliter ſemper, & aliter; nam primum, quod cõmune ipſum participat, non eſt in his, quæ deinceps ſunt, ut tale eſt: ſubſtãtia quidem, cum primò ens dicatur, non eſt ipſa in accidentibus: ſimiliter dicendum & in figuris, & in partibus animę: nõ enim in quadrato trigonũ actu eſt, ut per ſeipſum erat; ſic neque in ſenſitiuo nutritiuum; quandoquidem, ut tale, à plantis omnino inſeparabile ſit.

Dubi-

Dubitandum tamen eſt, quo modo alterum in altero ſit potentia. Conſueuit ab omnibus communiter dici, quòd anima prior in poſteriori, uirtute continetur. At dictum hoc habet duos intellectus: aut ſenſitiua continet uirtualiter; quia poteſt producere eſſentiam nutritiuæ, ut ſcilicet uirtualiter continet plantam: aut uirtualiter, quoad operationes, quòd, ſcilicet, ſenſitiua omnes poteſt operationes, quas uegetatiua. primo modo falſum eſt: at ſecundo modo diuerſimodè uerificatur continentia iſta in partibus animæ, ſecundùm S. Thom. & Scot. ponentes unam duntaxat animam. Dicendum eſt, quòd ſuperior, ut puta intellectiua, quoad operationes, poteſt quidquid inferiores omnes poſſunt. & hoc modo dicitur continentia uirtualis. At in uia Auer. eſt difficultas ſecundùm aliquos. Hiſpa. Verum eſt, quòd cogitatiua continet tali continentia inferiores omnes: at de intellectiua difficultas eſt; quia non uidetur alias uirtualiter continere, neque quo ad operationem; neque quo ad ſubſtantiam. Credo ego de mente Auer. eſſe, quòd in uno miſto animato ſint plures formæ eſſentiales; & priores ſint in potentia una in alia per ordinem, tanquam ſubſtantialis diſpoſitio, uſque ad ultimam, quæ ſola actu eſt, & perficit; ut 1. metaphy. 17. & primo phy. & Auicen. innuit hoc expreſsè. 6. naturalium cap. 6. ubi ait; Melius eſt, ut uegetabilis ſit genus ſenſibilis; & ſenſibilis genus humanæ; &, quod eſt communius, capiatur in diffinitione minus communis. De intellectiua uerò apud Auer. & Græcos palàm eſt, quòd non continet inferiores ea continentia uirtuali, ut Latini poſuere: quia uoluerunt eſſe actum analogicè. Intelligemus itaque nos uirtualiter uegetatiuam in ſenſitiua reperiri; non quoad operationes, ut dictum eſt; neque quòd ſenſitiua poſsit uegetatiuam producere; ſed ſecundùm uirtutem eſſentialem; & conſequenter, ſecundũ eius operationem. & hanc puto fuiſſe mentem Themiſtij; quandoquidem de tali continentia loquutus, dixerit ſimiliter eſſe, ut minores numeri in maioribus continentur: modò binarius in ternario ſecundùm propriam continetur uirtutem; non tamen, quòd ille numerus dicatur binarius; ſed dicitur eſſentiam, & uirtutem binarij in ſui cõſtitutione cõtinere. & ſic opinor Ariſtotelem noluiſſe continentiam illam uirtualem, ſiue potentialem. Confirmatur etiam ratione; quia dicit, quòd conſequenter ſunt: quare ualet; Si ſenſitiuũ eſt; nutritiuum eſt. Tunc quærendum, quid per nutritiuum intelligatur, non operationem ſolùm; quia eſſentiæ ſunt, quæ conſequenter ſe habent; & non operatio cum eſſentia: quare erit gradus quidam.

Quare ſecundùm unumquodque. Secundam hãc particulam, quæ corol. eſt, Auerro. exponens clarè ſatis dicit; Cum diffinitio talis ſit huius naturę, quòd largitur de partibus animæ remotam quãdam notitiam, ut diffinitio figuræ de figuris; quærenda itaque erit poſt uniuerſalem hanc de anima diffinitionem uniuſcuiuſq; partis animæ propria; ſcilicet quę plantarum, quæ bruti, & quæ hominis eſt. Notauit Egidius de Latinis, Ariſtotelem duntaxat meminiſſe de tribus gradibus animatorum; cum tamen quatuor ſint; quia in rebus ordinatis, in quibus eſt proceſſus ab extremo ad extremum per medium; ſaltem eſt aſsignare tria membra, videlicet ſuperius, inferius, & medium; nam intellectiua (& in hoc eſt deceptus, quia per animam hominis nõ intellexit intellectiuam Ariſt.) recipit immaterialiter; nutritiua, materialiter; ſenſitiua, modo medio. Nos dicemus meminiſſe de tribus, & accepiſſe extremas, & mediam; non tamen punctualem, ſed latitudinem habentem; ut oſtenderet, quę conſequenter dicuntur. quod in tribus ſaluatur, vt dixit Simplicius. quę, cum tales ſint, non poſſunt habere diffinitionem communẽ, per quam ſingulæ earum manifeſtentur eſſentiæ, ut dictum eſt: quare ad illarum proprias deſcendendum erit. Propter quam autem cauſam. Auer. partem iſtam exponens duo facit; primò quod dictum eſt; ſecundò circa idipſum digreditur. de prima dicit, quòd oportet indagare cauſam, quare in talibus inuenitur hoc conſequenter eſſe. & antequam hoc faciat, ponit primò quomodo conſequenter ſint, ut Simplicius, & Philoponus notant; & primò in diuerſis partibus; nanque nutritiuum poteſt eſſe abſque ſenſitiuo, ut in plantis; ſed è cõuerſo, non: idem in diuerſis potentijs eiuſdem uirtutis; nanque tactus poteſt eſſe ſine alijs; alij uerò nequaquam ſine tactu: & omnino, quæ digniores, vt Philoponus notat, ſine uilioribus eſſe nequeũt; & è conuerſo ſic. Auer. quia habebat textum corruptum, imò falſum, dicebat; Multa neque auditum, neque odoratum, neque alium ſenſum. exponit per alium ſenſum, ſenſum guſtus: & propter hoc digreditur, quia, ut ſupra etiam diximus, non uidetur, quòd animalia guſtu careant; & pręſertim, cum guſtus ſit quidam tactus: meritò itaque dicit, quòd ocus eſt conſiderandus. facit Hiſpa. argumentum in Auerro. nam omne animal habens os, habet aliquem guſtum: ſed omne animal habet os; ergo &c. minor conſtat primo de hiſtoria animalium cap. 2. & 2. de part. animal. cap. 10. & 17. ubi habetur, quòd duę ſunt partes communes omni animali; os, uel aliquod proportionale, per quod aſſumitur nutrimẽtum; altera pars, in qua idem decoquitur. Ad hoc dicendum, quòd Ariſto. loquitur de ore indifferenter; ſed Auerro. hic propriè: & manifeſtum eſt; quia dicit, Aut aliquod proportionale. Propoſito itaque dubio in prima parte digreſsionis, in ſecunda ſoluit. Pro cuius declaratione noto diſtinctionem; de qua ſupra; quòd duplex eſt guſtus, perfectus, & imperfectus. primus eſt realiter diſtinctus à tactu: ſecũdus eſt idem realiter; & ab ipſo ſola diſtinguitur ratione. ſecundùm hoc duplex etiam erit obiectũ guſtus; ſapor, quæ eſt qualitas à primis diſtincta qualitatibus, eſt obiectum perfecti; primæ uerò qualitates imperfecti. hoc ſtante, quando Philoſophus dicit, quòd eſt quidam tactus, intelligit de imperfecto; cum uerò dicit, quòd tactus poteſt ab alijs omnibus ſeparari, intelligit de uero guſtu. Confirmatur per expoſitionem Philoponi qui dicit, quòd ſpongię & urticę marinæ ſolum dũ-

taxat tactum participant; oſtreę autem, pręter tactum, & guſtum. dicit itaque Auerr. de imperfecto, quod guſtus erit per qualitates quatuor primas. deinde dicit; Aut intendit. Voluit dicere; Et, quia non dat aliam ſolutionem, ſed eandem applicat ſenſui Ariſto. quaſi dicat, Neque alium, id eſt quòd in imperfectis non diſtinguitur guſtus, ſecundùm ultimum ſui eſſe, à tactu, ut contingit in animalibus perfectis. Et uniuerſaliter. Vult modum generalem cognitionis nobis tradere de talibus animalibus perfectis, & imperfectis. At cōtra Auerro. inſtat Hiſpa. quòd eſt contra textum; quia talia imperfecta ſunt pauca. At textus dicit multa. pro Auer. poſſumus dicere, quòd multa huiuſcemodi imperfecta inueniri poſſunt; quāquam ſunt innominata; ut Philoponus nominauit duo illa genera zoophitorum; & tales poſſunt ſub ſe plures habere ſpecies. quare Auer. expoſitio ſecundùm ſuum textum non eſt incongrua. Philoponus ſecūdùm veram litteram dicit oſtreas guſtum habere: & dat cauſam; quia habent os, quod deprehenſum eſt, dum paſcuntur; & aliquid habent ventri proportionale: vbi os, ibi neceſſariò eſt ſenſus guſtus: non videntur tamen olfactum habere; quandoquidem deprehenſum nunquam fuerit oſtreas proprias eſcas inſectari. At purpuræ præter guſtum, & tactum, olfactu viuunt; quod in pabulis inueniendis manifeſtum eſt: auditu tamē carent; non enim apparet, quòd ſono ad neſcendum moueantur. Talpæ præter tria hæc, & auditū habent, priuantur autem viſu; & ſi natura ſub pelliculis illis figurauerit oculos; ne, cum ſibi datum ſit ſubterraneam eſcam mandere, fodientes terram in oculis læderentur. In pleriſque alijs, quæ mouentur localiter, datum eſt, quòd videant, ne in offenſicula, ruentia lędantur. Quare ex his cōcludit Philoponus, quòd vbi oculi ſunt, ibi & alios eſſe ſenſus, neceſſe eſt; quia omnes perfectiores uires, quæ imperfectiores ſunt, ordine inſequuntur; & hoc in mortalibus eſt intelligendum; quia, ut notat Philoponus, diuina entia non iraſcuntur; non ulciſci deſiderant; neque huiuſcemodi habēt paſsiones: Quare neque eorum corpora ſic organizata eſſe contingit; cum non habeant potentias iſtas inferiores corruptibiles miniſtrātes ſibi; ſed eorum corpora duntaxat ad rationem idonea; nāque irrationalia obliqua ſunt; & deorſum nutantia, ob eorum temporalem vitam: hominum verò corpora, & recta, & ſphęrica ſurſum eleuata poſſident, ut per rectum illud partim irrationalem, partim & rationalem præſeferāt uitam; tanquam irrationalem, ad rationalem eleuari, ad eamque dirigi; at cęleſtium corpora ſphærica duntaxat; imitantia puram illam mentem, quinimo uitam, per quam tali inſigniuntur caractere.

T. c. 32. Et ſenſitiuorum autem. Auer. non ponit aliā continuationem, quia Ariſtot. ſequitur declarare gradus iſtos animaſticos, quomodo conſequenter ſe habeant. Text. diuiditur in tres partes: in prima declarat duos gradus animatorum; in ſecūda gradum ultimum; in tertia epilogat. primum Auer. exponens dicit, quòd comprehenditur ſenſu, quòd animalia loco mouentur. & hoc dixit, quia habebat in tex. ſuo; Ex eis, quæ ſentiuntur. quæ non ſic in græca littera; ſed, Senſitiuorum. unde Philoponus notat, quòd ubi motiuum ſecūdùm locum; ibi neceſſariò ſenſitiuum; & non è cōuerſo. ſicuti prius, Vbi ſenſitiuum, ibi nutritiuū; & non contra. At dubium eſt, nunquid reptilia ſenſum habent, & motum localiter. Videtur Egidius tenere, quòd non: quia talia non mouentur motu ꝓgreſsiuo; & ob id annumerauit ea cōchis; quæ duntaxat motu dilatationis, & conſtrictionis mouentur; quia uidebat, quòd iſte gradus addit perfectionem: modò talia perfecta non ſunt. Sed notandum, quòd animalia, quæ localiter mouentur, quædam mouentur motu progreſsiuo, quædam alia reptant, quædam verò ſerpunt: quare dicit Hiſpa. quòd generaliter in ſecundo gradu animatorum non ponuntur, niſi ea animalia, quę mouentur motu dilatationis, & conſtrictionis: omnia uerò alia, utcumque moueantur, ſunt in tertio gradu. Confirmat hoc Philoponus dicens, quòd imperfecta, quæ ſunt in ſecundo gradu uitæ, ſunt, ut zoophita, quæ lapidibus adhęrent; & dilatatione, & conſtrictione ſibi uictum parant; & locum non mutant. & addit, quòd ſic capiendo motum, quædam ſunt, quæ ſentiunt, non tamen mouētur localiter. quòd, ſi indifferenter quemcunque motum capiamus, non modò in quibus eſt perfectus ſenſus, ſed in quibus tactus ſolùm reperitur; in his quoq; & motus inuenitur. & addit, quòd propter hoc dedit natura ſenſum; ut, quæ iucunda, & grata ſunt, conſequantur; quæ uerò iniucunda, fugiant. nam & ſpongiæ marinæ, & conchilia, ſi rem quampiam ingratam offenderint, protinus contrahuntur; quòd ſi humidam, & delectabilem, ſupra expanduntur. Vltimum autem. Secundam exponens Auer. notat gradum ultimum uitæ in corruptibilibus, & dicit Ariſt. Ratiocinatio. per hāc Auer. uoluit uirtutem cogitatiuam; & de hac format rationem textus. Latini totum exponūt de intellectu: quod ſi eſſet, neceſſariò daret eſſe; aliter nō ualeret ratio, quam facit in textu; quòd ubi gradus iſte eſt, ibi inferiores inueniuntur omnes: & tunc ſequeretur illa multitudo animarum intellectualium numero ſine materia: quæ omnia non ſtant cum philoſophia Peripatetica: quare optimè Auer. poſuit cogitatiuā vltimā; quia natura, cū ad illā peruenerit, in mortalibus ſiſtit. & talis eſt, quæ paſsiuus dicitur intellectus, ut Auer. tertio animæ 20. idem dicit hic Simplicius, quòd ratiocinatio in mortalibus nō eſt ſine reliquis: & infra hoc declarans dicit; Quorum qui paſsiuus eſt, connectitur alijs uitis: practicus autem ſcilicet intellectus, utitur; ſpeculatiuus autem neutrum. ex quibus verbis expreſsè uoluit intellectum paſsiuum dari, differentem à practico, qui vtitur, & à ſpeculatiuo. At opinor, Simplicium per paſsiuū voluiſſe intellectū poſsibilem imperfectiſsimum, quem dianoeam uocat: nam & is ſi ponatur, neceſſariò præcedunt aliæ uitæ; ſicuti, ſi ponatur nauta, pręcedit nauis: non tamen ſequitur, quòd ob id det eſſe. Confirmatur, quia per poſsibilem intellexit

Ex Ariſto. hoc elici non pōt, cū tacē textu dicat; ſenſitiuorū quædam habent, quædā non. ex quo clarè patet, q̃ voluit ſēſitiua eſſe, et tamen mo. ſ non habere.

tellexit tunc eundem Simplicius tertio de anima 20. exponens, intellectus paſsiuus corruptibilis, & cæt. Ariſto. itaque per ratiocinationem non cogitatiuam uoluit, ſed poſsibilem; & per intellectum, intellectum practicum: & non, vt Philoponus, qui vtrunque expoſuit pro intellectu, vt Latini: Themiſtius, & ipſe dixit rationalem vltimam ortu: & addit, ꝙ illuc progreſſa natura mortalis receptui canit: vbi expreſsè voluit intellectum illum paſsiuum, vt Auerr. quia de intellectu non verificaretur apud ipſum, quòd eſſet ortus, & à natura productus. Dixit Ariſto. Minimum. Notauit Philoponus dicens, quòd res, quantò magis approximatur primo principio omnium, in quantitate diminuitur, & excellit ſecundùm poteſtatem: qua de re principium illud primum, cum extra quantitatem ſit omnino, omnipotens appellatur: quare participantia & ratiocinationem, & intellectum de mortalibus, dicuntur minima reſpectu quantitatis; excedētia tamen in uirtute. dicit itaque Ariſto. quòd, in quibus ratiocinatio ineſt de corruptibilibus, in his & reliqua omnia: è conuerſo autem minimè. notat Auer. dixiſſe. Corruptibilium. præſeruando ſe à corporibus cœleſtibus; quia non habent, niſi concupiſcentiam, & intellectum. Sed fortè diceret aliquis; Si ratiocinatio non ineſt, niſi corruptibilibus: quare addidit illud Ariſtotel. ut excluderet cœleſtia, quibus non ineſt; vt ipſemet confirmat Auerro. Ad quod optimè ſatisfacit Simp. Non dixit de ratiocinatione in cęleſtibus, ſed in nobis: erit vtique in illis ratiocinatio, non imperfecta, neque conſultiua, & dubia: ſicuti Plato uidetur appellare ἀπορητικόν addit confirmando, quòd, vbi imperfectiores, non eſt neceſſarium perfectiores adeſſe; quia in alijs, quibus neque imaginatio eſt, non modò cogitatio, vt inquit Auerroes. Græci appellant imaginatiuam phantaſiam, ſunt hæc quatuor apud Græcos, φαντασία, λογισμὸς, διάνοια, νοῦς. At dubium eſt, vt notat Philoponus, quia, vbi ſenſus, ibi phantaſia 2. animæ 20. ad hoc dictum eſt ſupra, & hic ex ſententia S. Thom. quòd ibi intelligitur de imperfecta; hic verò de perfecta. De ſpeculatiuo autem. Particulā iſtā ſecundæ partis diuerſi diuerſimodè exponūt: Alex. Peripateticus, referēte Philop. vult, quòd loquatur de intellectu diuino; & ſic de eo verum non eſt, ꝙ eo exiſtente, alij gradus exiſtant: ſed tantùm valet apud ipſum de intellectu humano. Latini, S. Thom. quòd dixerit de intellectu noſtro, vt ſcilicet ab imaginatione differt; quia maximam cum illo affinitatem habet; quando ſupra dixerit, vel non eſſe phantaſiam, vel non ſine phātaſia. Hiſp. tenuit ſecundùm Auer. & Themiſtium, quòd intelligere voluerit de intellectu poſsibili; quòd ſcilicet de eo ſit alia ratio. prima iſtarum, vt bene in eam arguit Philoponus, non poteſt ſtare; quia, quæ dixit hic, non diſtant ualdè ab his, quę dixit ſupra tex. 21. De ſpeculatiua potentia nihil manifeſtum, ſed videtur alterum eſſe genus animæ &c. Modò ibi per rationes firmiſsimas confirmatum fuit illam eſſe animam aſsiſtentem humano corpori; quia poſuit ipſam ſeparabilem: modò diuina mens non poteſt dici ſeparabilis. Secunda etiam non eſt Ariſtotelis, quia dixit ipſam in eodem textu eſſe ſeparabilē ab alijs partibus animæ: quare non eſt modò opus dubitare, quòd ſit imaginatio. Tertia vera eſt; ſed intellectus ille poſsibilis dicitur practicus per habitus conuenientes; & dicitur ſpeculatiuus: qui ſine differunt, 2. metaphy. 3. primus uergit ad corpus; qua vtitur: ſecundus minimè, & ob id Ariſto. 10. ethi. dixit, materialia iſta potius eſſe impedimento ſpeculationi: quare de ſpeculatiuo meritò dixit, ꝙ eſt alia ratio. & de eodem 21. dixit, quòd nōdum manifeſtum eſt; quia de tali erit metaph. agere, vt Philoponus. & notat Diuinè admodum Philoponus ordinem, quem conſueuit obſeruare Ariſtot. agens de abſtractis: nam in phyſicis res omnes naturales in octauo phyſi. in fine reduxit ad cauſam immobilem omnino: eodem modo & in hoc libro agens de partibus animæ, deducit tandem ad intellectum; & neceſſariò addidit ſpeculatiuum; quia cum practico idem eſt ſubiecto; tamen practicus dicitur inſeparabilis; & ratio eſt, quia habet operationes à corpore inſeparabiles; de hoc enim eſt omnis actio: quare intellectus, qui ſeparabilis, non quatenus practicus eſt ſeparabilis, ſed tanquam ſpeculatiuus: ea de cauſa ly, ſpeculatiuo addidit. Quòd quidem igitur. Tertiam hanc particulam exponens S. Thom. ait ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ diffinitio data de anima, vniuerſalis .ſ. dicatur maximè propriè de unaquaque parte animæ. Alb. non exponit hoc de parte data; ſed de diffinitione danda: & dicit, quòd maximè propria erit ratio animę, qua cognoſcitur, quid eſt horum vnum quodque. hanc quoque voluit Auer. idem Them. formaliter dicens; Apertum eſt diffinitionem, quæ datur de ſingula parte animæ, accomodatiorem eſſe, quàm, quæ de communi. idem Simpli. dicens, concludit accuratiſsimam eſſe animę diffinitionem, quę propria vniuſcuiuſque dabitur. & hęc proculdubio melior eſt lectio. & cauſam huius adducit Philoponus: nam, cum oſtenderit, in quibus communis ratio non eſt propria quædam natura, pręter ea, de quibus prædicatur, ridiculū eſt remanere in diffinitione communi: quare accedendum ad propriam diſciplinam de unoquoque eorum, quæ ſignificant à communi illa rōne.

T. c. 33. Neceſſarium autem eſt. Auer. in parte continuatiua; Cum vniuerſalis diffinitio non ſufficit, oportet ſcire, quid vidēdum de anima poſt illam diffinitionem. Tex. diuiditur in duas partes: in prima dicit, quid oporteat, quod de anima cognoſcamus; in ſecunda, qua via. primam Auer. exponens dicit, quòd volens habere perfectam cognitionem de anima, oportet perſcrutari de vnaquaque virtutum animæ per ſe, quouſque per demonſtrationē nota fient. intellexit, quoad nos, vt palàm erit; & vltra cognitionem de vnaquaque quid eſt, cognoſcere; quinetiam conſequentia ipſa per ſe tales virtutes: per ly, Perſcrutationem, exponit Simplicius ſcientificam cognitionem. Philoponus quoque addit, quòd Ariſto. vult formulam quandam doctrinę, ponere, qua in ſingulis harum

virtutum

virtutum vtetur. manifeſtabit autem hanc in ſecunda parte. Si autem oportet. in hac ſecunda parte duo facit Ariſto. primò ponit ordinem procedendi ad potentias per operationes: ſecundò ad operationes ipſas per obiecta: in prima ponit, qđ dictum eſt: ſecundò ponit cauſam illius dicti. primam particulam exponens Auerr. primò continuat dicens: Cum declarauit hoc, incepit oſtendere viam ex his, quæ ſunt magis nota nobis; & ſunt poſteriora in eſſe. Quare ad textum dicit, ꝙ ad ſciendum, quid intellectiuum, & quid ſenſitiuum, ab intelligere, & ſentire inchoandum, vtpotè ab operationibus ad potentias, & in hac expoſitione conueniunt omnes & Latini, & Græci cum Auer. Priores enim. In hac particula Ariſto. ponit cauſam dicti: in qua diſſentiunt expoſitores ſuper ly, Secundùm rationem. Auerroes exponit operationes, & actus eſſe priores quo ad nos; & ab eis ad potentias proceſſus ſit ad priora ſecundùm naturam: quare ſecundùm ipſum per rationem intellexit demonſtrationem; quia S. Thom. vult, quòd illud dictum intelligatur à priori ſimpliciter; vult enim quòd operatio, & obiectum ſit quoad naturam prius: & adducit rationem; quia ſecundùm rationē diffinitiuam, actus, & operationes ſunt priores potentijs; quia potentia eſt principium agendi, uel patiendi; quare neceſſariò actus ponuntur in diffinitione potentiarum: obiecta verò potentiarum paſsiuarum comparantur, vt actiua ad operationes earum; quia reducunt potentias in actū, ut viſibile viſum: obiecta uerò actiuarum comparantur ad earum operationes, vt fines; quia operata ſunt fines operationum, vt domus eſt finis ędificationis: quare ab obiectis ſpecificantur operationes, ut actiuis; & ut ſe habentia per modum finium: nam diuerſa actiua ſpecie habent diuerſas operationes ſpecie; ut à frigore, & calore, calefactio, infrigidatio; ſimiliter, ſanatio, & ęgrotatio à ſanitate, & ęgritudine, ut à fine. Confirmatur opinio iſta per rationem contra Auerroem: nam quærendum ab eo eſt, quid prius aut uiſio, aut color; ſi dicat, quòd ſit uiſio; hoc eſſe non poteſt; quia ipſa, quoquo modo cauſata eſt à colore: ſi dicat, ꝙ ſit color; tunc eſt contra eius determinationem; in qua tenet, ꝙ à poſteriori. Græci aliqui in hac expoſitione ſunt cum Auer. Them. dubitat, quòd ſcilicet non debemus ab operationibus ad potentias aſcendere: & ratio; quia potentiæ ſunt ſuis operationibus priores. Soluit, ꝙ alia ratio eſt naturæ, alia nobis cognoſcendi. & infra comparans obiecta ipſa ad operationes dicit, ꝙ priùs de obiectis agendum eſt; quia & hæc quoque notiora nobis, quàm opera ſunt. Philoponus & ipſe hanc partem exponens dicit, ꝙ operationes tempore ſunt poſteriores, ratione tamen priores: & exponit, id eſt diſciplina. & addit; Manifeſtiores nobis ſunt operationes potentijs: & ubique à notioribus incedendum eſt. idem Simplicius. Alexan. tamen, referente Philopono, uidetur eiuſdem opinionis; quandoquidem ly, Secundùm rationem, id eſt ſecundùm perfectionem; perfectio. n. eius, quod in potentia, eſt actus; huius enim cauſa potentia eſt; quare finis tempore omnino poſterior; ratione tamen prior. Quid autem dicendum ſit, poſt expoſitam ultimam partem litterę, manifeſtabimus. His adhuc. Hanc partem exponens Auerroes continuat, & applicat inquiens; Cum proceſſus eſſe debeat à nobis notioribus ad ea, quę naturæ notiora ſunt; obiecta, paſsiua ſcilicet præcedere debent in conſideratione, & in actionibus, & in uirtutibus. Sanct. Thomas vult etiam, quòd iſte proceſſus ſit à priori, ut dictum eſt. & ly, Propter eandem cauſam. S. Thom. applicat, quòd ſicuti operationes ſecundùm rationem, id eſt diffinitionem ſunt priores potentijs; ita & ſecundum diffinitionem obiecta ſunt priora operationibus. Manifeſtat hoc Philoponus ſecundùm ſecundam expoſitionem, ut diffinientes, uerbi gratia potentiam uiſiuam, dicimus; potentia eſt, à qua uidere; at in diffinitione actus non utimur potentia; pari modo de obiectis; nam uidere eſt aſſumere uiſibilia; non tamen in diffinitione colorum capimus, uidere: Quare Philoponus determinat, & ipſe ſecundùm hanc, quòd ab iſtis incipiendum, tanquam manifeſtioribus; & naturæ prioribus. & confirmat; quia dempto uiſibili, & cibo; neque uiſio, neque nutritio eſſet: non tamen è conuerſo. Them. & in hac parte cum Auerroi eſt, & ly, Propter eādem cauſam. exponunt, ſicuti, quoad nos actus ſunt priores potētijs; ita, & quoad nos priora ſunt obiecta actibus. idem concludit Albertus inquiens; Prima ſpeculatio eſt de obiectis, quoad nos; ſecunda de actibus; tertia de potentijs, quoad nos. Hiſpanus in tāta auctorum diuerſitate mediat. primò tenet & in actiuis, & in paſsiuis obiectum eſſe, quoad naturam notius. & probat; quia de paſsiuis per ſe conſtat; quia obiectum per ſe cō currit, ut color ad uiſionem, ut cauſa inſtrumentalis, ſiue minus principalis. de actiuis etiam cōſtat; nam, quid eſt prius, nutritio, aut nutrimentum? certum eſt, quòd cibus; quia calor ad hoc, quòd agat, ſupponit cibum, in quod agit: præcedit igitur nutritionem in eſſe: & ſic dicitur nutrimentū prius natura. dicit ſecundò, ꝙ potentię ſunt priores operationibus, & cōſtat: quare ab operationibus, ut à notioribus nobis, ꝓcedimus: operatio tñ eſt poſterior, quoad naturā, obiecto: quare à notioribus naturæ, & nobis ēt ab obiectis procedimus. at contra hanc determinationem eſt ratio, quæ demōſtrat; quia dicit, propter eandē cauſam: quare, cum concedat operationes, quoad nos, priores eſſe cauſis, id eſt potentijs; neceſſariò cōcedere debet, ꝙ & obiecta priora ſunt, quoad nos operationibus. Ad hoc reſpondet concedendo, quòd proceſſus ab obiectis ſit à notioribus nobis; ſed cum hoc ſtat, quòd ſit etiam à notioribus naturæ. At contra hoc, quia deſtruit tex. Ariſtotelis: nam reddens cauſam dicit Ariſto. quòd operationes ſunt priores potentijs ſecūdùm rationem. hoc intelligitur à notioribus nobis ſolùm; ut & ipſe concedit: quare idem erit dixiſſe ſecundùm rationem, quòd ſecundum demonſtrationem, quia modò dicens, ꝙ ab obiectis incipiendum propter eandem cauſam, manifeſtum eſt, quòd uoluit per

demon-

demonſtrationem, quia: quare non poteſt ſaluari aliquo modo. tenendum itaque ſecundùm alteram illarum. dicimus itaque, quòd melior eſt expoſitio ſecundùm Themiſt. Auerr. Albertum, quàm ſecundùm Thom. Alex. Philoponum, quanquam & iſta ſecundùm aliam rationem vera eſt. & primò, ſi comparatio fiat inter virtutem, & operationem, hoc poteſt contingere duobus modis; vel, quòd ibi capiatur operatio, vt accidens; &, vt conſequens eſſentialiter animatum tali vita: &, vt ſic, dubium non eſt, quòd operatio ſit poſterior natura, & nobis prior: ſi verò conſideretur operatio, vt actus, & anima, vt potentia eſt; ſic oppoſito modo verificatur: quare dicendum, ꝙ Ariſtoteles loquutus eſt primo modo; quia hic loquitur naturaliter; & operatio, vt ſic, eſt accidens naturaliter inſequens: ſecundo modo expoſitio in ſe vera; ſed non opinor ad Ariſtotelem; quia hic non conſiderat animam, vt potentiam; nec operationem, vt actum: ſic enim metaphyſici eſt negotij: deinde, ſi ſic proceſſus eſſet à priori ſecundùm diffinitionem, ſequeretur, quòd virtus animæ diffiniretur per operationem; ſed hoc eſt falſum, & contra Philoſophum, qui voluit diffinitionem vniuſcuiuſque animæ, vt dictum eſt retrò, ꝙ ſcilicet ſit actus; modò illa perfectio non eſt operatio; ſed capitur pro ſubſtantia, vt dictum eſt: benè tamen operatio diffiniet, ſi metaphyſicè conſiderabitur: & ſic concludunt rationes Sancti Thomæ. Eodem quoque modo dicendum eſt, ſi comparatio fiat inter obiectum, & operationẽ: nam obiecta tam virtutis paſſiuæ, quàm actiuæ nobis ſunt notiora: nanque priùs cognoſcimus colores, quàm viſionem; & cibum, quàm nutritionem. ſed hic Ariſt. appellauit oppoſita. modò talia, vt Simplicius, dicuntur relatiuè ad operationes: quod cum ſit, erunt natura priora. confirmat; nam obiecta cauſant operationes; ergo &c. idem Philop. Ego verò ſtando in expoſitione data, concedo, quòd dicantur ad aliquid. ergo obiectum prius. Negatur conſequentia. Ad id, color eſt prius in eſſe, antequam videatur. Dicendum, ꝙ dupliciter conſideratur color; vel vt qualitas realis; vel vt obiectum viſus: primo modo eſt priùs ſecundùm eſſe: ſecundo modo dicitur ſimul natura; quia non dicitur viſibilis, niſi reſpectu viſionis. Ad id, ꝙ eſt cauſa relationis; dico, ꝙ concludit oppoſitum; quia ex ſententia Ariſtotelis ſenſibile, & intelligibile dicuntur ad aliquid: non ꝙ ipſa referantur; ſed, quia alia referuntur ad ipſa; quia ſcientia eſt, quę refertur ad ſcibile; & viſus ad viſibile; & non contra: quare cauſa relationis eſt id, quod in ſui ſubſtantia relatiuum eſt; vt intellectus & ſenſus. Ad illud Hiſpani, ꝙ obiectum concurrit ad actionem, vt cauſa, ſaltem inſtrumẽtalis in paſſiuis. Dicendum, ꝙ cauſa actiua intrinſecus operatur; & eſt ſenſus agens, qui pro nũc ſupponatur; color verò, vel quippiam ſenſibile alterum comparatur, tanquam cauſa, ſine qua non: & ideo non requiritur, ꝙ ſit prius natura; ſed cauſa principalis eſt talis: & ſi fortè reſpectu actualis ſenſationis quoquomodo concurrat actiuè, & vt ſic aliquo modo prius: poſterius tamen eſt anima potente operari; quia anima diffinitur actus primus; & in illo priori habet potentiam operandi naturalem, cum qua quo ad naturam obiectum antecedit: ad ſecundum de obiecto uirtutis actiuę, quando dicitur, præcedit in eſſe, diſtinguendum, aut ut obiectum, aut ut panis, uel aliquod ſimile: ſecundo modo concedo. Ergo prius natura operatione. Negatur conſequentia; quia, ut ſic, ad operationem non comparatur. Si primo modo, negatur; quia, ut cibus eſt, nutritiua uirtus agit in ipſum; & concurrit, tanquam cauſa, ſine qua non, ut dictum eſt de ſenſibili.

Quare primò de alimento. Auerro. continuans duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò, ponit intentionem. in prima parte repetit omnia dicta ſuperiùs; in ſecunda ponit in intentione duos procedendi ordines; alterum reſpectu diuerſarum partium animæ; & eſt, quòd primò incipiet à uegetatiua; quia eſt cęteris prior: ſecundò, cum de uegetatiua; primò incipit à nutrimento. Text. habet duas partes; in prima declarat per modum corollarij, quid nobis primò cognoſcendum; & de quo primò à nobis determinandum eſt; in ſecunda declarat, quot ſunt operationes animæ uegetatiuæ. proponitque in primis agere de nutrimento, & generatione. ratio iam dicta eſt, quòd intendens agere de potentijs, priùs de operationibus aget: & de iſtis, priùs ab obiectis incipiet: ſimul autem cum nutrimento generationem accepit: & Albertus de Latinis dicit, quòd iſta duo ſunt ad ſubſtantiam ſaluandam; alimentum quidem ſecundùm materiam, & indiuiduum; generare autem ſecundùm ſpeciem, & formam. & hæc particula tex. eſt concluſio elicita ex dictis ſuperioribus; ubi determinauit priùs de obiectis agendum; ponit cauſam, quare de alimento prius, & non de alijs obiectis; quia anima uegetatiua eſt prior cæteris. Auer. exponens notauit duo dicta ab Ariſto. propter quæ primò egit de ea: primum eſt; quia eſt prior cæteris; quia ea poſita non neceſſariò ponuntur aliæ; ſed è conuerſo. & Sanct. Thom. dicit eam eſſe priorem; quia eſt, quaſi fundamentum aliarum; ſicut materiale, ad quod pertinent operationes eius, eſt fundamentum eſſe ſenſibilis, & intelligibilis. & Themiſtius. Altrix anima, de qua primùm naſcitur, & proficiſcitur uita. ſecundum eſt ratione ſuæ uniuerſalitatis; non enim eſt aliquod uiuens, quod hac uita non uiuat. & à communibus, ut à notioribus ordiendum eſt. Cuius ſunt. in hac ſecunda parte ponit opera huius uirtutis; & tria facit; primò quod dictum eſt; ſecundò ponit cauſam; tertiò cauſam cauſæ. Auerro. primam exponens, addit tertiam operationem; quia in rei ueritate uegetatiua anima tres habet operationes; nutrire, generare, & uti cibo; quod Themiſtius exponit augere. rationem harum trium operationum tangit Albertus; nam, quod generatur inopia materiæ, primò imperfectum eſt ſecundùm quantitatem; quare uirtus deducens ad perfectum eſſe, T. c. 34.

augmentatiua eſt: &,quia ratione contrariorũ,ex quibus conſtat, continúa fit deperditio; reſtauratione indiget; nutritur itaque. &, cum eſſe diuinum, vt quodcunque de alijs, participare concupiſcat, idipſum ſibi ſimile generare neceſſe eſt. Tria itaque ſunt opera. meminit de duobus tantùm, vt ſupra diximus ad idem; quia res propter ſuum eſſe diuinitatem participant; & quæ ſemper ſunt, vt ſecundùm ſucceſsionem magis participant; ideo duntaxat tetigit illa duo; quorum alterum ad eſſe; alterum ad ſemper eſſe facit. Confirmat Simplicius, dicens, quòd per ly, alimento vti, comprehendit etiam augmentationem, addens; Conducit enim ad perfectum eſſe. Naturaliſsimum enim. in hac ſecunda ponit cauſam, ſeu rationem, notans hanc eſſe operationem virtutis nutritiuæ; quia generare ſibi ſimile naturaliſsimum eſt omnibus viuentibus opus. Sanct. Thom. ly, Naturaliſsimum, vult dictum eſſe ratione maximę ſuæ vniuerſalitatis; quia in hoc conuenit etiam cum alijs rebus inanimatis; quæ non ab intrinſeco, ſed ab extrinſeco generationem habent: meliùs tamen dicendum eſt cum Simplicio, ſcilicet, Naturaliſsimum, ideſt primum, & optimum, tanquam ad ſemper eſſe, quatenus poſsibile eſt, mortalia perficiens. Et Philoponus notat, [illegible], naturæ eſt facere tale, quale ipſum eſt: & addit Ariſtotel. declaraſſe hoc, vt finem ipſius nutritiuæ acciperet. Dixit, Viuentibus. quia &ſi operatio talis homini conueniat; non tamen in eo, quòd homo, ſed in eo. quòd viuens eſt. & tangit Ariſtot. tres conditiones neceſſarias ad hoc, quòd viuentia generent ſecundùm veram ſcilicet generationem: quia generatio dupliciter intelligitur: altero modo dicimus ignem ab igne generari, & hanc dixit Sanct. Thom. ab extrinſeco: altero modo, vt generatur aliquid ex aliquo, quod eſt eius pars; vt ex ſemine, homo: & de hac ſecunda intelligit hic. modò tali generatione priuantur, quæ non ſunt perfecta, quæ ſunt orbata, & quę ſpontaneam habent generationem: prima, quia ſunt imperfecta quantitate, propter hoc habent multum ponere in ſubſtantia; quare nihil ponere poſſunt in ſemine; & ideo infantes, & pueri non poſſunt generare, vt notat Albertus: in diuidua tamen, &ſi quantitate perfecta ſint; ſi tamen orbata; non generant. hoc autem contingit ſic eſſe duobus modis, vt tangit Ariſtoteles, primo de genera. animal. cap. 2. aut ab extra, quòd per artem fit; aut à natura: primo modo; vt, quando erepti fuerint teſtes: tales, vt inquit Philoſophus, non generant; quinimo per ablationem illius partis, ita totius forma mutata eſt, vt fœminæ videantur, vt ſunt Eunuchi; non tamen propter hoc ſequitur, quòd teſtes neceſſarij ſint ad generationem, vt voluit Galenus; quandoquidem multa ſunt generantia, quæ illis carent, vt piſces, ſerpentes, & alia huiuſmodi. & taurus ille, teſtimonio Ariſtote. primo de generat. animalium, cap. 4. exciſis teſtibus concumbens genuit: ſunt tamen melioris notæ gratia; ſunt enim in cauſa, vt meatus ſeminarij non retrahantur, & exiccentur: ratione verò temperaturę impediuntur, qui maximè frigidi ſunt; & pęnem nimis habent oblongum; cum ante exitum, ſperma frigeſcat: carent quoque & quæ ex putri orta ſunt materia, vt Ariſto. primo de generat. animalium, cap. primo, &ſi fortè perfecta in quantitate ſint, & non orbata: & ratio huius ponitur ab Auer. in paraphraſi ſuper primo de generat. animalium, quia eadem forma non poteſt in duabus materijs ſpecie differentibus inueniri; quia vnius rei vnica diffinitio eſt; & illa ex materia, formaq́; conſiſtit: quare, quæ generantur ex putri materia, & materia ſeminali, non poſſunt eandem formam ſpecie poſsidere: &, ſi fortè maximè ſimilia videantur; hoc eſt, quia ſenſus noſtros latent; vt, quæ alchimicè fabricantur. Tria itaque hæc neceſſaria ſunt, vt animal generet ſibi ſimile: Exemplificat Ariſtoteles, vt animal, animal. ſuper quibus rationabiliter dubitat Philoponus. Dato hoc, alterum duorum ſequetur; aut, quòd in virtute ipſa ſenſitiua erit uis gignitiua; vt ſenſus ſenſum generet, & appetitus appetitum; aut, quòd nutritiua virtus, & quæ propria eſt plantis, virtutem ſenſitiuam generet; quorum vtrunque maximè eſt inconueniens; quia à virtute longè imperfectiori prodiret in lucem uirtus, quæ perfectior eſt. Soluit, & Platonico potius, quàm Ariſtot. modo, ponens in ſemine rationes ſenſitiuas, ſeu irrationales non repetiri, ſed generationem quamque præcedere; & priùs ab artifice totius, præparata tamen materia, vniri corpori aereo, mox corpulentum hoc eſt craſſum informare; quæ generatio talis animæ non eſt; quandoquidem ea non indigeat; cum & antea ſit; & poſt etiam remaneat; ſed ea ratione generari dicitur; quia materia præparatur, cui vnitur. Quæ ſolutio, cum fundamento Ariſtote. non eſt, nam ex propria ſententia negans ideas 12. metaphy. 18. dicit; Homo hominem generat, ſecundo phyſi. cor. 26. & t. ani. 65. ponit ſenſitiuas virtutes corrumpi à debilitate ſenili. Quare ad argumentum dicendum, quòd anima ſenſitiua, ſenſitiuam generat; at, non per virtutem, qua ſenſitiua eſt; ſed, qua in ea reperitur nutritiua; quia tetragonum eſt, in quo trigonum inuenitur: nec inconuenit etiam, quòd nutritiua in virtute ſenſitiuæ ſenſitiuam generet. & viuentibus potiſsimum hæc competit virtus; quia vnumquodque, vt ſibi poſsibile eſt, quærit aſsimilari diuino enti, & bonitatem eius participare. Auerro. addit hoc eſſe ex ſolicitudine diuina: nam Deus dicitur ſolicitus; quia quidquid in Deo eſt, Deus eſt: habet autem ſolicitudinem; quia Deus ab æterno ordinauit ex ordine rerum, & perfectione, quòd omnia ad finem debitum perueniant: & ſecundùm Auerro. non eſt talis ſolicitudo circa particularia; cum Deus particularia non cognoſcat, niſi vt in ſpecie continentur; vt ſibi conueniunt accidentia propria ſpeciei 12. metaphyſi. 37. videtur tamen; quòd Ariſto. Ethic. 10. oppoſitum teneat dicens, quòd Deus habet curam de hominibus,

Aduerſatur Auerr. & cõtra ipſum arguit Scotus, primo ſententiarum diſtinctio. 2. quæſt. 3.

nibus, ſicut iuſtum eſt: & ille, qui magis eſt iuſtus, erit & magis bonus; erit magis amicus. Ad quod dicit Hiſpanus, quòd illa bonitas poteſt competere ita vni indiuiduo, ſicut alteri; & ſic erit proprietas communis. At contra principale adhuc inſtatur; nam appetitus naturalis debet aliquando finem habere, & non fruſtrari; ſed appetitus naturalis eſt appetere ſemper eſſe in indiuiduo; ergo talis non debet fruſtrari. Ad hoc dicit, quòd appetitus duplex eſt, naturalis, & liber; naturali, nulla res corruptibilis poteſt appetere ſe ſemper eſſe; quia repugnat rationi naturæ particularis; quia compoſitæ ſunt ex contrariis; appetit tamen ſemper eſſe eo, quo poteſt, modo, ſcilicet in ſpecie: appetitu libero non prohibet, quin aliquis appetat ſe ſemper eſſe; ſed talis rectus non eſt; neque rationi rectę conformis. Omnia enim. Reddit modò cauſam cauſæ; & finalis cauſa eſt. Auerro. exponit duo dicta in hac propoſitione: primum tangit finē dicens, quòd omnia illud appetunt: ſecundum tangit, & quæ ad finem hunc ordinantur, dicens, illius cauſa agunt, &c. Latini de primo, vt Sanct. Thomas notat omnimodam ſimilitudinem; nam, quod exit de potentia ad actum, naturaliter actum appetit; vt inde perficiatur: &, cùm fuerit in actu minus perfecto, perfectionem naturaliter deſiderat; ita, quod eſt in gradu rerum inferiori, deſiderat aſsimilari ſuperioribus, quantum poteſt. &, quia Ariſtoteles dixit. Omnia; meritò dubitauit Philoponus quomodo inanimata ipſa in ſeipſis vim genitiuā conſeruent: cui optimè ſatisfacit; nam, tametſi omnia appetant; non tamen eodem modo conſequuntur: animalia appetitu electiuo generant; ſtirpes naturali duntaxat. quid mirum, ſi differenter & inferiora generant, vt inanimata? nanque agens elementum proprijs qualitatibus in. elemētum aliquod, ſi ſuperauerit, in propriam ſubſtantiam vniuerſum conuertet, vel aliud quidpiam, quodcunque fuerit: lapides, metalla idem ſuſtinent; nam, ſi fortè extenſum fuerit lapidis fruſtū aliquod, protinus, concreſcente, quæ iuxta poſita eſt, materia, natura reparat: quare optimè dictum hic eſt à Simplicio, appetitus non omnino intelligi debet vis illa, quæ cognitiua appetit; ſed potentia, quæ eſt ſecundum exceſſum ſubſtantialem eius, quod melius eſt: ſic & à Philoſopho dicitur physico. t. 81. quòd materia & ipſa diuinum ens participare deſiderat: quare omnia ad illud diriguntur opera.

Dubitatur circa quæ à Philoſopho dicta ſunt; nam homo per intelligere, & velle magis aſsimilatur Deo glorioſo, quàm per generare; ergo non naturaliſsimum eſt generare. aſſumptum patet; quia Deus ſeipſum intelligit; 12. metaphyſic. 51. conſequentia eſt Ariſto. 12. metaphyſic. 38. à Deo nanque cęlum, & natura dependet. Pro ſolutione ad argumentum Ioannes notat duo fundamenta; alterum, quòd viuens dicitur duobus modis; altero, ſecundum quòd viuens; altero, ſecundùm ꝙ tale viuens, in genere ſcilicet, aut ſpecie: alterum fundamentum eſt, quòd naturale dicitur duobus modis; primum quod ex materia, formaq; naturali compoſitum eſt: ſecundo modo; quoniam res operās per propriam naturam habet inclinationem ad opus, quod naturale eſt: & quantò perfectior eſt inclinatio; tantò perfectius eſt illud opus, & naturalius: quinimo è conuerſo eſt; quòd quantò opus perfectius, & nobilius; tantò inclinatio ardentior eſt. His poſitis veritas eſt, quòd loquitur de viuente, ſecundùm quòd viuens eſt; nō autem, vt tale viuens, animal ſcilicet, & homo. Huius verò ſolùm tria ſunt opera, nutrire, augere, generare: modò generare cęteris nobilior eſt operatio; ratio eſt, quia aliarum finis eſt; cum ad ipſam ordinentur; & finis nobilior eſt his, quæ ad finem ſunt; tum, quia eſt gratia finis nobilioris, vt ſimiletur, &c. quod fieri nequit, niſi per ſpecificam ſucceſsionem. conceditur itaque ad argumētum, quòd intelligere eſt nobilius ratione talis viuentis, de quo non eſt ſermo; quare neque comparatio. At contra ſolutionem Io. Iand: inſtatur; quia non videtur, quòd potentia intellectiua, ex quo cognitiua; ea propter nobilior. & ratio ſit talis; nam ſeptimo metaphyſic. 4. ſubſtantia perfectior, & prior eſt accidente: ſed generatio ſubſtantia eſt; ſenſatio, & intellectio, accidens; ergo, &c. Confirmatur; quia obiectum, ad quod terminat potentia generatiua, eſt ſubſtantia; quia miſtum eſt ex elementis genitum: at ſenſitiua ad colorem, intellectiua ad ſpeciem intelligibilem, quorum vtrumque accidens eſt; ergo, &c. Ad hoc argumentum ſunt duo modi reſpondendi; alter ſecundùm communem viam; alter ſecundùm viā Auerro. Sanct. Thom. ſuper 3. phyſico. 6. vult, quòd motus dupliciter capiatur, formaliter, & ſic capitur, vt fluxus; & tunc non eſt idem cum termino motus: altero modo materialiter, ſcilicet pro eo, quod in fluxu eſt. tunc facilis, hoc ſtante, erit ad argumentum reſponſio; quia generatio ſumpta pro materiali, verum eſt, quòd eſt ſubſtantia; ſed pro formali, vt videbatur concludere argumētum, negatur. Auer. tamen nō dat hanc diſtinctionem; ſed vult, ꝙ ſecundùm veritatem motus ſit eiuſdem generis cum termino, ad quem motus 3. phyſi. 4. quare ſecundùm hanc viam difficilius erit ſoluere. reſpondet tamen Therapol. quòd, ſi fiat comparatio inter ſubſtātiam, & accidens materiale; tunc verum eſt, ꝙ ſubſtantia eſt nobilior accidente: ſed inter ſubſtantiam materialem, & accidens abſtractum, non eſt verum ſimpliciter: & ſi fortè verum ſit, inquantum ſubſtantia per ſe exiſtens; & accidens inquantum inhærens: cum hoc tamen ſtat, quòd accidens immateriale nobilius ſit, quàm ſubſtantia materialis. At ſolutio iſta fuga eſt: primò arguit difficultatem etiam in via Sanct. Tho. nam motus formaliter acceptus terminatur ad ſubſtantiam; ergo generatio erit ſaltem ſubſtantialis: etiā alteratio perfectiua poteſt & formaliter, & materialiter capi; quare ſingula ſingulis comparando, ſemper, quæ ad ſubſtantiam refertur, perfectior eſt. ꝙ etiam ſolutio ſtare non poſsit, palàm eſt; nam accidens in ſenſu non eſt immateriale; & ſi fuerit abſtractum à materia

reali; non tamen à conditionibus materię: & propter hoc nō amittit naturam accidentis; ſed duntaxat differt ſecūdùm magis, & minus perfectum, quæ eſt differentia accidentalis, 3. phy. 4. qua re, ſi qua differētia dicenda eſſet, dicēda eſt ſecundùm quid, & non ſimpliciter; quia ſimpliciter ſubſtantia excedit accidens, hoc modo acceptum. Notandum itaque pro veritate, quòd generatio dicitur duobus modis: realis, & materialis; &, vt ſic miſtum cum materia, fit à miſto cum materia: & intentionalis, ſeu ſpiritalis; &, vt ſic immiſtum cum materia fit ab immiſto cum materia, vt in factione intelligibilium. 1. metaphyſic. & 7. metaphyſic. 31. quare ex intentione Auerro. generatio datur & per intellectum: ſecundò notādum, quòd ſpecies intelligibilis, duobus modis conſideratur; &, vt accidens; &, vt repręſentatiuum: ſecundo modo intelligitur genitum obiectum illud ſpiritaliter, quod primò genitum fuit realiter cū materia: quare perfectius eſt lignum intellectum, quàm materiale. Quo ſtante, cum ſenſus ſit vtriuſque virtutis medium, obiectum coloratum; verbi gratia, quod in eſſe repręſentatiuo repręſentat rem illam extra animam ſub eſſe ſenſibili, perfectius eſt, quàm vt in materia.

T. c. 35. Id autem, quod cuius, &c. Auerr. cum Philopono inquit; cum Ariſtot. ſupra cauſam finalem tetigerit; in parte iſta eam diſtinguit. Text. habet duas partes: in prima ponitur diſtinctio finis: in ſecunda declarat, quomodo generabilia aſſimilantur æternis; in prima dicit Ariſtoteles cuius, & cui. Sanct. Thom. & Egidius de Latinis, exponunt pro fine gratia cuius, & pro fine quo: verbi gratia, ſanitas eſt finis gratia cuius: extenuatio, exercitium, & ſimilia, finis, quo ſcilicet acquirimus finem gratia cuius: ſic diuinum eſſe, ſeu ſempiterna permanentia, erit finis gratia cuius; generatio verò erit finis quo. Albertus quantum ad finem gratia cuius conuenit cum illis; ſed de fine quo non, & voluit illum eſſe formam dantem eſſe indiuiduo, ſeu formalem cauſam; intuens, quòd talem finem conſequitur natura per vnicam generationem; & eſt in quo, quieſcit actus vnus generantis; alterum autem finem conſequitur pluribus, & ſucceſſiuis generationibus. At neutra harum expoſitionum, quo ad illud ſecundum membrum ſatisfacit: nam textus non ſtat in ablatiuo, ſed in datiuo: quare non legitur quo, ſed cui: modò permanentia illa non debet attribui generationi, vt cui, ſed rebus genitis: ſecundò ratione, quia medium, quo, non eſt in genere cauſæ finalis, ſed potius cauſæ inſtrumentalis, quæ reducitur in genus cauſæ efficientis, ſecundo phyſicorum 31. Opinio quinetiam Alberti non poteſt ſtare; quia diſtinctio de fine ſupponit finem, de quo ſupra. modò talis in indiuiduo, aut eius forma eſſe non poteſt; quandoquidem nulla æterna permanentia, vt ſic, intelligitur: deinde erit finis, gratia cuius operatur natura particularis; vel quo terminatur, & non cui; vt in litera eſt; quare dicendum eſt cum Auerro. & Græcis omnibus, quòd ſcilicet eſt finis; & eſt, in quo eſt hic finis; quia omnia entia agunt propter permanentiam ſempiternam, tanquam propter finem cuius gratia, ſiue quo; & propterea, in quibus inuenitur talis permanentia, id eſt propter ipſas ſpecies, quibus acquiritur talis permanentiā. Themiſtius quinetiam clarius; nam in moralibus eſt fœlicitas, quò omnes laboramus, & tendimus; alter, nos ipſi, & ſibi quiſque, cui fœlicitas optatur, & quæritur: ſic ſanitas, quo, ægro, cui: & Philoponus; Domus, quo, domificantis; homines, quibus: idem Simplicius; quare perpetuitas finis erit quo, ſiue cuius gratia, laboramus, generantes, quibus. Quoniam igitur hanc ſecundam exponens Auerro. duo facit: primo totum exponit text. ſecundo quædam verba in textu: de prima continuando exponit, quòd entia ſecundùm eſſe indiuiduale non participant eſſe diuinum; quia, vt ſic, non permanent; ſed ſecundùm eſſe ſpecificum ſucceſſiuum; & in hoc inter vtrumque conuenit: differunt tamen: quia ęternum ſecundùm indiuiduum permanet, at corruptibile nequaquam cum omne tale aliquando corrumpetur, primo cę. ultimis textibus. Addit Ariſt. Hoc magis: illud, minus. Latini partem iſtam exponentes per ly, illud minus, intelligunt indiuiduum idem numero quod eſt, & uiuit minus, quare participat minus: ſic per ly, magis, quod magis durat, & uiuit; nullum tamen ſimpliciter ęternum eſt. trahunt itaq; comparationem iſtam ad vitā indiuiduorum: quę expoſitio non eſt peripatetica: & probo; nam, quando aliqua adinuicem comparantur; neceſſariò conueniunt in natura aliqua communi, 4. phyſ. 71. quare participare ſecundùm magis, & minus æternitatem, neceſſariò ſupponit participare æternitatem: modò indiuiduū, ut indiuiduum eſt, non participat æternitatem, ex ſententia Ariſt. in textu; quia primo negat, quòd indiuiduum poſsit participare. ſecundò dicit, quòd, ut vnumquodque poteſt, ita participat: & addit, quòd non ipſum, ſed ut ipſum. melius itaque cum Auerro. & Græcis omnibus: imo Philloponus arguit contra illum modum dicendi, tanquam conuenientem minus: nam elephantes, & alia quoque animalia ſunt diuturniora in uita, quàm homines ſint, ergo participarent magis: quod inconuenit. dicit itaque Auerr. referendum eſſe, ad quod eſt generatiuum ſibi ſimilis, & ad quod non eſt generatiuum, utrūq; ſecundùm ſpeciem permanet, ſed prima generantur per propagationem; alia uerò ex putredine, ut dictum eſt ſupra; quòd talia ſibi ſimile generare non poſſunt Themi. dicit & ipſe, magis participant, quorum perpes accenſus nulla interiectione confunditur: minus uerò, certa animalium genera, quæ ſtatis temporibus modò comparent, modò aboleſcunt; & rurſus renaſcuntur, & prodeunt. Exemplificat Philoponus, ut muſcæ, & ueſpæ, & huiuſcemodi inſecta. & ponit ea Auerro. in maiori parte ęemporis, & in pluribus ſubiectis: non tamen eſt neceſſarium, quòd aliquod eorum ſemper actu ſit: animalia uerò, quæ

generant

generant ſibi ſimilia, ſemper, & in omni tempore ſunt ſecundùm ſpeciem; quia, ſi in aliquo tẽpore aliquod illorum non eſſet, nunquam amplius talia inueniri poſſent; quia non generantur, niſi per ſeminum cõmiſtionem. dixit, in pluribus ſubiectis; quia eo tempore, quo ſunt muſcæ, ſunt ferè numero infinito. Et ex hoc textu elicitur maximum fundamentum contra latinos; qui uoluerunt orta ex propagatione, & ex putredine, eiuſdem ſpeciei eſſe.

T. c. 36. Eſt autem anima. Auerroes in parte continuatiua ponit cauſam intentionis primò; mox intentionem ipſam: cauſa in duabus propoſitionibus; prima ex diffinitione vniuerſali habetur, q̃ anima eſt cauſa ſecundùm formam: ex his, quæ dicta ſunt de generatiua, anima eſt cauſa ſecundùm agens; ponit intentionem, ſcilicet declarare, quòd anima eſt cauſa ſecundùm triplex genus cauſę. & notat Auerroes, quòd hoc eſt neceſſarium ſcire. Hanc neceſsitatem tangit Philop. quia. ſ. conſideranti de anima neceſſarium eſt de obiectis conſiderare, ut de nutritiua, priùs de alimento; de ſenſitiua, priùs de obiecto ſenſibili: & cum talia, ut ſic, ad aliquid dicantur, eorum notitia dependet à notitia alterius; &, ut ſic, anima eſt cauſa etiam effectiua; quia cauſa nutritionis, & ſenſationis eſt. Fortè uoluit Auerroes per ly, neceſſarium; quia ſuperiùs determinatum eſt diffinitionem eſſe analogicã; quare de ſpeciebus uerificari: &, cum de nutritiua dictum ſit, quòd eſt agens, potuiſſet eſſe dubium, quomodo uerificabitur, quòd ſit actus: & ob id intendit declarare animam eſſe cauſam ſecundùm triplex genus cauſæ: & hoc puto Auerroem uoluiſſe; & magis ad Ariſtotel. intentionem, quàm dixerit Philoponus. addit; Et ſi in phyſicis declaratum ſit; quia ibi ſcilicet in uniuerſali; hic uerò ſecundùm intentionem propriam de anima. Latini uolunt, quòd enumeratis uiribus potentiæ generatiuę, modò oſtendat tales cauſari ab anima: quæ, ut opinor, non ſtat cum Ariſtotele, quia intentio tunc eſſet particularis, de anima duntaxat uegetatiua, & non de quacumque anima; quod eſt manifeſtè falſum. Textus in duas partes: in prima ponit diffinitionem, de qua ſupra: in ſecunda declarat, quot modis cauſa dicitur: in prima poſuit animam cauſam eſſe, & principium; quia utrunque, ut benè Auerroes dicitur multipliciter. & ſententia eſt Ariſtotelis quinto metaphyſicor. primo, duodecimo metaphyſicorum vigeſimotertio. in ſecunda declarat multiplicitatem, ſecundùm quam cauſa conuenit animæ: quia uniuerſaliter utrumque dicitur quatuor modis ſecundo phyſicorum 28. 29. ſed in propoſito tribus duntaxat modis conuenit animæ; & eſt unde motus, & cuius gratia; & quia animatum tale dicitur, forma ſcilicet: ſecundùm materiam dici non poteſt; quandoquidem materia, ait Philoponus, communis eſt omnibus; & per ipſam non dicetur tale quid animatum eſſe; ſed per animam. Declarat Auerroes, quomodo dicatur cauſa ſecundùm triplex genus: in textu tamen ſequenti idem declarabit Ariſtoteles. dixit; Sicut ſubſtantia. quia, quod eſt cauſa alicui, quòd ſit, ſubſtantia eſt: ut anima.

T. c. 37. Quod quidem igitur. Auerroes in parte continuatiua intentionem ponit, quæ eſt declarare modos, ſecundùm quos anima dicitur cauſa. Textus diuiditur in tres partes: in prima probat, quòd eſt cauſa ſecundùm formam; & duo facit; quia duas adducit rationes: prima eſt, ut Auerroes. Viuum non habet eſſe, ſecundùm quòd uiuum eſt; niſi per illud, per quod uiuit: tale quid anima eſt; quia per animam uiuum habet eſſe. nec ly, uiuere, debet intelligi pro actu ſecundo, quia potius reſpectu operationis cauſa eſt, unde motus; ſed pro actu primo; quia, ut ſic, non differt ab eſſe; quomodo & omnino abſtractis competere affirmabimus; in quibus non differt eſſe à uiuere. declarat & meliùs hoc Simplicius; quia cauſa eſſe, non poteſt dici materia; quia ſuſceptiua eſt, & ſine qua non: agens uerò eſt, quod per generationem deducit in eſſe: finis, tanquam perfectum quoddam, & ſecundùm naturam exiſtens: ſimpliciter autem, & ſine additione aliqua, cauſa ipſius eſſe, forma eſt; quoniam ſecundùm formam, eſſe communicatur compoſito; ut ſecundùm uitam, uiuenti; & ſecundùm animam, animato: aliæ cauſæ non ſimpliciter; ſed cum additione; ut ratione perfecti eſſe, aut generationis, aut ſimilium. Eſt autem. Secunda ratione confirmat idem Ariſtoteles. Perfectio eſt forma eius, quod in potentia eſt, ut perficiatur; ſed anima eſt huiuſmodi; ergo, &c. minor, eſt diffinitio data de anima: conſtat itaque compoſitum ipſum eſſe id potentia, quod cauſatum eſt; actus uerò forma; quare anima. Manifeſtum autem. Continuat ſecundam hanc Auerro. & clara eſt. Duo facit Ariſto. primò probat eam eſſe cauſam in genere cauſæ finalis; ſecundò diſtinguit finem in primo duo facit; primò ponit concluſionem: ſecundò à ſimili eam confirmat. concluſio clara eſt: à ſimili tamen confirmat; nam ſicuti ab intellectu practico non cernimus quidquam, qđ perductum temere ſit; quia ex ſententia Alberti intellectus practicus in mechanicis, propter quod mouet materiam, determinatè operatur, ut inducat formam artis, quod eſt bonum artis illius; quandoquidem ars quælibet boni alicuius eſt operatrix; quemadmodum architectus omnia præparat, ut domum ipſam ad finem deducat: ſic & natura ipſa quidquid operatur, propter finem determinatum operatur. de his autem in fine ſecundi phyſic. abundè uidendum eſt. Finis autem naturæ operatricis, anima eſt. & ratione confirmat Ariſtoteles; quia omnia corpora naturalia ſunt inſtrumenta animæ. Auerroes habebat in ſuo textu. Et in omnibus. ubi uult, quòd omnia ſint propter animam: & poteſt deduci; quia elementa ſunt ꝑpter miſta; & miſta ꝑpter animam; & demũ omnia propter hominẽ: nanq;, ut Ariſto. in libello de inceſſu, homo eſt maximè

ſecundùm naturam inter cętera animalia: atquo modo inanimata dicantur inſtrumenta animæ, nõ apparet. Sanct. Thom. exponit; Nam homines ad ſui commodum vtuntur animalibus, plantis, & rebus inanimatis; animalia uerò, plantis, & rebus inanimatis; plantæ ſiquidem, rebus inanimatis; quatenus ab eis nutrimentum capiunt, & commodum. & ſic imperfecta, naturæ ordine, ad commodum perfectorum ordinata ſunt. Græci autem expoſitores non trahunt ly, inſtrumenta, ad uſum entium, & conſequenter ad inanimata, ſed ad animata duntaxat: ut ſit ſenſus ex ſententia Simplicii, & Philoponi, quòd anima ob id dicitur cuius cauſa; quia animalium, & plantarum corpora, animæ ſunt inſtrumenta; inſtrumenta etenim ad uſum utentis ſunt; ut operari poſſit. corpora itaq; naturalia (animata dico) inquit Philoponus, finem habent animam utentem. & talis expoſitio magis facit ad textum; quandoquidem ſermo ſit, quomodo anima dicatur finis in corporibus animatis. Dupliciter. Egidius de Latinis dicit hoc feciſſe, ne laboret in ęquiuoco; quia ſupra dixerat animam eſſe finem, tam corporum animatorum, quàm inanimatorum; cum utriſque eodem modo non dicatur finis, diſtinxit; quia reſpectu inanimatorum, eſt finis, ab extra; & ſic intelligitur, gratia cuius: reſpectu uerò animatorum eſt ad intra; & ſic intelligitur finis cui. iſta expoſitio non ſtat cum Ariſtotele; quandoquidem mentionem non faciat de corporibus inanimatis, ut ſupra dictum eſt. ſecundò inanimata, ut ſuperiùs dicebat Sanct. Thom. ordinari ad animam, ut inſtrumenta, non habet ueritatem, niſi uiolentam; quia non ordinantur, niſi ratione commodi, & uictus. modò, ut ſic, non dicuntur ordinari ad animam, quia illa non nutritur, neque commoda capit ab his inferioribus; ſed homo eſt, ad quem ordinari dicuntur, & cæt. quare dicendum eſt cum Auerroe, & Græcis omnibus, quòd anima eſt cauſa finalis, ſi ad corpus comparatur; quia propter illam corpus organicum eſt, cum materia ad formam ordinetur, & propter illam ſit, ſecundo phyſico. 26. primo animæ 53. ſecundo animę 60. &, ut ſic, gratia cuius dicitur. ſecundo modo dicitur finis, ut comparatur ad animatum; quia, ut Simplicius notat, anima non modò eſt cauſa uiuere; ſed eſt cauſa perfectè uiuere; &, ut ſic, eſt finis cui. Auerroes habebat in ſuo textu; Cuius. idem ſonat. dicit tamen, quòd anima, & corpus ſunt propter animatum; non tamen, quòd ſit finis animæ, ſed ſit, in quo anima repetitur.

At uerò. In hac tertia parte oſtendit animam cauſam eſſe, unde motus. Notat Simplicius, quòd id, quod per generationem ſubſtat, conſueuit actiuum dicere Ariſto. quod uerò abſque generatione tale eſt, finale: cum autem agat modò de corporibus non æternis, ſed motalibus; manifeſtum, quòd per generationem ſubſtantiata ſunt; quare poſuit motricem actiuam, quatenus ſecundùm naturam animalia ipſa mouet: & cum tres ſint ſpecies motus quinto phyſi. 9. declatar ſecundùm ſingulam moueri animal ab anima; & primò ſecundùm localem motum; excipit tamen uiuētia quędam, id eſt animalia, ut bene exponit Auer. nanq; zoophita motu progreſsiuo non mouentur. &, ne fortè huius occaſione quiſpiam diceret, quòd non omnis anima principium eſt actiuum, ex ſententia Philoponi, addit eam eſſe cauſam aliorum motuum: eſt etiam cauſa alterationis; quia ſenſationis. Auer. ponit motum hunc, motum exiſtimatum; quia ſenſatio propriè alteratio uera non eſt, quæ eſt corruptiua ſcilicet. Ex hoc textu accepit Ioan. Iand. quòd detur ſenſus agens. Hiſpa. carpit Ioan. quia in tex. dicit ſenſus quædam alteratio uidetur eſſe. dixit, Videtur, opinatiuè, quia ſenſatio non eſt vera alteratio, niſi perfectiua, At redargutio iſta nulla eſt; quia ſenſatio, quæcunq; ſit, vel vera, vel exiſtimata, eſt quædam operatio, quę recipitur in ſenſu, ut in paſsiuo; nã ſentire in quodã pati eſt, ut infra palàm erit; ergo ab aliquo actiuo: ſi uerò nunquam ab anima; erit ergo falſum, quod dicit Ariſto. animam eſſe, unde motus reſpectu ſenſationis. & Them. dicit; Deinde alterationem, quę ſentiendo fit. & addit; Fit enim proculdubio quædam, quaſi alteratio, cum ſentimus.

Oſtendit quinetiam animam eſſe cauſam augmenti, & diminutionis: & illã probat per hoc, quòd nutriuntur animalia; nam omne, quod nutritur, habet communicationem cũ uita: ſed omne, quod augetur, & diminuitur ſecundùm naturam, alitur; ergo omne tale habet uitam: quare & augmentũ, & diminutio ab anima eſt. Simplicius ob minorem ſyllogiſmi dubitat; quia non tantum uidentur animata nutriri, ſed & inanimata: & rõ eſt, qa talia & augentur, & minuuntur; lapides enim creſcunt. Reſpondet ad hoc Philoponus, & Simplicius, ꝙ tametſi lapides augeri, & creſcere uideantur, non eſt propriè tale, quod augmentum dicitur; at augmentum dicimus fieri per unamquamque partem, & per partes organicas: modò inanimata, neque partes habent organicas, neq; ſecundùm omnes ſui partes augentur; quare lapis non fit maior augmento; ſed iuxta poſitione.

Empedocles autem. Auer. in pate continuatiua ponit talem intentionem: intendit ſcilicet declarare Empedoclis errorem. qui uolebat augmentum fieri ab elementis, & non ab anima: & hoc faciebat dubium; quia, ut Simplicius ait, ꝙ localis motus, quòd alteratio ſenſitiua intrinſecus fiat ab anima, palàm eſt; ſed, quòd auctio, & diminutio, dubium. Tex. diuiditur in duas partes; in prima ponit errorem Empedoclis: in ſecunda oſtendit, quòd malè accepit Empedo. prima pars ſatis nota apud Auerroem, & cæteros expoſitores uolebat enim plantarum radices ob id terræ infixas; quia inter alias partes maximè terreæ eſſent, & aqueę; ramos uerò uerſus aerem pullulare, & frondeſcere; quia maximè aerei, atque ignei: quamobrem omnia de augmento elementis committebat Empedocles. Neque enim. In hac ſecunda parte damnat Empedoclem: & tria facit; primò, quòd nõ benè accepit ſurſum, & deorſum; ſecundò ponit ad hoc rationem; tertiò illam declarat. primam exponens Auer. dicit, quòd, dan- T. c. 38.

do

do cauſam motus contrarij, qui inuenitur in augmento, dicit falſum. Albertus declarar hanc cauſam, quam dabar Empedocles, quòd leuia ſurſum attollcrentur; grauia verò deorſum deſcenderẽt. & ſuerunt tres rationes; inter quas potiſsima eſt; quia nutrimentũ videtur ad membra naturaliter moueri; & non vi tractus; qui eſt motus violẽtus: quare non niſi leuia ſurſum attolluntur naturaliter; & grauia eodem modo ſeorſum deſcendunt: argumento ſunt animalium partes; quandoquidem, quę inferiores, ſunt craſsiores, vt in mulieribus; quarum ſrigiditate condenſatum fermè nutrimentum deorſum trahitur: inde nates, crura, & inferiora cætera craſsiora redduntur: quæ verò ſuperiora, graciliora fiunt; vt brachia, humeri, & reſidua. ad quæ nutrienda, cibus, cui aqua dominatur, & terra; caliditate poſtea naturali ignitus, ad mouetur. Et addit Auerr. quòd non bene accepit; quia ſermo talis neque in parte, neque in ñatura, neque in potentia, verus eſt: quòd non in parte ſunt duæ expoſitiones. Thera. quia ſunt animalia, vt irrationabilia; quorum ſuperior pars non reſpicit vniuerſi ſuperius, nec inferius; nam ſunt capite prona: quare bruta in parte cum vniuerſo nõ conueniunt; quia eorum caput non eſt ſuperius vniuerſi. altera expoſitio Sueſ. non conueniunt in parte, id eſt, licèt in plantis concedamus, quòd rami concauum reſpicientes, ſuperius ſint, ſicuti, & concauum eſt ſuperius; quanquàm dicatur hoc ſecundùm opinionem vulgarium; tamen in pluribus animalibus non poterimus hoc concedere; quæ habent caput pronum, vt dictum eſt: & hæc melior eſt expoſitio. addit Auerr. Et veritas. deducit ſecundam, quòd non in natura. & dicit hoc ſecundum veritatem: ex quo apparet primum dictum eſſe, ſecundùm opinionem vulgarium; nam natura ſuperioris in viuentibus eſt, quòd per ipſum nutrimentum capiant, & ſit origo motuum; ſic & concauum origo motuum inferiorum; quare in natura conueniunt. modò ſuperius, vt ſic, in plantis, radicibus in deorſum mundi eſt; quare in natura non conueniunt. Et, quia diceret aliquis; Quare eſt, quòd ſuperius plantarum, inferius eſt? Satis facit Auer. quòd tale quid caſu contingit cõgregatio talis. & notat. Sueſ. quòd eſſe caſu contingit duobus modis; vel reſpectu generis; vel reſpectu ſpeciei: primo modo verum eſt; quia non cõperit cuilibet viuenti: ſecundo verò modo non caſu; imò per ſe; quandoquidem plantæ à terra proprium capiant nutrimentum. non deduxit tertium; quia idem eſt, & de natura, & de potentia dixiſſe. Non enim eadem. Ponit cauſam Ariſto. & ratio eſt, quòd non omnibus ſcilicet viuentibus idem eſt ſurſum, & deorſum, & omni, id eſt mundo. ſic appellauit 1. cœ. 3. Dubitatur ab Hiſpano; quia Ariſtot. 2. cę. 14. dicit, quòd pòlus articus eſt locus deorſum; antarticus verò eſt locus ſurſum: quare malè poſuit locum ſurſum, quò leue fertur; & deorſum, quò graue. Ad quod dicendum, quòd tales differentiæ poſitionis poſſunt conſiderari, vt ſunt partes cęli; quatenus ſcilicet animal magnum dicitur, habens pedes, & caput; &, vt ſic, 2. cœ. determinauit: altero modo, vt in ſphæra actiuorum, & paſsiuorum: & hoc modo hic verificatur dictum. Sed ſicut caput. Declarat modò rationem poſitam. repetit Auerr. exponens; nam, tametſi ſuperius in plantis, & in cęlo in eadem ſint parte; non tamen in natura conueniunt; quia id, quod in animalibus caput eſt; ei proportionale ſunt radices plantarum; quanquam inter animalia ſolus homo erectus incedit ex ſententia Ariſt. ſecũdo de partibus animalium cap. 10. & in libello de ſomno, & vigilia; & in libello de inceſſu; & in libello de reſpiratione. caput itaque in plantis eſt radix. Ariſtoteles de longit. & bre. & in libello de iuuentute, & ſenectute; plantæ ſurſum habent in terra: & probat hoc per operationes; illæ nanque ſunt, quæ formas notant. 9. metaph. 7. 1. cę. 8. Cum itaque eædem ſint operationes in plãtis per radices, quæ in animalibus per ora; manifeſtum eſt, quòd partes illæ ad inuicem proportionantur. Aſſumptum illud patet; quia ita animalia ore nutrimentum capiunt; ſicuti plantæ radicibus. Cõſequentia pariter nota; quia partes organicæ, ſeu inſtrumenta ipſa, non alia de cauſa dicuntur eadem, aut diuerſa, niſi ob identitatem, aut diuerſitatem operationum: quare ex his concludit Auer. cum Philopono, quòd ſurſum in plantis eſt deorſum in mundo. & addit Auer. quoniam, ſi conceſſerimus, quòd eſſet inferiùs; tunc dicendum eſſet, ꝙ in plantis eſſet caſu, non ratione eiuſdem naturę ſcilicet, quòd inferiùs ſit, ad quod grauia: ſuperiùs verò, ad quod leuia. & format duas conſequentias prima, quoniam, ſi ita eſſet; tunc neque ſuperiùs, neque inferiùs haberet animal: ſecunda, neq; natura ſuperioris, & inferioris in plantis, & animalibus eſſet eadem. Deducitur prima; quia in animalium partibus non eſt inuenire partem unam; ad quam leuia ſolùm; aut ad quam grauia ſolùm deferantur: caput enim, quod ſupremum eſt, quodq; eſt oſsibus munitum, in quibus, quæ grauia ſunt, dominantur elementa: modò, ſi eadem natura ſuperioris, & inferioris, quæ eſt in plantis, eſt & in uniuerſo; ſequetur, quòd, quæ eſt in plantis, non eſt eadem, quę eſt in animalibus: & ſic utraque deducta eſt. vltimò Auerr. corollarium ponit, quòd ſcilicet animal habet caput tanquam principium ſenſus; vt plantæ habent radices, tanquam principium nutrimenti. Sed contra dictum Auerr. ſunt uerba Ariſtotelis in libello de iuuent. & ſenectu. vbi habet; Senſiterium commune in corde eſſe neceſſe eſt. Pro Auerro. dicendum, quòd ipſe dicit. 2. col. cap. 20. quòd ſenſus ſunt in corde, tanquam in radice; manifeſtantur tamen in capite. Them. aliter dicit, & iudicio meo magis ad text. ſcilicet, quòd ſimile eſt de capite in animali, & de radicibus in plantis; quia vtrunque per vtrãque partem nutrimentum recipit: neque poteſt excuſari Empedocles, quòd animaduerterit cauſam duntaxat materialem reddere, ut conſueuit Ariſt. & in alijs rebus naturalibus ponere; quia, ut inquit Philoponus, non magis terreæ ſunt radices, quàm rami, vbique, quod terreum eſt, abundat. Errauit itaque manifeſtè Empedocles.

Ad hæc

T.c.39. Ad hæc antem, quid eſt. In hoc commento neque continuationem, neque intentionem ponit Auer. quia eſt nota ex ſe, quando quidem rurſus Empedoclem redarguat: primò itaque introducit textum: ſecundò ſententiam verbis applicat, & conſequentiæ. & fundamentum introductionis eſt; quia videmus nos, quòd eadem pars mouetur, & ad ſuperius, & ad inferius ſimul; nam idem membrum animalis ſecundùm omnem poſitionis differentiam mouetur, quando augetur: tunc capiatur vna pars animalis, quæ augetur; cum talis unica ſit, certum eſt. quòd habet vnicum principium motus: cum uerò moueatur motibus contrarijs in ſimul, certum eſt, quòd non mouetur ab elemento; quoniam tale principium non moueret, niſi determinatè ad vnam poſitionis differentiam: neque tale poteſt eſſe corpus miſtum; quia ab elemento prædominante mouebitur 1. cœl. 5. 7. quare idem, quod prius. & dicit Auerr. in ſenſu, intelligendo partem animalis; aut natura, intelligendo partem plantæ: & tunc deſtruit ſecundam partem, quæ eſt; ſi partes iſtæ fuerint ſpecie diuerſe, erunt in oppoſitas illas partes principia diuerſa: quòd ſi ſimplicia, aut miſta fuerint; quærẽdum erit, quid fuerit continens illas. Textus partitur in duas partes: in prima format in uirtute ſyllogiſmum hypoteticum diuiſiuum; in ſecunda ponit intentam concluſionem. ſyllogiſmus ſit talis; Aut eſt aliquod continens elementa, quæ ſurſum ſcilicet, & deorſum ad nutriendum mouentur; aut nullum: ſecundum non eſt dicendum; quia ab inuicem ſepararentur: & tunc, ut bene notat S. Thom. eſſet diuiſio, non augmentum: ſi primum, non eſt dicendum, quòd illud continens ſit elementum; aut ex eis miſtum; quia idem, quod prius: relinquitur itaque, quòd ſit anima; cum talis potentia elementorum non ſit, ut inquit Auerro. concludit in ſecunda parte; Anima eſt cauſa alimenti, & augmenti: & per hoc, ut bene notat Albertus inter Latinos, facilis eſt reſpõſio ad rationes Empedoclis. Ad illam, quòd nutrimẽti motus ſurſum eſſet uiolentus, non naturalis; dicendum, quòd tractus, ſi fiat ab extra paſſo non conferente uim, quòd eſt motus uiolentus. & de hoc egit 7. phyſic. at, ſi trahens aliquid ſuę virtutis generat in tracto, vt magnes in ferro, eſt in cauſa, quòd ad mouens, naturaliter moueatur: quo naturali motu trahitur cibus ad membra; quandoquidem membrum ipſum nutrimento largiatur virtutem, per quam naturaliter mouetur, ut ad locum ſuæ formę, ſiue ſpeciei, à qua complementum accipit illius virtutis, quæ generata eſt in ipſo per actionem animæ, quę eſt actus membrorum. neque repugnat, quãquam fœminæ nutriantur magis in inferioribus partibus; quia tale quid eſt caloris defectu; cum calor ſit inſtrumentum animæ; & deficiente inſtrumento, aut nullæ fiunt operationes; aut non bene fiũt. At opinionem Empedoclis contra conſequentiã Ariſtot. duæ maximè videntur confirmare rationes: prima eſt; Non ualet, elementa continentur; ergo ab anima; quia in ſphęra actiuorum, & paſſiuorum oppoſitum videmus, ipſa ſcilicet contineri; & non ab anima, ſed potius amicitia vniuerſi; quam ipſe ponebat cauſam: deinde conceſſo adhuc, quòd ab anima, non tamen uidetur ſequi; ergo anima principium eſt augmenti; quia anima poteſt quidem continere elementa; ipſa tamen facere actionem, & nutritionem nequit. Pro neceſſitate conſequentiæ Ariſtotelis, ſunt propoſitiones declaratæ in Auer. quarum fundamentum potiſſimùm eſt, quòd motus eſt in diuerſas partes in animali, quinimo in eadem animalis parte: talis ab vna duntaxat potentia elementali fieri nõ poteſt, vt dictum eſt: non à duabus; quia dabitur aliquid continens. quòd ſi dicat; Erit amicitia elementorum. A pari dicam in lapide, aut auro, elementa amicitia continentur; non tamen in diuerſas partes moueri poſſunt, uerùm ad determinatam, ab elemento ſcilicet prædominante: quare pręter illam amicitiam ponendum eſt aliquod, & quod cõtineat; & quod in diuerſas partes moueat: quod quidem, cum nec elementũ, neq; miſtum ſit, erit neceſſariò, aut cœlum, aut anima: quia omnia, quæ reperiuntur, aut ſunt de natura elementi; aut cœlum, aut anima: ſed non eſt cœlũ, quia eſt agens vniuerſale, & non determinatum ad hoc animal, aut plantam: relinquitur itaque, quòd ſit anima; quia illa, & continet, & mouet, vt dictum eſt.

T.c.40. Videtur autem quibuſdam. Auerr. in parte continuatiua intentionem ponit, & eſt; Cum deſtruxit opinionem illam Empedoclis, quòd ignis, & terra cauſa eſſent augmenti. & addit Philoponus, & acceperit pro conſtanti animam eſſe tale principium; modò deſtruit alteram opinionem in oppoſitum; quæ erat, quòd ignis eſſet cauſa augmenti. & addit Simplicius, quòd in natura tales ſunt ab opinione Empedoclis diuerſi, inquantum non ponebant ignem, vt concauſam ſcilicet ſimul cum terra; ſed ipſius ignis naturam, determinatam ſcilicet eius formam, ſimpliciter, & verè cauſam eſſe. Textus diuiditur in tres partes: primò ponit opinionem: ſecundò ponit cauſam: tertiò colligit concluſionem. Prima pars ex ſe nota eſt. dixit autem Auerr. ſecundùm quòd ignis; & non, ut talis ignis, notando formam ipſam, ſeu naturam ipſius ignis eſſe veram cauſam augmenti, &c. Et nanq;. In hac ſecũda ponit cauſam, & erigit ipſam Auerr. ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura: Quod conuertit alia in ſui ſubſtantiã, propriè dicitur nutriri, & augeri: ſed ignis conuertit omnia, &c. Ex hoc ſyllogiſmo habetur, quòd ignis potiſſimùm eſt, quod augetur, & nutritur; quinimo per eſſentiam: quare inde ſequitur, quòd ſit alijs cauſa, quòd nutriantur, & augeantur; quia, quod eſt tale per eſſentiam, cauſa eſt alijs, quæ talia dicuntur per participationem. & eſt regula Philoſophi 2. metaph. 4. de igne calido: hoc cõfirmat Philoponus. Cum enim de ſimplicibus ſolus ignis nutriatur, ut ſecundùm conſuetudinem dicitur, & potiſſimùm apud Poetas dicentes, ignem omnia deuorare; manifeſtum, quòd & in miſtis cauſa erit taliũ operationũ. idem & Simplicius. quomodo verò talem ſibi finxerint opinionẽ, optime declarat Albertus: nanq; alitur ignis, quatenus educit

ſubtile

ſubtile humidũ de calefactis, & connaleſcit,& ſuſtentatur in ipſo. Videbant deinde iſti ignem non nutritum perire per continnam ſui materiæ perditionem; euolant ſemper aſcendendo materiales partes ignis; quare indiget deperditi reſtauratione;& omne tale nutritur; ergo &c. augmenti quinetiam ratio capiebatur ex hoc, quia per ingreſſum alterius corporis in poros eius, quod augetur, augmentũ fit: modò nihil eſt tam poroſum, vt ignis eſt ratione ſuæ maximę caliditatis, & ſiccitatis. Vnde, &. Colligit in hac tertia particula concluſionem:& totum manifeſtum eſt.

T.c.41. Hoc autem concauſa. Auer. in parte continuatiua ponit intentionem; & eſt, ꝙ incipit narrare partem veram, & partem falſam huius poſitionis. Textus in parte duas: in prima ponit vnam concluſionem, in ſecunda illam probat. In concluſione ponit tria dicta; primum, ꝙ verum eſt, ꝙ ſcilicet ignis concurrit; ſed, vt concauſa; & hanc non probat; quia per ſe patet; nam, vt inquit Sanctus Thom. ſi quod debet nutriri, neceſſarium eſt, ꝙ præcedat digeſtio: modò digeſtio omnis fit à calido, ſententia Ariſtotelis in libello de morte; ſententia Galeni ſecundo reg. acut. 23. erit igitur ignis, tanquam animæ inſtrumentum. Secundum dictum eſt; Non tamen ſimpliciter cauſa. notauit Philoponus ly, ſimpliciter, quod dictum fuit ſupra ſecundùm illorum poſitionem: quare hoc deſtruit poſitionem ipſorum. Et in hoc peccabant; quia in alimentum non operatur ignis, vt cauſa principalis; ſed ſpecies viui corporis, & ſpecies animæ; quandoquidem, ex ſententia Alberti, non alterat ad ſpeciem ignis, ſed ad ſpeciẽ carnis, ſiue ad ſpeciem viui corporis. nec valent; quæ ſuperius dictæ ſunt rationes pro confirmatione illius poſitionis: dicimus enim ꝙ ignis non augetur; quia non ingreditur aliquid ignem, vt ignẽ nutriat; & poroſitates impleat ignis; ſed diffunditur ipſe per generationem formæ ignis in materia aliena: neque nutritur; quia non attrahit illud ſubtile humidum, vt illo cibetur; ſed potius, vt in illo generetur, tanquam in prima materia. quod verò dicunt, deperditionem fieri ſecundùm materiam. Dicendum, ꝙ accidit igni, quatenus in loco eſt alieno; per hoc enim materiæ partes plus igni ſimiles euolant intendentes ire ad locũ proprium: nec propter hoc intendit ſuipſius corruptionem; ſed melius ſaluari in loco proprio. Galenus in libello de tabe, aduerſus tenentes calorẽ naturalem igni ſimilem eſſe; tum, quia ſuper poſitis pluribus lignis tenebricoſus eleuatur fumus, & cum eo ignis, quouſq; lignis dominetur illis, & redditur clarior; tũ, quia ſi lignorũ inopia fuerit, exiccatur quodam modo, atq; extinguitur ignis: quibus dictis modis cõparabatur calori; primo in pueris valdè humidis; mox ſenibus, ob defectum humoris. Inquit Galenus non aduertunt, ꝙ ortus flammæ eſt ex interitu materiæ, de qua ea eſt accenſa: animalia verò non ſic ſuum innatum habent calorem, ſed potius, vt ab eo augerẽtur, & ab eo etiam regerentur. Tertium dictum; Sed magis ab anima. Bene exponit Auerr. ꝙ anima eſt verè principium, & veriſsima cauſa; quandoquidem ignis concauſa, & inſtrumentum dicendus ſit magis. & addit, quòd in eo magis dominatur alterare, quàm in alijs elementis; & ideo dominatur in corporibus nutribilibus. Ignis.n. Format Ariſt. talem rationem; Ignis facit augmentum in infinitum; ſed natura conſtantia non augentur in infinitum, ſed habent terminum; ergo talia non augẽtur ab igne. Vtranq; præmiſſam declarat Auer. & primam; nam, ſi fuerit ignis primum alterans, ſecundùm ꝙ ignis eſt, & nõ regulatus à cauſa alia ſuperiori; tunc in motu nõ terminabitur; ſed creſcet ſemper, quantum fuerit appoſitum combuſtibile. & hoc modo ad maleficium declinabit. quod optimè Philoponus declarat per locum à ſimili de arte: nam inſtrumenta artis, ſi ſecundùm rationem artis regulata fuerint, finem ſibi proprium conſequentur: ꝙ, ſi per ſeipſa operarentur ab artifice dimiſſa, damnum, & deſtructionem parerẽt. exemplo palàm fiet; ſi quiſpiam medicinale poculum hauſerit; & non à perito Medico regulatum; ad interitum bibet. ꝙ, ſi & ignis ſuæ dimittatur naturæ, nempe cremabit omnia; omnia in cinerem cõuertet. At videtur Philoſophus in propoſitionibus hiſce implicare. In altera ponit naturalia eſſe terminata; in reliqua, ꝙ ignis in infinitum augetur; & tamen ignis corpus eſt naturale. Ad hoc dantur duæ reſponſiones: altera ab Egidio, ꝙ corpora ſimplicia, quantum ex ſe eſt, non habent terminũ: ſed corpora animata, & omnia eterogenea, bene habent terminum certum, quantũ eſt ex ſe. & de his intelligitur dictum philoſophi hic, natura conſtantium. addit quinetiam Egidius, ꝙ ignis ex parte formæ poteſt in infinitum creſcere; quia, quantum eſt ex parte ſui, ſi cõtinuè apponeretur combuſtibile, in infinitũ creſceret vtique, & fieret infinitus. Sed hoc repugnat; quia non inuenitur materia, quæ ſit infinita. At nulla iſtarum peripatetica eſt: non prima; nã apud Auer. verum quidem eſt, quòd corpora ſimplicia carent figura, & termino; & maximè appropinquantur primæ materię. 8. phyſic. 82. 1. cę. 85. 4. cę. 39. & credendum non eſt, quod ob id infinita; ſed ad iſtum ſenſum voluit; quia ſcilicet figurabilia, ac terminabilia ſunt à quibuſcunque corporibus terminatarum dimenſionũ: ſententia Ariſt. eſt 4. phyſic. 76. ꝙ, ſi quis poſuerit in aqua corpus cubicum; vtique aqua cubicè figurabitur: cũ hoc deinde ſtat corpora ſimplicia, quatenus naturalia ſunt, eſſe terminata: ſententia eſt Auer. 2. ani. 97. vbi dicit; Minima dimenſio, quam materia recipit, eſt dimenſio terræ; maxima autem eſt dimenſio ignis. ſecunda etiam reſponſio Egidij peccat; nam ex 6. phyſic. 91. id dicitur repugnare alicui ſecundùm formam, quod, ſi addatur formæ, formam variat, & ſecundùm nomen, & ſecũdùm diffinitionem. modò, ſi addatur formæ ignis cremẽtum in infinitum; nõ vltra erit forma ignis: quinimo nec ſub genere, nec ſub ſpecie collocabitur; quia protinus vigor eius infinitus erit; & in inſtanti operabitur. Quare ad dubium dicendum eſt cum Ariſtotele & Auer. ꝙ illa maior ſic intelligi

ligi

ligi debet per reſpectum ad corpus animatum; quaſi dicat, ſi ignis in corpore animato augmentũ faceret; excederet per infinitum, ideſt quamcunque magnitudinem animati corporis excederet terminatam, exceſſu ſcilicet incomparabili: non tamen, quòd voluerit ignem infinitum reddi; ſed bene in infinitum ſucceſſiuè creſcit. minor manifeſta eſt apud Auer. & addit; Notandum, corpora ſcilicet naturalia terminatæ quantitatis eſſe. quod probauit in Anaxagoram Philoſophus à 36. vſque ad 39. primi phyſicorum. vltimò concluſionem ponit: & eſt, quòd non ab igne, ſed ab anima, & à ratione magis, quàm a materia. Pro his verbis notandum, quòd calor naturalis comparatur ad animam, vt inſtrumentum, & vt materia. primo modo ad ipſum anima ſe habet, vt agens; ſecundo modo, ſe habet, vt forma: de primo meminit Philoſophus in libello de ſpiratione; vbi ait; Anima cum calore operatur in animalibus. de ſecundo agit in libello de morte; vbi dicit; Anima vnitur calori naturali: actio itaque augmenti principali attribuitur agenti, quod anima eſt, vel formę. &, vt bene inquit Auer. alterare ſcilicet ad augmentũ, igni attribuitur; ſed alterare ad talem terminũ, debet attribui animæ. & reſiduum notum. Elicitur tamen ex tex. Auer. vt notauit Hiſpanus, vnum fundamentum, quod videtur contra Medicos; cũ dicat Auer. Et ideo neceſſe eſt, vt dominãs in corporibus nutribilibus ſit ignis: quare ſequitur, ꝙ omnia, quæ nutriuntur, ſint à prędominio calida; & ſic erunt omnia animalia, & omnes plantæ. Et Ariſt. ſecundo de partibus animalium, cap. 3. dicit, quòd alimentum in omnibus, quæ nutriuntur, conſtat ex humido, & ſicco: quorum concoctio non niſi per caloris vim fit: quare propter hanc cauſam principium caloris naturalis neceſſarium eſt. Contrarium huius in pleriſque & animalibus, & plantis tenent Medici. Gale. 7. de ſimplici medicina. cap. 101. ponit papauera omnia frigida: quanquam apud indoctos Medicos in ſexto eiuſdem cap. 42. videtur ea poni aperitiua; quare calida. animalia quinetiam, vt formica, inſecta, & capo gruis, frigidæ complexionis ſunt. Ariſtot. & ipſe ſecundo de gener. & corrup. 49. videtur oppugnare; quandoquidem ponat miſta omnia à prædominio aquea, & terrea. Soluit Otrant. quòd ſecundùm molem, terra dominatur; ſecundùm tamen virtutem, ignis; quare canis deſcendens de turri, proiectus, ſecundùm molem deſcendit; nutritur. tamen, & augetur, ſecundùm virtutem. At cõtra; vbi eſt maioritas molis, ibi & virtutis: quare, ſi in hoc miſto eſt plus de terra ſecundùm molem; erit etiam plus de illa ſecundùm virtutem. nec poteſt ſtare illa reſponſio Otrant. quòd intelligitur de his, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, vt de terra maiori, & terra minori; & non, quæ ſunt diuerſarum ſpecierum: quia, & ſi fortè minor ignis haberet virtutem maiorem ſeorſum à terra, quàm maior pars terræ; non tamen in miſto poterit verificari; quia ſuperatur omnino à terra; quare & ſecundùm virtutem; præſertim illa quæ frigidiſſima ſunt, vt inſquiamus, & mandragora, ex ſententia principis 2. canon. cap. proprio. Quare dicendum, & melius cum Hiſpano, ꝙ in miſtis temperatura datur innata: & hęc reſultat ex qualitatibus elementorum inter ſe, & ex complexionibus mẽbrorum inter ſe: &, vt ſic, omnia animalia dicuntur frigida; quia terra dominatur talibus: quinimo ſanguis ſecundùm propriam naturam frigidus eſt; aſſociatione tamen ſpirituum redditur calidus. Ariſtote. 2. de partibus animalium cap. 2. 3. 9. alia complexio dicitur per influentiam; quia cor influit complexionem ſuam alijs membris: dat enim calorem capiti; & ibi redditur tẽperatus; inde homo prudens, ut 2. de gener. animal. cap. 4. & aliis quinetiam membris: nam dicit Ariſt. in libello de iuuentute; Calor naturalis in corde, quo omnia conficiuntur in corpore viuo. &, vt ſic, omne membrum ratione talis complexionis eſt calidum: tertia eſt ex duabus iſtis reſultans; & appellatur innata actuata per influentem, cum neutra per ſe ſufficiat; & hac temperatura, quædam membra dicuntur calida; & quædam dicuntur frigida; vt Princeps prima primi doctrina tertia cap. 2. nanque cor, hepar, caro, calida ſunt; nerui, oſſa, cartilagines; &, quæ ſimilia, ſunt frigida; aliqua media. His viſis, complexio animalis, ſi capiatur ex omnibus complexionibus innatis; ſic omne animal eſt frigidum: ſi verò capiatur, vt reſultat ex influentibus; ſic omne animal eſt calidum: & ſic verum eſt dicere, quòd animal conſiſtit in complexione influente: & ſic omne animal viuum eſt calidum comparatum ad ſeipſum mortuum: quare bene dictum eſt; quia calidum, oportet, ꝙ nutriatur: ratione verò innatæ actuatę per influẽtem, quędam ſunt animalia calida; quædam frigida; quædam media.

Dubitatur, vtrum iſtæ operationes proueniant ab anima; & maximè dubium eſt de generare. & arguit Ioan. Iand. quòd non, quia competit inanimatis; nam ignis ignem generat; & mediãte eius caliditate, tanquam inſtrumento; ergo &c. In oppoſitum, quæ retro dicta ſunt, & validiſſimis quidem rationibus ab Ariſt. Pro veritate notandum, quòd anima vegetatiua habet tres operationes, nutrire ſcilicet, augere, & generare: quare & tres habet potentias actiuas; quandoquidem & ipſa actiua ſit: prima potentia nutritiua dicitur; quæ ex ſententia Ariſt. 2. ani. 48. eſt potens conſeruare ſuſcipiens ipſam: cuius operatio ſimul incipit cum animali; & cum eo deſinit; & nutritio dicitur: quæ tribus perficitur actibus, vt eſt ſententia Principis prima primi doct. 6. cap. 2. Ex quorum ſingulorũ defectu, variæ cauſantur ægritudines: primus eſt aſſimilare nutrimentũ mẽbro, tã in ſubſtantia, quàm in qualitatibus: ſecundus eſt appoſitio; vt apponat nutrimentum membro: tertius vnio; vt ſcilicet nutrimentum vniat membro: habet autem ad hæc munera obeunda hæc virtus, quatuor ſibi deſeruientes virtutes, vt eſt ſententia Auer. 3. coll. cap. 21. reſpectu obiecti, vt ſcilicet comparatur ad conſeruandum: prima attractiua, qua ea, quæ conuenientia ſunt, attrahuntur; & talis in ſtomacho, hepate, venis, ac denique in

quacunque corporis parte reperitur: ſecunda eſt digeſtiua, quę primò in ſtomacho, mox in hepate, & venis, poſtremò in membris ſingulis reperitur: tertia expulſiua, qua excrementa per aluum, per vrinam, ſudores, & huiuſcemodi, tranſmittuntur: vltima eſt retentiua, quæ coniungit nutrimentum membro, & attractum retinet, ne facilè dilabatur. Huius virtutis finis eſt reſtauratio deperditi; inſtrumentum verò, quo operatur, eſt calor naturalis; qui non qualitas, ſed ſubſtantia quædam calida eſt: quare vegetatina anima per potentiam nutritiuam; & illa per calorem naturalem, qui corpus calidum eſt, nutrit; &, vt potentia organica, habet os, ſtomachum, hepar, venas, & ſimilia. Secunda potentia augmentatiua eſt; & ratione à natura conceſſa eſt; quia animalia, vt infra palàm erit, tribus de cauſis, primò generantur parua: ratione loci, matricis ſcilicet: ratione materię; quia ſemen, ex quo generatur, non in magna eſt quantitate: ratione finis; quia mulier, ſi tam magnum in vtero geſtaret, aggrauaretur, ita vt immobilis fieret; & talis bene incipit cum animali; ſed non deſinit cum animali: operatio cuius eſt apponere,

Gal. ſecundo virt. natura. Menſtruus à femine attractus, veluti vos per omnem ſeminis partem, diffunditur, ita vt illum facile ſemen vincat, celeriter aſſimilat, & ſibi nutrimentũ facit: attrahit & ſecũdo & tertio, quemſquemolem ſibi ſuſtam ex nutritione adijciat: ſecundo ſuccedit alteratrix à tertio formatrix.

aſsimilare, vnire, ſed maius, quàm fuerit deperditum: quòd, ſi minus, diminutiua erit, vt in ſenibus: & eſt extenſio nutrimenti, aut partis ſecundùm omnem diametrum ex cibo: neque fieri poſſet augmentatio ſine generatione ſubſtantiæ: quæ non à virtute augmentatiua, ſed nutritiua. Finis huius eſt attingentia debitæ quantitatis: inſtrumentum eſt calor naturalis; ſed fortior, & maior, quàm ſit in virtute nutritiua; organa eadem, quæ nutritiuæ. Tertia per ordinem eſt potentia generatiua, quæ cæteris præſtantior eſt; cum & nutritiua, & augmentatiua propter ipſam ſit, 2. ani. 49. Cuiuslibet perfecti finis eſt producere, quale eſt ſeipſum in ſpecie: & illa neque ſimul incipit cum animali, neque cum eo ſimul deſinit; ſed in tempore determinato. operatio eius duplex; altera eſt ſemen decidere ex ſuperfluo alimenti vtili; altera generare quale ipſum eſt. diſtinguitur à nutritiua per primam quia ipſa non eſt, quæ ſemen præparet, ſed nutritiua; quandoquidem per virtutem vltimò digerentem, ſemen præparet: ab ipſa præparatum decidit; & ad vaſa ſeminaria deducit. in quibus non decoquitur vltimò ſanguis ita, vt per vltimam illam digeſtionem in ſanguinem conuertatur, vt voluerunt Medici, ponentes teſtes neceſſarios ad generationē; ſed duntaxat ad melius eſſe. eos perfectis animalibus natura conceſſit; vt meatus aperti teneantur; vt primo de generat. animal. Obiectum eſt illud vltimò decoctum alimentum: Finis eſt pérmanentia in ſpecie ſempiterna. His ſic notatis, ad argumentum optimè reſpondet Io. Iand. quòd æquiuocè generare cõuenit animatis, & inanimatis: inanimata ſiquidem in generando, nihil de ſui ſubſtantia extramittunt: at animata ipſa ſemen à propria ſubſtantia ſegregant; in quo virtus illa informatiua, quæ diuina eſt, intercluditur, vbi & ſpiritus eſt genitiuus; qui ex tribus conſtat ſpiritibus, naturali ſcilicet, animali, & vitali; qui ſpiritus eſt calor quidam incluſus, non ignis, nec facultas ignis aliqua, vt 2. de gene. anim. cap. 3. & natura illius proportionatur elemento ſtellarum, vt 2. de genera. animal. cap. 2. & eſt ibi virtus, quæ dicitur actiua patris, & immutatiua prima, vt quæ oſſa, & neruos primò fabricat: & immutatiua ſecunda; & eſt, quæ membra lineat, & ad perfectionem conducit: at inanimatum nihil de ſe extramittit, ſed materiam duntaxat, quę proxima eſt, tranſmutat, & de potentia ad actum deducit. dat & alias differentias. ſed hæc ſatis.

Quoniam autem eadem. Auer. in parte con- T. c. 42.
tinuatiua intentionem ponit: & intentio eſt loqui de virtute nutritiua; quia eſt magis vniuerſalis: ſupponitur nanque & augmentatiuæ, & generatiuæ potentiæ, vt dictum eſt. & cum ſupra determinauerit volentem de talibus agere potentijs, primò operationes, & ante illas obiecta conſiderare; meritò primò aget de cibo, qui obiectum vegetatiuę animę eſt. Textus in duas diuiditur partes: in prima ponit Ariſt. vnam concluſionem; in ſecunda rationem ad illam concluſionem: prima eſt clara ſatis; Quia eadem potentia nutritiua, & generatiua. Notat hic Philoponus, cum extremas tetigerit Philoſophus, & mediam ipſam, quę augmentatiua eſt, voluiſſe: concludit, neceſſarium eſſe priùs agere de nutrimento. deducit Auerr. per ea, quæ ſuperiùs à Philoſopho determinata ſunt, Dubitatur ſuper dictis Philoſophi, vtrum hæ duæ potentiæ ſint eædem: & manifeſtum eſt, ꝙ non; quia non exiſtente potentia generatiua in puero, nutritiua eſt; ergo diſtinctæ. Ad hoc eſt reſponſio S. Thom. & Philoponi, quòd hæ duę potentiæ eędem dicũtur, comparando eas ad vegetatiuam virtutem, cuius ſunt potentię; inter ſe tamen differunt. confirmatur; quia Ariſtote. ſupra tex. 34. dixit, vegetatiua anima, cuius opera ſunt generare, & alimento vti. At contra hoc inſtatur, probando eaſdem omnino eſſe & iſtas duas potentias; potentiæ ſpecificantur ab obiecto; ſed obiectum illarum duarum eſt vnum; ergo, &c. quia idē nutrimentum vtrique deſeruit. Ad hoc diſtinguendum eſt de nutrimento: ſimpliciter; &, vt ſic, eſt totius animę vegetatiuæ: & ſecundùm diuerſas rationes conſiderandi; &, vt ſic, diuerſimodè dicitur diuerſatum obiectum; vt dictum eſt retrò in quæſtione. At contra hanc reſponſionem inſtatur, & fortiùs; Idem, & eadem ratione formali eſt obiectũ vtriuſque; ergo, &c. Probatur aſſumptum; nam cibus vltimo decoctus, ex quo generatur, quale ipſum eſt, eſt obiectum vtriuſque; ergo, &c. de generatiua, manifeſtum eſt: de nutritiua probatur; nam eadem virtus nutritiua, quæ in eodem viuente eſt, reparando, quod deperditum eſt, generat ſimile in ſpecie. Ioan. Iand. dat plures reſponſiones ad hoc; & modò tenet eas eſſe diuerſas; modò tenet eas ſecundùm ſpeciem, eaſdē. Ad quod dicendum, quòd hæ duæ potentiæ, vt relatæ ad operationes proprias, formaliter differũt. Ad argumentum, negatur, quòd ſit eadem operatio; nam, tametſi vtraque generatio dicatur, quæ tamen nutritiuæ eſt, non propriè generatio, ſed

potius

potius aggeneratio appellabitur; qnia opus ipſius non eſt, producere extra perfectum aliqnod genitum, ſed magis transſubſtantiare in corpus quod per ſeipſum animatum eſt: quę tamen potentiæ, ſi, vt in nutrimentum agunt, conſiderentur; una potentia erunt, quæ principium immediatum operationis appellabitur; & erit de ſecunda ſpecie qualitatis, ut retrò dictum eſt: & talis denominatur à fine, generatiua; namque is dicitur generare ex ſententia Philoponi, qui ad quantitatem debitã deuenerit; quippe qui priùs per aliquot annos nutritus fuit, ut uiripotens diceretur. Separatur. Ponit cauſam, & clara ex ſe eſt, nanque de nutrimento agere oportet; quia per operationem iſtam ab alijs ſeparatur potentijs: quæ operatio, ut Simplicius ait, eſt nutrire.

T. c. 43. Videtur autem eſſe. Auer. neque continuationem, neque intentionem ponit; & ratio eſt; quia in tex. ſuperiori determinauit hoc Ariſtoteles proponens agere de nutrimento. Introductio litterę ponitur à Philopono; nam de nutrimento apud antiquos fuerunt duæ opiniones; quæ uidebantur oppoſitæ: quidam dixerunt nutrimentum eſſe ſimile nutribili; quidam uerò contrarium: & harum utraque opinionum, rationem ſufficientem habebat. Textus diuiditur in duas partes: in prima ponit opinionem quãdam communem de nutrimento, quód ſcilicet ſit contrarium: in ſecunda opinionem communem limitat: in prima quinetiam duo facit; primò ponit concluſionem ſecundùm illam opinionem habentem duas conditiones; in ſecunda ponit rationem conditionis: in prima dicit, quòd nutrimentum eſt contrarium; & eſt prima conditio: ſed non uult omne contrarium; ſed illud duntaxat, quod & nutrit, & augmentat nutribile: & eſt ſecunda conditio. prima nota eſt; quia nutrimentum, antequam conficiatur, contrarium quodammodo eſt. panis nanque, & eſculenta, vt indigeſta, inalterataque ſunt, opponuntur membro nutribili: non enim, ait Philoponus, tranſmutatur ſimile in ſimile; neque contingens in contingens; ſed contrarium in contrarium: non enim album in calidum, ſed in nigrum mutatur, & ſic de alijs. Cum itaque duplex ſit nutrimentum, ex ſententia Simplicij, & quod decoctum, apprimeque digeſtum; & quod crudum; primum ſimile erit nutribili, ſecundum contrarium. addit; Sed non omne contrarium omni contrario nutrimentum eſt; ſed illa duntaxat, quæ in propria mutantur contraria, atque eadem augmentant: qualia accidentia non ſunt: nanque uerum quidem eſt; quòd album fiat ex nigro; ſed non mutatur nigrum in ſubſtantiam albi, ita quòd ipſum nutriat, & augmentet; ſimiliter, neque laborans, ſanum; fit tamen ex laborante, ſanum, & notat Auer. quòd per hoc notat contraria, quæ ſunt in ſubſtantia; quandoquidem has omnes conditiones ſibi perfectè aſciſcant: quare accidentalia non nutriuntur ad inuicem; ſed duntaxat, quæ ſubſtantialia ſunt. hæc ſola addunt aliquid quanto. Fiunt autem. Et in hac ſecunda particula ponit rationem eius, quod dictum eſt: multa ſunt contraria, quæ fiunt ad inuicem; ſed non additur ad quantitatem; quare non decens eſt, vt altera altera nutriant. Videntur autem. In hac parte limitat; & duo facit; primò quod dictum eſt; ſecundò oſtendit, in quibus propriè talia inueniantur corporibus. Primam exponens Auer. dicit, ꝙ & alia contraria, quæ has habent conditiones, nõ ęqualiter contraria dicuntur nutrientia. & manifeſtat exemplo Philoſophus: nanq; aqua, & omnino corpora humida, videntur eſſe nutrimentum ignis, vt oleum, quod ex ſententia Themiſtij ex aere conſtat, & aqua; quorum utrunque humidum eſt: quare eo paſcitur ignis: non tamen è cõuerſo ſequitur, humida ipſa nutriri igne. Quare autem in contrarijs iſtis dixerit hoc Ariſtot. non eſt de expoſitoribus, qui mentionem faciat, Gręcis exceptis. Fuit igitur in cauſa; quia talia, quæ ſe nutriunt, ex ſententia Simplicij, & Philoponi, ita ſe habent, ut alterum ad reliquum comparetur, ut materia ad formam: quare neceſſariò, quod nutrit, materialius; quod uerò nutritur, formalius: ſic alterum in reliquum commodè tranſubſtantiatur, & nutrit, & auget: quod uerò formalius nunquam in id, quod materialius: quare optimè determinauit Ariſt: primo de gener. augmentum fieri per partes formales; & quod augetur, idem eſſe numero; materiale uerò continuè fluere: exẽplum itaque in ſimplicibus accommodatum eſt; aqua etenim reſpectu ignis eſt, ut materia reſpectu formæ: ſic, & quod inanimatum eſt, reſpectu animati: relinquitur itaque ex ſententia Simplicij, quod nutrimentum erit ex mutatione contrarij, non modò ſecundùm qualitatem, ſed ſecundùm quantitatem, & ſubſtantiam, in animatam ſpeciem. In ſimplicibus. Oſtendit talia propriè in ſimplicibus inueniri: in his enim inuenitur propriè, quomodo nutriens nutribili contrarium ſit. notat Hiſpanus, ꝙ in elementis eſt uera contrarietas, ut ponebat Alexan. ex ſententia Auerr. primo phyſic. 52. 5. phyſic. 10. Sed notandum, ꝙ contrarietas eſt duplex; intrinſeca ſcilicet, & extrinſeca: primo modo nulla eſt ſubſtantia, quæ cõtrariatur ſubſtantiæ: ſecundo modo, ut ignis per ſummam caliditatem, aqua per ſummam frigiditatem: & in ſubſtantia ſolùm reperitur contrarietas in elementis. Hæc reſponſio nulla eſt: primò; quia conditiones illæ, quas Ariſt. nutrimento aſcripſit, non competerent ei, ut nutrimentum eſt: nam uerbi gratia aqua eſt nutrimentum igni, non ratione ſuarum qualitatum, ſed ratione propriæ ſubſtantiæ; quia non nutrit ignem, neque augmentat per qualitates, ſed per propriam ſubſtantiam: ſecundò, ſi per poſsibile, uel impoſsibile denudaretur cibus à ſuis qualitatibus, ſequeretur, quòd ſubſtantia cibi, ut ſic, non confecta, aliquo modo poſſet nutrire: quare dicendum, ꝙ illa contrarietas intelligitur intrinſeca; ſed talis poteſt eſſe, & poſitiua, & priuatiua: primo modo non nutrit; quia talis eſt inter accidentia: ſecundo modo nutrit; & de tali ex ſententia Simplicij intellexit Ariſtot. Verba Simplicij; Nutrimentum contrarium nutribili, non uelnti ſpeciei

ſpeciem;

ſpeciem; ſubſtantiæ enim ambæ; & quod nutritur, & quod nutrit; ſed tanquam in nutriente, nutribilis affixa priuatione: potentia eſt, quod nutritur; & ſunt, tanquam priuatio, & forma, contraria. Ex dictis colligitur, quòd nutrimentum eſt contrarium ei, quod nutrit; &, ꝙ eſt humidum à prædominio; quod de facili poteſt conuerti in ſubſtantiam nutribilis.

T. c. 44. Dubitationem autem habet. Auerr. in parte continuatiua introducit textum: & eſt, quòd tametſi inueniatur in elementis & ſenſu, & inductione, quòd contrarium contrarium nutrit; dubitatur tamen propter diuerſorum opiniones circa hoc: quidam enim dicebant ſimile nutriri à ſimili; quidam à contrario contrarium. Textus habet duas partes: in prima ponit dubium; in ſecunda ponit rationem alterius partis huius dubitationis pro confirmatione: prima itaque opinio fuit, quòd ſimile nutriretur à ſimili; & ratio eſt; quia ſimile dicitur augeri à ſimili: nam, ſi ab aliquo diſsimili augeretur, vt benè notat Sanctus Thomas, non eſſet tunc eiuſdem augmentum; ſed naturæ extraneæ adiunctio: quare ſimile à ſimili alitur. alij verò dicebant contrarium à contrario: & ratio fuit; quia nutrimentum patitur à nutribili: modò ſimile non dicitur pati à ſimili; quia id tale dicitur pati realiter, quod alteratur alteratione corruptiua: modò, quod ſimile eſt, non habet, quòd à ſuo ſimili alteretur, ſiue corrumpatur; quare contrarium erit. Alimentum autem. Addit rationem ad partem iſtam; nam alimentum conficitur, decoquitur; ergo mutatur: ſed omnis mutatio eſt de contrario in contrarium, ex ſententia Ariſtotel. 5. phyſic. 7. 6. phyſic. 36. 91. ergo alimentum contrarium.

T. c. 45. Adhuc autem patitur. Auerro. in parte continuatiua abſque alia intentione, expoſitionem, ſeu introductionem tex. aggreditur: in quo Ariſtotel. duo facit: primò format vnam rationem; ſecundò ſoluit antiquorum opiniones oppoſitas: primam introducens Auerro. dupliciter exponit: prima eſt, quòd ſit ratio, quæ iuuat antiquos ponentes alimentum eſſe contrarium, ſoluendo inſtantiam, quæ fieri poſſet contra illam opinionem: & eſt, quòd, ſi nutrimentum eſt contrarium; poterit tunc & nutrimentum, & nutribile adinuicem alterari. Reſpondet Ariſtoteles, quòd non; quia verum quidem eſt, quòd nutrimentum patitur à nutribili: ſed non econuerſo. & manifeſtat per exemplum ſumptum à carpentario: materia etenim carpentarij, vt lignum, & talia, patitur ab ipſo; ſed non carpentarius patitur à materia; ſi quis non appellet mutationem de otio ad exercitium; quod non conuenit, eſſe ſcilicet paſsionem. Et fortè. Dat ſecundam Auerro. quòd ſcilicet præponit hoc Philoſophus, quòd nutribile, & nutrimentum, vtrumque à ſuo compari non patitur; quo declarato, ſoluat antiquorum oppoſitionem de nutrimento. Philoponus dicit, quòd ſupra dixit nutrimentum pati: declarat modò, à quo, & quomodo patiatur. At videtur dubium in textu; quia non modò nutrimentum à nutribili; verùm & nutribile patitur à nutrimento paſsione, quæ eſt alteratio. probatur; quia, ſi in ventriculum ingeratur cibus copioſius, quàm par ſit, repente oſcitantur animalia; & frigidiora redduntur; & imbecilliora effecta iacent. Ad hoc dicendum, quid quid ad præſens ſit de reactione, quòd alimentum, & alitum duobus modis conſiderari poſſunt: primò, quo ad qualitates; &, vt ſic, non eſt negandum, quin occurſu oppoſitæ qualitatis nutrimenti, nutribile alteretur, & remittatur: altero modo vtrunq; conſideratur ſecundùm ſubſtantiam; & ſic nutribile nihil patitur à nutrimento: ſed è conuerſo; quia in ſubſtantia nutrimenti eſt priuatio nutribilis; &, vt ſic, contrarium eſt; quare, vt ſic, patitur; quia in ſubſtantiam nutriti transmutatur. Vtrum autem. In hac ſecunda parte Ariſtoteles ſoluit: & tria facit; primò dubitat; ſecundò ſoluit; tertiò antiquos laudat. de prima notandum ſecundùm Ariſtotelem ſecundo de partibus animalium, capite tertio, quòd datur alimentum, quod nondum digeſtum eſt; & tale ſiccum eſt, & humidum; quod in ore præparatum in ventriculum demiſſum decoquitur; vltimò efficitur ſanguis; & eſt vltimum alimentum. dubitat itaque, nunquid inconfectum debeat dici alimentum; aut, quod vltimo confectum eſt. Si igitur. Soluit ex conditione; Si vtrunq; alimentum dicatur, tunc non erit in dictis oppoſitio; quia id, quod crudum eſt, vt panis, vel caro, potentia dicetur nutrimentum; at, quod vltimò decoctum, aſsimilatumque eſt, actu: & hoc modo non erunt de eodem opiniones, quæ videntur diuerſæ, vel ſaltem non eodem modo. Quare. In hac laudat antiquos, & damnat; quia ſecundùm quid, & in parte rectè dixerunt; ſimpliciter autem non rectè.

Dubitatur hic à modernis, quid voluerit Ariſtotel. intelligere per nutrimentum ſimile; nunquid iam conuerſum in membrum; aut ante vltimum inſtans conuerſi eſſe. Contra primum eſt inſtantia; nam, quod eſt iam conuerſum, non poteſt amplius dici ſimile; ſed appellabitur idem; quia ſimilitudo dicitur inter aliqua duo diuerſa. Contra ſecundum, quia tunc non erit omnimoda ſimilitudo inter nutrimentum, & nutribile; cum in nutrimento reperiatur adhuc priuatio nutribilis. Hiſpanus, & cum eo Sueſ. dicit, quòd nutrimentum in actu, eſt in quo primo in inſtanti illo anima introducta eſt; & eſt pars illa, quæ addita eſt propter reſtaurationem deperditi; & non dicitur nutrimentum, niſi in illo primo inſtanti; in quo eſt verum dicere, nunc vnitur; & immediatè ante hoc, non vniebatur: nanque in illo inſtanti materia recipit formam nutriti; & ſic aſsimilatum in ſubſtantia; & recipit qualitates conſequentes formam nutriti; & ſic aſsimilatum in quali; & conſequitur quinetiam quantitatem conſequentem; & ſic aſsimilatum in quanto: & hoc eſt, ꝙ nutrimentum ſimile,

Ex Alberto 2. an. cap. 8. Notandum, quod cibus trahitur ad mēbrum ratione ſimilitudinis: primo, ut ad magnetē ferrum; ſecūdo ratione vacuitatis in poroſitatibus; tertio ratione caliditatis; quia calor ſurgit cibū, ut ignis oleum; perficitur tamen ante attractionē hanc digeſtionib. quatuor; in ſtomacho, hepate, venis, mēbris. opitulantur ad hæc munera tres virtutes: attractiua, cui villi lōgitudinales deſeruiūt in animalibus, in plantis radices; retētiua, cui tranſuerſales; expulſiua, cui latitudinales.

& actu eſt. quod verò eſt aptum copulari, eſt nutrimentum in potentia; & hoc vel propinqua, verbi gratia, vt cibus digeſtus; vel remota, vt qui factus eſt chylus in ſtomacho; vel adhuc remotiſsima, vt panis in arca: & omnibus modis dicitur nutrimentum contrarium; nanque in ſubſtantia illa chyloſa, cum fæculenta ſit, opponitur in quanto; cum alias qualitates, quàm nutritum contineat, opponitur in quali: &, cum in ea ſit priuatio nutriti, opponitur in ſubſtantia. Ad argumentum reſpondet Sueſ. quòd dicitur illa pars alia, quatenus non eadem eſt cum illis partibus, quæ præerant ante vnionem iſtius; quia omnes partes comparatæ toti ſunt eædem in omnibus accidentibus: quòd, ſi adinuicem comparentur, ſunt aliæ. & huic deciſioni videtur fauere Auerro. in commento, vbi de cibo dicit, quòd differentia eſt inter copulatum, & innatum copulari. At contra hanc reſponſionem videtur facere tex. Ariſtotel. quia alimentum comparatur nutribili, vt materia: ex quo ſequitur, quòd nutribile non patitur à nutrimento eodem paſsionis ordine: at cum primum effectum eſt ſubſtantia membri, animatum eſt, & conſequenter informatum: non itaque erit, vt materia. Præterea Philoſophus laudans, qui ſimile eſſe dixerunt alimentum, dicit, quòd illud eſt ſimile, quod digeſtum eſt. modò tale non dicitur ſubſtantia membri, ſed vltimò præparatum pro ſubſtantia membri. & confirmatur; quia Ariſtoteles ſecundo de partibus cap. tertio, ponit ſanguinem eſſe vltimum alimentum, quod vltimo digeſtum eſt. idem in libello de ſomno, & uigilia; & in libello de iuuentute, & ſenectute; Sanguis eſt ultimum alimentum, ex quo fiunt membra. Pro his, quæ dicta ſunt, notandum, quòd nutrimentum duo dicit; primum id, ex quo nutritur animal; ſecundum id, quod teſtaurat, quod in animali deperditum eſt: primo modo ſanguis dicitur nutrimentum actu, vel ſubſtantia illa alba, quæ ex ſanguine eſt, ex ſententia Auerro. quarto coll. cap. vigeſimotertio; Nutrimentum in membris non fit ex ſanguine, niſi cum fuerit dealbatus: ſecundo modo eſt, quando in inſtanti efficitur pars membri. cum itaque non dicatur membrum actu nutriri, niſi cum fuerit actu nutritio; & talis non fit, niſi quando actu reparatur deperditum; ergo quod actu, & verè nutrimentum eſt, in primo illo inſtanti, in quo efficitur membri pars, eſſe dicitur; neque poſt illud inſtans; quia iam reparauit: quare priuatur nomine nutrimenti, cum & diffinitione; nec ante, quia per quodcunque tempus ante fuit aliqualiter contrarium. confirmatur; quia ex ſententia Auerro. quinto colliget. cap. tertio, primò nutriuntur membra, ſimilia ſcilicet, humiditates radicales exiſtentes in membris, ex cibo iam conuerſo in humiditatem illam albefactam per admiſtionem reciprocam. mox ſequitur; Et hoc fit per decoctionem, quòd illa humiditas ſolideſcat ad ſimilitudinem membri: & decoctio fit per calorem, qui eſt in cibato; & per hanc vltimam decoctionem ſeparatur ſuperfluitas illa, quæ appellatur hypoſtaſis, nuntia, an membra recto ordine nutriantur, vt ipſemet quarto coll. cap. vigeſimotertio. Cum itaque ſe cernatur, quod inutile eſt, palàm fit, quòd tunc non verum nutrimentum, quinimo contrarium quoquomodo dicitur: neque verè dicitur ſimile; niſi cum fuerit actu pars membri in primo illo inſtanti. & confirmatur; quia tria dantur opera huic virtuti; primum apponere; ſecundum unire; tertium aſsimilare. de his Galenus primo virtu. natural. cap. vndecimo. Et illud dicitur verum nutrimentum, quod eſt appoſitum, iunctum, aſsimilatum, ex ſententia einſdem 3. compl. cap. ſecundo. Cibus ſecundum veritatem dicitur, qui perfectus eſt, & nutrit, & continuatur corpori. Quod autem in potentia remota eſt, nutrimentum eſt, quod nulla decoctum eſt digeſtione. in quo ſenſu accepit Princeps prima primi doctrina quarta, cap. ſecundo. Nutriens maſticatione. & quouſque vniatur membro, ſecundum magis, & minus contrarium dicitur. quibus notatis, dico ad rationes, quòd ante unionem comparatur, ut materia; & ſic patitur, & alteratur; & eſt in fieri, & ex quo reparatur deperditum: at, quando actu deperditum reparat; tunc eſt in alterato eſſe, & non patitur; quia omnibus modis eſt ſimile. Ad aliud dico, quòd Ariſtoteles appellauit, quod eſt digeſtum, quod ultimò præparatum eſt, & in potentia propinqua, ut ex eo reparetur deperditum: & in hoc ſenſu poſuit ſanguinem alimentum ultimum: argumento eſt, quia ipſe dicit in libello de iuuentute; Sanguis eſt ultimum, ex quo fiunt membra. Datur nanque uirtus nutritiua uniuerſalis, quæ communis eſt toti corpori; &, quo ad iſtam, ſanguis eſt alimentum, quod ultimo digeſtum eſt. datur & nutritiua, quę appropriatur unicuique membro; illamet ſcilicet, ut in membro: & talis eſt, quæ apponit, unit, & aſsimilat, ex ſententia Auicennæ 6. natural. cap. 17.

Quoniam autem nihil alitur. Auerro. neque continuat; neque intentionem ponit; ſed textum ipſum aggreditur. Sanctus Thomas de Latinis dicit, quòd loquitur de nutrimento, ſecundùm quòd conuenit operationibus animæ uegetatiuæ; & primò nutritiuæ. Egidius uult, quòd Ariſtoteles in præſenti textu agat de operibus. hoc idem de Græcis uoluit Philoponus. mihi tamen placet magis ſententia Sancti Thomæ, ut infra meliùs palàm fiet. Textus in duas partes; quia Ariſtot. ponit unam concluſionem cum ſua probatione: in prima ponit probationem, ſeu rationem; in ſecunda concluſionem. in prima; quoniam nihil alitur, niſi uiuum: ſupra enim declaratum eſt, quòd ignis, qui de inanimatis uidetur nutriri magis, non nutritur, ſed generatur nouus ignis per appoſitionem nouæ materiæ; ut repetit hic Sanctus Thomas. quare aliorum nullum, quod de inanimatis ſit, nutriri dicetur; quare, quod nutritur, neceſſariò uitam participat. ſententia eſt Auerrois ſecundo T. c. 46.

coll.

col. cap. quarto. Calor naturalis ex innato, & influente, eſt forma membri compoſiti, per quam operatur; & virtus eſt forma caloris. Animatum. Ponit concluſionem, & duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò corollarium. concluſio eſt, id, quod alitur, eſt corpus animatum; & quatenus animatum eſt; non enim, vt inquit Philoponus, nutribili corpori accidit, quòd animatum ſit; ſed in eo quòd animatum eſt, nutriri dicitur. Quare & alimentum. Corollarium ponit, quòd ex quo corpus, quatenus animatum eſt, nutritur; ſequitur, quòd & alimentum ad animatum ipſum referatur per ſe, & non ſecundùm accidens. Simplicius notauit conuerſionem iſtam dicens, quòd ly, nutrimentum, ponitur loco nutrientis; quia nutriens, & quod nutritur, ad aliquid dicuntur, & relatiuè mutuò opponuntur; nutritur enim animatum, ſecundùm quòd animatum; mortale ſiquidem, & nutriens dicitur ad ipſum, nutriens per ſe, & non ſecundùm accidens.

T.c.47. Eſt autem altera. Auerr. in parte continuatiua intentionem ponit, & eſt, quòd vult diſtinguere actiones nutrimenti, quæ ſunt tres: vult Auerro. quòd intentio ſit de nutrimento. eadem eſt, & Simplicij, & Themiſtij, cum expreſsè dicat id, quo nutrimur eſt aliud ab eo, quo creſcimus, & Sanctus Thomas modò comparat nutrimentum virtuti augmentatiuæ; & ſic confirmatur intentio ſuperioris textus. Diuiditur textus in duas partes: in prima declarabit, quomodo diſtinguitur alimentum, & augmentum; in ſecunda, quomodo diſtinguitur à principio generatiuo: in prima quinetiam duo facit; primò ponit concluſionem, ſecundò declarat illam. concluſio eſt; quòd alia ratio eſt nutritiui, & alia augmentatiui: & Themiſtius. Non ſubiecto; ſed ſola ratione diſtinguitur nutrimentum, ſcilicet, vt alit, & vt auget: nam, quod nutritur, & ſubſtantia, & quantum eſt; cibus vtrunque abſoluit: quare optimè declarando dicit; ſecundùm quòd, quantum animatum, augetur, ſecundùm quòd, hoc aliquid, nutritur: quare animatum tandiu in eſſe permanet; quandiu nutritur: quòd, ſi à nutrimento ceſſauerit, protinus interibit. dixit propter neceſsitatem diminutum eſſe animal in principio, propter ſcilicet anguſtiam loci, & propter paucitatem materiæ. At forte quis diceret; animal ex putri ortum materia in principio eſt diminutæ quantitatis. Ad hoc dicendum, quòd eſt ratione materiæ; quia natura ſemper in minima materia, quæ formam recipere poteſt, formam introducit; cum verò ad debitam vſque quantitatem deuenerit, augmentatiua ceſſat. quod vt perfectè intelligatur, notandum ex ſententia Alberti, quòd duplici humido indiget, quod nutritur; alterum ſeminale eſt, quod eſt de ſubſtantia ſeminis, quod eſt ſubiectum caloris naturalis: alterum eſt nutrimentale, quod capitur de nutrimento, quod ſemper retinet aliquid de natura cibi; quare ſemper habet aliquid de extraneo, propter quod non ita efficax in eo eſt calor naturalis, ſicuti in primo humido; & quanto plus ingeritur de tali humido nutrimentali; tanto plus concreſcunt membra, & indurantur; & calor plus in eo debilitatur; quare calor, qui priùs duas perficiebat operationes, nutriendo ſcilicet, & augendo; ob membrorum duritiem, alteram tantum perficit, quæ nutrire eſt: nanque, vt Philoponus, membra ſicciora reddita, inepta ſunt ad extenſionem; hinc eſt, quòd pueri infantes citiſsime creſcunt. Et generationis factiuum. Declarat ſecundam partem, quod ſcilicet eſt generationis principium; & ponit rationem dicti. Non generatur id, quod alitur; ſed generatur, quale ipſum in ſpecie eſt: ratio eſt, quia nihil ſeipſum generat, ſed bene ſaluat. confirmatur; quia, quod generat, actu eſt; quod verò generatur; actu non eſt; quare idem eſſet, & non eſſet ſecundùm ſubſtantiam; quod inconuenit.

Quare huiuſmodi animæ. Auerro. ea, quæ dicta ſunt, repetit; & ex eis corollaria duo deducit: de quibus Ariſtoteles in textu. Latini, Sanctus Thomas, Egidius, & cum eo de Græcis Philoponus, ponunt intentionem Ariſtot. eſſe, dare modò diffinitionem animæ nutritiuæ, & conſequenter vegetatiuæ. Text. in duas partes; ſecundùm quòd ponit duo corollaria. deducens Auerro. primum ex ſuperioribus, repetit actiones diuerſas, quæ ex diuerſitate ſuorum finium, licet ſubiectiuè idem ſit nutrimentum, acceptæ ſunt. quæ cum ſint, & à ſimplici, vel à prædominio alicuius miſti eſſe nequeant, vt ſupra dictum eſt; neceſſariò earum principium erit anima: & eſt, quæ poteſt conſeruare ens in ſua forma ſecundùm aliquam diſpoſitionem conſeruationis: eſt enim nutriens, vt ea, quæ intrinſecus, ex ſententia Simplicij, vniuerſæ dominatur operationi, propter quam nutritur nutritum. Declarat Auerro. ly, ſecundùm tale, ad differentiam virtutum cæleſtium, quæ earum corpora conſeruant ſecundùm omnem diſpoſitionem, & eodem modo; quia virtus nutritiua eouſque conſeruat, quouſque nutritur: vnde ſolent nonnulli Medici facere comparationem inter lucernam ardentem, & nos; comparantes calidum naturale flammæ; & humidum, licinio; nutrimentum verò, oleo: vnde, ſicut per continuam olei additionem durat licinium, & flamma; ſic homo durat per nutrimentum. &, quia continuè nutrimentum, quo veſcimur, eſt magis, atque magis terreum; ſequitur inde, quòd calor naturalis vltra pabulari non poterit: ſicuti, ſi in lucerna oleum purum in principio poneretur, mox continua deterioris, ac deterioris fieret additio ad oleum, vſque adeo impurum denique accederet, vt in eo flamma amplius non pabularetur; quare impoſsibile eſt conſeruari ſecundùm omnes diſpoſitiones numero; quia tunc à cælo non differremus; ſed conſeruat nos ſecundùm quaſdam per æquiualentiam numero eaſdem. Vnde priuatum. Deducitur ſecundum hoc corollarium ex primo, quod eſt; Priuatum nutrimento non poteſt eſſe: ad hoc enim, quòd anima tales habeat T.c.48.

operationes, neceſſarió indiget alimento. Auerro. appellat nutrimentum, inſtrumentum virtutis, ſine quo non fieret operatio; nam cauſa materialis omnis, reſpectu aliarum cauſarum, dicitur quoquo modo inſtrumentum: alimentum etenim ex ſententia Simplicij tranſmutatur, ſecernitur, informaturq́; ſimiliter nutribili; & ipſum eſt ſaluans ſuppoſitum, & augens, & ſui ſimilis gignitiuum.

Dubitatur propter id, quod dictum eſt in tex. & commento ab Auerr. quod virtus nutritiua non poteſt conſeruare ſecundùm omnem diſpoſitionem, vtrum ſcilicet, à principio generationis Socratis vſque ad finem uitæ, remaneat in Soctate aliquid de illa materia, quæ erat in principio: & eſt ratio, quód non. cum in principio homo naſcitur, protinus calor naturalis agit in humidum, & cum continuè agat, vt dictum eſt retro, videtur, quòd in fine vitæ, nihil illius humidi remaneat, ſed totum per calorem ſit iam reſolutum. In oppoſitum; quia tunc ſequeretur, quòd Socrates nó eſſet idem numero Socrates à principio ſuæ natiuitatis vſque ad finem vitæ: ratio, quia nihil materiæ Socratis manet eodem viro exiſtente. In hac materia fuit opinio Sorticularum, Marſilij ſuper primo de gener. quam ſequntus fuit Hiſpanus exponens dictum Auerr. ſupra, quòd ſcilicet non remaneat materia eadem numero; quinimo de prima illa nihil remaneat: conceduntq́; non eſſe eundem hominem à principio generationis vſque in finem, niſi per æquiualentiam, eo modo, quo in fluuio dicimus aquam eſſe eandem per æquiualentiam; quamquam continuè accedit, receditq́; alia, & alia: & argumentum totum concedunt. Quæ opinio, mea quidem ſententia, peripatetica non eſt; primò, quia indiuiduum non eſſet indiuiduum; & forma Socratis poſſet de pluribus numero differentibus prædicari. Deduco primum; nam indiuiduum ea ratione dicitur, quòd indiuiſibile in ſeipſo eſt numero, & diuiſibile à quocunque alio. ſententia eſt Auerr. 1. ani. 53. aduerſus pythagoreos: non modò ſpecies à ſpecie differt; verum & indiuiduum ab indiuiduo. modò, ſi formæ Socratis, procedente ætate, noua ſuccederet materia, non eſſet vtiq; amplius indiuiduum primum Socratis; quia ſuccederet noua quantitas numero, & noua qualitas, & noua diſpoſitio, ex ſententia Auer. primo phyſic. 6. multitudo eſt rerum differentium ſecundùm quantitatem: quare intentum. Ex hoc deduco ſecundum: forma Socratis eadem manet, materia multoties variata; ergo eadem forma inuenitur in pluribus numero diuerſis; quare forma Socratis ſpecifica eſſet; quod inconuenit. Secundò ſequeretur, quòd primus Socrates, & ſecundus Socrates non eſſent eiuſdem rationis. Deduco; Primus genitus eſt ex ſanguine menſtruo, ſecundus per humiditates, & diſpoſitiones cibariorum: quare, &cæte. ratio eſt Ariſtotelis primo de generatione animalium, de mure per propaginem, & per putredinem genito. Dicendum itaque eſt, ex ſententia Alberti, & Auerro. quòd, quando generatur homo, puta, Socrates, in principio generationis eſt ibi quoddam humidum radicale, quod remanet idem vſque ad mortem Socratis: modò in principio calor naturalis incipit agere in humidum ipſum exiccando, non tamen ex toto ipſum corrumpit; quandoquidem beneficio nutrimenti, exiccatio humidi facta à calore impediatur, tardeturq́;. ſententia eſt Auerr. 5. coll. cap. 3. Membra, quæ primò nutriuntur, ſunt membra ſimilia; quia primò cibus conuertitur ſecundùm ordinem, quem habet in corpore cibari in humiditatem ſimilem humiditati fixę in membris conſimilibus; & miſcentur cum eis eo modo, quo ad inuicem res liquidę miſcentur. Quia tamen per continuam actionem caloris continuè humidum illud magis, atque magis exiccatur, aliquando vſque adeo exiccatur, quòd non eſt conueniens pabulum caloris naturalis; & tunc totus corrumpitur Socrates. & opinio iſta fuit opinio Alexandri, vt recitat Auerro. primo de generatione, & corruptione 38. ibi de augmentatione digrediens atteſtatur Alexandrum affirmantem, Ariſtotelis dictum non eſſe ex ratione probante; ſed, quia anima quieuit. & addit; Materia enim non diſſoluitur ſecundùm totum, ſed ſemper remanet in ea aliqua res fixa; &, ſi non eſſet, poſsibile eſſet formam ſeparari: quapropter oportet, quòd in membris augmentatis ſit humiditas diſperſa; cum qua admiſtus ſit cibus aduenieus. conſtat itaque materiam eandem remanere à principio generationis vſque in finem. Ad argumentum ſolutio patet.

Quoniam autem ſunt tria. Auerro. in parte T. c. 49.
continuatiua intentionem ponit, quòd ſcilicet reuertitur ad diſtinguendum intentiones nominum, quæ denominantur à nutrimento. clarius ponit de Latinir Sanctus Thomas: oſtendit, quomodo differenter potentia animæ, & alimentum ſunt principia nutritionis. cauſam videtur huius aſsignare Egidius, ne ſcilicet laboret in æquiuoco; quia & anima nutrit, & alimentum nutrit: quòd verificatur de eo, vt materia eſt. Philoponus cum Auerro. Cum dixerit de alimcſito, modò intendit declarare, quæ ab eo denominantur. In textu duo facit; ponit vnam concluſionem: ſecundò ponit ad illam duas cauſas. at priùs declarat illa, quæ denominantur à nutrimento; & tria ſunt: quod alitur, & eſt corpus animatum, vt ſuperiùs dictum eſt: quo alitur, & eſt nutrimentum, tanquam materia concurrens: & alens, quod anima ipſa eſt. & appellauit hanc Auerro. diuerſitatem rerum relatiuarum. Declarat Auerroes ly, prima: quia ſupra dictum eſt, quòd animæ principaliter attribuitur actio nutriendi; manifeſtum, quòd & ipſa eſt prima nutriens: & notat prioritatem illam intelligi ſecundùm naturam. voluit autem hoc Auerro. quia non modò concurrit ad hoc anima ipſa, quæ forma eſt, verùm & potęntia nutritiua, quæ eſt principium operans immediatum: quare ratione operationis immediatę potentia animę prior eſſet; ratione tamē naturæ,

turæ,

turæ, anima: in cuius virtute potentia, quæ accidens eſt, ſubſtantiam generat. Quoniam autem. In hac ponit primam cauſam ad concluſionem; & eſt, ꝙ denominatio à fine fieri debet. rationem ponit Auer. dignitatem, quia eſt cæteris dignior cauſis. adducit ſecundam cauſam, quòd finis eſt generaſſe, quale ipſum. ex quibus concludit, quòd anima prima generatiua eſt, quale ipſum. & diſfiniuit Ariſtoteles animam vegetatiuam per vltimam operationem, propter quam ſunt aliæ omnes. ex hoc aſſumit Albertus, quòd in plantis forma ſubſtantialis generatiua eſt: per vniuerſam operatur plantam; erumpunt vndequaque & ramuli, & folia, & huiuſcemodi, vt tactus in anima ſenſibili p vniuerſum excitatur animal: quare, & ſi particularis ſit ſenſus; forma tamen ſubſtantialis dicitur ſenſum habentis. addit, quòd & ſpecie differunt vegetatiuæ cum ſuis potentijs in diuerſis vegetabilibus, vt palmifica, altera eſt ab oliuifica, & ſic de alijs. Dubitatur, nunquid diffinitio data primæ conueniat animæ? Et eſt ratio, quòd non; quia dantur aliquæ plantæ, aliqua quinetiam animalia, quæ virtute priuantur gignitiua; & tamen vegetatiua viuunt anima. Ad hoc Egidius voluit de anima vegetatiua duas eſſe à Philoſopho diffinitiones aſsignatas, alteram ſuperiùs, quo ad potentiam nutritiuam; & hanc, quoad generatiuam. reſpondetque, quare in diffinitione de augmentatiua non meminit; quia de actu mẽtio fit; vel quia inſeparabiliter adhæret; aut, quia finis, & alijs perſectior eſt: quare primo modo nutritiua; ſecundo generatiua diffinita eſt: at, cum augmentatiua neutro modo dicatur, de ea non eſt facta mentio ab Ariſtotele. at dictum hoc non videtur ſtare cum dictis Philoſophi: primò, in text. 48. non eſt diffinita anima, quoad nutrire, ſed duntaxat animæ potentia, quæ nutritiua dicitur. Confirmatur Ariſtotelis text. appellauit enim ipſam non animam, ſed principium animæ; ſecundò neque hic diffinita eſt potentia generatiua, ſed anima ipſa vegetatiuà. Dicendum itaque eſt, quòd in 48. non diffiniuit totam animam, ſed nutritiuam duntaxat potentiam, quæ prima in ordine eſt. quæ, cum per ſuas digeſtiones materiam præparet, & augmentatiuæ, & generatiuæ, pro fine, & perfectione habet, quæ generatiua eſt: quare optimè dixit Auerro. in commento. Neceſſe eſt, vt anima nutritiua deſcribatur per actionem, quæ eſt ſuus finis, & eſt generare ſimile: quare diffinitur in hoc anima vegetatiua per vltimam hanc ſuam operationem, tanquam per digniorem; ad quam cæteræ præcedentes ordinantur. Ad argumentum de illis, quæ non generant, dicendum ex ſententia Ariſtotelis ſupra 34. & Philop. in hoc textu, ꝙ opus eſt, quæ debent generare, tres illas conditiones obtinere.

T. c. 50. Eſt autem, quo alitur. Auer. in parte continuatiua intentionẽ ponit; & eſt. Deſcripta & anima, & nutrimento, incepit deſcribere inſtrumentum, per quod anima in alimentum agit. Text. in duas: in prima declarat iſta inſtrumenta; in ſecunda epilogat: prima quinetiam in duas; in prima ponit vnam diuiſionem inſtrumentorum; in ſecunda quid ſit huiuſmodi inſtrumentum. Auerr. primam partem exponens, tria facit; primò quod dictum eſt; ſecundò ponit vnum notandum; tertiò dubitat: de primo legit textum paſſiuè; Alitur. tale quid, per quod completur actio nutrimenti, eſt duplex, ſcilicet primum mouens, quod in mouendo non mouetur; & primum mouens, quod in mouẽdo mouetur. At videtur Auer. implicare, dicendo primum mouens, & ꝙ mouetur. Pro quo notandum, ꝙ inter mouentia, & mota datur ordo; datur enim primum mouens motum, & ſecundum, & tertium, vt calor naturalis, dentes, ventriculus, hepar, & quæ deinceps ſunt. & addit, ꝙ illud motum, eſt quaſi ſubiectum, & materia; & primus motor, quaſi forma. Pro quo notandum ex ſententia Ariſt. ſupra tex. 24. quandocunque ad aliquam actionẽ concurrunt duo agentia, quorum vnum eſt principale, & alterum inſtrumentale; principale ſe habet, ſicut forma, inſtrumentale, ſicut materia: quare in nutricatione, cũ anima ſit agens principale, & mouet, & non mouetur; ſe habebit, vt forma: calor verò naturalis, qui concurrit, vt cauſa inſtrumentalis, & in mouendo mouetur; erit, vt materia. ſecundùm itaq; Auer. expoſitionem, ly, mouens, ſolùm intelligitur anima; mouens & motum, calor naturalis, quod inſtrumentum eſt. hanc expoſitionem de Græcis habuerũt Themiſtius, & Alexander, ex ſentẽtia Philoponi; de Latinis, Albertus. At contra hanc expoſitionem eſt expreſsè tex. Philoſophi 49. vbi dixit tria illa dari; quod alitur, quo alitur, & alens: & exponens ly, quo alitur, dixit eſſe nutrimentum. In pręſenti modò textu diſtinguit hoc membrum, ſcilicet, quo alitur, in illa duo; quare non poteſt intelligi anima; ſed inſtrumenta duntaxat. Simplicius, & cum eo Sanct. Thom. exponit tex. de inſtrumento, dicens, quòd ob id vnà cum nutrimento ponitur & calor naturalis, quia ad hoc, quòd alimentum nutriat, ipſum decoqui neceſſe eſt; quod ſine calore haudquaquam fit: & ſic duplex erit inſtrumentum, vt bene notat S. Thom. alterum coniunctum; ſeparatum reliquum; primum calor eſt naturalis, cuius forma anima eſt: ſecundum, nutrimentum; cuius forma non eſt anima. & addit Simplicius, ꝙ ſub hoc diuiſo alterum membrum non eſt audiendum de anima: & confirmat per exempla poſita in textu: manus nanq;, & temo, media dicuntur inter animam mouentẽ, & nauigationem, ſeu nauim motam. At cõtra expoſitionem iſtam eſt inſtantia expreſſa in littera; in qua legitur, mouens tantùm; quòd, ſi de duobus his inſtrumentis intelligatur, cum vtraque ab anima moueantur, neutrum illorum dici poteſt mouens tantùm. Ioann. Grammat. voluit conciliare vtramque expoſitionem, dicens, quòd littera poteſt legi, & actiuè, & paſsiuè: ſi legatur actiuè, vt mouens tantùm, ſic prima expoſitio eſt verior: ſi verò legatur paſsiuè, ſcilicet motum tãtùm, ſecunda erit præferenda. quæ concordia clara eſſet, ſi tex. non legeretur actiuè vbiq; deinde exemplũ non eſſet ad propoſitum; cum temo nõ poſsit dici

Ratio contra, quia agitur de instrumentis hic, non de animam etiã quia motum tantum eſſe ut poteſt inſtrumentũ.

motum tantùm; quandoquidem & nauim ipſam moueat. Soluit itaque Simplicius dubium contra ſe, ꝙ ſcilicet mouens tantùm eſt calor naturalis, quod in viuente eſt: at mouens, & motum nutrimentum eſt; vt concoquitur, à calore mouetur naturali; vt verò nutrit, & ſaluat; mouet. Sed diceret aliquis; Nonne & calor ipſe mouetur? Dicendũ, ꝙ non propriè dicitur moueri; quia ab alio extra ſe non mouetur; quia ex ſententia S. Thomæ, calidum eſt inſtrumentum animę coniunctum: & ſic, quod tantùm mouet, erit calidum animatum ſimul: & eſt opinio Ariſto. quia ſupra contra Empedoclem concluſit concoctionem non fieri à calido; quia non ageret determinatè, ſed à calido animato: & hæc expoſitio mihi placet magis. Et hoc. Auerro. in ſecunda hac particula notat duas tactas propoſitiones, alteram hic expoſitam, ſcilicet, ꝙ anima eſt, quæ in cibum agit: alteram in 8. phyſic. declaratam ſcilicet, ꝙ ſcilicet in mouẽtibus, & motis, eſt deuenire ad vnum primum, quod mouet, & mouetur; & eſt cœlum cum intelligentia: ſic & nutritio tandem deducitur ad primum mouens motum, quod eſt calor naturalis cum anima nutritiua. Sed eſt dubitatio. in tertia hac particula dubitat; & duo facit; primò dubitat; ſecundò ſoluit. Dubitatio eſt; quia dictum in 8. phyſic. de mouentibus, & motis corporeis, quòd eſt deuenire ad vnum primum; verificatur de motis in loco, ſcilicet, quod mouet, & mouetur: at de motu alterationis fortè nõ eſt verum; quia in his eſt deueniendum ad vnum corpus, ita alterans, quod ab alio non alteratur, vt cęlum eſt; quod inferiora alterat omnia, à ſuperiori tamen non alteratur. modò nutritio non eſt motus localis, ſed eſt motus alterationis: quare non videtur ſic ratio illa alicuius valoris. aggrauat & exemplum poſitum in textu, quod ea ratione verum eſt; quia tenet de motu locali: quare optimè dixit Auerr. in libello de ſubſtantia orbis cap. 2. ꝙ primum mouens localiter non poteſt eſſe corpus: at primum alterans poteſt quidem eſſe corpus. Dicamus. Soluit; & duo facit; quia adducit duas ſolutiones; in ſecunda ſaluat rationem Ariſt. cum illis propoſitionibus ſuprapoſitis: quarum altera 8. phyſic. declarata eſt: altera verò hic: in prima verò ponit duas alias propoſitiones; prima eſt, ꝙ propinquum alterans cibum, neceſſariò eſt corpus. habet propoſitio hæc veritatem per ea, quæ determinauit Ariſtoteles 7. phyſi. t 1. ꝙ alterans eſt ſimul cum alterato; ita ꝙ nihil mediat: ſecunda propoſitio declarata eſt priùs, ſcilicet, ꝙ calor non ſufficit in agendo alterationem terminaram, niſi ibi ſit alia virtus, quæ non eſt corpus: quare corpus alterans non ſufficit in eſſendo primum mouens. ex his modò concludit, ꝙ còrpus, quod eſt primum alterans, componitur ex alteranre, quod non alteratur, & eſt anima, & ex alterante alterato, ſcilicet calore naturali. quare ad dubium reſpondens dicit, repetendo concluſionem, ꝙ hic motus capitur vniuerſaliter; & ſecundum hoc non indiget his. quæ in 8. phyſi. tradita ſunt: quare peccatum eſt ſecundùm fallaciam æquiuocationis; quia talis concluſio non ea demonſtratione fundata eſt; ſed in duabus iſtis propoſitis demõſtrauit. Et poſſumus. Dat ſecundam ſolutionem, in qua ſaluat demonſtrationem factam in 8. ꝙ ſit deueniendum ad mouens immobile; quia reducit totum hunc alterationis motum in motum localem. Fundamentũ eſt; quia motus localis eſt prior cæteris motibus ex ſententia Philoſophi 8. phyſi. à 55. infra: quare calor naturalis non poteſt alterare cibum, niſi priùs moueatur in loco; & hac potiſsimum ratione, ꝙ alterat in alia hora, & in alia non: &, ꝙ moueatur, ſignum eſt; quia aſſumentes cibum, protinus frigent ſecundum extremas partes; & hoc nõ eſt, niſi quia calor naturalis, & ſpiritus ipſi mouentur ad nutrimentum digerendum: & ſic erit ad propoſitum, quòd in motu locali ſit deueniendum ad illud primum, ꝙ eſt mouens immobile: & capit calorem naturalem non pro qualitate; ſed, vt eſt corpus; quia aliter non moueretur. laudat tamen primam expoſitionem; & dicit, ꝙ exemplum illud eſt largè ſumptum, nõ omnino ſimile; quia ſecundùm Auer. expoſitionem aliquod falſum continet; & eſt, quòd manus ſit mouens non mota; quæ conditio conuenit gubernatori. dixit; Aut tractus; quia nutrimentum trahitur vel à calido, vel à virtute impreſſa. Omne autem. in hac ſecũda primæ partis declarat, quid ſit inſtrumentum, per quod anima nutrit. oſtendit quinetiam inuento calore, quomodo nutriat ex ſententia Philoponi, & ponit duas propoſitiones; ex quibus infert concluſionem; prima eſt, ꝙ omne alimentum decoquitur. Auer. exponit hanc de nutrimento, quod eſt in actu quę expoſitio patitur dubium: cum ſuperiùs dictum fuerit, id eſſe nutrimentum in actu, quod verè ſimile eſt. modò, quod decoqui debet, ſimile non eſt, ſed contrarium; quia, vt tale eſt, patitur. Dicẽdum pro Auer. ꝙ non intelligitur, quòd actu ſit concoctum; ſed quod actu concoquitur: ſecunda propoſitio eſt, ꝙ decoctio fit à calido. ex his infertur, ꝙ omne animatum habet calorem. erigit ſyllogiſmũ Philoponus. Omne nutrimentum decoquitur à calido; omne animatum nutritur nutrimento decocto; ergo omne animatum habet calorem. addit Auer. ꝙ non debemus intelligere calorem abſolutè, ſed calorem naturalem, vt 4. metheor. dictũ eſt. confirmatur hoc per Ariſtotelem ſecundo de generat. animal. cap. 3. vbi dicit, ꝙ reperitur corpus calidum in animalibus, quod neque ignis eſt, neque aliqua talis facultas. dubium tamen de hoc facit, cum non ſint repertæ plures, quàm quatuor qualitates, vt ſecundo de gener. ꝙ non poteſt eſſe alterius ſpeciei ab igne: videndum itaque primò eſt, quomodo calor naturalis diſtinguitur à calore igneo, & à calore febrili; ſecundo diſſoluetur argumentũ. Pro notitia primi ſciendũ ex Concil. differentia 59. ꝙ calor eſt duplex; alter ſimplex eſt, & impermiſtus; alter verò cõpoſitus: ſimplex quinetiã duplex eſt; hic quidem elementaris, qui eſt qualitas propria, & de hoc Ariſt. in 2. de generat. & cor. & 4. cę. 4. inſequens formam ignis ſubſtantialem;

Mouit Albertus hanc eandem obiectionem et ſoluit, quod

in alteratione quinetiã eſt neceſſarium, quando eſt in motibus vitæ, vt ſupra oſtẽſum eſt, quod virtus elementalis non eſt ſufficiẽs ad mouendum nutrimentum.

tialem; non tamen eius eſt forma ſubſtantialis, ex ſententia Auer. 8. metaphy. 5. contra Alexand. & talis minimè gignitiuus eſt; deſtructiuus potius: confert tamen vnà cum alijs qualitatibus ad præparandam materiam, vt in ea forma ſubſtantialis introducatur: eſt & alter calor cęlicus viuificans, & conſeruans in eſſe omnium viuentium germina: & hoc eſt, ꝙ in ſpermate omnium reperitur. datur & tertius calor; & talis eſt, qui ex duobus prædictis compoſitus eſt: qui calor eſt animalium, & vegetabilium. affirmat Auer. ſecundo de generat. animal. cap. 2. vbi ait; Calor verò animalium, & calor, qui ad Solem relatus eſt, apertè videntur conſtituere corpora animata, eaq; generare. idem pluſquam cōmentator. 2. artis medicæ cōmento 52. ponens differentiam inter ignē, & calorem naturalem: ignis nullum generat animal; ſed eſt hoc calidum cęleſte magis elementali coniunctum: tale enim magis viuificum eſt; ſententia denique Ariſtotelis eſt expreſſa ſecundo de generat. animal. cap. 3. Ineſt in ſemine omnium, quod facit, vt fęcunda ſint ſemina, videlicet, quod calor vocatur: idq; non ignis, ſed ſpiritus, qui in ſemine eſt, proportione reſpondens elemento ſtellarum. addit; Cæterum ca'orem in animalibus neque ignem eſſe, neque ab igne originem ducere apertum eſt. Conſtat itaque calorem hunc eſſe corpus, ſpirituoſum tamen; quod ſpiritum appellat Ariſtoteles compoſitum ſcilicet ex calore cęlico, & calore elemētari: qui & ipſe qualitas non eſt; ſed ex elementorum bona reſultans temperatura. Confirmatur & per dictum Philoſophi 2. phyſi. 26. Sol, & homo generant hominē: & potiſsimùm in corde reſidet talis calor, vt ſententia eſt Ariſt. in libello de iuuentute, & ſenect. Calor naturalis in corde, quo omnia conficiuntur in corpore viuo. Generatur ex hoc quinetiā alius fluens ad membra; quippe qui in membris ſit, vt membrorum forma, per quam fiunt eorum actiones, & paſsiones: & eſt Auer. ſententia expreſſa 2. collig. cap. 4. Per iſtum calorem, qui miſſus eſt à corde ad membra compoſita; & iſte calor ſtat in eis loco formæ; & per iſtam collectionem fiunt actiones & paſsiones, quæ ſunt propriæ in quolibet membro. Quibus omnibus examinatis de calore, qui dicitur inſtrumentum animæ, patet diſtinctio inter calorem naturalē, & calorem igneum; manifeſta quinetiam eſt de calore febrili: nam ex ſententia Galeni primo Aphor. 14. calores aduentitij fuligmoſi, acres, & aridi ſunt; cōtra innati, ſuaues, & benè temperati. Ad argumētum itaque, concedendum eſt, quòd non ſunt plures, quàm quatuor qualitates ſimplices, cum hoc tamen ſtat, ꝙ detur calor naturalis, quia non qualitas eſt; ſed corpus calidum ſubſtantiale. Figuraliter. De Latinis S. Thom. Egid. de Græcis Themiſtius exponentes in proprijs rationibus, in tractatu ſcilicet, quem Ariſtot. fecit de nutrimento. Auer. autem cum Philopono tenent determinaſſe in pluribus libris ſecundùm rationes plures, & proprias; quare hic figuraliter. in primo de generat. 39. 91. actum eſt de augmento: in metheoris modi calorum, & actionum, vt decoqui, & eſt, quando calor eſt humidus. & eſt elixatio; vel ſiccus, & eſt aſſatio: & in hoc libro declaratus eſt primus motor; & in libro de animalibus, quot ſunt inſtrumenta iſtius virtutis in vnoquoq; animali. Expoſitionem Auerr. capiemus, quouſque videbimus librum Ariſt. de alimento, qui nōdum peruenit ad nos. Ariſt. itaque ſecundùm propoſitum ordinem, primò egit de obiecto; & in vniuerſali vſque ad 46. materiali ſcilicet, quod erat nutrimentum animæ vegetatiuæ, in 47. ſpecificauit, vt ſcilicet ad nutritionem, ad augmentum, & ad generationem facit: ex quibus obiectis operationes manifeſtatæ ſunt: in 48. declarat potentias; in 49. declarat eſſentiam animæ vegetatiuæ; in 50. determinauit eam eſſe ita mouentem, quòd non motam.

Determinatis autem his. Ariſtoteles in textu duo facit: primò continuans, intentionem ponit; ſecundò intentum aggreditur. idem exponens Auerr. facit. in intentione tamen, notanda ſunt duo; primum, ꝙ de ſenſu; ſecundo, quòd de omni dixit: primum dictum eſt manifeſtum; quia poſt virtutem vegetatiuam, prima in ordine ſequens, virtus eſt ſenſitiua: ſecundum verò dubium eſt: nam apud Albertum de Latinis intendit de omni ſenſu agere; quia cognitio vniuerſalis præcedit cognitionem propriam primo phyſic. 4. verùm cauſa iſta non videtur ſufficiens; quia tunc intentio eſſet procedere à virtute ſenſitiua in vniuerſali ad eandem ſecūdùm ſeipſam conſideratā: & tunc non ſeruaretur, quem retrò determinauit Philoſo. proceſſus, quòd in his virtutibus initium doctrinæ eſt ab obiectis; quare intelligenda eſt ſecundùm Græcos expoſitores intentio, Simplicium ſcilicet; quia Philoponus expoſuit cum Alberto, cauſam reddēs à ſimili, vt obſeruauit Ariſt. de anima in cōmuni, mox de partibus: ita de ſenſu in communi, mox de proprijs; apud quem reliquum eſſet quęrere, dato ꝙ de ſenſu in communi; quare non & ab obiecto in communi incepit. Dicendum itaque, ꝙ Ariſt. intendens agere de ſenſu, obſeruat doctrinę modum, quem pollicitus eſt, ab obiectis ſcilicet incipiens, & per medias operationes ad ſubſtantiam aſcendit; quare præaſſumit modò, quæ ad propoſitum negotium vtilia ſunt. cum anima ſcilicet ab obiecto corpore ſecūdùm qualitatem moueatur; primò aſſumit ſenſum ipſum in quodam pati, & moueri conſiſtere. Gal. 16. de vſu partium; Cum igitur ſenſus quidē in patiendo ſit; motus verò, quo nerui mouent, in agendo; inre ipſi quidem primo videndi inſtrumento in oculo neruus mollis; at mouentibus ipſum muſculis durus inſertus eſt. Senſus autem. Secūda pars in duas diuiditur: in prima ponit, quod intendit: in ſecunda cauſam intenti. primam exponens Auer. notat; ꝙ ſentire fit per paſsionem ſenſuū à ſenſibilibus, non per actionem ſenſuum in ſenſibilia. Quidam ex his acceperunt, ꝙ nō datur ſenſus agens. Quidquid ſit de re in ſe; dico, ꝙ ratio iſta non concludit aliquid in hac materia: & ratio eſt; quia de operatione ſenſus fuerunt duæ opinio- T. c. 51.

opiniones; Platonis altera, ꝙ fieret ſcilicet extra mittendo per radios viſuales ad obiecta; aduerſus quam diſputat Ariſt. in libello de ſenſu, & ſenſili: & eſt altera, ꝙ ſcilicet intus ſuſcipiendo perficiatur. quare, cum ratione receptionis diceretur pati; ratione tamen perfectionis operis poſſet dici agens. ſed de hoc in quæſtione propria. vtrum vero anima patiatur, vel organum, determinat, & rectè, Simplicius, ꝙ organum; non tamen nudum ipſum, & ſeorſum intelligendo; verùm in eo ſpiritum ipſum animatum recipere, & operationē animę ſenſitiuæ manifeſtare, vt retrò determinatum eſt. Videtur enim. In hac ſecunda particula cauſam ponit, & declarat. exponens Auerr. dicit, ꝙ ea ratione videtur pati ſenſus; quia exiſtimatur quoquomodo alterari. exponit ly, aliqua, ad differentiam proprię alterationis. Philoponus notat duo illa dicta; primum. Videtur. eſſe dictum; quia dubium eſt modò, nunquid alteretur ſenſus. & confirmat Themiſtius dicens, ſub quadam generali notitia dictum eſſe alterationem hic; quia inferiùs manifeſtabitur melius: ſecundum dictū fuit ly, Quædam. quia ſenſus non alteratur ea alteratione, quæ corruptiua eſt, ſed quæ eſt ſalus, vt infra 57. palàm fiet. Aiunt autē. In hac tertia ponit dubium, & eſt, ꝙ aliqui ponebant ſimile pati à ſimili, vt rectè etiam exponit Auerro. pariter Græci, quidam contrarium à contrario: Hoc autem, quomodo ſit, dictum eſt in ſermonibus vniuerſalibus de agere, & pati. Alexander ex ſententia Philoponi voluit, quòd adderetur huic litterę; Dicendum autem & nunc. Dicit Philoponus ꝙ, tametſi non addatur; per ſe tamen intelligitur. notauit Simplicius ly, Vniuerſalibus, non ꝙ libri de gene. & corrup. ſint vniuerſales, ſed id dictū eſſe propter eas, quæ de agere, & pati ibi adducuntur rationes: quandoquidem non agatur de illis, reſpectu vegetatiuæ, aut ſenſitiuæ, aut alicuius particularis naturæ, ſed vniuerſaliter: hic verò, vt virtuti ſenſitiuæ applicantur, agendum eſt.

T.c.52. Habet autem. Auer. in parte continuatiua, ponit Intentionem, quæ clara eſt. Tex. in duas partes; in prima dubitat; in ſecunda ſoluit. primam partem diuerſimodè introducunt, & exponunt Auer. & S. Thom. quem ſequuntur Latini, Alberto excepto: qui fuit eiuſdem opinionis cum Auerr. S. Thom. vult, ꝙ dubium ſit ad hominem: ex quo duo ſequuntur inconuenientia: Empedocles, vt ipſe affirmat, tenens ſimile à ſimili cognoſci, ponebat ſenſum eſſe actu ipſa ſenſibilia, quatenus ſecundùm ipſum, anima ex elementis ſenſibiliū conſtabat. quo ſtante, primum ſequitur inconueniens, & dubium, cur eſt, cum ſenſus ſit ipſa ſenſibilia, ꝙ ſeipſum non ſentit, & ſenſuum ſit ſenſus: per eandem cauſam ſequitur ſecundum dubium; cur eſt, ꝙ ſenſus non ſentit, ſine alio exteriori ſenſibili. Auer. tamen vnum duntaxat dubium intelligit in tex. idem & Albertus, & non ad Empedoclis poſitionem, ꝙ ſcilicet ſenſus ſit ſenſibilia; ſed ad Platonis ſententiam; qui volebat ſenſum eſſe virtutem actiuam: contra quam dubitat, vt determinet paſsiuam eſſe. & hanc expoſitionē capiunt omnes Græci, Simplicio excepto, Themiſt. Phil. Exponit itaque Auerr. ſi virtutes ſenſitiuæ eſſent actiuæ, ſequeretur, ꝙ ſenſus ſentirent ſeipſos, & non indigerent extrinſeco ſenſibili. & illa particula, Et. oſtendit, ꝙ eſt totum incōueniens vnum, & non duo. verificant tamen deductionem iſtam diuerſimodè; & ſi inter eos conuenit, ꝙ vnum dūtaxat dubium ſit. Auerroes cum Alberto deducit ex fundamentis Platonis, qui volebat vnicuique ſenſui ſingulū dominari elemētum, vt viſui ignis; quare non indiget obiecto extra, cum intus talia ſint elementa in ſenſorijs ſenſibus præſentia. Themiſtius, & Philoponus non trahunt illud Ariſtotelis dictum ad Platonem; Inexiſtente. & in hoc differunt; ſed ad hoc, quia ſenſoria ipſa corpora ſunt, ex quatuor conſtant elementis; quare viſibilia, & præſentia ſunt. conuenit tamen inter omnes, quòd ſenſoria ipſa ſunt, quę inexiſtunt ſenſibus ſenſibilia præſentia. At contra hanc expoſitionem eſt inſtantia maxima; quia Ariſtot. deducens ad inconueniens in textu dixit, quòd ſenſuū erit ſenſus: quòd, ſi de ſenſiterijs intelligere voluiſſet; non dixiſſet ſenſuum, ſed ſenſiteriorum, quare Alexan. cum vidiſſet obiectionem manifeſtam, dixit, quòd loco ſenſiteriorum, poſuit ſenſuum, vt recitat Simplicius. modò lectio iſta violenta eſt, loco organi vſum eſſe virtute mouente, & vtente: quare dicendum eſt ſecundùm Simplicium, quòd ſcilicet duo ſunt in textu dicta inconuenientia, quæ reſpiciebant animam ſenſitiuam duobus modis; primò ratione ſui; ſecundò ratione organi: ratione ſui, ſenſitiua anima eſt de virtutibus cognoſcitiuis; quare, ſi anima actiua eſt, vt volebant antiqui; cur eſt, quòd ſeipſam non cognoſcit? & hoc voluit Ariſt. ꝙ ſenſuum eſſet ſenſus. & hanc deductionem non fuit de expoſitoribus, qui eam viderit. at ratione organi, quomodo ſequatur, notandum ex ſententia Egidij, & bene, ꝙ aliquid non poſsit exercere propriam operationem ſine additione alicuius extrinſeci; contingit duobus modis; aut, quia eius operatio tranſit in aliquod extrinſecum; aut, quia tale quid habet potentiam paſsiuam; & indiget aliqua potentia actiua, quæ ipſum ad actū deducat. ex quibus ſtantibus deducitur optimè conſequentia; ex quo, per antiquos, ſenſus eſt virtus actiua, & viſio eſt in vidente, & non tranſit; ſequetur, ꝙ viſio ex ſe fieri poterit ſine aliquo extrinſeco; quia, ſi indigeret extrinſeco, maximè indigeret, vt eo medio reduceretur ad actum; quare eſſet virtus paſſiua, & non actiua; quod eſt contra poſitum. At fortè diceret quiſpiam; Non indiget extrinſeco, vt ab eo moueatur; ſed, vt in ipſum operetur, & videat: ob id ex ſententia Simplicij dixit Ariſt. Inexiſtente igne, & terra, &c. quod eſt ſecundum inconueniens; non tamen, vt expoſuerunt alij reducentes in antiquos; & S. Thom. in Empedoclē: & Simplicius aſcribit Plutarcho in Empedoclem ponentem in ſenſibus elementa, ſed ad hunc ſenſum intelligendum eſt: quare, cum indigeat ſenſibili; non operatur circa intrinſecum præſens, ſine extrinſeco, ſcilicet circa ſenſiterium ipſum; quod

ex qua-

ex quatuor conſtat elementis: quare ſcilicet, ut bene Themiſtius, viſus oculum non videt: Quorum ſenſus per ſe, aut ſecundùm accidentia illis. Simplicius exponit, quòd ſenſus eſt, uel eorum, quæ per ſe inſunt elementis, corporibus ſcilicet, vel eorum, quæ ſecundùm accidens, ſcilicet, qualitercunque accidant, coloris aut magnitudinis: quę uerò per ſe, ut calidum, frigid. & cætera talia. S. Thom. ly, per ſe, exponit ſecundùm ſubſtantiam & quia ſenſus non penetrat ad ſubſtantiam, dicit hoc eſſe dictum ſecundùm illos, qui non diſcernunt inter ſenſum, & intellectũ. ly, ſecundum accidens, exponit de accidentibus per ſe, ut cal. frig. &c. Manifeſtum. In hac parte ſoluit, & ſolutionem approbat exemplo. Auer. continuat primò, mox exponit. Prima pars clara eſt ſatis: in ſecunda ſolutionem exponit, quę tota conſiſtit in hoc fundamento, quòd ſenſus eſt uirtus paſſiua, neque ad actionem, ſeu operationem mouetur abſque extrinſeco mouente: ſicut combuſtibile nunquam à ſeipſo combureretur, niſi ad ipſum extrinſecus admoueretur ignis. Philoponus notauit artem Ariſt. nã in 51. propoſuit dubium, an ſimile à ſimili, vel à contrario pateretur? quod tametſi in libris vniuerſalibus de eo determinauerit ſatis; in propria tamen materia iſta de ſenſu latet. in 52. poſuit ſecundum dubium, de quo dictũ eſt, & ſoluit. ex cuius ſolutione patet & ad primum ſolutio; quia patitur à diſsimili, cum obiectum ſit actu; uirtus uerò potentia; in principio: mox in fine perficitur à ſimili; quandoquidem, & ipſa fiat actu. Hiſpanus in hoc textu dicit, quod aduertant Scotiſtæ; quia expreſsè textus eſt contra tenentes dari ſenſum agentem, & potiſsimùm ſecundùm expoſitionem Auer. quę nota non modò oſtendit ipſum Auerroim non intellexiſſe, verùm neque Ariſt. textum. Declaro'; primò, quòd non textum; nam digrediens diuinè admodum Simplicius circa ſolutionem vtriuſque dubij; primò notat quòd in virtute, ex ſe in ſeipſam excitari, arguit maximam perfectionem; quandoquidem talis actu ſecundùm ſe perfectio ſit talis; quęcunque verò non à ſeipſa excitatur, aut extenditur, ad quę extrinſecus ſunt: aut, ut potentia, ab alio ad actum reducitur: uterque modus imperfectionem dicit: minus tàmen imperfecta eſt, quæ, ſecundùm alterum tantùm modum dicitur; aut ad quod; aut à quo: & talis non omnino potentia eſt, neque omnino imperfecta; at quæ duntaxat ab his, quæ extra ſunt, mouetur; quæque ea duntaxat, quæ extrinſecus ſunt, recipiunt, ea omni ex parte imperfecta eſt, & potentia ſola: talis eſt uis vltima ſenſus, quæ cognoſcitiua eſt: ipſa etenim potentia eſt, & ut operetur, indiget extrinſeco mouente; eſtque ſolùm cognitiua eorum, quæ extrinſecus ſunt, quare imperfecta omnino: phantaſia quidem, cum ſimul ab extrinſecis ad actum deducta fuerit, per ſeipſam, quanquam obiecta extrinſecus præſentia non fuerint, in actum exibit, & operabitur; quare nunquam erit in actu. addit, quòd uis ſenſitiua dicitur in tantum perfici ab extra, quatenus obiectum illud feriens ſenſiterium, quod intrinſecus animæ eſt, eſt in cauſa, ut uirilia excitetur, & ſentiat. & manifeſtat exemplo, ut panis dicitur motiuus appetitus, non quòd aliquid in appetitum producat, ſed circa panem appetitus per ſeipſum, & ex ſeipſo excitatur. ex quibus uerbis elicitur, quòd paſsio intelligitur dum obiectum mouet ſenſiterium intus ſuſceptũ, cum qua ſtat actio animæ, cum ad ipſum excitatur, ut dictum eſt: & hoc modo ſaluabitur dictum Ariſt. 37. ſupra, qui poſuit in genere cauſę efficientis animam concurrere. appellata eſt potentia ſolùm, non quòd actiuè ad perfectionem non concurrat excitata; uerùm, quia nunquam operatur niſi ab his, quę extra ſunt præſentia, obiectis recipiat; contra, phantaſia quandoque, ut dictum eſt. ſolutionem hanc accepit Auerr. & in his uerbis totum manifeſtauit; ſenſus non eſt ex uirtutibus actiuis, quæ agunt ex ſe, abſque eo quòd indigeat in actione, quæ prouenit ab eis motore extrinſeco, ſed ex uirtutibus paſsiuis. Quare neque Auer. intellexit. primum itaque dubium ex ſententia Simplicij ſolutum eſt, ratione maximæ imperfectionis in ſenſu: nanque perfectiſsimi actus eſt, ꝙ ſupra ſeipſum flectatur. Sicut combuſtibile. Soluit in hac ſecunda particula ſecundę partis ſecundũ dubium, quod erat; Propter quid proprium ſenſiterium non ſentit. Solutionem manifeſtat ſic formaliter Simplicius; Quoniam oportet ſenſiteriũ pati à ſenſibili, ut inde ſenſus in actum moueatur: modò nihil tale eſt, quòd à ſeipſo patiatur: quare, ſicut combuſtibile non comburitur ſine combuſtiuo; ſic neque ſenſiterium patitur à ſeipſo. At contra hanc ſolutionem fit inſtantia; quia ignis actu eſt in ſenſiterio. Ad hoc argumentum datur reſponſio, quæ elicitur ex dictis Them. quòd ſcilicet ſenſilia non mouent, niſi remotiuſcula ſint: requiritur itaque diſtantia debita. At contra hãc inſtantia eſt manifeſta: quia à pari dicam, quòd ſenſus eſt uirtus actiua; ſed, quòd ſeipſum non ſentiat, in cauſa eſt; quia obiectum eſt præſens. Philoponus dat tres cauſas; quare eſt, quòd proprium ſenſiterium non recipiat: prima eſt, quia uirtus ſenſitiua habet eſſe in proprio ſenſiterio, ut in ſubiecto, & ſimul cum ſuo ſenſiterio recipit obiectum ſenſibile: quare, cum & ipſum concurrat ad receptionem, non poteſt à uirtute ſenſitiua recipi, & ſentiri, niſi ſupra ſeipſum reflecteretur; quod inconueniens eſt de vllo corpore affirmare: ſecunda eſt ratione diſtantiæ, ut dictum eſt: tertia & quam capit, eſt, quia coniunctum agit, idemque patitur; quare fit ſenſus eorum, quæ ſunt extra. At opinio illa patitur inſtantiam; quia poſsibile tũc eſſet, quòd ſenſibile ſupra ſenſum poſitum ſenſationem cauſaret. quare dicendum ex ſententia Simplicij, cum his, quæ Philoponus determinauit, quòd ſenſibile extra non agit in ipſam animã ſenſationem, ſed in ſenſiterium. ex quibus uerbis elicitur, quòd actio fit in ipſum, ut excitetur anima ad operationem: modò idem non poteſt in ſeipſum agere. eadem & Them. ſententia eſt. dubitat poſtremò Philoponus ratione docta, quòd ſentiamus propria ſenſiteria: nam quandoque

frigidio-

frigidiora, calidiora aliquando in nobis fiunt membra,& tactu ſentimus. criſtallinus quinetiam humor, ſi aliqua paſsione coloratur, quæ uidetur à nobis, eiuſdem coloris omnia apparent. adducit Medicos reſpondentes,& laudat,quòd ſcilicet ſentimus,& calidum,& frigidum excellens, non tamen ob id propria ſenſiteria, neruos ſcilicet, aut carnes calefactas, ſed humiditates (ſanguinē ſcilicet,& ſpiritum) quę cum adiaceant partibus ſolidis,eas recipimus,cum tangant membrorum parietes, ſicuti aerem calidum, aut frigidum tactu ſentimus. quòd, ſi quis & in membris ſolidis diſcraſiam ponat,quia impoſsibile eſt talem eſſe uniformem,quinimo deformis eſt; alioquin animal eſſet in termino corruptionis: cum parte itaque naturali recipit, quę pręter naturaliter diſpoſita eſt. At ſolutio iſta tenet de tactu, ſed de oculo relinquitur dubium, quomodo naturaliter diſpoſitus, præſens ſenſiterium non uidet; ſi tamen in eo humor quis præter naturam fuerit, videbit. Ad hoc Philoponus reſpondet, quòd in elementis ſunt qualitates, quæ per ſe ſunt, & eſſentiales, quarum comprehenſiua eſt uirtus tactiua: ſunt & qualitates accidentales, quas alii comprehendūt ſenſus, ut color, odor, & huiuſmodi: & ſecundùm hanc reſponſionem exponit dictum in textu. notauit tamen, quòd Ariſt. vſus ſit nominatiuo; Quę per ſe, aut accidentia; loco genitiui, ſcilicet ſenſus eſt eorum, quæ ſunt per ſe, aut accidentium iſtis, quem modum ſæpe obſeruat Philoſophus.

T. c. 53. Quoniam autem ſentire. Auer. in parte continuatiua ponit intentionem, quæ eſt, quòd hæc duo, ſcilicet eſſe in potentia, & actu contingunt uirtutibus animæ. Philoponus de Grecis, cum dixerit ſenſum potentiam eſſe paſsiuam non præſentibus ſenſibilibus, fieri autem in actu, præſentibus; hoc idem modò confirmare intendit, quod erit, ſecundùm Simplicium, ſubſtantiam huius virtutis animæ manifeſtare. Tex. diuiditur in duas partes, in prima procedit ab operatione ad eſſentiā; in ſecunda ordine conuerſo: quē procedendi modum appellat Simplicius ſcientificum. dicit itaque in prima de operatione, quòd ſentire dicitur duobus modis; primo modo potentia. Notat Simplicius, quòd non debet intelligi de potentia ualde remota, cuiuſmodi ſperma eſt, quod dicitur uidens in potentia; ſed, quod in habitu eſt; & tale quid eſſe in potentia declarat Auer. propinqua, & remota: nanque dormiens eſt in potentia ad videndum; & qui in obſcuro eſt, eſſe tale in potentia dicitur; ſed primum in remota; ſecundum uerò in propinqua. dicitur & ſecundo modo ſentire, ut quod iam eſt operans. Dupliciter. Modò aſcendit ab operatione declarata ad uirtutem ipſam, quod ſcilicet & ſenſus uirtus eſt, quæ & potentia eſt, & actu. Similiter. In hac ſecunda parte ordine conuerſo incedit; ſed breuitati ſtudens non repetit amplius eſſentiam, ſed illa inibi declarata deſeruit utriq; proceſſui, poſteriori primo, mox priori. dicit itaque, quòd & ſentire aliquando potentia, aliquando actu.

T. c. 54. Primum igitur quidem. Auer. in parte continuatiua ponit intentionem, quæ eſt ponere differentiam, inter hoc, quod dicimus ſenſum moueri, & ſenſum operari. cauſam huius intentionis ponit Simplicius cum Philopono. cum retrò dixerit ſenſum eſſe in quodam pati, & moueri. poſtremò dixit ſenſum ipſum operari. quæ duo cum actionem, tum & paſsionem, de eadem re ſignificant, ne uideantur idem omnino, inter ea differētiam ponit. Latini alio modo introducunt, qui ad propoſitum non eſt. S. Thomas ſentit cum Græcis, & Auer. Tex. ſecundùm expoſitionem Auer. habet tres partes, primò ponit unam concluſionem; ſecundò declarādo eam, aſsignat duas differentias; tertiò infert corollarium: prima pars clara, quòd ea ratione uidetur ſermonem feciſſe de agere, & pati, ac ſi penitus idem eſſent. Et nanque in hac ſecūda parte Auer. notat differentias: quarum prima eſt, quòd eſſe unius generis eſt actio non perfecta, & tale eſt genus motus; cū per eius diffinitionem habitam 3. phy. 4. ſit actus, ſed imperfectus. & notat Simplicius, quòd ſenſus eſt actus, qui eſt in motu, imperfectus ſcilicet: eſſe autem alterius generis, eſt actio perfecta. Circa uerba Auer. notandum, quòd, ſi nos teneamus motum, & actionem eſſe realiter diſtincta, dictum Auer. eſt manifeſtum: at, ſi uoluerimus ea ſola ratione differre, maior difficultas inſurget, & tunc opus erit intelligere, quòd una, & eadem res ut habet rationem, qua dicatur actio, perfectior ſeipſa eſt, ſecundùm quòd motus appellabitur, neque inconuenit. Them. determinat pro primo dicendi modo: & innuit. Si mouetur res, neceſſario in actu eſt; non tamen conuerſo ordine, ſi actu ſit, ſequitur inde, quòd moueatur, quia plus hoc, quàm illud hiet. At dubium eſt circa quæ dixit Auer. quomodo ille actus poſsit uerificari de ſenſu; quandoquidem in motu noter imperfectionem, & compoſitionem partim ex corrupto partim ex genito; quod in ſenſu ualde eſt difficile uidere, cum fiat in inſtanti. ad hoc reſpondet Hiſpanus, quòd licet in inſtanti fiat ſenſatio, fit etiam in tempore; nam per exemplum de lumine, lumen in inſtanti ſpatium aliquod totum illuminat: at ſi debet illuminare partem aliquam remotiorem. quia hoc non fit, niſi per approximationem illius corporis, illuminatio fit in tempore: eodem modo dicendum eſt de viſu; ſi quod uiſibile uidetur in magna diſtantia, & ſit album, fortaſſe apparebit nigrum: at multiplicatio illius coloris eſt ſubita; ſed eſt quoquomodo cum priuatione perfectioni ſ uiſionis illius rei; ideo per approximationem meliùs, atque per maiorem meliùs apparet, & intenſiùs; quare uiſio illa cōpoſita eſt ex priuatiuo, & politiuo, ut illuminatio. At reſponſio iſta, licet ſit apparens, non tamen eſt Ariſtotelica; intentio nanque Ariſt. hic non eſt agere de ſenſu, neque de operatione ſenſus per accidens, ſed per ſe, & eſſentialiter; quia cognitio talis non haberetur demonſtratiua; modò applicare actum imperfectum, potentiæ ſcilicet miſtum, ſenſui, ratione diſtantiæ, & non debitæ approximationis, erit per accidens: accidit enim

quòd

quòd obiectum remotum ſit. quare pro ſolutione ſ, notandum ex ſententia Philoponi, quòd tria hęc ſic ſe habent, actus, motus, & paſsio, quòd ſi communiter capiantur, coincidunt; ſi uerò propriè, maximè ad ſeinuicem differunt; actus nanque eſt ab habitu totus ſimul operationis prouentus, impartibilis, perfectusque: at motus, & ſi actus ſit, diuiduus & imperfectus exiſtit: actus itaque ſenſus, qui perfectus eſt, non eſt tempore partibilis,* ſed in inſtāti fit, & ſimul totus. motus verò dicitur qui ab imperfecto ad perfectum tendit, & tempore menſuratur partibiliter. inter actum autem & motum, qui verus eſt motus, datur ex ſententia Philoponi motus quidam medius, qui intellectualis appellatur; qui neque verus motus, neque verus eſt actus. at magis ad propoſitū Simplicius in hoc diſtinguens pati à moueri: pati propriè ſecundùm qualitatem paſsibilem dicitur: quomodo in plus ſe habebit motus; at, ſi ſecundùm ſimplicem ab altero factam mutationem capiatur; in idem uidentur duci, & pati, & tranſmutari: omnis nanque mutatio ab altero eſt. in mutatione autem dicitur, quòd ſecundùm ſeipſum totum altero tranſmutante, mutatur. quibus collectis ad argumentum modò dico, quòd de eodem ſenſu nerificatur, & quòd actu, & quòd potentia eſt: eſt quidem actu, imperfecto, ut ſub habitu eſt, & in opus potens exire, eo modo, quo mutabile aliquid dicitur; non autem, quo uerè mobile: ut verò operatur actu, & videt, ſic perfectiſsimus erit actus: in qua mutatione non requiritur temporaria actio, aut paſsio, ſed duntaxat mutatio de non uidere ad uidere. Deinde dedit. Ponit ſecūdā differentiā Auer. quæ de ſe clara eſt. Vnde eſt quidē. Corol. hoc introducitur ex ſententia Them. nam, cum aliqua talia ſint poteſtate, qualia ſunt quædam actu; neceſſe eſt patiantur ab iſtis; quo fit, ut tum à ſimilibus, tum à diſsimilibus paſsio hæc uideri poſsit procedere. Auer. exponens ponit tria dicta; primum eſt, ꝙ paſſum, antequam patiatur, eſt contrarium agenti; & dum patitur, eſt admiſtum ſimili, & contrario. ex hoc dicto uoluit Hiſpanus ſecundùm uiam Auer. præſertim tenere argumentum ſuperiùs factum, quòd ſentire eſt moueri propriè: at opinio illa fuit erronea: quia Auer. intellexit hic de alteratione corruptiua, habens in intentione duntaxat oſtendere, quomodo fiat paſsio à ſimili, & à contrario: ſecūdum dictum eſt, quòd, qui non intellexerit virtutes paſsiuas in tali eſſe, non poterit ſoluere quæſtionem. dicit hoc, ut eliciatur natura poſsibilis ad agens; tertium eſt, quód in ſenſu, niſi quis ponat ipſos eſſe de virtutibus paſsiuis, non poterit ſoluere, &c. quia hoc eſſe paſsiuum notat reſpectum ad agens, à quo moueri, & pati poteſt, & eſt potentia ipſum; nanque potentia ſenſitiua in principio eſt priuatá obiecto; in fine uerò, eodem informata; quare in principio priuatiuè opponitur; &, ut in ſenſu notatum eſt, ſic eſt obſeruandum in uirtute rationali, quòd ſcilicet paſſiua ſit. Dubium tamen eſt circa id, quod Auer. dixit in ſecunda differentia, quòd ſcilicet paſsiuum non habet eſſe, niſi ab alio, ſcilicet agente; quod autem eſt de genere actionis, dicitur habere eſſe ex ſe. at dictum hoc videtur falſum, nam agens, & patiens ſunt relatiuè oppoſita; quare, ſicuti patiens non poteſt eſſe ſine agente; neque etiam è conuerſo dicendum erit. Datur una reſponſio à Therap. quòd agens eſt duobus modis, vel quod habet actionem tranſeuntem; & de tali verum eſt, quòd mutuò referuntur; dicitur, & quod habet actionem immanentem; & de tali verum eſt, quod non refertur.

T. c. 55. Diuidendum autem. Auer. in parte continuatiua ponit intentionem, quę eſt determinare, quomodo & potentia, & actus duobus modis dicitur. Tex. diuiditur in duas partes; in prima ponit intentionem; in ſecunda rem ipſam aggreditur. primam Auer. exponens dicit; Cum ſuperiùs uiſi fuerimus de ſenſu, & nomine potentię, & actus, nec tamen diſtinctè. nam ly, Simpliciter, ex ſententia Simplicii, & Philoponi, idem uult, quòd indiſtinctè. nunc vult de vtroque diſtinguēdo determinare; ſimulque, vt notat Philoponus manifeſtabit, quòd ſenſus, qui ſecundùm actum eſt, neque alteratio, neque motus eſt: & addit, quòd non qualitercunque mutatur aliquid de potentia ad actum, id alterari dicitur. Eſt quidem enim. ſecunda hæc pars in duas diuitur; in prima ponit modos potentię exemplo; in ſecunda ponit inter eos differentiam. Auer. notat, quòd ly, in potentia, dicitur duobus modis; aut de non habente habitum, ſed innato eum habere; aut de habente, & non operante; muſicus etenim actu non cantans in potentia ad operationem dicitur; & eſt, de qua retro abundè dictum eſt ex ſententia Philoponi in diffinitione animæ. Vterque. In hac ſecunda particula ponit inter utrumque Ariſt. differentiam. non eſt eadem ratio, vt Auer. exponit, inter utramque potentiam; prima quidem eſt ante omnem perfectionem, quæ ſaluatur in genere tali, quod natum eſt ad talem perfectionem aſcendere, & in materia tali; ſecunda, quæ eſt in iam perfecto, potente tamen conſiderare. dicit Ariſt. in primo modo, genus, & materia. Philoponus idem exponit utrumque dictum, homo communiter ſciens dicitur; quia natura, quæ hominis eſt, ſuſceptiua eſt doctrinæ, & ſcientiæ. addit. Hoc idem ſignificat genus, & materia. genus nanque appellat ſubiectum: Simplicius non idem vult, & melius exponit, notans in tribus eſſe quod perfectum eſt, in ſubſtantia, potētia, & actu: homo quidem potentia ſciēs ea ratione dicitur, quia natus eſt talis, & eius proprio generi conuenit, & naturę; potentia verò ad materiam refertur; quandoquidem in fieri, & aliundè perfici conſiſtat: ea de cauſa addidit, Materia Poſtremò, qui habitum poſsidet, non operatur tamen; non in potentia ad generationem, non ſecundum materialem potentiam, ſed ſecundùm formalem ad contemplationem dicitur: quam quidem potentiam maximè oſtendit, dicens, Quando vult addens quinetiam, Niſi quid prohibeat. quare patet, quòd quandoque vult, & volens aliquando

prohibe-

probibetur;vtrique potentes imperfectique ; at, qui per generationem perficiuntur, non alterantur alteratione animę;quandoquidem motus ille continuus eſt, & temporarius ; anima autem per terminos duntaxat conſtituitur: quæ tota ſimul in opus euehitur.

T. c. 56. Iam autem conſiderans. Auer. præſentem textum non continuat;quia intẽtio clara eſt. declarat tertium gradum ſcientis; qui quidem eſt, quando ſcientia vtitur. Tex. habet duas partes: in prima declarat tertium membrum diuiſionis prædictæ:in ſecunda redit ad aſsignandam differentiam inter illos duos ſcientes, de quibus in præcedenti. Auer. primam exponens iuxta litteram dicit,quòd ille eſt verè ſciens, qui eſt actu conſiderans; & hoc ad differentiam duorum priorum, quorum vterque potentia eſt. Sed hic. Aſsignat inter primorum vtrumque differentiam;nam,qui in potentia eſt primo modo,eſt alteratus per doctrinam, vt ex Ignorantia ad ſcientiam; & ſic voluit Ariſt. per habitum contrarium intelligere ignorantiam ex ſententia Them. Auer. alio modo exponit;quia habebat deprauatum textũ.notauit ly,alteratus, Philoponus,quòd ſcilicet alterationem accepit communiter; quia mutatio de ignorantia in ſcientiam, non dicitur propriè alteratio, ſed tranſmutatio, & generatio; alter uerò eſt, vt habens ſenſum, aut grammaticam; ſed ab opere, & uſu ſe abſtinet; quare ſuum mutare, non eſt, niſi de non agere in agere; in quo ex ſententia Themiſt. non ammittitur aliquid: ſed is ſcientiam, quam intus poſsidet, ad vſum promit: alter verò, ſuccedente doctrina, ignorantiam pellit. Concludit itaque Philoponus. quòd quæ potentia,ad abſentiam;quæ verò actu, ad præſentiam referuntur.

T. c. 57. Non eſt autẽ ſimplex. Auer.non continuat. Philoponus de Græcis inquit; Cum multa ſignificata de potentia retro dixerit, & diſtinxerit ab eo,quod actu eſt,nunc vult oſtendere, quòd neq; pati,ſimpliciter dicatur; intelligens tamen idem per pati,& alterari. cauſa autem huius,ex ſententia Simplicii,fuit; quia intendebat ponere differentiam inter alterationem ueram, & illam, qua ſenſus alterari dicit.textus diuiditur in duas partes: in prima ponit diſtinctionem,pati; ſecundò ad propoſitum applicat:primam Auer. exponens iuxta textum,dupliciter dicitur pati,uel quod à contrario eſt,& hoc appellat corruptiuum Philoſophus,quod maxime cernitur ex ſentẽtia Auer. in qualitatibus primis ſimplicibus ; quia in alteratione tali duo conſideranda ſunt ; primum forma cõtrarii,verbi gratia,album, quod neceſſario adueniente nigro debet corrumpi ; quare merito illius dicitur paſsio, ſiue alteratio corruptiua:alterum eſt,quod acquiritur,& eſt perfectio:altero modo dicitur alteratio,quæ eſt ſalus magis ; & illa eſt, quæ mutatio eius,quod potentia eſt, ab eo quod eſt actu, & ſimili.dixit autem ly,magis;uel, ut Philoponus,quia habitus per operationes ſaluantur magis; uel,vt ex Simplicio elicitur; quia, quod generatur primò, in potentia eſt; & patiens ab exiſtente in actu, & contrario:ſecundò quin etiam potentia dicitur,& patiens, quando à ſimili perficitur;quod eſt in vltimo motus ; at, quod alio modo alteratur,magis ſalus appellatur;quandoquidem mutatur duntaxat de non operari in operari: in qua mutatione nihil ammittit ex ſententia Them.niſi quis ammiſsionem dixerit perditionem otii : & ſecundum hanc addidit Ariſt. in textu,eius,quod potentia ab eo, quod actu, & ſimili, quod idem eſt ex ſentẽtia Philoponi ex habitu in actum proprium:actus enim, qui ab habitu fit, ſic eſt ei ſimilis, tanquam proprium ſuum opus. At contra hanc dubitatur;quia habitus, ex quo perfectior eſt ſuo actu, non debet reſpectu illius dici potentia.& probatur;quia, quod eſt virtualiter tale, perfectius eſt quocunque formaliter tali;quare habitus ſuo actu. Ad quod dicendum,quod regula uera eſt, ſi vtrumque agens diſtinguatur, verbi gratia,Sol,& homo generant hominem: alterum agens virtuale eſt; & hoc perfectius dicitur;alterum formale,quod imperfectius at, ſi idem ſit & virtuale, & formale, perfectius erit habituale cum formali ſimul, quàm alterum per ſe ſolùm. Sic ſicut. In hac parte tria facit; primò applicat ad propoſitum; ſecundò reddit cauſam; tertiò determinat, quod erat intentum, ſcilicet,quòd non eſt alterari. Auer. exponit ſecundum ſuum textum primam;& eſt,quod diſpoſitio ſenſus eſt, ſicut potentia ad actum ſe habẽs; quod idem eſt ex ſententia Philoponi,quòd mutatio ex habitu in actũ.& declarat magis;nam & ſentire,& intelligere fit per receptionem ſpecierum; quare ſenſus potentia erit ſenſibile, & intelligibile intellectus,ut habitus ſimilis eſt propriæ operationi, & vt habitus, operatione pręſente; repentè ſuſcipit illam,quæ propria eſt eius perfectio,non corruptus tamen,nec modo aliquo alteratus: ſic & ſenſus, cum ſit potentia, quale ſenſibile eſt, ab eo in actum ducitur, cui ſimilis eſt: quæ quidem ſimilitudo non vſque ad ſubſtantiam penetrat, vt bene refert Philoponus; ſed ea ſimilitudine eſt; qua impreſsio anuli ad ceram, quę ſuperficiem duntaxat informat: in ſecunda per ſimilitudinem à ſpeculante, cauſam elicit huius ſentire, quod alterari non eſt : nam ſpeculans fit habens ſcientiam,nec perdit aliquid ſpeculando, habens ſciẽtiam, ſed colit, & perficit: in tertia determinat propoſitum, quòd ſcilicet talis mutatio non eſt alteratio, ſub diſiunctione terminata; cum omnis alteratio ex ſententia Them. priorem qualitatem excutiat: at hic nihil, præter otium merum, excutitur; imo crementum priori qualitati, ac honeſtamentum adiungitur. Aut alterum genus. Notat Simplicius hoc dictũ eſſe à Philoſopho propter Platonẽ,qui uocabat hanc mutationem, alterationem; quę cũ ſit, alterum genus alterationis erit.

Gale. 6. de plac. Hipp. & Plat. & Hipp. duas voluit fieri ſenſationes, validam alterã, vt cũ ſenſibile fortis motu ſenſum ferit, & præter naturam ducat, & talis infert dolorẽ, qui niſi percipiatur, in cauſa ponitur mẽtis delirium. Vt Hippocrates particula ſecunda, aph. 6. Qui aliqua parte dolent & dolorem non ſentiũt, his mẽs ægrotat, eſt & alia ſẽſus alteratio, quæ nullum facit dolorẽ, ſenſationem tamen parit: & talis potiſſimum, in genere ſimutuis fit; verbi gratia, viſus inſtrumentũ, quoniam coloribus diſcernendis idoneũ eſſe cõueniebat, ſplẽdidum creatũ eſt, quaſi ſola huiuſmodi corpora à coloribus alterari ſoleãt: vt & a Solis ſplendore ſolo tactus totus aer ſtatim ei aſſimilatur.

T. c. 58. Vnde non bene. Auer. neque continuationem, neque intentionem ponit. Intendit tamen Philoſophus ex dictis corollarium inferre; quod in ſe duo continet; primum in ordine eſt, quòd qui ducitur de habitu in actum, qui eſt in potentia ſecundo modo, vt retro dictum eſt, non alteratur,

ratur, neq; patitur: ſecundum, ꝙ neque, qui in potentia primo modo eſt, alteratur, quando ad habitum, & perfectionem ducitur. Primam partem corollarij habet duas partes, ſecundùm expoſitionẽ Auer. prima eſt, ꝙ de habitu in actum non eſt alteratio. manifeſtat Ariſtot. exemplo à carpentario; nanq; carpentarius, & ſi ad opus perficiendum localiter moueatur; non mouetur tamen ſecundùm qualitatem. ex quo Simplicius infert per locum à maiori; quòd, ſi carpentarius, qui ad opus vtitur corpore, non alteratur; minus alterabitur non utens corpore anima. At exemplum non videtur ad propoſitum; quia carpentarius dicitur agere; ſenſus tamen, aut intellectus dicitur pati: quare, ſi primus non patitur; non valet hoc dicere de ſecundo. Ad quod optimè reſpondet Egidius, ꝙ, tametſi ſenſus recipiat; non tamen verè alterari, aut pati dicitur; quia in tali receptione non corrumpitur aliquid; ſed duntaxat ad ſalutem, & perfectionem propriam recipitur. In actum. Auerroes exponit totum textum de reminiſcentia; quia in ſuo textu habebat; Quod autem reuertitur. & patet; quia alteratio contingit fieri quatuor modis; primo, cum quis ab habitu inexiſtente ad actum proprium ſe transferat; & talis modus nomen non habet: ſecundo, cum quis caret & actu, & habitu; ſed iam habuit: quando redijt, reminiſcentia dicitur; & de hoc intellexit Auerro. aduerſus Platonem: tertius eſt, quando nunquam habuit; & tunc dupliciter, aut acquirit à Doctore, & vocatur doctrinatio; aut per intellectum agentem, & vocatur inuentio. Sanctus Thomas tamen, pariter & Greci omnes magis ad litteram Ariſtotelis Grecã accedentes, alio modo exponunt, ſcilicet, quòd particula illa tex. ſit quaſi concluſio ſuperioris: ſequitur itaque, quòd, qui ducitur de potentia in actum ſecundum, & intelligere, & ſapere, non dicatur edoceri, aut doctrinam de nouo acquirere: ſed æquum eſt, ꝙ altero appelletur nomine; quod quidem nomen fortè poſitum non eſt ex ſententia Sancti Thomæ: & hæc, mea quidem ſententia, melior lectio eſt; nanque ars Ariſtotelis eſt diſtinguens motum hunc de habitu in actum, ab eo, qui de ignorantia ad ſcientiam; vt, qui minus alterari dicitur, oſtendat, vt in ſequenti parte facit, ꝙ neque in eo, qui de ignorantia in ſcientiam eſt, de quo videtur magis, non reperitur alteratio. Ex potentia autem. Hic locus ex ſententia Themiſtij, eſt locus à maiori negatiuè, quòd ſcilicet, & qui à nuda rei ignorantia in propriam eius ſcientiam euehitur, non alteratur; qui tamen magis videtur alterari; & quodammodo colore vtitur rhetotico: primo, ἰκάνω, quòd ſcilicet non alteratur, Philoponus oſtendit; quia in acceptione ſcientiæ corrumpitur nihil; veruntamen perfectio magis acquiritur. id tamen non negandum eſt; quin aliqua fiat alteratio corporea ad hoc, vt perficiatur ſciens in anima; quandoquidem occaſio fiat à ſenſu, à memoria in rationes ipſas: non tamen diſciplinatio alteratio eſt; quinimo ad ipſam potius habendam. ſequitur alteratio corporea; non tamẽ in anima alteratio, aut paſſio ſit; ſecundo παραλάσιν, & ſi omnino concedatur alteratio; dicendum erit, quòd ſint duo modi alterationis: primo modo ea dicitur, quæ in priuationem tendit; vt, cum quis ſcientiam ammittens, in eius priuationem terminet, alteratus dicitur; quia iam aliquid corruptum eſt, & propriè dicitur: altero modo, cum quis mutetur in perfectionem propriam, & quæ ſibi ſecundùm naturam conuenit. Exponunt Græci, Philoponus, & Simplicius; vt, ſi quis eum alterari dicat, qui ad proprium habitum, ſeu formam propriam aſcendit; cum tamen nihil in tali mutatione corrumpatur, quod proprium veræ alterationis eſt: & quod dixit de ſciente, id de ſentiente voluit Philoſophus ex ſententia Simplicij. At contra, quæ dicta ſunt, dubitatur; nanque multoties fit mutatio de oppoſito in oppoſitum in acquiſitione doctrinæ, vt de habitu erroneo in habitum verum ſcientificum; ergo alteratio vera: ſecundò multi per inuentionem addiſcunt; ergo non ab actu ente, & didaſcalo. Ad vtrunque S. Thom. & primum, quòd non eſt alteratio vera; quandoquidem ea vera dicatur, quæ de contrario terminato in contrarium terminatum mutatur; vt de albo in nigrum, & per ſe fiat; vt primo phyſicorum 61. 62. ſeptimo phyſicorum duodecimo. At contingit, qui ſcientiam acquirit, reperiri ſub falſo habitu; nec eſt mutatio illa per ſe; quandoquidem & ſine errore poſsit ignarus, doctus fieri. Ad alteram habendam pro fundamento eſt, quod, qui in potentia reperitur, ſi ad actum deduci debet, neceſſe eſt, quòd educatur ab aliquo exiſtente in actu: quo ſtante, duobus modis continget, vel extrinſeco, vel intrinſeco; æger nanque & à Medico, vt extrinſeco; & à natura, ſiue ſanitatem intrinſecus operante, ſanus ſit: eodem ordine addiſcit quis ab extrinſeco actu operante motus didaſcalo, & ab intrinſecus verè illuminante, intellectu ſcilicet agente, vtroque modo ab eo, quod actu eſt.

Senſitiui autem. Auerr. non continuat. Sanctus Thomas cum Philopono vult, cum declarauerit ſuperiùs, quid ſit eſſe in potentia, & quòd duobus modis eſt; modò intendit agere, quomodo ad actum deducatur. Albertus cum Egidio uult, quòd applicet, quæ dicta ſunt de ſciente, ad ſenſum. Quare, cum hoc modo ferè litera ſequatur; non continuauit Auer. neque Simplicius. Duo facit in textu: primò oſtendit, quomodo ſenſitiuum reducatur ad actum per ſimilitudinẽ de ſciente; ſecundò ponit differentiam inter ſentire, & ſcire: primã exponens Auerro. duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò ponit vnum notandum. prima pars clara eſt; ꝙ ſcilicet de potentia ad actum animal, quia per ſenſum tale eſt, à generante educitur: ſemen genitale, & ouum in mutatione prima vim ſentiendi potentia ſortitur ex ſententia Them. ea autem ratione factum eſt, vt à generãte educatur; quia vita ſenſitiua nõ eſt ſimpliciter animę; ſed eſt animę, vt corpori coniuncta eſt; quare vnà cũ animali perficitur eius generatio. Et innuit. In hac ponit notandum, quod eſt differentia inter primã, & vltimã perfectionem: & dicit, ꝙ prima perfectio T. c. 59.

fit ab intelligentia agente. pro quo notandum, ꝙ, vt habetur 7. met. 31. virtus informatiua exiſtens in ſemine dicitur intelligentia, quia in eius operatione, dum in ſemine eſt, non vtitur organo corporeo. confirmatur 12. metaph. 18. dicit, ꝙ ſicut intelligentia deducit effectum in aliquem finem; ſic & virtus iſta informatiua: ſecunda fit à ſenſibilibus. Cum autem. Declarat modò ſecundam potentiam, quę eſt, ꝙ, vt primùm genitum eſt animal, ſentit; tactu etenim frigiditatem, aut caliditatem percipit aeris; eiuſdemq; lumen viſu cognoſcit; &, ſi alia obijciantur præſentia ſenſibilia, ſenſibus alijs ſentit. mutatio hæc ab habitu eſt in actum. intelligitur tamen, quòd in debita diſtantia ſint ſenſibilia omnia, & impedimenta remota: & id confirmat per ſimile de ſcire, qui ſimilis actus eſt, ſentire; & ſcientia, habitui. Differt autem. Ponit in hac ſecunda parte differentiam, & eſt, ꝙ actiua operationis ſentire, ſunt ſenſibilia ad extra. addit Auer. ꝙ reliquit Philoſophus, ſcilicet, ꝙ mouens ſcientem de habitu in actum, eſt aliquid copulatum cum anima copulatione in eſſe. & per hoc voluit Auer. phantaſma; cum ex ſententia Ariſt. tertio ani. 30. 39. neceſſe ſit intelligentem phantaſmata ſpeculari. At contra hoc dictum; quia differentia videtur nulla, cum ſenſus ipſi interiores extrinſeco non indigeant; exeunt & ipſi in actum; quanquam obiecta præſentia nō ſunt. Ad quod dicendum, ꝙ nondum determinauit de ſenſibus interioribus, quomodo ab intellectu diſtinguantur; quare accipiendo, quod notum eſt, egit de exterioribus.

T. c. 60. Cauſa autem eſt. Auer. neq; continuat, neque ponit intētionem, cum ex ſe clara ſit. Philoponus eam ponit, ꝙ det modò cauſam eius, quod ſupra declarauit, ꝙ ſcilicet obiecta ſenſus extra ſunt; intellectus verò, intra. Textus habet duas partes; in prima ponit cauſam; in ſecunda manifeſtat idem in ſcientia ſenſibilium: in prima quinetiam duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò ponit corollarium: primam Auerr. exponens, dicit cauſam diuerſitatis eſſe; quia ſenſus non mouetur, niſi à ſenſibilibus obiectis, quæ ſunt extra; in intellectu motor eſt intrinſecus. cauſam ponit; quia tunc nō fit actu comprehenſio, niſi moueatur ſenſus à particularibus, à quibus fit; quod meliùs, & accuratiùs declarans Simplicius, ait, ꝙ extrinſeca hæc particularia obiecta ſenſus non ſunt ea, quæ in ſenſu iudicium faciunt; ſed duntaxat in ſenſiteriū paſſionem faciunt; ob quam, ſnie in quo iudicatiuus excitatur actus: at ſcientia vniuerſalium eſt. Cauſam vtriuſque ponit S. Thom. cuius fundamentum eſt, ꝙ recipiens recipit per modum, quo recipiens eſt; quia cognitio fit per ſimilitudinem cognoſcētis ad cognitum, primo ani. 76. quare, cum ſenſus particularis ſit, & cum conditionibus materiæ indiuiduus, obiectum recipit particulare, & quod eiſdem indiuiduatum eſt conditionibus: at intellectus, cum ſubſtantia ſit immaterialis; ea, quę immaterialia ſunt, recipit, & vniuerſalia; & per hoc fit de prima potentia ad actum primum, qui habitus eſt: nam, vt optimè philoſophatur Philoponus, anima rationalis, vt pura mens eſt, omnia intelligibilia per habitum in ſeipſa continet; cadens autem in generationem, veluti perfectè ſciens oppreſſus ægritudine forti, in reminiſcentiam redit de ſcientia; habens duntaxat habilitatem, non iā habitū; in quem à præceptore, aut ab his, quæ extra ſunt, ducitur ſenſibilibus. Dixit; Quodammodo.

Simplicius dicit; Prima intelligibilia, et quæ cauſa ſunt ſcientiæ omnium, ſunt veluti cōnnata; prima ſcilicet principia, in quibus ea, quæ dēceps ſciūtur cōtinentur virtute; ea de cā ſubtilia dicuntur in ala quoquomodo reperiri.

Exponens Auerr. dicit, ꝙ ſunt intentiones ipſæ imaginatæ, quæ comparantur intellectui, vt ſenſibilia ſenſui; quę non ſunt in anima tunc, ſed mouent animam, & propinquiſsimæ ſunt: & tales ſunt vniuerſalia in potentia. pro quo notandum, quòd eſſe in potentia tribus modis contingere poteſt; aut in potentia obiectiua, vt Antichriſtus; aut ſubiectiua, vt materia; aut productiua, vt Sol reſpectu caloris: modò tales imaginatæ intentiones neq; primo, neque ſecundo modo ſunt; ſed tertio modo: ſunt enim cauſa obiectiuè, quòd producatur intellectio: eadem fuit & opinio Alberti. Sanctus Thomas alio modo exponit notans, quòd vniuerſale poteſt capi pro natura communi, altero modo in ſe. natura communis habet duplex eſſe; alterum materiale; &, vt ſic, per particularia diſtributa remanet; altero modo, vt abſtrahit à materia; quomodo aduenit ſibi intentio vniuerſalitatis. cum verò talis abſtractio naturæ non ſit realis, vt ponebant Platonici; relinquitur, ꝙ natura communis non habet eſſe pręter principia indiuiduantia, niſi tantùm in intellectu; nec tamen eſt falſus; quia non apprehendit naturam ſeparatam à ſingularibus; cum hoc ſit impoſsibile; ſed apprehendit eā, non apprehendendo ſingularia. cum itaque naturæ per vniuerſales illas notiones habeant eſſe in intellectu, ex ſententia Sancti Thomæ, dicentur quoquomodo in intellectu. Philoponus dat hanc eandem expoſitionem; & aliam quoque. ly, quoquomodo, accuratè dictum eſt; quia tertio ani. 6. poſuit in anima ſpecies reponi, vt in loco; non tamen, quòd verus eſſet locus; ſed ſecundùm proportionem quandam. quæ tamen Auer. eſt, uidetur ad propoſitum magis; quia facit comparationem inter intellectum, & ſenſum. Vnde intelligere. In hac ſecunda particula ponit corollarium, quod fundatur ſuper hoc fundamento, quòd vniuerſalia ſunt, quaſi in anima: cum itaq; intellectui præſentia ſint, poterit homo, quando uoluerit, intelligere: quod appellat Auerroes formare, primam ſiquidem intellectus operationem; at ſentire ad libitum non poſſumus; quandoquidem obiecta ſenſata actu præſentia non ſint. Similiter autem ſe habent. In hac ſecunda parte principali oſtendit, quòd ita eſt de ſcientia ſenſibilium, quòd ſcilicet exteriora ſunt, vt in ſenſu. Auerroes partem iſtam exponens duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò digreditur: in prima dicit Auerro. ꝙ iſta diſpoſitio eſt in ſcientia ſenſibilium; & nos ſcimus ab eis, quia exiſtunt in ſenſibus. quæ uerba poſſunt duobus modis intelligi; vel quòd, vt ſenſus non perfectè ſentit, niſi ſenſibile obijciatur præſens; ſic neque intellectus perfectè intelligit ſenſibilia, niſi ea pręſentia fuerint: nam ex ſententia Auerr. ſexto metaph. 53. recedentibus ſen-

ſibilibus, non habetur de eis niſi exiſtimatio: vel dici poteſt, ꝙ deficiēte ſenſu, ſcientia deficit illius ſenſus primo poſte. quare, vt intellectus intelligat, opus eſt, ꝙ obiectum ſit in ſenſu, vel aliquādo fuerit. & ſecundùm hunc exponendi modum, concordabit cum S. Tho. Auer. Dicit S. Thom. Homo nō poteſt conſiderare ſecundùm ſcientiā omnia ſenſibilia, quæ vult, ſed illa duntaxat, quæ ſenſu percipit: idem voluit Egidius; idem Albertus. At ſecundùm hoc difficultas erit in tex. quia Ariſt. dicit, ꝙ non habemus ſcientiā ſenſibiliū, niſi quādo ſunt præſentia; at ſenſibilia pręſentia particularia ſunt; ſcientia itaq; erit de particularibus. Dicendū itaque eſt cum Gręcis, ꝙ Ariſt. hic intelligit de intellectu practico, & de ſcientia practica; vt ſit ſenſus, ꝙ ſcientia illa, quę de ſenſibilibus eſt, & particularibus, quæ ſcilicet practica eſt, non perficitur niſi ſenſibilib. præſentibus; nam, tametſi ædificator de domo in mente ſcientiā habeat perfectam abſq; hoc, ꝙ domus ſit præſens; ille tamē artifex mechanicus nunquam in actu perfectè erit, niſi quando actu operabitur; quare indiget actu præſentibus, vt operari valeat: & in hoc ſcientia talis ſimilis ſenſui eſt, ex ſententia Philoponi, Themiſtij, ꝙ actu operari non poterit, cum volet erit, niſi fuerint obiecta præſentia; quia, vt Simplicius ait, ſpeculatiuæ ſuo vtuntur opere rationibus, ſiue formis dūtaxat in eis cōtentis: at practicæ, & quæ factiuæ ſunt, particulares artes, non explentur perfectè, niſi cū particularib. quæ extra ſunt; eaq; de cauſa magiſtros illos ſcientes particulariū ſenſibilium appellauit Ariſt. ex ſententia Themiſtij. hanc eandem voluit Auer. ſententiam; & non, vt ei impoſuit Therapol. &, ꝙ ſit uerum, manifeſtat Auer. illud, reddēs cauſam; vbi expreſſam tangit differentiā inter practicum, & ſpeculatiuum intellectū: de quibus cū ſermo Ariſto. ſit in tertio huius, meritò Philoſophus determinandū ad illum vſq; locum tranſmittit. Et poteſt. In hac digreſsiuncula duo facit; primò ponit vnam dubitationem; ſecundò ſoluit. Dubiū eſt in prima; quia obiectum, quod ſenſum mouet, nō eſt id reale, quod extra animam reperitur; quia ſecundùm tale eſſe in anima non reperitur; nō enim lapis eſt in anima, ſed ſpecies lapidis: quare intentiō, ſeu ſpecies obiecti realis erit, quod & in medio, & in anima, ſiue in ſenſiterio reperitur mouens; quæ intentio erit ſpiritalis: quare dubiū erit, à quo agente obiectum illud mutatum ſit de eſſe reali ad eſſe ſpiritale. Nunquid dicendum ſit, ꝙ eſt neceſſariū in ſenſu ponere virtutem actiuam, vt in intellectu poſita eſt; quæ ex ſentētia Ariſt. 3. an. 18. traducit res de ordine in ordinem? nec dicendum eſt, ꝙ cauſa huius formæ ſpiritalis, ſit materia; quæ ſpiritalis eſt, vt dicit Auerr. propter Platonem, qui volebat ſecundùm merita materiæ formas dari ab ideis; quia magis eſt è cōuerſo, ꝙ ſecundùm diuerſitatem formarum, materiæ fiunt diuerſæ; ꝙ ſcilicet patiēs eſt materia realis; quia in eo forma eſt realis; viſus verò eſt materia ſpiritalis, quia in eo forma eſt ſpiritalis: & eſt ſententia Auer. 1. ani. 53. ꝙ membra leonis differunt à membris cerui; quia differt anima ab anima. Et cū ita ſit. Soluit, & duo

facit; primò, quod dictū eſt; ſecundò excuſat Ariſt. in prima dicit, ꝙ neceſſe eſt ponere motorem extrinſecum in ſenſibus animalium à ſenſibilibus, vt fuit neceſſe in intellectu; cū talis diuerſitatis cauſa non poſsit eſſe materia: excuſat deinde in ſecūda, ꝙ Ariſt. non dixerit hoc in ſenſu; & fuit, quia latet: at in intellectu conſpicuum eſt: quare voluit innuere, ꝙ ex maxima ſimilitudine, quę inter ſenſum reperitur, & intellectum; ſi apparuerit hoc in intellectu manifeſtū, idem quoq; relinquetur manifeſtū in ſenſu: quare dixit Auer. ꝙ indiget cōſideratione. At dubium eſt, & maximū, quid voluerit Auer. in ſolutione per illum motorem extrinſecum: &, quia difficultas iſta reſpicit dubium de ſenſu agēte, eapropter illam differemus examinare, lectis duobus ſequentibus textibus.

Nunc autem tantum. Auerr. non ponit aliam intentionem; ſed dicit eſſe ſummam eorum, quæ dicta ſunt, epilogat ſcilicet: cauſam tamē huius ponit in verbis commēti nouiſsimis, ꝙ per hæc omnia intendit declarare, ꝙ potentia ſenſus, non eſt pura potentia, ſed habitus. dicit itaq; poſito priùs fundamento, ꝙ potentia dicitur multipliciter: dicit, ꝙ ſenſus non dicitur in potētia eo modo, quo puer eſt potēs militare; quia, vt ſic, Semē eſt potentia ſenſus, & generante indiget, vt de potentia ad actum deducatur, cum talis potentia remota dicatur; ſed eo modo dicitur, quo adultus, & vir; qui eſt potens, quando opus fuerit, in prælium exire: ſic & ſenſus in potentia illa propinqua eſt, qua obiecto ſenſibili in actum exit. T. c. 61

Quoniam aūt innominata. Auer. in parte continuatiua non ponit intentionem, ſed textū ipſum aggreditur. continuat tamē, & bene Philop. nam, cum ſuperiùs in operatione ſenſus, viſus fuerit nomine pati & alterari; dixerit deinde, ꝙ ſenſus, nec propriè patitur, neq; alteratur propriè; intēdit modò dicere, ꝙ talib. voluit uti nominibus; quia operatio ſenſus innominata eſt. Duo itaq; facit in textu; primò capit vnū, vt ſuppoſitum, quod tamē declarat; ſecundò ponit diffinitionem dictā: primā exponēs Auerr. Quia potentię tranſmutationis in ſenſib. non habent nomen proprium, viſum eſt nobis dare ei nomen paſsionis, & alterationis; quia iam declarata differentia eſt inter alterationē propriè dictā, & quæ in ſenſibus reperitur. Ex quo elicitur, ꝙ non poterit quiſpiā decipi, quanquā in ſenſatione nomē alterationis audit: & cauſa huius, vt Auer. ait; quia talia nomina apud vulgares ſunt nota; & eis vti facilius eſt, quàm aliqua noua fingere, dicamus itaq; hęc tanquam propria; poſteaquam, ex ſentētia Philop. propria, quæ talem operationē manifeſtent, in uſu non ſint. Appellauit Auer. alterationem ſubiectum rerum verarū; quia alteratio ſubiectum diſponit in alteratiōne vera, ut inde res ipſas capiat: at in hac particula non manifeſtatur; cur operatio ſenſus nomine careat proprio: Simpli. itaq; dicit, quòd alterari de ſenſu non dr̄ propriè; eo quia anima ipſa nec alteratur, nec patitur, ſed duntaxat eius organū; neq; tamen ea paſsione patitur organū, quæ corruptiua eſt; ſed quę ſecundùm generationē eſt; non tamen ſubſtantialē, ſed T. c. 62.

ad ſuſceptionem proprij actus, perfectè exiſtentē: quare innominata ſunt. Senſitiuum autem. In hac particula ponit diffinitionē; & duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò oſtendit, quomodo patiatur. Notat hic Philoponus artem: quia volēs in ſecundo loco agere de paſsione ſenſus, quomodo fiat; in prima parte appellauit ſenſum, potentia talem. Auer. hanc exponens duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò idem probat per rationes ducentes ad impoſsibile. dicit itaque, ꝙ ſentiens potentia eſt, quale ſenſatū perfectione: & notat Auerro. per ſenſatum, idolum, ſiue intentio obiecti ſenſibilis realis extra. Græci exponentes, Philoponus notat porētiam illam eſſe ſecundo modo acceptā, in qua non fit tranſmutatio de habitu contrario, ſed duntaxat idolum, ſeu ſpeciem recipiens; non tamē, vt materia formam, ſed rationem ſpeciei in ſeipſa cognoſcitiuè recipit: quare non patitur; nō enim dealbatur, aut nigreſcit ex ſententia Simplicij: quinimo operatiuè, actiueq; concurrit. & addit, ꝙ non agit, vt cauſa actiua, ſed iudicatiuè, & cognoſcitiuè: & diuinè declarat, quomodo fiat ſenſatio; nam, poſtquam per ſpeciem ſenſibilem, ſenſus eſt actu ſentiēs, ita vt in ſe totus collectus, & per indiuiduam ſenſibilis comprehenſionem: oportuit priùs in ſenſiterio paſsionē effectam eſſe ob eam, quam habet extra inclinationem ſenſitiua vita, nō potens, aut ſine organis operari, aut priùs ipſa excitata, & mouente organum; quare neq; omnino patitur, neq; omnino extra recipit; ſed, & ſecundùm proprium actum, & ſimul mouetur, & operatur: & tale quid ſimul paſsio, & actio à ſenſibilib. quæ extra ſunt, & ſecundùm excitationē ad ipſa factam in vita aſsimilatur ſenſibilib. ſpeciebus. Et ſi nō. Probat illud Auer. ducendo ad impoſsibile: & primū eſſet; ꝙ eſſe coloris in viſu, & in corpore eſſent idē, ꝙ inconuenit; quia, ſi idem eſſet, cum extra animā eius non ſit comprehenſio, ſequeretur, ꝙ neque in anima illius ſpeciei eſſet cōprehenſio. Patitur aūt. oſtendit, quomodo patiatur. dum non eſt ſimile, patitur; cum verò effectum eſt ſimile, non patitur vltra: vt & in veris contingit alterabilibus; non tamen ſenſus vera alteratur, aut patitur paſsione; argumento eſt; quia verè alteratus ſenſus, vt puta guſtus amarus, reliqua non bene recipit: quinimo amara ſibi videntur omnia: & ſic de alijs, vt Themiſtius, ſcilicet, vt cera ſigillum, ſic & ſenſus idolū recipit, differenter tamē ex ſentētia Philoponi; quia non in ſuperficie duntaxat, vt cera, ſed tota vita, & per ſeipſam totam ſenſibilium recipit ſpecies: hoc verò, quō facit, addit Themiſtius; Nō priorē habitum mutat, ſed è contrario potiùs habitum, quem habet, agendo, gerendoq; perficit, excolit, confirmat. iſta tamen actio non temporaria eſt, nō vera, nō partibilis, vt optimè Simplicius declarat; quandoquidem ſenſus indiuiſibiliter principium, medium, & finem, obiecti ſenſibilis circumplectatur; & actus eſt, iudicium exiſtens perfectū, & in nunc temporis ſimul ſtans totus impartibiliter operatur, & ſenſibiliū cognitiuus fit. & addit Simplicius; Aſsimilatur ſenſibilib. anima; nō eò ꝙ ab eis quidquam recipiat; verùm, quia operatur ſecundum propriam eorum rationem. ex dictis itaq; Themiſtij, & Simplicij palàm eſt ſenſum agentem dari.

Dubitatur pro maiori declaratione eorū, quæ dicta ſunt, vtrum ad ſenſationem formandam, ſit neceſſarium dari in ſenſu virtutem vnam actiuam. In hac difficultate duo erunt examinanda; quia obiectum ſenſibile habet duplex eſſe, alterum in medio ſiue extrinſeco, ſiue intrinſeco; alterum in ſenſu ipſo: & vtrunq; horū ſpiritalius eſt, quàm ipſum obiectum reale, quod extra eſt: quare primò quærendum erit à quo habeat eſſe illud in medio; ſecundò, à quo habeat illud in ſenſu, ꝙ actu ſentiatur. & quęſtio talis ſupponit iam erroneā opinionē Platonis: nanq; ex ſententia Platonis, non eſt neceſſe ponere alium modum eſſendi obiecti in medio; quandoquidem teneat ipſe viſionem fieri per extramiſsionem radiorum, & ſpirituum, ad obiectum vſq; ſenſibile, quod extra animam eſt. quam opinionē validiſsimis rationib. impugnauit Ariſt. in libello de ſenſu, & ſenſili: quare de ea dictum ſit in tantum. Pro quęſito verò principali fuerunt opiniones variæ: quidam voluerunt hoc eſſe ſpiritale, quod in medio eſt, fieri ab agēte extrinſeco: & fuit in cauſa dictum Auerr. cō. 60. ꝙ diuerſitas formarum arguit magis diuerſitatem materierū, quàm è conuerſo: quare, cū apud ipſos, obiectum extra ſit materia intentionis, ſeu formę uiſibilis, non poterit concurrere in genere cauſę efficientis. quis autem fuerit talis motor extrinſecus, uariæ quinetiā fuere opiniones: quidam cauſam illam Deum eſſe uoluerunt; alij intelligentiam; cum obiectū materiale, ſpiritale quid producere nō valeat; quia agēs vltra proprium gradum ageret, quod eſt cōtra Philoſophum 7. met. 12. 12. met. 18. at opinio iſta peripatetica non eſt: ſententia nanq; Ariſtotelis eſt 59. huius 60. 62. ꝙ ſenſibile illud eſt, quod mouet medium; & medium motum eſt, quod mouet ſenſiteriū: quare ſenſibile aliquid operatur in medio. & infra de colore 73. 74. & de odore 75. & de guſtabili 105. & de tangibili 115. in omnib. his dicit, ꝙ ſenſibile ad extra eſt, quod mouet mediū, quod idem motum, ſenſiterium mouet. Secunda poſitio fuit Sueſſani, ꝙ ſcilicet ſpecies haberet eſſe ſpiritale à duobus agētibus, ab altero proximo, obiecto ſcilicet materiali; altero remoto, Deo ſcilicet glorioſo. hanc ſuam declarat opinionem, notando, ꝙ quælibet forma pōt dupliciter agere; vno modo, vt in materia eſt, & ſic agit formam materialē, ut ipſa in materia eſt: altero modo ut inſtrumentum eſt primæ cauſæ: quare, cum prima cauſa ſpiritalis ſit, ea ratione obiectum, ut inſtrumentum agit intentionem in medio; quare de eſſe intētionali recurrendum eſt ad Deum glorioſum, ut ad primam cauſam: cauſa uerò huius opinionis primò fuit dictū Auer. cō. 60. in quo videtur ponere neceſsitatē motoris extrinſeci, ad eſſe ſpiritale intētionale: ſecundò; quia non erat commodū, neq; verū ponere Deum ſolū cauſam eſſe, abſq; inſtrumentali cauſa, quæ obiectū eſt: nanq;, ut infra palàm fiet, ſpecies coloris ſpiritalior eſt, quàm ſpecies ſoni; & ſpecies odoris, quàm ſpecies ſoni: modò nulla cauſa vna pōt eſſe cauſa multorū ſecūdùm diuerſas rationes

his de

his de cauſis poſuit,vt inſtrumẽtalẽ cauſam, obie
ctũ; vt verò primariã, Deum glorioſum,eſſe intẽ-
tionalis in ſpecie. Quæ quidẽ opinio ſtare nõ po-
teſt in fundamentis peripateticis: probatur, quia
aut Deus cõcurrit immediatè ad talem effectum,
vel mediante cælo; non eſt dicendum primum;
primò, quia Deus apud peripateticos non agit in
iſta inferiora immediatè; ſecundò,quia,ſi ageret,
vel intellectu,vel uoluntate; ſi intellectu,tũc Deus
hæc inferiora particularia cognoſceret, & intelli-
geret: quod nefas eſt hoc affirmare de bonitate
diuina; quia vileſceret,ex ſententia Auer. 12.me-
taph. 51. nec voluntate; quia & idem intelligeret;
quandoquidem apud Ariſtotelem propoſitum ſi-
ne intellectu non ſit 2.phy. 52. nec Theologi quo-
que negarent, quòd obiectum voluntatis ab intel-
lectu diuino quoque intelligatur;non tamen con-
cederent, quòd ab intellectu dictante; quando-
quidem apud ipſos in Deo intellectus, & voluntas
æqualis ſint perfectionis; quare non immediatè:
nec mediatè. & probo; quia cælum agit in iſta in-
feriora mediante motu,& lumine ex ſentẽtia Phi-
loſophi 2. cę. 42. modò Deus, vt ſic, agit influxu
generali, non autem ſpeciali; quare non agit ſpi-
ritalitatem ſpeciei: ſecundò, ſi de quo magis vide
tur ineſſe, & non ineſt; ergo, nec de quo minùs:
modò magis uidetur, ꝙ Deus deberet agere ſpiri-
talitatem, & immaterialitatẽ omnino ſpeciei in-
telligibilis,quàm ſpeciei ſenſibilis;tum,quia pro-
pinqua magis naturæ primæ cauſæ; tum, quia vni-
uerſalis; & tamen non agit; ſed illud agens eſt in-
tellectus, vt 3.ani. 18. ergo nec in ſenſibili, vbi mi-
nùs: &,quia vidit & ipſe dubiũ hoc,dixit,quòd ob
animæ intellectualis excellentiam, merebatur nõ
tantùm habere principium paſsiuum ſuę operatio
nis, ſed & actiuum; non autẽ ſic ſenſus. Quę verba
de directo ſuam deſtruunt opinionem; nam,ſi ob
excellentiam debet dari animæ intellectuali prin-
cipium actiuum; ſequetur, ꝙ quanto magis excel-
lens erit illud principium, magis huic conueniet
naturæ: ergo potius Deus debuit dici tale princi-
pium actiuum, quàm intellectus agens. ſecũdò ſe-
queretur totũ oppoſitum eius, quod dicitur; quia,
ſi ſenſui, qui inferior, & longè deterior potẽtia eſt,
nõ datur ſenſus actiuus, ſed Deus agẽs; ergo nõ im
perfectior, ſed longè perfectior, quàm intellectus
erit: quare opinio talis mea ſentẽtia peripatetica
non eſt. Alia opinio fuit Alberti, pro cuius notitia
ponit diſtinctionem vnam; nam aliud eſt agẽs for-
mam in materia, & aliud eſt agens formam tantũ;
nam agens formam in materia, eſt agens, quod
trãſmutat materiam, ſicut calidum, frigidum, &c.
agens autem formam tantùm, non eſt agens ma-
teriale, ſed potius ipſa forma eſt; & ſic agit ſe per
hoc, quòd ipſa eſt eſſentia ſimplex multiplicatiua
ſuipſius; & ſic omnis forma ſuam multiplicat in-
tentionem. At dubium eſt in hac opinione; quia
caliditas, verbi gratia, vel albedo, vel ſecundùm
ſe, vel in materia capiatur, ſemper eſt forma mate-
rialis; quare quęrendum eſt, quomodo illam inten
tionem ſpiritalem producat. Pro veritate huius,
tenendum eſſe cenſeo cum Alberto. pro cuius de-
claratiòne maiori noto, ꝙ ſunt formæ, quæ agunt
actione reali, & actione intentionali; ſunt & aliæ,
quæ intentionali duntaxat; non enim neceſſe eſt,
quòd agentes actione intentionali, eædem actio-
ne reali agant; ſed bene è conuerſo: quæ actione
reali, eædem & intentionali agunt: ſenſibilia ta-
lia, ſunt qualitates primę: caliditas nanque inten-
tionalis non poterit immutare, niſi præparatum
fuerit ſenſorium caliditate reali: at figura, ſuper-
ficies, quantitas, & albedo, fortè agunt actione tan
tùm intentionali: & inter vtranq; differentia eſt,
quòd agens actione reali, eget organo corporeo,
& qualitatibus primis, vt agat: forma verò inten-
tionalis ipſa, ſeipſa agit, non mediante aliquo cor
poreo inſtrumento: nanque, vt forma eſt, ſeipſam
multiplicat. Ad dictum Auer. com. 60. non fuit ab
illis rectè intellectum; quia non voluit neceſsitatẽ
agentis fuiſſe, vt obiectum redderetur actu ſenſibi
le; quia ipſamet obiecti forma, ſola pręſentia lumi
nis in diaphano, ſeipſam multiplicat: ſed agens il-
lud neceſſariũ eſſe uoluit, propter ipſam ſenſatio-
nem; vt palàm eſt per verba cõmenti. Ad id, quòd
agens nõ agit vltra gradum proprium. Ad hoc re-
ſponderet Scotiſta, ꝙ ſpecies non eſt ſuo obiecto
perfectior: ſed ſpecies eſt ſpiritalior obiecto; qua-
re perfectior. Ad hoc negarent conſequentiã; quia
non valet, Res iſta eſt illa ſpiritalior; ergo perfe-
ctior: nanq; intellectio eſt ſpiritalior Socrate; non
tamen ſequitur, ꝙ ſit Socrate perfectior. Dicentes
ſecundùm Scotum, dicemus, ꝙ ab obiecto, vt à
cauſa æquiuoca producitur illa intentio: modò
cauſa ęquiuoca perfectior eſt cauſato; quare obie
ctum erit perfectius, quando virtualiter ſpeciem
illam in ſeipſo cõtineat. Reſpondet ad hoc Hiſpa-
nus, ꝙ iſta ſpecies eſt perfectior obiecto; non in-
conuenit modò, ꝙ aliquãdo effectus ſit perfectior
cauſa; quando ſcilicet cauſa illa nõ totalis, ſed par
tialis duntaxat concurrit: patet hoc de genitis ex
materia putri. certum eſt, ꝙ animal genitum perfe
ctius eſt, quàm cauſa illa partim cõcurrens ad eius
generationem; eadem ratione, obiectum concur-
rens partialiter ad ſpeciem; quandoquidem ad il-
lam & Deus glorioſus influxu vniuerſali producẽ-
dam concurrit, & non cum aliquo influxu particu-
lari: at ratio iſta eſt contra Auerro. & contra Ari-
ſtotelem. Deduco primum; nam infra, 67. dubi-
tat Auerro. quomodo lumen conſerat ad colorem
eſſe uiſibilem: & determinans dicit, quòd con-
fert; non, quia det habitum, aut formam colori,
per quam uideatur; ſed, quia illuminat diapha-
num, & facit ipſum in actu, ita vt à colore moue-
ri poſsit: modò, ſi Deus ageret influxu vniuerſali,
maximè ageret mediante lumine, quod patet ad
colorem viſibilem non conferre. Deduco ſecun-
dum; nam Ariſtot. ſecundo ani. 66. dixit colorem
eſſe viſibilem per ſe; ergo in ſecundo modo: at in
tali ſubiectum eſt cauſa paſsionis, quare & color
erit cauſa ſuæ viſibilitatis, & non Deus concur-
rens. Teneo itaque cum Alberto, quòd forma ſe-
ipſam multiplicat, & producit intentionem ſui;
intentio tamen illa non eſt repræſentatiuum for-
mæ pro altera parte; quia, vt ſic, non ſentiretur

obiectum, quale eſt; ſed eſt repræſentatiuũ formæ totius, ſub modo tamen magis ſpiritali: quæ ſpecies, vel eſt æque perfecta cum ſuo obiecto; vel eo imperfectior eſt; nam, tametſi ratione ſpiritalitatis, quinimo potius minoris immaterialitatis; quãdoquidem ſine materia, at non ſine materię appenditijs eſſe valeat: non tamẽ ea ratione ſimpliciter perfectior dici debet; quia, vt producta eſt, ſuo producente imperfectior exiſtit. In ſecũdo articulo dubitatur de ſenſatione ipſa actu, nunquid ad illam neceſſarium ſit dare in ſenſu virtutem actiuã animæ, à qua fiat. In hac difficultate primò ſunt duæ opiniones oppoſitæ; altera, quam ſequitur S. Thom. & cum eo multi moderni; & eſt, quòd omnis virtus ſenſitiua, eſt potentia paſsiua; &, quòd non eſt neceſſe in ſenſu ponere virtutem actiuam: altera eſt, quòd ad ſenſationem producendam ſenſitiua virtus actiuè concurrat. de prima agit Sanctus Thomas prima part. ſum. quæſt. 79. ad tertiũ. & in quæſtionibus diſp. quæſtione quarta, ad quintum. & ſecũdo huius tex. cõ. 149. quam primò declarans dicit, ꝙ de formis dantur formæ, ſeu gradus diuerſi; vna nanque anima eſt, quæ ſecundùm vnum gradum eſt ſolùm actiua; ſecundùm alium eſt actiua, & paſsiua; & tertia datur, quæ paſsiua tantùm eſt: gradus, qui tantùm actiuus, anima eſt vegetatiua; qui verò & actiuus, & paſsiuus, anima eſt intellectiua; qui verò ſolùm paſsiuus, anima eſt ſenſitiua. ex qua poſita cõcluſione ſequitur ex ſententia S. Thom. ꝙ ſenſatio totalis effectiuè cauſatur ab obiecto, mediante tamen ſpecie ſenſibili. fundamentũ verò huius cõcluſionis eſt, ꝙ ad hoc, ꝙ patiens recipiat, oportet, ꝙ agens actu præexiſtat: quare, cum in intellectu poſsibili ſit & immaterialitas, & diſpoſitio receptiua ſufficiens, ex quo intelligibile actu non præexiſtit, quod debet eſſe vniuerſale, ſiue magis ſpecies omnino à materia, & eius appenditijs denudata, oportuit, vt ſequeretur intellectio, ꝙ poneretur intellectus agẽs, qui transferret res de ordine in ordinem, & eas actu intelligibiles redderet: modò in ſenſu res ſenſibiles ſunt actu ex ſe, & non indigent aliquo transferente; quare non oportuit poni in ſenſu virtutem actiuam. Quòd, ſi quis dicat, lumen eſt, ꝙ facit actu viſibiles, nanque ex ſententia Philoſophi 3. ani. 18. comparatur intellectus agens lumini. Ad id reſpondet S. Thomas, & bene, ꝙ lumen non eſt neceſſarium ad cauſandos colores in actu, ſed duntaxat ad illuminandum medium, & reddendũ diaphanum in actu: quare ſimilitudo attenditur penes hoc, ꝙ, ſicuti eſt neceſſarium lumen ad videndum, ita & intellectus agens ad intelligẽdum; ſed non propter idem. pro confirmatione huius cõcluſionis eſt ſententia Ariſt. in hoc ſecundo. 52. contra antiquos ponentes ſenſum actu eſſe omnia ſenſibilia; nam ſi actiuus eſſet, ſentiret ſenſibilia præſentia: & 59. vbi dicit, ꝙ mouentia ſenſum ſunt obiecta ad extra, vt viſibile, & audibile: & 51. determinat ſentire in quodam pati eſſe, & moueri: & 62. dicit, ꝙ ſenſus à ſenſibili reducitur de potentia ad actum: deinde in proble. part. 31. pluribus in locis quærit, quare eſt, quòd ſenſus non ſunt meliores in parte dextra, quàm in ſiniſtra? Reſpõſio eſt, ꝙ dextrorum, & ſiniſtrorum differentia eſt in agendo: quare manus dextra, vt in pluribus, melior, quàm ſiniſtra eſt: at ſenſus paſsiui ſunt; innuẽs per hoc, quòd eodem modo in parte dextra ſe habent, vt in ſiniſtra. At contra hanc concluſionem eſt argumentum, quod facit Io. Iand. in quæſtione, difficillimum, quod ex quatuor deducitur ſuppoſitis: primum in ordine eſt, ꝙ ſenſatio indiget aliqua virtute actiua: ratio eſt, quia eſt effectus per ſe intentus, & recipitur in potentia per ſe receptiua; ergo indiget actiuo: ſecundum, Illud eſt nobilius, cuius perfectiſsima operatio nobilior eſt perfectiſsima operatione alterius; quia operatio notat eſſentiam, 12. metaph. 18. 2. cę. 42. tertiũ, Efficere aliquid ſimpliciter nobilius eſt, quàm illud idem recipere: quartum, Species rei, ſeu obiecti ſenſibilis, quæcunque ſit, non eſt ſimpliciter nobilior, quàm virtus ſenſitiua animę; quia talis cognoſcitiua eſt & ſubſtantia; ſpecies verò nec cognoſcitiua eſt, & accidens. His ſtantibus, arguatur ſic, Si non daretur ſenſus actiuus, tunc ſenſatio non dependeret ab aliquo principio per ſe actiuo, & immediato, quod eſt contra primum ſuppoſitum; & eſt falſum. deducitur, quia vel illa ſenſatio fieret ab eodem ſenſu paſsiuo, & hoc non; quia idem pateretur, & ageret: aut erit ſenſibile extra, & hoc non; quia agens immediatum debet eſſe ſimul cũ paſſo, vt non mediet aliquid plenum, nec vacuum, 7. phyſ. 12. erit itaq; ſpecies rei ſenſibilis, vt communiter ponitur; & hoc eſſe non poteſt; quia ſequeretur, ꝙ ipſa communiter eſſet nobilior ſenſu; quod eſt contra quartum ſuppoſitum: & cõſtat per tertium; quia operatio nobiliſsima ſenſibilis ſpeciei, vt ſic, eſt ſimpliciter nobilior nobiliſsima ſenſus. S. Thom. 2. ani. 149. ſoluit hanc rationem ſic; Non valet; ſpecies, quæ repræſentat extra, v.g. actu album, facit in ſenſu recipiente ſenſationem albedinis; ergo ſimpliciter nobilior; quia tenet ſecundùm quid duntaxat, vt ſcilicet ſpecies eſt actu talis; ſenſus verò potentia talis: at ſimpliciter ſubſtãtia ſenſus, quę anima eſt, ſimpliciter quoque nobilior eſt. At S. Thom. non tangit vim argumẽti, quæ ſupponit ſenſationem pro effectu; ad quem producendum nobiliſsima, qua poteſt operatione, paſsiuè ſenſus concurrit; ad eundem, nobiliſsima qua poteſt, concurrit ſpecies actiuè; ergo ſequitur intentum. altera opinio eſt, ꝙ detur principium actiuum in ſenſu productiuum ſenſationis; & opinio hæc communis eſt Io. Iãdu. Scoto, & de modernis, Hiſpano. Io. Iand. poſuit hanc concluſionem, ꝙ in quolibet ſenſu animalis ſint duæ potentię; vna actiua; altera paſsiua; quæ duæ abinuicem realiter diſtinguuntur: & ſic ſenſus erunt quinque actiui, & quinque paſsiui: ſecundò uult, ꝙ ſenſatio recipiatur in ſenſu paſsiuo, ſic & ſpecies ſenſibilis, differẽter tamen; quia ſcilicet ſpecies diſpoſitiuè concurrat: tertio addit, ꝙ ſpecies iſta, quę in ſenſu eſt, producta eſt totaliter ab obiecto; ſed ſenſatio totaliter producta eſt à ſenſu actiuo; & ſic tenet dari ſenſum agentem. fundamentum aũt principale, inter alia eſt, quod adduximus contra S. Tho. At contra

ipſum

ipſum clamat de modernis Sueſ. prima ratio fuit agens, potens in aliquam formam; pōt & in illud, quod eſſentialiter cōſequitur illā formā. 8. phy. 4. 32. 4. cę. 22. 25. ſed ſenſibile extrinſecū poteſt in ſpeciem, ad quam eſſentialiter ſequitur ſenſatio; ergo in ſenſationem: ſecundò ſpecies ſenſibilis, vel eſt actiua ſenſationis; & tunc ſuperfluit ſenſus agēs; uel paſsiua; & tunc eſt potentia contradictionis: tertia ratio; agens, potens inducere ſummam diſpoſitionem alicuius formæ; poteſt illam formā producere. 7. meta. 31. ſed tale agēs extrinſecum poteſt inducere ſpeciem, quæ eſt ſumma illa diſpoſitio; quare poterit etiam ſenſationem: vltimò contra Ioannem arguit Hiſpanus; nam, dato ſenſu actiuo, tunc quęrendum erit, vter eorum perfectior dicatur, paſsiuus ſcilicet, aut actiuus certum eſt, quòd actiuus ratione operationis ſuę, quæ eſt agere: modo ex ſententia Philoſo. 3. ani. 18. agens eſt præſtantius patiente. Tunc ſic arguatur quærendo priùs, vtrum hi duo ſenſus cognoſcant, nec ne? non poteſt dici, quòd ambo cognoſcant; quia alter ſuperflueret; neque enim dicimus ſenſum uidere, eo quòd agat; ſed, eo quòd recipit: modò omnis potentia cognoſcitiua, eſt perfectior potentia non cognoſcitiua; ergo cum ſēſus paſsiuus, ſit potētia cognoſcitiua, & actiuus non cognoſcitiua; paſsiuus ſenſus erit actiuo ipſo perfectior. Reſpondet Io. ad hoc in reſponſione ad primum, quòd ſenſus actiuus perfectior eſt ſenſu paſsiuo; & contra; quoniam, ſi comparetur ſenſus actiuus ad paſsiuum, quatenus agens agit, vt ſic, certum eſt, quòd eſt nobilius: at, ſi comparetur ſenſus paſsiuus ad actiuum, ut paſsiuus eſt potentia cognoſcitiua; non eſt dubium, quòd paſsiuus actiuo eſt perfectior. Sed contra hoc eſt replica difficillima; quia quæritur, uter horum ſenſuum ſimpliciter dicatur perfectior. & probatur, quòd ſenſus paſsiuus ſit talis; nam operatio, quæ eſt cognoſcere, eſt ſimpliciter perfectior, quàm operatio ſenſus actiui, quæ eſt efficere, & nobiliſſima operatio arguit perfectionem ſimpliciter in eſſentia 3. top. quare ſenſus paſsiuus erit ſimpliciter nobilior actiuo: Scot. eandem tenet concluſionem cum Io. Iand. quantum ad potentiam actiuam in ſenſu: & de hoc agit primo ſent. diſtinctione 3. q. 7. & in aliis pleriſque locis. At in quibuſdam differt à Io. primò vult, quòd ſpecies ſenſibilis recipiatur in organo, quod eſt altera pars cōpoſiti; & non in potentia ſenſitiua, & hoc per ſuū fundamentum, de quo diximus in quæſtione de potentiis animę, quod potentia, ſcilicet ab anima, eſt realiter diſtincta; vnde in uia ſua potentię animæ intellectiuæ, ut intellectus, & voluntas ſunt idem realiter cum eſſentia animæ; ſed potentiæ animæ, quæ communes ſunt toti compoſito, ſunt realiter diſtinctæ ab anima: ſecundò dicit, quòd ſpecies non concurrit ad cauſandam ſenſationem, nec effectiuè, neque diſpoſitiuè; ſed ſpecies ipſa effectus eſt; qui ad ſenſationem ipſam cauſandam præexigitur, ita quòd obiectum non producit ſenſationem, niſi priùs producat ſpeciem ſenſibilem: quare concluſio erit ſecundùm ipſum, quòd ſenſatio effectiuè producitur ab obiecto ſenſibili extra exiſtente, & à potentia ſenſitiua; ſed potentia ſenſitiua principaliùs concurrit; obiectum verò minus principale eſt; neq; potentia illa eſt ſenſus communis, ſed ſenſus particularis, qui producit ſenſationem mediante obiecto; unde à cognoſcente, & cognito fit ipſa ſenſatio: itaque in productione illius ſenſus eſt, ſicut pater; obiectum verò, ſicut mater. & ſic ex ſententia Scoti totidem erunt ſenſus actiui, quot ſunt ſenſus paſsiui; & ſic cum Io. Iand. quinque actiui, & quinque paſsiui: formaliter tamen inter ſe & actiuus ſenſus, & paſsiuus diſtinguuntur. pro Scoto fundamentum eſt, vltra quod dictum eſt à Io. Iād. quia, niſi datur ſenſus actiuus, anima ſenſitiua imperfectior eſſet anima vegetatiua; cum anima vegetatiua omnes ſui operationes actiuè exerceat. At cōtra Scot. eſt ſententia Philoſophi, qui vbique ſenſum in quodam pati, & alterari repoſuit. ultima opinio fuit Hiſpani, quòd obiectū mediante ſpecie medium mouet; quod motum ſenſum mouet, non tamen, ut totale agens, producit ſenſationem, & hoc ratione perfectionis, & ſpiritalitatis ipſius ſenſationis; quare alia erit concauſa, & magis principalis, quàm obiectum ſenſationem producens; talis autem uis animæ eſt: & hæc non eſt qualitas aliqua, nec potentia ab anima diſtincta, ſed eſt ipſamet anima: & fundamentum capitur à Philoſopho in hoc ſecundo tex. 10. per exemplum de viſu dixit, quòd oculus eſt pupilla, & viſus; pupilla autem eſt organum, in quo cauſatur viſio; viſus verò eſt ipſa anima: modò viſio non recipitur in anima, non in pupilla, ſed in aggregato: potentia itaque receptiua uiſionis, eſt illud aggregatum: at potentia, quę agit viſionem, eſt illa vis animæ: & ita ſecundum hoc paſſum diſtinguitur ab ipſo agente, & eſt ſimile, vt de motu elementorum in via Auer. 3. cę. 28. à diuerſo principio, & mouet, & mouetur terra. At fortè quiſpiam diceret: Cum hæc duo concurrant obiectum ſcilicet, & uirtus animæ, quærendum eſt, nunquid concurrant ex ęquo, ut duo homines nauim trahentes. Dicendum, quòd non; quia anima principalius, nec ut baculus, & manus; quia baculus uirtutem recipit à manu: ſed concurrit obiectum, ut minus principale; anima uerò, vt magis principale. cui itaque debet aſsimilari effectus? Dicendum, quòd cauſæ proximæ, niſi contingat cauſam proximam eſſe inſtrumentalem; ſicuti embrio patri, aut matri, & non Soli: ſic & ſenſatio, obiecto; non autem ſpeciei: quia ſpecies eſt cauſa inſtrumentalis: nec tamen propter hoc ſequitur, quòd ſenſatio deberet eſſe materialis, vt obiectum eſt; quia media eſt inter obiectum, & animā, eſt maior perfectio, quàm perfectio obiecti; & minor perfectio eſt, quàm perfectio animę. & ſecundùm hanc opinionem tenet Hiſpan. quòd non detur ſenſus agens; quia ſenſus propriè dicitur illud aggregatum ex potentia, & organo, quod ſolùm paſsiuum eſt, ſolùmque recipit: at uis illa animę, licet agat ſenſationem, ſenſus non dicitur. Ego verò pro determinatione pono hanc con-

cluſionem

concluſionem contra viam communem. in qua cum cæteris conuenio, quòd in ſenſu detur uirtus actiua, quæ agat ſenſationem. pono ſecundam cōclusionem ſecundùm viam communem, quòd ſcilicet non datur ſenſus agens, ſed duntaxat ſenſus patiens; & reſpectu huius agens totale obiectum eſt. pro quarum declaratione notandum, ꝙ eodem modo ſe habet ſenſus ad ſenſibilia; quo modo intellectus ad intelligibilia: modò ad producendam intellectionem iutellectus agens concurrit vt agens, & vt forma; quare & obiectum cōparatur primò ei, vt potentia intelligibile; mox effectum actu intelligibile ab illo, rurſus comparatur ei vt potentia intellectum; quare producit actu intellectum illnd, comparando ſe poſsibili, ut forma, pro notitia illius obiecti. ſententia hæc elicitur ex Philoſophò. 3. ani. 18. modò ſenſus, nt in ſenſationem ducatur, quæ cognitio eſt, indiget à ſimili, obiecto: nerùm, quia ab eo multiplicata ſpecies uſque ad organum actu ſenſibilis eſt; cum in ſecundo modo per ſe dicatnr color uiſibilis; non indiget propter hoc ſenſu agente; qni res de ordine in ordinem transſerat, vt intelligibile potentia erat: qnare meritò dicendum eſt, quòd nō datur ſenſus agens; quia ea ratione compararetur, ut agens, & non alia. & ſecundùm hoc fundamentum recte dictum fuit à S. Thom. quòd uerò & ad actu ſentire ſenſus duntaxat paſsiuè concurrat, hoc falſiſsimum eſt; quia obiectum poteſt quidem producere actu ſenſibile, ſed non actu ſenſatum: quare, cum per ſpeciē in ſenſorium deductam, excitetur uis animæ, quæ quidem excitatio eſt quędam diſpoſirio, ſequendo, quo ad hoc, fundamenta Io. Iand. per proprium actum ſimul & mouetur, & agit; & actus ille eſt iudicium perfectum exiſtens: & quo modo per formam, ut in materia graui, recipit motum deorſum; ſic & per formam ipſam formaliter agit: à ſimili, anima, ur in ſenſorio, recipit; quæ per ſeipſam excitata ad ſenſationem formaliter agit; & ſic datur uirtus actiua in ſenſu, & in hac concluſione conuenio cum Io. Iand. cum Scoto autem non; quia obiectum ad ſenſationem neque magis, neque minus principaliter concurrir, ſed duntaxat excitatiuè ſiue diſpoſitiuè. Totam hanc concluſionem ad unguem uerificat Simplicius; nā ſecūdo ani. 65. ait, quòd ſenſus nen perficitur à ſe; neque ſolùm à ſenſibilibus extra patitur, ſed patirur à ſenſibili paſsionem ſimilem agenti: & hoc, quantum ad actu ſenſibile. Et 62. ſupra deteminauit ad ſenſationem ſenſum formaliter actiuè concurrere; inquiens, ſecundùm proprium actum ſimul mouetur, & operatur; & actus eius iudicium eſt perfectum exiſtens. Et Philoponus infra 66. ait; & uiſus eſt ſuſceptiuus coloris; circa quem ipſius potentia, ſeu virtus agit, vel operatur. & magis manifeſtans hoc infra Simplicius 74. ait; Nō patiens eſt à ſenſibilibus anima, ſed operatur circa ſenſibilia cognoſcitiuè, ſed non factiuè: Themiſtius quoque ſupra. 37. 62. ait; Senſus enim non priorem habitum mutat in recipiendo ſpecies; ſed è contrario, priotem habitum, quem habet, agendo gerendoque perficit. Ariſt. poſtremò utrumq; determinat in ſenſu; nam 37. ſupra poſuit animam cauſam effectinā alterationis; qnod ab omnibus exponitur, ſenſationis. expreſſa ſententia ibi eſt Auer. qui ponit animam cauſam eſſe omninm motuum animalium, tam uerorum, quàm extimatorum; & exponit, ſenſationum. ponit idem Auer. 60. in fine expreſsè, ut deductum eſt. Addit quinetiam Ariſt. à 51. infra ſenſum eſſe in pati quodā, & alterari; notans primam receptionem, ſiue diſpoſitionem, quæ eſt de ipſo actu ſenſibili. Cum itaque opinio Ioan. Ian. cum noſtra firmetur determinatione; ea propter ad argumenta in ipſum facta reſpondeo. & ad primum; Negatur illa minor; & ualde decipitur; qnia ad ſpeciem non ſequitur eſſentialiter ſenſatio; quia ex ſententia Philoſophi, vt retro dictū eſt, color eſt uiſibilis in ſecundo modo dicendi per ſe; quare id, quod eſſentialiter cōſequitur, eſt, eſſe per ſe uiſibile, uel ſenſibile: ſed, quòd actu ſentiatur reſpectu illius eſſe ſenſibilis, ut ſenſibile eſt, potiùs uerificatur per accidens; quia ratio eſſe ſenſibilis, ſtat in aptitudine, & nō in actu. Ad ſecundū dicendū, ꝙ ſpecies eſt actiua ſenſationis: ergo ſuperfluit. ſenſus agēs. Negatur conſeqnentia. pro cuius euidentia not. ꝙ ex ſententia Philoſophi. 5. met. 2. 29. 2. phy. 29. duplex eſt agens, ſeu efficiens; quoddam eſt agens diſponens, ſiue præparans ſubiectum ad receptionem poſtremi actus: alterum eſt agens perficiens, & complens. quare ad argumentum dico, qnòd ſpecies eſt agens diſponens, ſiue excitans ad ſenſationem: at animæ uis eſt inducens ſupremum actum. Ad tertium dico, quòd agens potens inducere ſummam diſpoſitionem, poteſt & formam inducere, quando in uirtute illius agentis eſt forma ipſa inducenda per ſe, & non per aliud; quare caliditas ignis habet duntaxat diſponere pro forma ignis; ſed nō formam ignis inducere; quia in ipſius poteſtate non eſt; cum agens non agat vltra gradum proprium: ſic & ſpecies ſenſibilis poterit ſummam inducere excitationem ad ſenſationem, ſenſationem tamen nequaquam; qnæ operatio animę eſt, & non in virtute ſpeciei ſenſibilis. Ad vltimum dico, quòd procedit ex malo intellectu rei: non enim uerum eſt, quòd alter tantùm ſenſus, paſsiuus ſcilicet, cognoſcat; quia ipſe ſolus recipit: neque uerum eſt, quòd uterque ſeorſum cognoſcat; ſed cognitio illa dependet à tota anima ſenſitiua vnita; ſicuti operatio corporea prouenit à coniuncto, ſiue à compoſito ex corpore, & anima, ut nutrire: ſic & in actione ſpiritali, non paſsiuus tantùm, qui ſe habet per modum materiæ; neque actiuus tantùm, qui ſe habet per modum formę; ſed tota anima ſimul ſenſationem producit; & totius animæ cognitio eſt, & non alicuius per ſe partis.

Dicendum autem ſecuudum vnumquenque T. c. 63.
ſenſum. Auer. in parte continnatina intentionem ponit, & eſt. Cum Ariſto. egerit priùs de ſenſu in communi, per regulam propriam ſupra poſitam; mox ad particulares ſenſus deſcendit. cauſam huius tangit Philoponus: nā in quibus, quod

prædi-

prędicatur non eſt genus, ſed æquiuoca quædam uox, non ſatis eſt ratio communis habita nobis ad notitiam naturæ rerùm; ſed opus eſt de vnoquoque ſignificato, quod ſub voce illa communi continetur, per ſe ſermonem proprium agere; quando, quę de genere habetur ratio, nō ſufficiēs eſt ad notitiā vniuſcuiuſque ſpeciei. addit Auer. Et quia uia eſt de ipſis ſenſibilibus, cum ea magis nobis nota ſint, priùs de ipſis ſenſibilibus agendum erit. At dubitat in hoc Philoponus, quare eſt, cum Ariſt. priùs egerit de ſenſu in communi ante, & de ſenſibili in communi ſermonem non fecit. Ad quod reſpondet, & bene, quòd ſimul de vtroque egit: nam ſupra textu 52. dixit, quòd elementorum ſenſus eſt, aut per ſe, aut ſecundùm accidentia iſtis. & 62. dixit, quòd ſenſibile actu tale eſt, quale ſenſus potentia; & 59. dixit, quòd quæ agunt ſenſationem, extra ſunt, vt uiſibile, & audibile: cum itaque pręſens ſit intentio agere de ſenſibilibus omnium ſenſuū particularium; ponit priùs vniuerſalem quandam ſenſibilium diuiſionem; ut quę ſint propria iſtis, eliciat: non enim ſatis fuit de omni ſenſu egiſſe: quia, vt Themiſtius affirmat, tractatus de omni ſenſu propriè communis, aut generalis haudquaquàm appellari poteſt; cū in ſenſu aliquid, vt priùs, vt poſteriùs aliud conſpici, & notari contingat. Tex. diuiditur in duas partes; in prima ponit intentionem cum ordine; in ſecunda aggreditur intentum. primā exponēs Auer. ponit cauſam ad ordinem; nam Ariſt. intendens de vnoquoque ſenſu agere, dicit à ſenſibilibus primò inchoandum; cauſa eſt ex ſententia Auer. quia à notioribus nobis, ad naturæ notiora incedimus. At contra Auer. inſtat Hiſpanus; quia omnino falſum dicit, quòd obiectum ſit nobis notius, quàm naturæ: nam illud eſt notius, quo ad naturam, quod eſt prius in eſſe naturæ: at certum eſt, quòd ſenſibile eſt prius ſenſu; ergo apud naturam notius; quia poſito ſenſibili non ponitur ſenſus. ponit & altera ratio cōtra Auer. à Therap. nanque obiectum ad ſenſationem concurrit, ut cauſa; ergo quo ad naturam notius. Pro his notandum, vt retro dictum eſt, quòd entia habent, quòd ſint; deinde, quòd ſint ſenſibilia: modò, quòd entia, vt pote colorata priùs ſint, quàm ſentiantur; hoc conceditur; ſed ad propoſitū non eſt: quia conſideramus ea, ut habent referri ad vim ſentientem, quo modo actu verè ſenſibilia dicuntur; &, ut ſic, per ſpeciem habent reperiri in ſenſiteriis: quòd ſi dicatur, ſpecies in ſenſiterio, antequam actu ſentiatur, eſt prior ſenſu natura. Ad hoc dicendum, quòd non; quia pro illo priori eſt potentia, ut ſentiatur, paſſiua; at animæ uis eſt in potētia actiua, & productiua ſenſationis illius; actiua uerò prior natura eſt, q͞a perfectior. quare & ad alterum dicēdum eſt, quòd concurrit, vt cauſa diſpoſitiua, ſiue excitatiua; anima verò ut principalis; quare natura prior; quia terminat ſuam operationem, quæ ſenſatio eſt, ad ſpeciem obiecti. Dicitur autem ſenſibile. Pars hæc ſecunda in duas diuiditur; in prima ponit vnam diuiſionem ſenſibilium; in ſecunda membra diuidentia ſecundam partem declarat. primam exponēs Auer. quia tex. falſum habebat; nam, ubi legitur, Tactus autem habet plures. dicebat in ſuo tex. Senſus autem plures uno modo. ad propoſitum huius primæ particulæ non exponit. dicamus itaque cum Græcis, & Latinis, quòd ſenſibile dicitur tribus modis. & hanc diuiſionem notauit Simplicius factam à Philoſopho, vt ſecluderet, quæ per accidēs ſenſibilia ſunt, ab his, quæ per ſe; de quibus debet fieri mentio: ne aliq͞n loquentes de vero ſenſibili, capiamus illud quod eſt per accidēs: quæ uerò per ſe ſunt, duobus ſunt modis; ſenſibilia ſcilicet propria, & quæ ſenſibilia dicūtur cōmunia. Dico autem proprium. Declarat modò vtrunque membrum, & primò ſenſibile proprium; quia eſt, quod per ſe; & primò ſenſibile dicitur; communia verò per ſe, ſed non primò. aſſignat itaque Ariſt. ſenſibili proprio duas conditiones; altera eſt, quòd non contingit alio ſenſu ſentiri; reliqua, quòd circa ipſum non contingit ſenſum errare. & exēplis manifeſtat; vt uiſus coloris; color etenim non ab alio ſentitur ſenſu, quàm à uiſu; & ſonus, quàm ab auditu, & hoc modo intelligendum eſt, quod dicit Ariſt. quòd non contingit alio ſenſu ſentiri; hoc intelligendum eſt de exterioribus, non autē de ĩterioribus. at in hoc Albertus notat, quòd ſenſibile proprium duobus capitur modis; altero, vt eſt in re ſenſata, per quam habet eſſe materiale; altero modo, ſecundùm quòd eſt in organo ſenſus; primo modo non ſemper de ipſo iudicatur; quia per hoc eſſe non habet agerè in ſenſum; ſecundùm verò quòd abſtrahitur, habet primò eſſe in medio, mox in ſenſu: & multæ inde uariationes fieri poſſunt circa ſuum eſſe; nam, ſi contingat aerē eſſe humidum, videbitur, quod album eſt, rubrum, vel croceum: &, ſi pupilla infirma fuerit per humorem in oculum deſcendentem, eſſe coloris tunc alterabitur: in ſenſibili proprio non fit error, quia reuera tale eſſe abſtractionis habet in medio: licet tale non habeat in ſubiecto materiali. at de hoc dicemus in dubio. Tactus autem. Auer. habebat; Senſus autem. & ſecundùm ſuam litteram exponens duo facit; primò quod dictum eſt, ſecundò digreditur. dicit itaque, quòd unuſquiſque ſenſus habet ſenſibilia plura uno modo; quia habet per ſe & propria, & communia. & addit, quòd circa propria in maiori parte non contingit errare. Et exemplo manifeſtauit in littera Ariſt. at ſecundùm litteram ueram dicit Ariſt. q͞p tactus plura habet ſenſibilia propria, ad differentiam aliorum ſenſuum, circa quę non contigit tactum errare. Simplicius notat tactum comprehēdere paſſiuas illas qualitates; quandoquidem & tactus paſſiuiſſimus ſenſuum ſit: tales autem qualitates multæ ſunt, quas, vt propria ſenſibilia tactus cognoſcit, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, durities, mollities, aſperum, læne, grauitas, leuitas, ex ſententia Simplicii: quæ, tametſi vnico nomine contineri non poſſint, & inde quinque inſurgant combinationes; vnicus tamen eſt tactus ex ſententia Themiſtii; & ad omnia hæc ita comparatur, ueluti ad ſuum ſingulum obie-

ctum

ctum particularis quiſque ſenſus. Sed quid. In hac ſecunda particula ſecundæ oſtendit Philoſophus, in quo deceptio committatur; quod exponens Auer. dicit, quòd errant iſti ſenſus in comprehendendo differentias indiuiduorum ſenſibilium: & exemplo maniſeſtat, vt quidnam hoc album ſit; nunquid ſ. nix; & in quo loco reſideat; hæ nanque differentiæ propria ſenſus ſenſibilia haudquaquam dicuntur: nam quid Album, ſubſtantiam notat, quæ per accidés ſenſibilis eſt. vbi autem ſit. quia magnitudo eius pro ſecundario capitur obiecto; quandoquidem ſenſibile commune ſit, ex ſententia Simplicii. Non intendebat In parte hac digreſsiua intentio Auer. eſt remouere vnum à dictis Ariſt. quòd ſcilicet ſenſus non errat circa ſua obiecta; ergo ſenſus non errat circa id, in quo reperitur ſuum obiectum. Diuiditur digreſsio in duas partes; in prima remouet expoſitionem, quæ poſſet dari; ſecundò declarat, quomodo intelligere debemus. & primò dicit, ꝙ non eſt intelligendum, quòd ſenſus apprehendat eſſentias rerum; quia alterius potentię eſt. Pro quibus notandum, quòd vltra ſenſibilia & propria & communia, dantur & formæ materiales, quæ à nullo ſenſuum exteriorum apprehenduntur: & ſi vniuerſales capiantur eſſentię; tunc ab intellectu ipſo cognoſcuntur; quòd, ſi particulares; à ſenſu ipſo interiori. & hoc uoluit addens; Sed intédebat, &cæt. & in hac ſecunda duo facit; primò declarat, quomodo talis fiat cognitio; ſecundò, à qua uirtute: in prima dicit, quòd ſenſus comprehendit intentiones indiuiduales, ut huius hominis, aut huius equi, & vniuerſaliter omnium decem prædicamentorum: & notat hoc ſolùm eſſe proprium ſenſibus hominis, ſcilicet cognoſcere id, in quo eſt obiectum proprium: & confirmat dicto Ariſt. in libello de ſenſu, & ſenſili. Et iſta intentio. Modò declarat, quę ſit uirtus iſta, quæ cognoſcit: & ait illã eſſe cogitatiuam, quæ capit ab imaginatiua, & expoliat. Pro quibus notandũ, ꝙ uirtutes hæ ſenſitiuæ tali ordine incedunt: poſt exteriores ſenſus eſt primò ſenſus communis, in ſecundo ordine imaginatiua, in tertio cogitatiua, in quarto memoria: quem autem modum cognoſcendi capiant, optimè notat Auic. 6. naturalium cap. 8. ait enim, quòd ſpecies abſtractionis ſunt diuerſæ; quia formis materialibus propter materiam diuerſæ accidunt diſpoſitiones: nam verbi gratia naturæ humanæ primò accidit, quantum ſit ex ſe, ſpecies multiplicationis, & præter hanc alia ſibi eueniunt accidentia, quia in materia eſt; ut modus quidam, quanti, & qualis, & ubi, & ſitus: quæ omnia extranea ſunt à natura ipſius: modò ſenſus exterior, vt puta viſus, his indiget accidentibus, cum apprehendit formam, eo quòd non abſtrahit à materia abſtractione uera; quia, tametſi capiat ſpeciem, non tamen ſine materię pręſentia: in ſecundo gradu imaginatiua eſt, quę quidem abſtrahit à præſentia materiæ, ſed non ab appendit ijs, ſeu cõditionibus materiæ. in quo gradu imaginatiua eſt: nam formæ, quæ ſunt in imaginatiua, ſunt ſecundùm quantitatem, & qualitatem aliquã, & ſitum. & bene exponit Albertus hic in digreſsione, cũ tali figura capitis, cum tali colore faciei, cũ tali ętate, in tali loco: hęc enim ſunt indiuiduantia formam: quæ ita ſunt in vno indiuiduo, quòd non in alio: in tertio gradu ponimus apprehenſionem eorum, quæ non imprimuntur ſenſibus; quæ fit ab æſtimatiua, ſicut eſſe ſocialẽ, amicũ, delectabilem, &cæt. & hoc modo ouis cognoſcit inimicitiam lupi, & talis gradus non eſt ſine collatione; & eſt in homine cogitatiua ſecundùm Auer. quæ ſpoliat à forma imaginata communia, & propria ſenſibilia; & reponit in rememoratiua. Pro quibus notandum, quòd ſi uideo Socratem album; ſenſus communis cognoſcit quantitatem, ac figuram Socratis: & ſpecies iſtæ reſeruantur in imaginatiua; cogitatiua uerò expoliat ab omnibus illis accidentibus. Ex hoc elicitur ab Hiſpano de mente Auer. quòd nullum accidens eſt principium indiuiduationis cum adhuc remaneat ſubſtantia particularis ſine accidentibus: hoc tamen eſt contra Auer. primo Phyſicorum. 6. ubi ponit multitudinem indiuiduorum eſſe ratione quantitatis. quare ad id reſpondeo, quòd aliud eſt apprehendere rem non apprehendendo accidentia illius, & aliud eſt eſſe ſine illis. At inſuper dubium eſt; quia cogitatiua cum capiat intentiones particulares omnium decem prædicamentorum, ſequitur, quòd cogitatiua cogitatiuam cognoſcat. Ad hoc datur reſponſio, ꝙ cogitatiua vnius apprehendit cogitatiuam alterius; & non ſe. contra, nam tertio ani. quarto, ratio fundata fuit ſuper hoc, ꝙ recipiens debet eſſe denudatum à natura ſpecifica recepti. Ad hoc facilis eſſet reſponſio ſecundùm Scotum, qui negat per ſpeciem ſubſtantiæ ſubſtantiam intelligi: at ſecũdùm Auer. pro nunc dicemus, quòd cogitatiua apprehendit ſe per ſpecies aliarum. & hoc ſatis.

Dubitatur, utrum ſenſum, circa quod proprium ſenſibile eſt, contingat errare? In hac difficultate ommiſſis argumentis, ſunt duo modi dicendi, ut & Io. Ian. meminit in quæſtione; & uterque circa obiectum proprium. Primus dicẽdi modus eſt, quòd coloratum eſt obiectum proprium, circa quod non contingit errare: & uidetur ſentẽtia Ariſto. in tex. dicentis, ut uiſus coloris, & auditus ſoni. & ſecundùm hanc opinionem facile eſt reſpondere, quòd errare non contingit; quia ab alio ſenſu, non ſentitur coloratum corpus, quàm à uiſu. &, ſi fortè, quod album eſt, uideatur interdum croceum; non tamẽ ammittit, quin coloratum ſit. Alter dicendi modus eſt, quòd obiectum propriũ dicatur quodlibet coloratum; cum ab alio ſenſu ſentiri nequeat: &, ſecundum talem modum, notãda, quæ ad ſenſationem requiruntur; primum, ꝙ ſenſibile ſit in debita diſtãtia ad hoc, ut ſentiatur: ſecundum, quòd, ex quo ſenſus uirtus eſt organica ſecundo ani. 6. tertio ani. 6. quòd organum ſit bene diſpoſitum; tertium, quia indiget medio; cum ſenſus non ſit innatus recipere, niſi per ſpeciem; quòd ſcilicet medium illud ſit naturaliter diſpoſitum. quibus ſtantibus, nũquam eueniet, quòd ſenſus

Nota Sueſſanum, quod in apprehenſio ſunt quatuor modi apprehendẽdi: primo a materia, & præſentia materiæ; ſecundo conditiones materiæ; tertio intentio indiuidualis; quarto quid diuerſum vniuerſalis. ſenſus abſtrahit à materia, ſed non a præſentia materiæ: imaginatiua ab utroque, ſed non à conditionibus materiæ; cogitatiua a tribus illis, ſed non ab hæcheitate formæ; intellectus vero ab omnibus, & ꝙ vniuerſale eſt.

ſus errabit. Opinio hæc fuit Themiſtii; quandoquidem tres illas conditiones tangat & ipſe. fuit & Auerro. quia dicit, in maiori parte non errabit. quod intelligi non poteſt, niſi de hoc ſecundo modo dicendi. At contra hunc modum ſunt inſtantię nam, poſito oculo icterici, arguo ſic; ſpecies deciſa ab obiecto albo, primò eſt alba; ſecundò, quia non abſtrahit à pręſentia materię, habet conſeruari in illo eſſe ab obiecto, cuius eſt; ergo & in organo ſenſus erit alba; quare non poterit ictericus errare. ſecunda ratio; ſit, cognitio ſenſitiua. vt puta uiſio; uel eadem eſt cum ſpecie uiſibili, uel diuerſa: ſi eadem, ſequitur, quòd ſenſus non poſsit decipi etiam in icterico; quia ſpecies nō poteſt uariari, ut dictum eſt: ſi diuerſa; quęro nunquid ictericus uideat extra qualitatem realem, nec ne? ſi non, ſequetur, quod nihil uidet; quia à pręſentia obiecti dependet: ſi ſic; ergo illud reale obiectum, quod eſt extra, album. ſ. Ad quas dicendū, quòd ſpecies ab obiecto cauſata non ſolùm habet repræſentare obiectum ſecundùm conditionem obiecti; ſed ſecundùm conditionem medii, & organi; quia, vt retro dictum eſt, obiectum mouet medium, & medium motum mouet ſenſum; quare habet repræſentare ſecundum conditionē medii, & organi: quare ad primam dicendum, ꝙ reſpectu obiecti, à quo deciditur, uerum eſt, ꝙ ſemper eſt alba; reſpectu tamen organi, in quo recipitur, cum ſit alteratum ad croceum, & omne recipiens recipit per modum recipientis; ideo apparet crocea. Ad ſecundam inſtantiam; non tenemus, quòd ſpecies ſenſibilis eadem ſit, quòd ſenſatio. tenebant hoc, qui uolebant ſenſum duntaxat paſsiuè concurrere ad ſenſationem; quia ponentes obiectum producere ſpeciem, ponebāt & idem illud producere ſenſationem: ſed tenemus ſpeciem aliam eſſe à ſenſatione. quare ad argumentum dicendum, ut ad alterum dictum eſt, ſcilicet, quòd uidet obiectum extra, ſed non illius coloris, ut eſt; quia videt per ſuum repræſentatiuum, quod in oculo alterato ad croceum, uidetur crocei coloris. Dubitat tamen Sanctus Thom. prima par. quæſt. 16. art. 2. & etiam. quæſt. 86. nam uidetur, quòd in dictis Philoſophi ſit expreſsè contradictio; nam 3. ani. 22. concludit falſitatem ſemper eſſe in compoſitione. oppoſitum ſentire uidetur ſecundo ani. 152. ubi dicit ſentire res proprias ſemper uerum eſt, & exiſtit in omnibus animalibus. eandem ſententiam tangit. 161. & idem 3. de anima 26. quòd intellectus ipſius, quod quid erat eſſe, ſemper eſt uerus; quare uidetur, quòd in ſimplici apprehenſione & ueritas, & falſitas inueniatur: vnde optimè ibi ſoluens S. Thom. diſtinguit de ueritate, & falſitate: nam uno modo ueritas, & falſitas dicitur eſſe in aliquo; quia in eo eſt, tanquam in ſubiecto; altero modo dicitur eſſe in aliquo, tanquam in cognoſcente ueritatem, & falſitatem: primo modo in ſenſu eſt, & in ſimplici apprehenſione: ſecundo modo eſſe non poteſt, niſi in potentia componente, & diuidente: & ſic in diuerſis locis diuerſimodè verificatur. Vltimò dubitatur; nam uidetur, & de facto eſt, quòd aliquis homo poſſit ſentire, & ſic cognoſcere rem dulcem, quam eandem capiet, & cognoſcet alter, amaram; & uterque ſanus erit, & in utroque & medium, & organum erit rectè diſpoſitum. quare adhuc, ſtantibus illis conditionibus, ſenſus poterit errare. Si ſequamur opinionem Alberti, qui vult, quòd nunquam contingat ſenſum errare, dicemus, quòd neuter errat; quia unuſquiſque iudicat ſecundùm ſpeciem, quā retinet in ſenſorio: dato enim quòd obiectum extra, album ſit, ſpecies autem illius in oculo icterici cognoſcatur crocea, non errat ſenſus; quia capit ſpeciem, ut ibi eſt. At opinio iſta non eſt tuta, quia idem ſequeretur & de ſenſibili communi, ut de magnitudine, nam oculus apprehendens quantitatem ſolis, cognognoſcit ipſam verbi gratia bipedalem; ergo ſenſus, cum tale retineat repreſentatiuū, non errabit: quod inconuenit. Quare dicendum eſt cum Ariſt. qui hoc idem mouit dubium 11. primæ Philoſophiæ, quòd ſcilicet ſtandum eſt ad iudicium, quinimo ad cognitionem ſenſualē hominis meliùs temperati: ſicuti in brutis determinandum eſt: quæ ſalicem comedentia, amaram non percipiunt; homines verò eandem vt amaram reſpuūt; hominibus credendum eſt, ut pote melioris temperaturæ exiſtentibus: quare iudicandum eſt ſalicem amaram eſſe omnino.

Communia autem. Auer. in parte continua T. c. 64.
tiua ponit intentionem: & eſt, quòd expoſito altero ſenſibili, quod & proprium eſt, & per ſe; alterum, quod commune eſt, exponendum aggreditur. In Tex. duo facit; primò declarat ſenſibile commune; ſecundò repetit quoddam dictum: primum exponit Auer. pariter cū Latinis, ꝙ ſenſibilia communia ſunt quinque, ut enumerata ſunt in tex. & declarat, quomodo dicantur communia; & primò priuatiuè; ſecundò poſitiuè, inquiens, quòd non intendit, quòd vnumquodque horum quinque commune ſit vnicuique ſenſui, vt intellexit Themiſtius. Hiſpanus, & cum eo alii plerique uoluerunt, quòd Auer. in hoc carperet Themi. cum tamen eodem præciſè modo Them. exponat, ut Auer. quare diffugit ad hoc, ꝙ Auer. non habebat bonum tex. Them. Nos uero tenemus oppoſitum, quòd ſcilicet potius in teſtimonium ſuæ ueritatis Themi. adducat. ut ſit ſenſus: Non eſt intelligendum, &c. ut ſcilicet affirmat & ipſe Them. ſed tria dicit Auer. eorum ſunt communia omnibus ſenſibus; at figura, & quantitas ſunt cōmunia tactui, & uiſui tantùm. Idē confirmat Philoponus. communia dicuntur, non quia vnumquodque omnibus; ſed, quia pluribus uno: videmus enim, quòd magnus eſt homo, aut, quòd eſt magnus mons. At in dictis Auerro. cadit dubiū; nā ſecundo ani. t. 33. dicit, ꝙ oia percipiuntur ab omnibus quinq; ſenſibus: ſecundò per auditum percipimus magnum ſonum, & paruum; ergo non ſolum communia viſui, & tactui. Tertio numerus, ut bene notat Albertus, cauſatur, ex diuiſione continui; ergo à quibus ſenſibus percipitur numerus, percipietur & continuum; quare & magnitudo;

gnitudo; ergo ab omnibus. Probatur conſequentia; quia percipiens numerum, vnitates percipit; ergo priuationem continui. & eſt ſentẽtia Auer. 2. ani. t. 33. at, qui percipit priuationem, & habitum percipit; ergo &cæt. Pro quorum ſolutione notandum primò, ex ſententia Alberti, cum magnitudo ſit terminus naturalis corporis, & terminata quantitas ſit figura; oportet & figuram eſſe ſenſatum commune; imprimitur etenim oculo in uidendo, & tactui in tangendo; & ſic de tribus alijs, quæ ab omnibus percipiuntur ſenſibus. Modò ad argumenta; & primum, quòd ly, commune omnium, non intelligit vniuerſaliter. Ad ſecundum reſpondet Philoponus, quòd magnitudo in ſono dicitur per quandam ſimilitudinẽ; eſt enim indicatiuum qualitatis; intenſionem quippe ſignificat: quare conuenientiùs in ſono uteremur debili, & forti. Ad vltimum, noto, quòd multoties ſenſus aliquis, qui quandoque fuerit coniunctus alteri ſenſui, eſt in cauſa, quòd ille alter videatur ſentire obiectum primi; verbi gratia, viſus aliquando fuit coniunctus cum auditu, aut cum guſtu, & tunc uidens mel ſibi obiectum, cognoſcet ipſum dulce; & hoc fit iudicio ſenſus interioris: ſic audiens numiſma aliquod cadens, iudicat de magnitudine, & eius figura propter uiſum; quia aliquando coniunctus fuit auditui in tali re. Quare ad argumentum dico, quòd percipiendo numerum, iudicatur de continuo ob aliquando factam unionem cum viſu. ſunt itaque magnitudo, & figura communia viſui duntaxat, & tactui. comprobat hoc Philoponus argumento ſumpto à brutis: quæ, ſi locum quendam eminentem, facilem tamen in aſcenſu, offenderint, ad aſcenſum animantur: ꝙ ſi præruptum quempiam montem & recti, aut concaui tramitis, inuicem auertuntur, & fugiunt: cognóſcunt itaque & magitudinem, & figuram viſu. numerus autem omnibus conuenit. uidemus quinque, ſi contingat, occurrentes homines; eoſdem quoque audientes cognoſcimus, & plures, ſi plures fuerit. At in hoc loco dubitat Philoponus, quia videtur omnino ſibimet contradicere Philoſophus; quia ponit numerum cognoſci à ſenſu; cum tamen quarto Phyſicorum 88. 109. dixerit tempus numerum eſſe motus, & eſſe ſolius mentis eum cognoſcere. Cui optimè facit ſatis: nam ſpeciem, & numeri formam mens capit; multitudinem uerò vnitatum, ſiue multiplicatum numerum ſenſus cognoſcit, ut hac multitudine maiorem, vel illa minorem. Odoratus quinetiam diuerſos ſentit odores; quare & multos: identidem in ſaporibus, guſtus: motus, & quies ab omnibus capiuntur ſenſibus & ipſa. Per ſe quidem. Repetit, quod ſupra dixit. Albertus notat, quòd, per ſe, dicitur duobus modis; altero modo, ut diſtinguitur contra per accidẽs; & hoc modo ſenſibilia communia dicuntur per ſe: altero modo, vt idem eſt, quòd primo. & ſic duntaxat, quæ propria ſunt, per ſe ſenſibilia dicuntur. addit Auer. differentiam fermè inter hæc ſenſibilia, & ſenſibilia per accidens; quia talia ſenſibilia per ſe comprehenduntur à ſenſibus, ſecundum quòd ſunt ſenſus: quæ per accidens ſunt, à talibus ſenſibus, hominis ſcilicet. At contra Auer. ſi ſunt ſenſibilia à ſenſibus, quatenus ſenſus ſunt; ergo ab omnibus cognoſcentur: quod incõuenit. Ad hoc dicendum, quòd ly, inquantum, non tenet vniuerſaliter, ſed ſpecificatiuè, ſcilicet quatenus exteriores; quia, ut ſic, propriè dicuntur ſenſus. quare argumentum nullum contra Auer.

Secundùm Accidens autẽ. Auer. in parte con T. c. 65. tinuatiua cum Græcis, & Latinis omnibus ponit intentionem, quæ eſt declarare ſenſibile tertio modo dictum, quod eſt per accidens. Diuiditur præſens tex. in duas partes; in prima declarat; quod ſit ſenſibile per accidens; in ſecunda comparat adinuicem, quæ per ſe ſenſibilia ſunt. primam Auer. exponens duo facit; primò, quòd dictum eſt; ſecundò digreditur. in prima dicit, quòd id dicitur per accidens, quod in re eſt ſenſibili per ſe. clariùs de Latinis diffinit Alber. Id eſt per accidens ſenſibile, quod propriam eſſentiam in ſenſum non imprimit, nec primò, nec ſecundò; ſed cum ſenſibili proprio, & communi accipitur, & non ſine exiſtimatione. exemplum in tex. eſt; vt, quod album ſit filius Diarij. Philoponus, & cũ eo Simplicius, & de Latinis S. Thomas ampliori nomine huius, per accidens, utuntur: nam & ſenſibilia vnius ſenſus, ſi ab alijs ſentiantur, per accidens ſentiri dicuntur, ut flauum quodpiam cernentes ſtoracem, ſcilicet, dicimus & id quoque odoriferum eſſe: hoc autem in viſu accidens eſt. Addit Simplicius, quòd non ſolùm hoc dicimus per accidens ſenſibile; ſed & ſubſtantiam ipſam ubi Ariſto. dicit, quòd album Socrates ſit, per accidens eſt; quoniam accidit albo, quod ſentitur. ſi ordinem entiũ inſpiciamus, dicemus, potiùs album accidere Socrati: at ſi ſenſibilium, conuerſus erit dicendi modus. Sed dubium eſt de hac cognitione à ſenſu, nunquid ab interiori, aut ab exteriori; primo modo non, quia loquitur de exteriori; at neque exteriori; & ratio eſt, quia ſenſus exterior non componit; & ideo non poteſt iudicare; quòd hoc album ſit Socrates. Pro hoc dicendum, quòd ſenſus exterior quodam modo componit; non tamen, quòd faciat enunciatiuum propoſitionem cum uerbo; ſed capit hoc totum compoſitum, quod eſt Socrates albus; alterum per ſe, per accidens reliquum. Sed poteſt aliquis dicere. In digreſsione duo facit; primò dubitat; ſecũdò ſoluit. in prima quinetiam facit duo; primò, quod dictum eſt; ſecundò remouet vnam reſponſionem: in prima; nam, ſi ea per accidens ſenſibilia dicuntur, quia coniuncta ſint ſenſibilibus proprijs per ſe: à pari & ſenſibilia communia, quæ iuncta ſunt proprijs, ſenſibilia per accidens dicẽtur. Quoniam, ſi. Remouet; quia poſſet aliquis dicere, ſenſibilia communia ſunt per ſe; quia ſunt communia. ſimiliter dicit ipſe; ſenſibile per accidẽs, quod eſt indiuiduum ſubſtantiæ, dicitur per ſe; quia commune eſt omnibus: quare remanet dubium. Et poſſumus dicere. In hac ſecunda duas dat ſolutiones; prima eſt, quòd ſenſibilia communia videntur magis eſſe neceſſaria pro

proprijs

proprijs, quàm ſenſibilia per accidens: nam, ad hoc, vt color ſit, indiget ſuperficie, in qua re ponatur; non ſic autem ſubſtantia; ſtat enim quòd color non ſit in Socrate; at impoſsibile eſt, quin ſit in magnitudine: quare, & ſi ſenſibilia communia non ſint de ratione formali ſenſibilium propriorum; ſunt tamen neceſſariò requiſita ad ſenſibilia propria. At contra Auer. rō eſt; quia, ex ſententia ipſius, color non poteſt à quantitate ſeparari: modò & quantitas ipſa nō poteſt ſeparari a ſubſtātia; ergo neque color à ſubſtantia: quare ſaltem neceſsitate remota, ſubſtantia neceſſaria eſt ad ſenſibilia propria. At pro Auerro. dicendum, ꝙ non tenet ſubſtantiam non de neceſsitate requiri ad accidentia, cum accidentia ex ſententia philoſophi in prædicamentis in ſubiecto ſint; ſed voluit, ꝙ ſubſtantia non requiritur neceſſariò ad ſenſationem propriorum, ſicuti quantitas ad colorē: quia ſine quantitate ſentiretur indiuiſibilis, quod dicendum non eſt. Et ēt. Dat ſecundam ſolutionem, quæ ſtat in hoc, ꝙ ſenſibilia communia ſunt propria ſenſui communi: at comprehendere indiuiduum, vt eſt de prædicamento ſubſtantiæ, non appropriatur ſenſui communi, ſed ſenſui in eo, ꝙ talis ſenſus, ſcilicet ſenſus hominis. S. Thomas in hac parte digrediens reprehendit vtranque ſolutionem Auerro. & primò ſecundam negando ſundamentum Auer. quòd ſcilicet ſenſibilia communia eſſent propria ſenſui communi: & ratio eſt; quia, vt patebit infra, ſenſus communis eſt potētia, ad quam terminantur ſenſus omnes particulares: & non habet obiectum proprium, quin fuerit obiectum ſenſus particularis: habet quidem operationem propriam; quæ eſt diſcretio ſenſibilium aliorum ſenſuum; ſed obiectum proprium non habet. confirmat magis falſitatem; quia adhuc, poſito quòd illa eſſent obiecta propria ſenſui communi; non ob id excluderetur, quin reſpectu particularium ſenſuum obiecta per accidēs dicerentur. contra primam dicit, ꝙ nemo diceret eſſe ſenſibile per ſe; quia ſubiectum eſt ſenſibilis proprii. & inſtantia eſt; quia ignis eſt ſubiectum caloris; non tamen per ſe ſentitur à tactu quare ſoluit aliter, & doctè, & fundamentū eſt ex tex. Philoſophi 51. ſentire eſt in quodam pati. quid quid igitur facit differentiā in paſsione ſenſus, id per ſe ſenſibile dicit; quod verò nullā, per accidēs eſt. & dictum eſt philoſophi in litera. Vnde nihil patitur ſecundum, quòd huiuſmodi eſt, à ſenſibili. At facere immutationem cōtingit duobus modis; altero modo, quantum ad ſpeciem agentem; & ſic ſenſibilia propria immutant; altero modo, quantum ad actiones ipſas; nam, propria aliter mouent, ſecundùm quòd ſunt in maiori, uel in minori corpore, & in ſitu diuerſo. At opinio S. Thomæ dupliciter peccat; primò quo ad ſolutionem; ſecundò quo ad redargutionem Auerro. & vtrunque horum diuinè admodum oſtendit in quæſtione Ioan. Iand. Et contra primum ſic arguitur; Color vnitus motui, aut aliquid imprimit ſenſui, quod non color ſine motu; aut nihil: ſi nihil; non erit itaque diuerſitas in immutatione, quòd ad ipſam ſequatur cognitio: ſi verò imprimit, tale quid eſſe non poteſt, niſi ſpecies ipſius motus; quare, &c. &, quòd ſpeciem imprimant, ſententia eſt Ariſtote. in hoc ſecundo 133. Vbi de ſenſibilibus communibus agens dicit, Omnia hæc motu ſentimus, ſcilicet per motionem ſactam in ſenſibus, vt ibi exponit Auerro. quæ non ſit, niſi mediante ſpecie. Quare pro veritate notandum, quòd tot modis dicitur, per ſe; quot per accidens, cum oppoſita ſint; ex primo topicorum. modò ſenſibile per accidens dicitur duobus modis, ut Auerro. 65. ſupra; & quod non cognoſcitur à ſenſu particulari; neque ſenſibilia propria vnita ſunt ei neceſsitate propinqua, aut remota: totidem & per oppoſitum modis, per ſe, aliquod ſenſibile dicitur. Quibus viſis, ſenſibilia communia ſunt ſenſibilia per ſe; quia propria uniuntur eis neceſsitate propinqua, aut remota: propinqua, vt magnitudini, & figuræ; remota, vt motui, & quieti, aut numero. habent & aliam conditionem, quòd ſcilicet non ſunt cognoſcibilia à ſenſibus, vt ſolùm ſunt tales ſenſus, utputa hominis; ſed ſecundùm quòd ſunt ſenſus, ideſt per naturam communem omnibus ſenſibus, quatenus ſunt ſenſus plurium animalium. canis mouetur ad maius fruſtum carnis; pariter & alia animalia, vt ex ſententia Philoponi dictum eſt. quare ad id primùm, quod dicit Sanctus Thomas in Auerro. fuit captiuncula in verbis, ſed non in ſententia Auerro. non enim per ſenſum communem voluit intelligere Auerro. uirtutem illam, ad quam particulares omnes terminantur ſenſus; ſed dixit, ſunt propria ſenſui communi, ideſt, quòd ipſi ſenſus habent cognoſcere ſenſibilia communia per naturam communem omnibus ſenſibus, aut pluribus; & non ſecundùm, ꝙ ſint ſenſus talis animalis preciſè. altera quoque ratio falſa eſt; quia uoluit intelligere Auerro. ꝙ non poteſt apprehendi ſenſibile proprium, quin neceſſariò, aut neceſsitate propinqua, aut remota apprehendatur ſenſibile commune: hoc autem nō eſt verum de indiuiduo ſubſtantiæ. & ſic de facili reſpondetur ad S. Thomam, licet forma ſubſtantialis ignis ſit coniuncta caliditati; non tamen neceſſe eſt, ꝙ percipiens caliditatem, ſubinde capiat formam ſubſtantialem ipſius ignis; ſed bene quantitatem, quæ in igne eſt & figuram, neceſsitate propinqua; remota uerò motum, & alia, quæ deinceps ſunt. Et comprehenſio. In hac parte ponit Auerro. differentiam inter ſenſibilia communia, & ſenſibilia per accidens, notans talia recipi ſecundùm ſenſum communē; ſcilicet plures ſenſus; quia comprehenſio talis eſt communis omnibus animalibus, vel pluribus; nō tamen in eo, ꝙ ſenſus communis; ſed in eo, ꝙ ſenſus animalis intelligentis. & exemplo manifeſtiſſimo de Medico aſſumit Auerro. intentum: namque Medicus per plures ſenſus exteriùs, cognoſcit interiùs uitam habentis repletionem uenarum, puta per uiſum, & tactum, & ſic Auerroes tandem conſiderationem ſuam dedu-

cit ad hoc per accidens, quod eſt indiuiduum ſubſtantię; quia de alijs obiectis per accidens determinatio eſſet falſa; quandoquidem poſsint & à ſenſibus aliorum animalium apprehendi; ſed indiuiduum ſubſtantiæ à ſola cogitatiua hominis. Quam veritatem cum vidiſſet Sanctus Thomas, & ipſe diuinè admodum dixit enumerando conditiones; quæ duæ faciunt ſenſibile per accidens: altera eſt, quòd ſit per accidens vnitum per ſe ſenſibili; reliqua, quòd capiatur à potentia ſenſitiua; mox ab alia dignoſcatur virtute, quæ ſit intellectus, vel vis cogitatiua, vel vis ſenſitiua. deinde paulò infra dicit; Cum video coloratum, percipio hunc hominem, vel hoc animal. Talis apprehenſio fit per vim cogitatiuam, quæ dicitur etiam ratio particularis; et quòd eſt collatiua intentionum particularium, vt intellectus vniuerſalium. & hæc vis eſt in virtute ſenſitiua; quia virtus ſenſitiua in ſui ſupremo participat aliquid de vi intellectiua in homine; in quo ſenſus intellectui coniungitur: talis virtus in brutis æſtimatiua eſt. idem & in quæſtionibus diſputatis, quæſtione decimatertia. Senſibilium autem. In hac ſecunda parte comparat adinuicem ſenſibilia: quam Auerroes exponens dicit, quòd ſenſibilia propria ſint, quæ per ſe, primò ſenſibilia ſunt: at ſenſibilia communia, & ſi per ſe ſentiantur, non tamen ſentiuntur primò. idem & Auicennas dicit, quòd ſenſibile commune ſolùm percipitur à ſenſu, quatenus coniunctum eſt ſenſibili proprio; ita, quòd, ſi per poſsibile, vel impoſsibile ſepararetur à ſenſibili proprio, non ſentiretur. ex quo ſolui poteſt problema illud; propter quid eſt, ꝙ ignē in concauo orbis Lunæ non cernimus? Ratio eſt; quia motus, & quantitas ignis ſeparata ſunt à ſenſibilibus proprijs. diſtinxit autem ſenſibilia per accidens ab vtroque horum per ly, Vnde, & nihil patitur. nam, dato, quòd Diarij filius in ſenſu vnà cum ſenſibilibus proprijs, & communibus reciperetur; nihil tamen ab eo ſenſus patiebatur. poſuit autem exemplum de filio Diarij; quia talis maxima neceſsitudine fuerat Ariſtotelis vnitus, ex ſententia Philoponi, & mutuæ reddebantur inter eos epiſtolæ, vt inter maximè coniunctos conſueuit.

Dubitatur, quomodo ſenſibilia hæc communia, per ſè ſenſibilia dicantur: nam, quòd ſint per ſe ſenſibilia, inter omnes conuenit expoſitores: & eſt ſententia Philoſophi clara. quomodo verò dicantur talia, dubium eſt. in hoc autem dubio, vt retro dictum eſt, ſunt duæ viæ diuerſæ propter duo fundamenta diuerſa. Ioan. Iand. tenet in quęſtione per proprias ſpecies per ſe ſentiri: quia eius fundamentum fuit; quia præter ſpecies ſenſibilium propriorum, & quę communia ſunt, proprias ſpecies multiplicant. Altera opinio eſt S. Thomæ; quòd ſcilicet per ſe dicantur ſentiri; quia in ſenſu producitur varius ſentiendi modus. fundamētum fuit, quòd ſenſibile proprium multiplicat ſpeciē, per quam ſentitur primò proprium, ratione actus; mox per eandem commune, ratione modi agēdi. In prima via ſunt cum Ioan. Iand. multi Peripatetici, vt Albertus, pluſquam Commen. ſecundo art. medic. 16. Egidius: differunt tamen in poſitione huius ſpeciei. aliqui dicunt, quòd ſenſibilia communia, tanquam agentia principalia, ſuas producunt ſpecies: quidam, vt Egidius, voluit, vt concauſa; quòd ſcilicet, ſimul cum ſenſibilibus proprijs ſpecies ſuas cauſant. At, vtcunque ſit, in hac via dubitatio magna eſt de tribus illorum quinque, quomodo ſpecies cauſent, de numero, de motu, & de quiete: magnitudo autem, & figura ſatis perſuadent: prima de motu eſt per media, quæ adducit Ioan. in quæſt. nam ſenſatio fit in inſtanti; ſed motus non eſt in inſtanti; quia tempus menſurat motū ex ſententia Philoſophi quarto phyſicorum 104. 118. & primo cę. 99. ergo motus non ſentitur. ſecundò de motu non habetur, niſi mutatum eſſe; quia pars præterita non eſt; pars futura nondum eſt; ergo indiuiſibile eſt; ergo non ſenſibile; quia, quod ſenſibile eſt, quantum eſt. De quiete adhuc reſtat difficultas; quia dicit priuationem: modò priuatio cognoſcitur per habitum ex ſententia Philoſophi primo de anima 85. rectum eſt iudex ſui, & obliqui; ergo non per propriam ſpeciem, ſed per ſpeciem alterius. De numero quinetiam dubitatur; quia, ex ſententia Philoſophi, numerus habet eſſe ſolùm in anima quarto phyſicorum. quomodo itaque ab eo, vt ab obiecto reali extra animam vno, multiplicabitur vna ſpecies? nam, ſi ſint decem entia, quærendum eſt, in quo, vt in ſubiecto uno fundetur numerus iſte, qui denarius dicitur. & adeò valuit hæc difficultas, vt quidam negauerint omnino numerum cognoſci ab exteriori ſenſu: & dixerunt, quòd ſenſus interior numerum cognoſcit; quia per ſenſus exteriores capit, quòd talia non ſint continua. Philoponus de Græcis in hac materia duo dicit; primum, quòd talia ſenſibilia communia ſint per ſe ſenſibilia: ſecundò, quòd ſine proprijs ſentiri haudquaquam poſsibile eſt. primum probat per ſyllogiſmum diuiſiuum à deſtructione partium: nam entia omnia, aut ſenſibilia ſunt, aut intelligibilia: ſed ſenſibilia communia non dicuntur intelligibilia, vt ſic; ergo ſenſibilia: &, quia, quod ſenſibile eſt, aliquo ſenſu ſentitur, quærendum à quo talia quinque ſentiuntur; non eſt de interioribus aliquis determinatus; neque de exterioribus vllus; & tamen quinque iſta ſenſibilia ſunt; ergo neceſſariò uel ab omnibus, uel à pluribus ſentientur, ut dictum eſt. ſecundum quinetiam perſuadet; quia, ſi ſenſibilia communia ſeparata fuerint à propriis; nihil prorſus in ſenſum agent; quare nec à ſenſu comprehenſibilia ſunt. At contra ſecundum hoc dictum Io. inſtatur; nam propoſitio uerisſima eſt, quòd ęqualiter calida, aut æqualiter frigida non ſentimus. tunc detur caſus, quòd manus tua ſit æque calida cum obiecto; tunc percipiendo obiectum, certum eſt, quòd non percipit caliditatem, quæ proprium eſt obiectum tactus; percipit tamen magnitudinē, quod eſt cōe; ergo non eſt illa eſſentialis depēdētia obiecti cōmunis ab obiecto proprio in ſentiendo.

Com-

Communiter ad hoc dici ſolet, quod, tametſi à calido non immutetur; immutatur tamen manus à duro, quod eſt obiectum proprium tactus. ſed contra; ponamus manum etiam æque duram cum obiecto, omnino ſequetur, quod dictum eſt: ſecundò ponamus per caſum, quòd poſsibile ſit cęlum à manu tangi; & dicamus ſub conditione, ſi tanget, in eo non ſunt quatuor qualitates, non durities, & mollities; & tamen manus tangens perciperet cęli quantitatem; quia non poterit perforare cęlum; quare, &c. Ad hoc dicere poſſet Philoponus, quòd cęlum non eſt tangibile; attamen eſt viſibile; & hoc ratione luminis. Ad hoc Hiſpanus dicit, quòd, ſi manus ibi eſſet, perciperet quantitatem cęli: ſed eſt contra poſitum, & contra Philoſophum expreſsè in libello de ſenſu, & ſenſili: vbi ponit impoſsibilem eſſe apprehenſionem ſenſibilium communium, non prius cognitis ſenſibilibus proprijs. At dicendum, quod prius apprehenderet priuationem ſenſibilium propriorum. Pro quo notandum ex ſententia Hiſpani, quòd ſenſibile per ſe dicitur duobus modis; altero modo comparando ad potentias, verbi gratia, ſenſus viſus; & ſic, quod ſenſibile per ſe eſt, diſtinguitur ab eo, quod eſt per accidēs, vt omnia ſenſibilia propria, ſuæq; eorum priuationes ſenſibilia per ſe dicuntur; vt ſilentium, tenebræ, & huiuſcemodi. ſententia Auerro. eſt infra 133. vbi dicit, quòd, ſi qu[illegible]ntia percipit aliquod poſitiuum per ſe, & eſſentialiter, illa met percipit priuationem eius per ſe, & eſſentialiter: altero modo per ſe dicitur, comparando ad habitum, ſiue ſenſibile; quo modo ea duntaxat, quæ ſpecies in ſenſibus producunt, per ſe ſenſibilia eſſe dicuntur: quare, vt ſic, priuationes non per ſe ſenſibiles. & hoc dicere voluit Philoſophus infra 120. vbi Auerroes dixit, quòd omnibus ſenſibus commune eſt hoc, quòd percipiunt alterum duorum oppoſitorum eſſentialiter; alterum verò per accidens: quare ad argumentum ſtabat ſolutio; cum merito potentiæ tactiuæ dicatur, quòd primò manus per ſe apprehenderet priuationem ſenſibilium propriorum; mox, quæ communis eſt, quantitatem. Sed contra, ibi non eſt priuatio; quia in eo aptitudo non eſt. Dicendum, quòd ſaltem negatio eſt. & hæc ſufficit. Pro veritate tenendum eſt, quòd ſenſibilia communia multiplicant propriam ſpeciem. & per hoc fundamentum ſenſibilia per ſe dicuntur; nam duæ ſunt conditiones, quæ faciunt talia ſenſibilia, per ſe ſenſibilia dici: altera eſt; quia ſentiuntur à ſenſibus in eo, quòd ſenſus, vt dictum eſt, ex ſententia Auerrois: reliqua eſt; ab illis, quatenus talia ſunt, ſenſus patitur; & hoc ad differentiam ſenſibilium per accidens, vt de eis dixit Ariſtoteles in hoc textu. fundamentum eſt, quia cauſant ſpeciem, vt Ioan. Iand. & alij. opinio hæc fuit Ariſtotelis ſecundo anim. 133. vbi dicit; Sentimus figuram, magnitudinem, motum, & quæ deinceps. quare impreſſione propria. & Auerroes in eodem loco affirmat idem. eſt & ſententia Themiſtij, quæ non recipit gloſſam in 134. vbi dicit; Cum enim magnitudinem oculus ſentit, ſtatim ſimilitudo magnitudinis in oculo ſculpitur. & addit; Eodem modo & motus, & figuræ, & vnitates. additque, quòd non aliter, quàm colores relinquunt ſimulachrum in ſenſu. eandem Scotus habuit opinionem quarto ſententiarum, diſtinctione duodecima, quæſtione tertia. vbi adducit & opinionem Sancti Thomæ. idem quoque affirmat ſecundo ſententiarum, diſtinctione nona, quæſtione vnica. de opinione autem Sancti Thomæ, ſatis ſuperque in textu dictum eſt. quare ad argumenta in oppoſitum accedamus. & ad primum reſpondet Ioann. Iand. in quæſtione, quòd indiuiſibile per ſe, tanquam per ſe ſubſiſtens, non ſentitur; ſed bene ſentitur, tanquam ens in aliquo diuiſibili: quare mutatum eſſe, tametſi indiuiſibile ſit, ſentitur tamen, vt in motu eſt, qui continuus, & diuiſibilis. Sed contra Ioannem arguitur; nam indiuiſibile illud, vtcunque cognoſcatur, non repræſentat aliquid, vltra quòd eſt indiuiſibile; quare non motum. Ad hoc tangit Ioannes reſponſionem, quæ eſt text. Ariſtotelis quarto phyſicorum 104. Moueri per id, quod mouetur; & ferri per id, quod fertur, aliquid eſt. & hoc modo motus ſentitur per ſe, & in tempore. & ſic patet ſolutio ad ſecundum etiam argumentum. Ad id, quòd ſenſatio fit in inſtanti; verum eſt de permanentibus; quia ſinguli horum ſpecies in inſtanti obiectum repræſentant; at in ſucceſsiuis, quale tempus eſt, & motus non verificatur: ſed motus habet initium per remotionem de præſenti; non tamen, quòd intelligatur immediatè poſt hoc inſtans; ſed immediatè poſt hoc tempus motus ſequitur, qui habet continuari in tempore. Sed in hoc maior elicitur difficultas; quia non erunt, vt ſic, quinque ſolùm ſenſibilia communia, ſed plura: nanque tempus & ipſum continuum eſt, vt motus; quare &cęt. ſecundò ad idem; vnitas numeratur inter ea, quæ ab exterioribus ſenſibus ſentiuntur, vt infra 133. quia verum eſt dicere, quòd vnuſquiſque ſenſuum vnum ſentit. Ad quæ dicendum, quòd, ſi plura numerentur ſenſibilia, talia per ſe dici non poſſunt, niſi per reductionem; tempus enim ad motum reducitur materialiter; & eſt idem, quòd motus: vt ſic à ſenſibus percipitur exterioribus: vt autem à motu diſtinguitur formaliter; tunc non capitur ab exterioribus ſenſibus: verùm, vt ſententia eſt Auerr. quarto phyſicorum 109. Tempus, & motus non ſunt, niſi quando mens diuidit motum in prius, & poſterius. idem 88. 104. hoc idem dixerunt aliqui de vnitate, quòd ſcilicet ad numerum reducitur: ſed hoc ſtare non poteſt; quia Philoſophus enumeratis illis quinque communibus, addit vnitatem, quod non eſſet, ſi ad numerum reduceretur: quare alij volunt, quòd reducatur ad quantitatem. Ad hoc dicit Hiſpanus, quòd vnum eſt ſenſibile commune, & debet quinque alijs annumerari; & eſt ſenſibile ſextum: de eo tamen non meminit; quia percipitur, cum percipitur aliquid; quia tale quid diuerſum eſt à quolibet alio, quòd non eſt ipſum. Dicerem tamen ego, quòd tametſi

ſenſus ſentiat, verbi gratia, obiectum vnum, non ſentit tamen illud ſub ea formali ratione, qua unum eſt; quia, vt ſic, habet cognoſci, vt principium numeri: quæ cognitio eſt per priuationem continui, vt cognitio numeri. Ad illud Philoſophi, dico, quòd Ariſtoteles non annumerauit, tanquam ſextum; ſed ibi poſuit, tanquam rationem ad cognitionem numeri; quæ fit per priuationem continui. Ad illud de quiete, Ioan. dat multas reſponſiones; & tandem deuenit ad hoc, quòd per ſpeciem motus reſeruatam in imaginatiua, quietem cognoſcit. Modò talis ſolutio minus ſatiſfacit; quandoquidem, vt ſic, non ab exteriori, ſed ab interiori cognoſcetur ſenſu. Ad hoc dicerem, quòd cognoſcitur priuatiuè, ſcilicet per priuationem fluxus, qui motus eſt. Sed reſtat videre, nunquid per ſpeciem, & quomodo habitus faciat ad notitiam priuationis. Ad primum dicendum, quòd non eſt priuatiui ſui ſpeciem multiplicare, ſed poſitiui: vnde meritò obiecti accidit, vt ſentiatur; meritò tamen potentiæ per ſe ſentitur, vt retrò dictum eſt. cognoſcitur per habitum; quia cognitio habitus, vt pote motus præceſſit; cum autem motus non ſit, per priuationem illius cognoſcitur quies. Ad aliud de numero, dicendum, vt determinat Philoſophus 133. de quiete, & numero. Quieſcens in eo, quòd non mouetur; numerus verò negatione continui.

Themiſtius 134. dicit, quod magnitudo imprimis ſpeciem ſui et addit, Eodē modo & a motus, & figuræ, & vnitatet. vbi palā eſt, quod per vnitatem, numerum intellexit.

T. c. 66. Vnius quidem igitur eſt. Auerroes in parte continuatiua ponit intentionem, quæ eſt; Cum compleuit vniuerſalem ſermonem de ſenſibilibus, redijt ad ſermonem proprium de vnoquoque; & primò de viſu. hanc eandem voluerunt & Latini omnes, & Græci. Simplicius tamen cauſam dat; quare primò de viſu; & eſt, quia cæteris & manifeſtior, & honorabilior; ob id, quia totam ſimul habet operationem; &, quia operatiuus magis; palsiuus verò quam minime; &, quia ob lucis participationem, naturam Solis quoquomodo æmulari videtur. Incipit itaque ab obiecto; mox ad medium; poſtremò ad potentiam terminabit. In textu duo facit; primò declarat, quid ſit illud, ad quod refertur potentia viſiua: in ſecundo declarat alterum, ad quod refertur. in primo dicit; Cuius eſt viſus. Notat Philoponus ſupplendum eſſe, ſcilicet, ſuſceptiuus. Exponens hanc Auerroes dicit, quòd, quæ viſui, & viſibilia attribuuntur, ſunt & color, & quæ videntur in obſcuro, quæ innominata ſunt. & dicit, quòd viſibile eſt color, notans identitatem ſubiectinam; quæ eſt cum diſtinctione rationis; quia viſibile dicit reſpectum ad potentiam viſiuam; color autem abſolutum eſt: neq; aufertur color per ablationem potentiæ, ſicut viſibile remouetur, ſi potentia non ſit: declarans innominatum dicit, ratione eſt dicere, ideſt, quòd non poteſt vno nomine explicari, quid per ſe diſtinctum ſit, vt quæ in obſcuro lucent. Notandum, quòd omne, quod uiſibile eſt, aut eſt lux, aut lucem participans, ex ſententia Simplicij. In hoc text. Egidius de Latinis digreſsiunculam de diuerſitate viſibilium Simplicij recitat ad litteram: nam omnia viſibilia ad quinque modos reducuntur, ſecundùm quòd quinque modis poteſt quid comparari ad naturam lucis; vel, quia poteſt in ſe lucem recipere, vt corpus diaphanum: ſecundo modo, vt quæ lucem habent in ſe, vt uideantur: & ſic ſunt corpora colorata; & talis eſt lux quædam obumbrata: tertio modo, quæ habent lucem in ſe claram: & hoc dupliciter; vel, quia magis clarè, ut corpora cælica, quæ propter excellentiam dicuntur lucida; quædam minus clarè, vt ignis: quinto modo, vt media ſunt inter opacum, & clarum, ſicuti nocticulæ, & quæ innominata ſunt: nanquè ea ratione, qua ad opacum, reſultat color; qua uerò ad clarum, reſultat lux: ſecundùm itaq; diuerſam lucis receptionem diuerſa redduntur uiſibilia. in primis itaque aget de uiſibili nominato, quod color eſt; quia ex ſententia Sancti Thomæ, manifeſtiùs uiſibile eſt. Viſibile autem: Auerroes declarans dicit, quòd color uiſibilis dicitur per ſe; quia Philoſophus dicit; Non ratione, ſed, quia in eo habet cauſam: ſcilicet in ſecundo modò; quia color eſt cauſa uiſibilitatis, non primo modo: quod notauit ex ſententia Auerro. per ly, Non ratione. Hunc modum exponendi accepit ad litteram Albertus. hunc ſecutus eſt Sanctus Thomas, & Egidius in altera parte ſuæ expoſitionis. Cauſa autem huius expoſitionis in Auerroe fuit littera, quam habuit deprauatam; nanque, ubi nos habemus; Hoc autem eſt in eo, quod dicimus ſecundùm ſe uiſibile. habebat in ſuo text. Et hoc eſt uiſibile per ſe. meritò deuenit in hanc expoſitionem. At talis opinio Ariſtotelis non eſt. Egidius dat alteram expoſitionem: quam laudat. & eſt, quòd color non eſt ratio, quare omnia alia uideantur, ſed magis aliud, ut lumen ratio eſt, quare color uideatur. & ſic dicitur, quòd color habet in ſe cauſam, quare uideatur. At expoſitio iſta minus ſtat cum litera Philoſophi; quia Ariſtoteles in textu dicit de colore, quòd eſt in eo, quod ſecundùm ſe uiſibile eſt: modò color non eſt in lumine; quinimo potiùs lumen in colore eſt; quandoquidem ex ſententia Philoſophi in libello de ſenſu & ſenſili, color dicatur actus diaphani terminati; neque lumen ſecundùm ſe uiſibile eſt; ſed luminoſum corpus propriè tale eſt. quare dicendum eſt, ſecundùm Græcos, Simplicium, Philoponum, Themiſtium, quòd Ariſtoteles uoluit intelligere ſubiectum, in quo immediatè color recipitur, eſſe ſecundùm ſe uiſibile; & eſt ipſa ſuperficies; quia nunquam ſine ſuperficie reperitur color: habet autem per naturam, ut Themiſtius, color inſidere ſuperficiebus corporum. Addit Ariſtot. Non ratione. ideſt diffinitione; ita quòd in eius diffinitione ponatur color; autè conuerſo; ſed ea ratione per ſe dicitur uiſibilis ſuperficies; quia colores omnes, tanquam ſtrangulum recipitur cauſa itaque in ſuperficie eſt, quare cernitur. & hoc notauit Simplicius dictum eſſe ad differentiā diaphani, quod non per aliquod ſibi connatum uidetur, ſed per ſibi acquiſitum lumen; quare cauſa formalis uidendi, color eſt in ſuperficie; non tamen,

Alexander primo quæſtionū naturalium, quæſtione 2. inquit; Corporis, quà corpus, extremum eſt ſuperficies; quà verò perſpicuum, color: idcirco & ſimul ibi color, & ſuperficies; nā que corpus perſpicuū ē: ideo, ut corpus, habet extremū ſuperficiē, ut perſpicuum, colorē: eſt per ſpicuum ſic materia coloris.

men, vt color, ſed quatenus diaphani motiuum eſt. Sed, quia colot eſt per ſe viſibilis; dubium eſt, nunquid talis in corporibus diaphanis deprehendatur, intrinſecus ſcilicet, nec ne? Dicendum, quòd non; ſed opinantes apprehendere, ſenſu decipimur: quia diaphanum in lapide diſcurrit per totum lapidem: at colorum actus ſolùm in ſuperficie ſparguntur: & hinc fit, quòd videmur videre colorem in profundo; & ſignum eſt, quòd ſi quis lapis diaphanus in ſuperficie ſolum aliquo liniatur colore, videntes colorem illum in ſuperficie, videmur videre eundem per totum lapidem. At contra hanc ſolutionem inſtat Philoponus: nanque in electro apprehenditur muſca interdum, vel aliquod aliud in medio concretione deprehēſum, & illud cernitur: quare viſus recipit à profundo; ac in lapidibus diaphanis comprehenſæ herbæ, cernuntur. cui optimè quinetiam occurrit dicens; Si color ille in medio interceptus diaphani, intenſior fuerit eo colore, qui in eiuſdem ſuperficie ſpargitur, proculdubio videbitur color, verbi gratia, herbæ, vt in ſuperficie herbę; per medium tamen lapidem, vt per diaphanum: quòd, ſi è conuerſo fiat; &, qui in ſuperficie diaphani intenſior reddatur color; proculdubio, qui in medio erit, non videbitur, intercipiet viſionem, qui in ſuperficie eſt diaphani; &, dum præſens erit, continuè viſum immutabit.

T. c. 67. Omnis enim color. Continuat Sanctus Thomas. cum dixerit colorem eſſe in viſibili ſecundùm ſe, ideſt in ſecundo modo, nunc declarat quo modo in tali modo dicatur; & hoc propter ly, Enim, quæ particula in textu non eſt; ſed, Autem. Quare meliùs ſecundùm Græcos omnes; Intendit hic diffinire naturam coloris. Notat Philoponus, quòd talis diffinitio data de colore, data eſt per accidentia, & per propria ſibi quarto modo; non autem ſecundùm ſubſtantiam. Declarat hoc Simplicius dicens, quòd hic datur diffinitio coloris, vt color dicitur viſibilis; quare, ſecundùm hanc formalem rationem talis diffinitio poterit dici eſſentialis: altero modo conſideratur color ſub hac ratione, qua color; &, vt ſic per eſſentialia coloris diffinitur in libello de ſenſu, & ſenſili. In text. tria facit Philoſophus: primò deſcribit, quid ſit color; ſecundo infert duo corollaria; tertiò ponit vnum ſuppoſitum. Auerr. in commento duo facit; primò exponit; ſecundò digreditur. & hæc circa primam partem. dicit itaque, quòd eſſentia coloris, vt viſibilis, notat illam rationem formalem, & eſt mouens diaphanum in actu: & hæc eſt eius natura: nam, ſi capiatur color, vt abſolutè color eſt, talis propoſitio non erit eius diffinitio, ſed eius paſſio: quia diffinitur, vt ſic, quòd ſit extremitas perſpicui terminati. Notat Philoponus ly, motiuum, ideſt perfectiuum. nam & lumen diaphanum perficit, quatenus per ipſum actu diaphanum fit: perficitur & ſecundò à colore; diſponitur quodammodo à colore, ſine ulla tamen alteratione, aut paſſione; verùm per illam, quæ in eo eſt, ſolam delatiuam poteſtatem, vt ad actum videndi colorem ipſum deducat.

Vnde quidem. Ponit in hac corollaria: ſecunda duo primum eſt, ꝙ color non eſt viſibilis ſine lumine. deducitur; quia color mouet diaphanum actu; ſed diaphanum actu non eſt ſine lumine; ergo patet, quòd ſine lumine color viſibilis non eſt. Auerroes ponit hoc, tanquam ſignum probans: & eſt bona lectio. Propter quod primò de lumine. Secundum corollarium eſt, quòd priùs agendum eſt de lumine. tangit fundamentum huius Auerroes; quia viſio fieri non poteſt ſine lumine: priùs itaque de lumine agendum erit. at, quia priùs perſpicuum eſt, quàm actu pelluceat, ut eſt ſententia Themiſtij: quare de perſpicuo priùs agendum erit, & eſt ſententia Simplicij, & Philoponi eadem. & eſt tertia pars in textu.

Dubitatur propter ea, quæ Auerro. digrediendo diſputat, vt clariora reddantur, ſuper verbis Auerrois. in principio digreſſionis ponit vnam diſiunctiuam, quæ eſt; Aut lumen requiritur propter medium, quod faciat ipſum actu, cum prius in potentia fuerit; aut non modò propter medium, verùm etiam propter colorem; vt acquirat ab eo aliquid; quò in lumine videatur; cum priùs in tenebris potentia tantùm diceretur color. Pro quibus notandum, quòd inter omnes conuenit, quòd lumē neceſſarium eſt ad viſionem; ad quam neceſſariò concurrunt & obiectum, quod eſt color; & medium, per quod. quare dubitatur, & iure, nunquid lumen illud ad obiectum, vel ad mediū, vel ad vtrunque conducat, ut fiat uiſio. In hoc quæſito tria faciam; primò ponam opiniones diuerſas cum ſuis fundamentis: & hoc modo ſimul declarabo etiam Auerrois digreſſionem: ſecundò determinabimus, quid nobis uidebitur pro ueritate ſuſtinendum: tertiò argumenta, quæ erunt in oppoſitum, ſoluemus: in prima ponit Auerr. opinionem Auempac. quæ fuit & opinio Auicennæ, & eſt, quòd lumen non requiritur pro medio; ſed pro colore, vt actu fiat motiuum medij. & opinio iſta fundatur ſuper duabus propoſitionibus, & ſigno eam confirmante: prima propoſitio eſt, quòd omne recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti. de qua agit in tertio huius quarto; quæ propoſitio uniuerſaliter uera eſt tam de receptione reali, quàm de receptione intentionali: ſecunda propoſitio ſua eſt; quòd color, & lumen ſunt idem eſſentialiter. quibus ſtantibus arguebat ſic; omne recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti; ergo medium debens recipere colorem, debet eſſe denudatum à colore: ſed color, & lumen ſunt idem per ſecundam; ergo debet eſſe denudatum à lumine: quare inde ſequitur, quòd lumen non requiratur neceſſariò propter medium; ſed propter colorem. hoc idem à ſigno confirmatur: nam exiſtens in camera tenebroſa, poteſt per foramen videre colores, qui tamen ſunt in loco luminoſo extra; at eos non videt, qui in camera ſunt obſcura: quare lumen neceſſariū eſt, vt color videatur: &, quia Tex. Philoſophi videbatur contra Auempac. exponit illum Auerro. ex intentione Auempac. Color eſt motiuus diaphani in actu, ideſt de potentia

ad actum: nam diaphanum, quantum ex ſe eſt, in potentia eſt ad intentionem coloris; & lumen illud eſt, quod facit colorem actu eſſe in ipſo diaphano. addit Albertus aliam rationem pro eis: nā obiecta vnius ſenſus neceſſe eſt, quòd reducantur ad unam communem naturam, quæ conueniens ſit illi ſenſui: quare tactus non dicitur vnus; quia tactilia ad vnam naturam non reducuntur: cum itaque uiſibilia ſint lumen, & color, quòd ad unā reducantur naturam, neceſſe eſt; &, cum non reducantur ad aliquod tertium, & color diffiniatur per lumen, & non è conuerſo, oportet, ꝙ lumen ſit natura communis, quæ faciat viſibile eſſe viſibile. Alexander ex ſententia Auer. & Alberti oppoſitā habet opinionem: quam ſequitur Auer. ex intentione propria in digresſione. & ratio prima eſt; qa ſi lumen eſſet color, ſtante veritate propoſitionis, ſequeretur, ꝙ aer, dum illuminatus eſt, colorem non reciperet. & hoc eſt falſum; quia ſenſu cōſtat parietes colorari colore plantarum; quando nubes mouentur, & radii ſolis in nubibus; & poſteà per plantas diriguntur ad parietes. Addit Albertus alterum ſignum; Idem facit radius per mediū vitrum tranſiens coloratum, parietes colorat colore eodem: nec potuit hoc fieri, quin priùs ſpecies illæ extiterint in medio; quod erat actu illuminatum; ergo intentum. quo poſito fundamento in hac ſecunda digreſsionis parte, deſtruit Auer. fundamētum Auenpac. qui ponebat lumen, & colorem eſſentialiter idem. Dicit Auerr. ꝙ, tametſi color fiat à corpore lucido; tamen color, & lumē eſſentialiter differunt. confirmatur hoc; quia eorum diffinitiones ſunt diuerſæ: nam color, vt in de ſenſu, & ſenſili, vltimum eſt diaphani terminati, quod idem eſt vnio luminis cū opaco terreo; at lumen actus eſt diaphani non terminati: vnde non ſequitur, vt opinabatur Auenpac. quòd illud, quod mouetur à colore, debeat eſſe non lucidum; ſed ſequitur, ꝙ eſſe debeat nō coloratum; quia nihil recipit ſe, vt propoſitio manifeſta declarat; qa recipiens debet eſſe denudatū in ſpecie: at, quia lumen, & color ſunt diuerſarum ſpecierum; non inconuenit, ꝙ medium illuminatum, colorem recipiat. format deinde aliam rationē contra Auēpac. ibi, Et cum fuerit. & primò capit iſtam propoſitionem, quæ eſt, ꝙ color mouet medium illuminatum; & tunc vel, quatenus illuminatū eſt; vel, quatenus medium. addit, ꝙ non mouetur à coloribus, niſi actu illuminatum; ſed non in eo, ꝙ tale, ex ſentētia Auempac. verùm in eo, ꝙ diaphanum. capit deinde alteram propoſitionem manifeſtā, quæ eſt, ꝙ lux eſt neceſſaria in eſſendo colores viſibiles: deinde ponit vnam diſiunctiuam; & eſt; Aut neceſſaria eſt, quia dat coloribus formam, & habitum, quo agunt in diaphanum; aut, quia dat diaphano formam, qua recipit motū à coloribus; aut dat vtrunque, quibus ſtantibus arguit; & fundamentum eſt in dictis Ariſt. quòd color eſt viſibilis per ſe in ſecundo modo. tunc ſic; Quod competit alicui per ſe in ſecundo modo; remoto quocunq; ſibi extrinſeco, ei competit: ſed eſſe viſibile competit colori in ſecundo modo; ergo color eſt per ſe viſibilis remoto quocunque extrinſeco: ſed lumen eſt extrinſecum colori; ergo remoto lumine, color adhuc erit per ſe viſibilis; & conſequenter color in tenebris dicitur actu viſibilis: nam, ſi eſſet viſibilis propter lumen, non eſſet per ſe viſibilis, ſed per accidens; quia lumen non comparatur colori in primo modo dicendi per ſe; neque in ſecundo; ſed comparatur, vt eſt extrinſecum quoddam, & accidens colori: ꝙ verò in tenebris non videatur; ideo eſt, quia medium eſt indiſpoſitū; quare meritò lumen requiritur ad diaphanū, ſiue medium; non autem ad colorem: deinde addit Auer. Lux. n. eſt. In hac parte tacitè duas tangit dubitationes; & ſoluit Philoſophus 3. ani. 18. dicit, ꝙ intellectus agens ſe habet ad phantaſmata; ſicuti lumen ad colores: ſed intellectus agens ad intellectionem eſt neceſſarius propter ipſa phātaſmata: ergo & lumen propter colores ad uiſionem. ſoluit igitur, quòd ſimilitudo tenet quo ad hoc ſolū quòd, ſicuti phantaſmata non poſſunt mouere ſine intellectu agente; ſic neque colores ſine lumine. diſſimilitudo eſt poſtea; quia non requiritur lumen propter colores, vt requiritur intellectus propter phantaſmata: vnde dicit, quòd de exēplo non requiritur uerificatio, ſed ſolū manifeſtatio. Et poteſt. ſoluit ſecundum dubium tacitum; Quiſpiam dicere poſſet, quòd color in tenebris non eſt actu viſibilis; ſed hoc ſolum habet mediante lumine. Reſpondet, quòd lumen eſt extrinſecum colori, & aliud à colore; tum, quia diffinitiones vtriuſque diuerſæ; tum, quia ſubiecta eorum diuerſa: quare in eſſendo colorem, non neceſſaria eſt lux; ſed in eſſendo viſibilem, vt determinatū eſt. Tertia opinio fuit Alberti inter vtranque media. laudat vtranque Albertus ſecundùm quid. pro qua notandum, ꝙ color habet duplex eſſe; alterū materiale; & hoc habet per qualitates actiuas, & paſſiuas elementorum; & ſecundùm hoc eſſe coloris actu eſt in tenebris, ſed nō mouet diaphanum; quia ſenſibile non agit, niſi multiplicando ſpeciem ſuam ad ſenſum: alterum habet eſſe color, quod eſt eſſe formale: & tale eſſe habet à lumine; quatenus, ſcilicet, lumen extenditur in extremum perſpicuum terminatum: Nanque in extremo termino corpus illud perſpicuum eſt. Notandum ſecundò, quòd duplex eſt perſpicuum; quoddam interminatum, quod nullis clauditur terminis diaphaneitatis; ſed per ſe totum tralucet, & in ſe toto, vt in ſuperficie; ita intrinſecus lucis habitum recipit; ſicut aer, ignis, aqua, vitrum cryſtallus, & ſimilia: quoddam verò eſt terminatum: & tale duntaxat in ſuperficie perſpicuum eſt: in ea ſola lumen recipit, quod admiſtum opaco terreo colorem cauſat. hac de cauſa Pythagorei colorem epiphanum appellarunt. ex hoc patet lumen eſſe de ſubſtantia coloris, & non quatuor illas qualitates, quæ colorem ſolum materialiter faciunt: quàre patet, quòd, ſecundùm tale eſſe formale, non eſt actu color, niſi lumine. quod lumen, cum ſit ligatum, non poteſt multiplicare ſpeciem coloris in medio, niſi actu fuerit illuminatum; quia per hoc magis ad coloris ſpeciem recipiendam

dam

dam diſponitur : quare in tenebris color non producit ſpeciem : & ſic non eſt actu uiſibilis, ut tenebat Auer. ex ſententia Alexandri: neque in medio illuminato, multiplicans ſpeciem ſuam, mouet, ut diaphanum ſolum; ſed, vt actu illuminatum cõtra Auer. & Auic. primum verificatur; quia color, vt ſic, ſolùm materialis eſt: ſecundum quinetiam; quia, vt tale, formale eſt. In ſecundò articulo quæſtionis ponimus duas concluſiones; altera eſt, quòd lumen neceſſarium ſit, ut eo actu reddatur diaphanum, ſi color medium mouere debet ad viſionem producẽdam; & hanc confirmauit Albertus: altera eſt, quòd color in tenebris dicitur, quantum ex ſe eſt, per ſe viſibilis. hanc non accepit Albertus. utraque harum ex intentione, eſt Auer. & Alex. contra tamen Auempa. & Auic. ut dictum eſt. prima confirmatur, ex ſententia Philoſophi in tex. 67. vbi dicit eam eſſe naturam coloris, ut in lumine uideretur: & ratio huius eſt; quia agẽs agit in patiente, & bene diſpoſito. 26. 2. anj. non eſt itaque diſpoſitum medium; ſi, ut diaphanum non illuminatum capiatur: nã ob ſui craſsitiem, & denſitatem, opus eſt ponere aliquod agẽs diſponens, ut notat Io. Iand. in quæſtione, vt calor rareſaciens, & lumen illuminans: nam colores non ſunt formæ ſic perfectæ; quòd ſufficienter medium diſponere ualeant ad ſui receptionẽ: quare alterum requiritur agens. confirmatur quoque ex ſententia Græcorum, & Latinorum. Philoponus dicit, & lumen perficere diaphanum, & colorem, differenter tamen: quia lumen perficit diaphanum, vt in potentia eſt: at color id ipſum perficit, ut in actu tale eſt. idem & Simplicius affirmat. eadem fuit ſententia S. Thomæ in quæſtionibus diſputatis quæſt. 4. ad 4. ubi laudat illos, qui dixerunt lumẽ neceſſarium eſſe ad uidendũ, quatenus perficit diaphanum, faciens ipſum lucidum actu. Egid. idem philoſophicè digrediens, declarat, ſuper tex. 66. dicit itaque quòd tam lux, quàm color, dicitur viſibilis per ſe, primò, quia neutrum eſt cauſa alteri, vt uideatur; quia ſibi largiatur aliquid; quia in utroque reperitur natura, qua vtrumque dici poteſt primò, & per ſe uiſibile: differunt tamen in hoc; quia lumen participat naturam illam perfectè, ut immutando uiſum, non indigeat colore, neque ratione ſui, neque ratione medij; ſed ex ſe potens eſt vtrumque immutare: color verò, quia naturam illam impuriùs participat; etſi ratione ſui non indigeat; indiget tamen ratione medii, vt viſionem actu pariat; nec ob id retrahitur, quin color per ſe primò viſibilis non ſit; quia non propter ſe, ſed propter medium indiget lumine; propter ſe tamen neutrum neutro indiget. Secundam quoque confirmo, & ratione, & auctoritate. Philoſophus tex. 66. dixit colorem eſſe in eo, quod uiſibile per ſe: ſecundùm Latinos, & Auerro. exponentes, colorem uiſibilem, eſt in ſecundo modo dicendi per ſe; tametſi Græci tex. illum verificent de ſuperficie; nihilominus & de colore magis tenet; quia, ſi cauſa eſt, ꝙ ſuperficies ſit viſibilis, magis color dicetur per ſe viſibilis; ergò in colore intrinſeca cauſa eſt huius paſsionis, quæ dicitur viſibilitas; ergo per lumen extrinſecus adueniens, viſibilis dicetur: &, quia, vt ſic, eſt potentia mouens; ea ratione indiget actu illuminante medium. addit ad hoc ſubtile medium Ioan. Iand. in quæſtione: nam, ſi obiectum viſus requiritur, vt reponatur in actu, ad hoc, quòd viſionem cauſat; pari ratione, & quæ aliorum ſenſuum ſunt obiecta, idem requirerent, quod eſt falſum; quandoquidem ſonus ita in lumine audiatur, vt etiam auditur in tenebris. Albertus, qui fuit alterius opinionis; poſuit tamen colorem & ipſe eſſe per ſe viſibilem in ſecundo modo dicendi per ſe. dicit, quòd debet dictum Ariſtot. intelligi de colore formaliter ſumpto; quippe qui talis non eſt, niſi per lumen: nam apud ipſum color formaliter eſt lumen receptum in colore materiali, qui eſt ſecunda quædam qualitas reſultata ex primis: quo modo apud ipſum color, & lumen eſſentialiter non differunt. at non ſoluit poſtmodum Albertus obiectionem Auempa. nam ex ſententia Alberti lumen quoque requiritur proter medium: tunc ſequetur, quòd recipiens non erit denudatum à natura recepti in eſſentia, quod eſt contra Philoſophum. Quidam ſoluunt pro Alberto, quòd illa propoſitio intelligi debet de recipiente principali, non autem de diſpoſitiuo. & quòd uniuerſaliter regula illa uera non ſit, datur inſtantia; nam manus remiſsè calida, recipit intenſiorem caliditatem, quia intelligitur merito principalis. Hoc autem nihil eſt; quia, dato quòd de principali intelligatur, id tale recipiens diſponitur per lumen: ergo non eſt denudatum à lumine: quare non ab eo; quod recipit. ſecundò id exemplum ad propoſitum non eſt; quia minus quidem tale poteſt magis tale recipere, cum à tali exceſſu denudatum ſit; ſed non è conuerſo: quare lumen, quod magis intenſum eſt, quàm color, id minus intenſum non recipiet, quandoquidem tale quid in ſe ipſo contineat; & adhuc aliquid magis: quare ex eo fortè tenebat Albertus omnes colores eſſe eiuſdem eſſentiæ; & hoc modo obiectum vnum eſſe reſpectu uiſus. at talis opinio Ariſtotelica non eſt; tametſi ſubtilis ſit, & docta. In tertia parte quæſtionis dicendum eſt ad argumenta; & ad primum Auempa. cum ſuis fundamentis dictum eſt ſatis, ex ſententia Auer. in digreſsione. ad ſignum eiuſdem opinionis optimè reſpondet S. Thomas in loco adducto: hoc id circo euenire affirmat; quia opus eſt diaphanum illuminare, quod rem viſibliem circundat, vt recipiat viſibilem ſpeciem, quę eouſque uiſibilis eſt, quouſque porrigitur actus luminis illuminantis diaphanum; licet propè perfectiùs illuminet; eminus uerò, remiſsè ſatis: quare oportet oculum in conuenienti diſtantia reperiri, ut recipiat: nanque poſſet in tantum diſtare, vt non reciperet, ex ſententia Ioan. Iand. Ad id, quod addit Albertus cõcedo, ꝙ lumen illud eſt, quod facit colorem viſibilem, ſed non lumen, quod eſt actus diaphani interminati; quia id ſolum eſt, vt illuminet, & diſponat mediũ: ſed, quod admiſtum eſt opaco terreo, & actus diaphani

Ponatur ſpeculũ in parte obſcura cameræ: ponatur obiectũ in parte illuminata; tunc videbis effigiem obiecti in ſpeculo: & ſi contra feceris, non videbis. ſimiliter, ſi fueris in obſcuro, videbis obiectum in lumine; è cõtrario verò nõ: ergo pro Auemp. lumen dat eſſe colori, vt videatur. Dicendum, & ad ſecundũ quod in cauſa eſt maior illa illuminatio, quæ exiſtit propè obiectũ: quare producitur ſpecies magis intenſa, quæ poteſt multiplicare ſe uſque ad potentiam viſiuam; quod illi non conceditur, ſi in obſcuro fuer-

vit. alij dicunt, quod ſpecies propinquior obiecto, maiori indiget illuminatione, quia magis materialis; q vero propinquior potentiæ, minori īdiget, quia magis ſpiritalis.

phani terminari; tale autem à colore non differt. Ad fundamentum Alberti, negandnm eſt, ꝙ color habeat ſuũ eſſe formale à lumine, ita, vt inter vtrũque non ſit differentia eſſentialis; imo dicendum ꝙ color reſultat, vt qualitas ſecunda ex primis ſimul cum luminis participatione, vnde dicitur ille color albus, quia magis de lumine participat; niger verò, quia minus, magis tamen de opaco terreo; qui tametſi ponantur in tenebris, dicetur ille albus color; ille nero niger: quare negatur, ꝙ in eſſentia ſint idem. & ſententia eſt Ariſto. in libello de ſenſu & ſenſili, qui vtrique ſuam aſsignat diffinitionem diſtinctè, vt dictum eſt.

T. c.68. Diaphanum autem dico. Auer. in cõtinuatiua ponit intentionem, quæ eſt, quòd incepit deſcribere naturam diaphani. intentionis cauſam tangit Philoponus, cum de uiſibilibus agere intẽdat; quorum ratio, ſine lumine haudquaquam declarari poterit; ꝙ & ipſum, remota diaphani natura, lateret: operæprecium fuit iſta de cauſa prius de diaphani natura agere. Tria itaq; facit in tex. Ariſto. primò declarat, quid ſit diaphanum: ſecundò, quænam illa ſint, quæ talia dicuntur: tertiò, ſecundùm quam naturam talia dicantur diaphana: primam Auer. exponens iuxta tex. diaphanum, id eſt, quod viſibile eſt, non tamen ſecundùm ſe, ſed per accidens, ſcilicet per extraneum colorem. dixit colorem, intelligendo lumen. notauit Philoponus hic indiſtinctè loquutum; quandoquidem lumen propriè non dicatur color, ſed inferius diſtinctius manifeſtabit, ubi dicit, ueluti color: dixit, extraneum; quia, ut ipſemet in libello de ſenſu, & ſenſili, Lumen eſt actus interminati diaphani nõ fixè diaphano adhærens, nt color parieti; ſed accedens, idemque recedens. addit; Vt ſimpliciter eſt dicere. Exponit Them. ut ita dicam. Dixit; Nõ ſecundum ſe. Notat Simplicius cũ Philopono, hoc dictum eſſe ad differentiã corporis colorati; quia coloratum corpus eſt ſecũdum ſe uiſibile, cum in propria natura colorem contineat. Dubitat poſtremò Philoponus, probans, quòd diaphanum nũ ratione luminis uidetur: nam, ſi in uaſe aliquo fuerit accenſa lucerna recluſa; ſitq; in ſummo uaſis orificium, per quod lumen ignis exire ualeat; aerem tunc obiectum ſibi non illuminabit; ſignũ eſt, quia circunſtantes illuminatum aerem nõ cernimus, niſi fortè ſolidum corpus, uel parietem aliquem aſcendendo offendat: quod non ſecus de lumine Solis euenire dicimus: qnare per lumẽ, quãtum ſit ex ſe, diaphanum nõ illuminabitur. cui optimè facit ſatis; quandoquidem à lumine Solis cum primum exortus eſt, non modò qui per lineã lumẽ recipit aer; ſed, quoquo uerſus uiſiuam aciẽ direxeris, illuminatum uidebis aerem; argumento eſt, quòd noctem, ut priuatam lumine, à diei claritate diſtinguimus; quod non ſecus obſeruantia, & quæ irrationabilia ſunt animalia, repentè exorto Sole, è cauernis exeunt; & proprio uenatu ſibi uictum quæritant. Huiuſmodi autem. In hac ſecunda particula declarat, quænam talia ſint, quæ diaphana dicantur: & tria ponit, ut aer, aqua & multa ſolidorũ, ut lapilli quidã pretioſi, cornua, uitrũ, & alia: quę omnia lumen, & colores in ſe recipere poſſunt; quãdoquidẽ ab omnibus his denudata ſint. addit Themiſt. & præter hæc quædam alia corpora, & præcipuè cęlum; quod inter alia perſpicua primatum obtinet, cum ab eo aer, & ab aere aqua, & quæ deinceps ſunt, illuminãtur. Nõ ſecundùm, quòd aqua. Declarar rertium in ordine, & eſt, quòd nullum eſt horum, quæ diaphana ſunt corpora, quod ſecundum, quòd ipſum eſt, diaphanum eſſe dicatur; non aqua, ut aqua eſt; non aer, ut aer; quia, ut bene exponit Auerro. præter corpora hæc, & in alijs talis natura innenitur corporibus: quare ineſt hoc omnibus per naturam commnnem, quæ, ex ſententia Auerro. innominata eſt. & pro hoc bene notat Albertus, quòd raritas ſola non facit perſpicuitatem, quia ſic terra rara eſſet perſpicua: ſed oportet cum raritate eſſe ſubtilitatem, & formalitatem ſiue ſpiritalitatem quandam partium; & quanto magis habent de hac ſpiritali, tanto magis peruia dicuntur. Cum itaque ſenſus viſus tot, ac talibus indigeat, ut opus ſuum perficiat, meritò inter omnes ſenſus maximè dicitur honorabilis, ex ſententia Philoponi: quare meritò à uiſu inter cęteros exorſus eſt Ariſt. ut qui in hoc perfectionis ordinem ſeruandum curauit; ut fuit ſententia Auer. infra. 77. habet enim uiſus, & perfectionis gradum, & doctrinæ facilioris; cum ratione organi; tum quia ad plura ſe extendit obiecta, & notiora. Auic. tamen incepit à tactu, vt ſeruaret odinem naturę, non tamen ęque notus cum uiſu; cum dubium ſit, an eius inſtrumentum dicatur caro, aut neruus, aut caro neruoſa. Addit Them. quòd colores, qui recipiuntur in diaphano, non in ſumma imprimuntur ſupeficie, ut ſigillum in cera; ſed aer intra ſe totum colores admittit; eoſq; abſque ulla alteratione, aut ſui mutatione ad oculum defert. Sed in his uerbis cadet dubium; quia ex ſententia Themiſtij, diffinitio diaphani ſolùm teneret pro interminato; quod eſſet cõtra Philoſophum: nam diaphanum duplex; quoddam interminatum, vt aer, & ſimpliciter eſt; alterum interminatum, ſecundùm quid, vt uitrum, cryſtallus, & cornua. Pro quo notandum, quòd certũ eſt, quòd iſta diffinitio tenet de diaphano interminato, quia terminatum actu, color eſt, & non recipiens extraneum. &, cum dupliciter dicatur, dicu, quòd diffinitio illa eſt de interminato, ut ſe extendit ad ſimpliciter, & ſecundùm quid: ſed contra, interminatum ſecundùm qnid, eſt etiam coloratum: ergo ſecundùm ſe uiſibile. Ad quæ dicimus, & ad ſecundum, quòd corpora talia, ut cornua, uitrum & cæ. non dicuntur diaphana ea parte, qua colorata ſunt, ſed ob naturam illam communem ſibi participatam; quare, quòd in ſe recipiunt lumen, non introrſus, ac per omnes ſui partes recipiendo rutilant; at colores in ſumma duntaxat ſuperficie, ut retro dictum eſt, ex ſententia Philoponi. Ad illud Themiſtij dicendum, quòd reſpexit ſolum naturam illam communem, quæ in omnibus pellucidis innenitur; quæ, ut talis ſimpliciter interminata ſit, quæ tamen reſpectu talis corporis,

poris, in quo & color, ſecundùm quid dicatur.

69. Lumen autem. Auer. in parte continuatiua ponit intentionem claram; modò declarat lucē, quæ ad diaphanum, ut ad materiam forma, comparatur. In tex. duo facit Ariſt. primò diffinit lumen; ſecundò reprobat antiquorum opinionem de lumine: in prima quinetiam duo facit; primò ponit diffinitionem; ſecundò duas propoſitiones pro notitia diffinitionis. primam Auer. exponit iuxta tex. eſt actus huius diaphani, ſecundùm quòd eſt diaphanum: & addit; ideſt ſubſtantia lucis eſt perfectio iſtius naturæ, quæ eſt communis corporibus. & hoc modo diffiniuit lumē, ut ad uiſionem conducit, quia fortè, ſi, ut res per ſe ſubſiſtens, caperetur, aliam rationem haberet. Potentia. In hac ponit primam propoſitionem, quæ diffinitionem manifeſtat. Auer. nihil prǽter litteram. S. Thom. uoluit, quòd Ariſt. diffiniat modò diaphanum in potentia; & comparat materiæ primæ; quæ in potentia ad formam, & priuationem eſt; ſic diaphanum ad lumē, & tenebras. Hiſpanus non capit hanc expoſitionem; quia littera Ariſt. habet; In quibus. & non; In quo quare dicit ipſe, quòd uoluit; ſi diaphanum non erit illuminatum; quòd priuatio luminis, quæ tenebra eſt, ſit actus eius. At expoſitio iſta minus eſt ad Ariſt. nam tenebra eſt priuatio luminis. modò, ſi actus eſſet diaphani; ſequeretur, quòd priuatio eſſet forma: quare meliùs dicendum cum Simplicio. dicit ipſe, quòd corpus cęlicum diaphanum eſt; & cum hoc ſemper eſt actu illuminatum; quare ſemper actu tale eſt, tanquam in ſe ipſo potentiam habens illuminandi. hoc idem approbat Themiſtius, ponens naturam talem in cęlo, aſtris, & igni; quæ actu diaphana ſunt, & illuminādi, quę inferiora ſunt, potentiam habent: & talia corpora nūquam in tenebris reperiūtur; cum ad ea loca conus vmbrę terræ non pertingat: quæ uerò his inferiora ſunt, vt aer, habet modò in ſe ipſo lumen; modò, per priuationem illius, tenebras: vnde meritò Ariſto. de his loquens dixit, quòd id diaphanum in potentia, in quibus & lumen inuenitur, & tenebræ: quæ tamen duo, ex ſententia Simplicij, ut contraria nō opponuntur; quia non, tanquam formę forma; neque, ut priuationem habitui; verùm, vt formæ priuationem ponimus; nā in his, mutua, & ſucceſsiue datur mutatio, ut de priuatione in formā; & è conuerſo; quæ tamē denegatur priuationi in habitum. Lumen autem. Secundam hanc propoſitionem Auer. exponens iuxta tex. ait; Sicut color eſt actus diaphani terminati; ſic lumen eſt interminati. ly, vt color, poteſt intelligi duobus modis; uel, ut Themiſt. quia lumen non propriè aerem colorat; ſicut candor niuem; ſed, quia viſilem facit eſſe aerem, quemadmodum ſua colores corpora. uel dicere poſſumus, quòd lumen introrſus, & per totum aerem recipitur: at color in ſummo: ſed melior prima. & addit, quòd ab igne, aut ab his, quæ ſurſum ſunt, redditur tale: & addit cauſam. Etenim huic aliquid. Auer. hoc exponens, duo facit; primò quod dictum eſt; ſecundò ponit coroll. de primo dicit, quòd in corporibus illis cælicis ſemper diaphanæ naturę lumen vnitum inuenitur; nec unquam in eis datur diaphanum in potentia; ut in inferioribus oſtenſum eſt dari. ſententia tamen Themiſtij, & Simplicij mihi uidetur, quòd aliud uelit; quia Ariſtoteles dixit, quòd lumen eſt actus diaphani ab igne, uel alijs: deinde reddit cauſam; quare ſcilicet fit ab illis; quia ſcilicet in talibus ſimul reperitur diaphanum illuminatum ſemper, & potentia illuminandi alia: & hoc maximè declarat Themiſtius dicens, quòd lumen nō eſt ignis non Sol, non aſtrum; ſed illorum ſola præſentia, quorum communis ea vis eſt, qua pelluceant. & à qua potentia hæc poſsit ad actum referri: & probat hoc per illa animalia, quę plus de igne participiant, vt nicedulæ; quę noctu pro modo corporis circunſecus aerem illuminant. Ponit corolla. Auer. q̄ de directo facit contra Auic. & Auemp. ex hoc quod Philoſophus poſuit lumen actum eſſe diaphani, non coloris, intulit, quòd colores, vt in actu ſint, non indigent lumine. Quid quidem igitur: In hac ſecunda parte tria facit. primò epilogat contra antiquos: ſecundò ponit alio modo diffinitionem datam: tertiò deducit rationes antiquorum ad inconuenientia. Pro primo notandum, quòd Epicurei ponebant lumē eſſe corpus: quidam ponebant ipſum eſſe ignem, diſtinguentes de igne, quòd datur ignis carbo, ignis flamma, & ignis lumen: alij ponebant defluxum quendam à corpore, vt Empedocles: qui ponebat atomos illas à corpore igneo defluentes illuminare. quòd verò defluxus talis non ſit, probat Philoſophus; quia tunc eſſet corpus. Sed ignis. In hac ponit rationem luminis ad dicta: & dicit, quòd lumen eſt pręſentia ignis, aut alicuius alterius corporis luminoſi, ut Solis, aut ſtellæ in diaphano. declarat hanc Them. Non dicimus præſentiā eſſe talem, qualis ea eſt, quæ eorum eſt, quæ ad ſe inuicem miſcentur; ſed qualis ea, qua perficiunt, exornantque; quibus perfectionem, & exornationem hanc afferunt. Confirmat Simplicius dicens. Non præſentiàm localem, ſed perfectiuam tantùm ſuſcipientis, non tèrminantem in paſſionem, ſed in perfectionem. Neque enim poſsibile. Probat in hac Philoſophus, quòd lumē non ſit corpus; & ſic: ſi lumen eſſet corpus, tunc ſequeretur, quòd duo corpora eſſent in eodem loco, quod eſt impoſsibile. deducitur hoc, quia dabitur tunc & lumen, & diaphanum ſimul: nec poſſumus dicere, quòd lumen ſit ipſum diaphanum; quia ſenſu comprehenditur in aere inſpirationem dari, & expirationem, nullo tamen attracto lumine. Sed fortè dicet quiſpiam, quòd non ſequitur; quia talia corpora, poroſitates mutuas ingrediuntur, vt ſupponebat Proclus. cōtra quem inſtat Simplicius: quia non uniuerſum ſimul diaphanum illuminatum videremus; neque totam eius ſuperficiem: proinde, ſi lumen ſic defertur ad nos, proculdubio mouebitur. patet hoc præcipue, quia corpus; at, quòd non motu circulari, palàm eſt: quòd neq; recto, probatur; nam, qui ſurſum fit, &, qui deorſum, motus contrarij dicuntur: modò

Sanct. Thomas. Eſſe enim lucens actu, & illuminatiuū cōmune eſt igni, & corpori cæleſti; ſicut eſſe diaphanum cōmune eſt aeri, & aquæ, & corpori cæleſti.

modò tales per ſe eidem ineſſe non poſſunt; & tamen lumen & ſurſum, & deorſum, & in latus mouetur: deinde ſequeretur, ꝙ daretur motus ſine tempore; quod inconuenit. quòd, ſi quis dicat in tempore imperceptibili totum noſtrum illuminat hemiſphærium. contra; ſequeretur, quòd talis motus eſſet velocior motu cęli; quod inconuenit. probatur; nam in quatuor horarum ſpacio circuit cęlum ſextam partem circulationis: at lumẽ, vt primò ortum eſt, totum illuminat hemiſphærium; neque illuminatus aer corpulentior deprehenditur, quàm quando in tenebris ſentitur: quare lumen corpus non eſt.

Dubitatur propter ea, quæ dicta ſunt; nunquid lumen ſit corpus. Albertus declarans antiquorum opiniones de hac materia cum ſuis fundamentis, oſtendit eas in propoſito non concludere. Ioan. Iand. in quæſtione idem repetens. confirmat lumen corpus non eſſe; at in deciſione quæſtionis tenet, quòd lux, lumen, radius, & ſplendor dicant unam rem aliquo modo vnitatis, ſed ſub diuerſis modis: nam lux, qualitas eſt illa, quæ in primo, ac principali ſubiecto eſt, vt cęlo, aut Sole. Lumen eſt, quod recipitur in diaphano non habente lucẽ, aere, verbi gratia, & aqua. Radius eſt, qui multiplicatur ſecũdùm inceſſum rectũ. Splẽdor, qui refrangitur iuxta corpus terſum. dicit quinetiam in ſolutione ad ſecundum principale; quòd lumẽ vnum, & idem non eſt, quod ad nos perueniat; ſed Sol generat lumen in medio ſibi contiguo, & illud in alio ſibi contiguo alterum generat, & ſic deinceps, uſque ad nos. Circa utrumque dictum Io. cadit difficultas; & primò, vtrum lumen, quod eſt in diaphanis inferioribus, ſit qualitas realis nec ne? S. Thom. prima parte, quæſtione 67. articulo tertiò, tenet duas iſtas concluſiones; prima eſt ad propoſitum, quòd lumen in aere habet eſſe naturale, ut color in pariete: & non eſſe intentionale, vt quidam voluere. & carpit opinionẽ Alberti; qui fuit eiuſdem opinionis cum Scoto, & hanc probat concluſionem duabus rationibus; prima eſt; Lumen denominat aerem: dicitur aer actu luminoſus: at ſpecies coloris ipſum non denominat: ſecunda ratio eſt; nam producit effectum realem in natura; nanq; per radios Solis calefiunt corpora: at ſpecies intentionales non cauſant tranſmutationes naturales; quare, &c. Secunda concluſio principalis eſt, quòd lux non eſt forma ſubſtantialis ſubiecti, in quo eſt, ſed qualitas: & ut calor eſt qualitas actiua, conſequens formam ſubſtantialem ignis; ita lux qualitas actiua eſt, conſequens formam ſubſtantialem Solis, uel alterius corporis ex ſe lucentis: inde eſt, ex ſentẽtia S. Thomæ, quòd radij diuerſarum ſtellarum diuerſos in inferioribus producunt effectus, ſecundùm diuerſas naturas corporum. At cõtra primam determinationem S. Thom. inſtatur; nam ſi lumen non eſſet intentio; ſequeretur, quòd ſupra ſenſum poſitum, ſenſationem non cauſaret, & ita ſupra oculum poſitum impediret uiſionem; quod eſt contra Philoſophum in de ſenſu & ſenſili. & Auer. ibi dicit, quòd neceſſe eſt lumen in oculo eſſe ad hoc, vt colores recipiat. prima patet, quia ſenſibile ſupra ſenſum non facit ſenſationẽ, vt Ariſt. infra 73. 75. Scotus ſecundo ſent. diſt. 13. quæſtione vnica, ponit in hac materia duas concluſiones; prima cum Sancto Thoma, quòd lux non eſt forma ſubſtantialis. fundamentum huius eſt, quia per ſe ſenſibilis; tum etiam, quia in alio accidens eſt, ut in igne; quare, quod per ſe eſt nulli accidit: probabile utique erit formam ſubſtantialem corporis cęleſtis, conſequi qualitatem aliquam actiuam; ſicut formas ſubſtantiales generabilium ſuæ conſequuntur qualitates actiuę. Secunda concluſio eſt, quòd lumen eſt intentio lucis in medio producta. & in hac videtur diſcordare à S. Thoma. cum eo tamen eſt Albertus in pręſenti digreſsione: qui & ipſe lumen intentionem lucis appellauit: fundamentum huius eſt; quia non modò eſt id, quod uidetur; ſed eſt id, quo alia videntur, vt ſpecies coloris eſt, qua color ipſe cernitur: lumen. etenim præter quod medium perficit, quòd poſthac colorum ſpecies recipit; perficit & viſum; ita quòd organum non illuminatum non eſt viſiuum proximè. Pro determinatione huius notandum, quòd concluſio illa; in qua inter utranque conuenit ſectam, peripatetica eſt, quòd lux ſubſtantialis forma non eſt, ſed qualitas actiua ſequens, ut dictum eſt: & conſtat ex ſententia expoſitorum, vt retro viſum eſt. ſecunda quinetiàm concluſio poteſt ſaluari, ſecundùm vtranque ſectam; primò, quòd ſit res, vt S. Thomas per argumenta concludit: non tamen ita obiectum reale, ſicuti alia realia materialia, quia tunc procederet argumentum Scoti; quòd ſcilicet in oculo non ſentiretur: nec dicendum, quòd ſit pura intentio; quia denominat. Quare tenendum, ſecundùm veritatem, quòd lumen eſt talis res, quòd etiam intentio dicatur: & ita intentio, quòd nomen rei non horreat. & iſta fuit opinio Scoti, ut mox dicemus in ſolutione argumentorum in oppoſitum, ex ſententia Scoti. & ad primum; Conceditur, quòd denominat. Ergo non intentio. Negatur conſequentia. Pro qua dicendum, ex ſententia Scoti, quòd omne accidens poſſet denominare ſubiectum, in quo eſt, & hoc, ſi fuerit accidens denominans; quale dici non poteſt ſpecies coloris; quia denominatiua impoſita coloribus denominant ſubiectum habens eſſe reale; quare medium non perficit: at lumen ipſum, habet perficere medium, & fugare contrarium ſuum, quod tenebra eſt, quare non immeritò dicitur medium ipſum denominare; quia habet in ſe rationem rei, & intentionis. Ad ſecundum reſpondet Scotus formaliter, quòd lumen res eſt, & effectum realem habere poteſt. & addit; Non tamen ita res, quòd non poſsit eſſe intentio; quia cum ratione ſua ſtat, quòd ipſa per ſe ſit ratio tendendi in obiectum: quare concluſiò manifeſta. Dicit Io. Iand. & ſecundò, quòd lumen exiſtit in Sole; & generat lumen in medio ſibi contiguo; & illa pars medij illuminata generat lumen in alia parte ſibi propinqua, & illa in alia ſucceſsiuè: & ſic de cæteris. & hoc dixit Io. vt

euitare:

euitaret illud, quod, ſcilicet lumen mouetur, cum à Sole ad nos uſque deſcendat: quare poſuit illud generari, vt ſic, per partem poſt partẽ. At contra, lo. ratio militat; nam, quòd agens aliquod actionem ſuam ſucceſsiuè perficiat, non eſt, niſi merito alicuius reſiſtentiæ: modò, medium per nullam reſiſtentiam reſiſtit illuminationi Solis, vt manifeſtum eſt; cum talis qualitas ſibi cõueniat in eo, quòd diaphanum eſt. & Scotus arguit contra hoc in eodem loco; quia luminare poteſt agere in aliquod diſtans localiter, verbi gratia, Sol lunam illuminat; quare & ad maiorem diſtantiam; cum lumen contrario careat. quare dicendum, quòd in inſtãti Sol totum illuminat medium. & confirmat hoc Philoponus: qui declarans, quomodo lumen non ſit corpus, dicit: Si corpus eſſet; quomodo totum in inſtanti hemiſpherium illuminaretur? pariter, ſi quis, tecta ſub clamide lucerna, domum ingrediatur: eandemque ingreſſus, ſubitò detegat, repentè tota illuminatur domus: quare manifeſtum eſt, quòd per partem non ſit illuminatio iſta, ſed tota ſimul.

T.c. 70. Videtur autem lumen. Auer. in parte continuatiua ponit intentionem: & eſt, quòd lux non eſt corpus, ſed habitus in corpore. textus habet duas partes; in prima format vnam rationem, ꝙ lumen non eſt corpus; ſed habitus quidam eſt corporis; In ſecunda corollariè contra antiquos inuehitur. prima ratio ex ſententia Philoponi procedit per locum à contrario: & aſſumit, quòd lux eſt contraria tenebris; &, ut bene Græci notant, non contrarietate poſitiua; ſed duntaxat priuatiua opponuntur; quia, vt bene refert Philoponus, per nihil in aere poſitum, tenebra fit; ſed ſolùm recedente à diaphano, lumine: quare illius ſola abſentia, priuatio fit luminis: cum itaque tenebra in diaphano priuationem ſignificat; palàm erit lumen habitum eſſe, & perfectionem corporis; non tamen corpus. Quia diaphani, quod corpus eſt. & addit Auer. Si eſſet corpus; tunc corpus penetraret corpus: ex quibus clarè percipitur Nominalium defectus: qui tenent, quòd in ſubſtantia, duplex inuenitur corpus; alterum de prędicamento ſubſtantiæ ſeu quantitatis, quod idem eſt; alterum de prædicamento qualitatis. modò ad eos ſequeretur, quòd duo corpora eſſent ſimul. Ad quod dicerent fortè, quòd non inconuenit, quando alterum corpus per reliquum informabile eſt. Videtur & idem argumentum ualere contra illos, qui volunt ſpeciem quantitatis quantitatẽ eſſe in medio. Ad quod fortè dicerẽt, quòd non inconuenit; cum alium, & alium habeant eſſendi modum. quæ ſi tenerent ſolutiones; poſſumus & nos ad Ariſto. & Auer. pariter dicere, quòd lumen eſt corpus. & quando vlterius infertur. Ergo duo corpora ſimul eſſent in eodem loco: dico, quòd non inconuenit; quia vnum eſt ab altero informabile; & alterum habet alium eſſendi modum, quàm reliquum. Et non rectè. In hac parte damnat opinionem Empedoclis. dicebat ipſe, referente Philopono, lumen defluxũ quendam à corpore eſſe, prius ad medium, illuminando, quàm ad nos ipſos peruenire. & ſic tenens lumen moueri, vt corpus, reſpondebat ad illam obiectionem, quòd in inſtanti mouetur; Ergo non corpus; quia mouetur, ſed inſenſibiliter; quare latet nos. Deſtruit tamen hanc reſponſionem Ariſt. ut; quæ neque ſenſui, neque rationi conſona ſit: quòd non ſenſui, declarat Philoponus: non enim eſt aliquis, qui aliquando uiderit Solem prius propinquam, quàm remotam partem hemiſphærij illuminaſſe; quinimo potiùs totum ſimul, & in inſtanti: non ratione; quia conſonum eſſet forſan, quòd talis motus lateret nos in paruo aliquo ſpatio; ſed, quòd in tam magno, vt ab oriente uſque ad occidentem, non appareat, irrationabile eſt: quare lumen corpus nullo modo eſt. Particula illa tex. Neque, ſi quis ſic dixit. à Philopono exponitur contra Platonem: qui & ipſe viſus eſt in Timæo lumen corpus poſuiſſe.

T.c. 71. Eſt antem coloris ſuſceptiuum. Auer. in parte continuatiua dat intentionem Philoſophi eſſe cum ſupra dixerit colorem eſſe immutatiuum diaphani, quod eſt in actu; ponere modò cauſam, S. Thom. videtur in idem cadere. Egidius aliter introducit; quòd, ſcilicet reſpondeat tacito dubio. Philoponus propiùs continuans, vult: cũ oſtenderit lumen non eſſe corpus, ſed tanquam colorem diaphani; modò velit declarare, quomodo colorem talem recipiat. At ſequentes Auer. dicimus in tex. duas partes inueniri; in prima declarat illam cauſam, quæ conſiſtit in fundamento omnium recipientium, quòd ſcilicet denudata eſſe debent ab his, quæ recipiuntur; quare & diaphanum omnino ſine colore erit. & erit maior propoſitio, quæ verificatur cum iſto ſenſu; omne, quod caret colore, & eſt innatum habere colorẽ, eſt receptiuum coloris: quia aliter iſta vniuerſalis eſſet falſa; quandoquidem ignis eſt ſine colore; non tamen recipit colorem: ratio quidem eſt; quia non eſt innatus. minor erit iſta; Sed diaphanum eſt huiuſmodi: quam priuſquam in ſyllogiſmo ordinet Ariſt. tria enarrat de diaphano; ꝙ eſt inuiſibile; quòd uix uiſibile; quòd caret colore; intelligendo per colorem, & verum colorem, & quaſi colorem, lumen ſcilicet, quorum vtroque priuatur, vt in potentia eſt. primum, & vltimum nota ſunt ex dictis; nam conſtat diaphanum ſuſceptiuum eſſe colorum, vt delatiuum ad viſum; quare neceſſariò ſine colore eſt: &, cum nihil videatur, quin coloratum ſit; deducitur ex hoc etiã diaphanum inuiſibile eſſe. & omnia hæc de diaphano in potentia intelligenda ſunt. Dicit in ſecundo. Vix viſibile. Hæc particula tres habet expoſitiones: Hiſpanus tenet, quòd diaphanum illud in potentia, quod tenebroſum eſt, non uidetur ſenſu exteriori, qui non percipit obiectum, niſi poſitiuum; ſed ſenſu interiori cognoſcitur: argumento eſt, quòd apertis oculis, tenebras non percipimus; iudicamus tamen tenebras eſſe: quod non eſt, niſi per ſenſum interiorem, beneficio tamen exterioris. & exponit ly, vt uidetur quidem tenebroſum. ly, videtur, ideſt, quòd ſit

tale,

tale,quale eſt,ſcilicet tenebroſum. At expoſitio iſta non ſatisfacit; quia Ariſto. hic nullam facit mentionem de ſenſibus interioribus. minuſque de eorum obiectis,ſed de exterioribus. ſecundò apud Philoſophũ idem iudicat de habitu,& priuatione illius, vt uidetur innuere in text. poſtremò expoſitio hęc non ſtat cum Auer.nec cum Gręcis, neque cum Latinis. Auer. vult, quòd obſcurum dicatur viſibile; quia innatum ſit uideri: & ſi ſit quoquomodo viſibile,id ſibi competet per accidens. Alex.referente Philopono voluit idem intelligi,& inuiſibile, & vix viſibile. Philoponus cũ Auer.uoluit per accidens, tanquam priuatio videri,& per uiſum cognoſci. Simpl. tamen uoluit ly. Vix uideri,ideſt, quoquomodo uideri, non ꝙ propriè tenebra uideri dicatur; ſed in eo, quòd eſt non videre, tentantes tamen videre, ſimul uidetur,& hoc eſt uix uiſibile; & proprium eſt diaphani,quod in potentia eſt, quoquomodo uideri:nam & colores in obſcuro inuiſibiles ſunt; non tamen per conatum aliquem, uiſibiles redduntur. Them. At, cum aer potentia perſpicuus eſt, tenebræ in eo uicem coloris præbent. ſubiungit infra; inuiſiles dicimus tenebras; non quòd nullum ſit cum viſu cometcium; ſed quòd ægrè uideãtur, &cæt. S.Thom.magis cum Philopono, & Auer.& ſimul declarata eſt minor, quòd, ſcilicet,diaphanum tale eſt; non tamen, quod actu, ſed quod potentia eſt. Eadem enim natura. In hac ſecunda particula huius ſecundæ partis probat minorem illam;dicens, quòd eadem eſt natura, quæ quandoque illuminata eſt, quandoque ſine lumine:at,quia Auer. in ſuo textu, loco ly, Quandoq;, habebat,Fortè,dicit,quod non omne diaphanum eſt tale; quòd aliquando actu,aliquãdo potentia ſit; ſed habet ueritatem in his, quæ generantur,& corrumpuntur:nanque corpus cœleſte ſemper actu illuminatum eſt; facit tamen unam exceptiuam Auer. Niſi quis fortè dicat de luna,quando eclipſatur; quòd tunc non illuminata,& obſcura ſit: nam ſecundùm diuerſos aſpectus lunę ad Solem,luna adumbrationem recipit magis,atque magis uſque ad oppoſitum, & tunc uidetur eſſe de natura diaphani in potentia. addit tamen Auer. Et fortè luna compoſita eſt ex duabus naturis. Pro quo notandum, quòd corporum quædam ſunt, quæ ita lucida ſunt, quòd nullo modo diaphana poſſunt eſſe; huiuſcemodi corpus ſolare eſt:alia uerò ſunt, quæ ſolùm diaphana dicuntur,ut aer; quippe qui de ſe lumen non habet; ſed id capit ab extrinſeco: quædam uerò ſunt, quæ utranque participant naturam; & talia ſunt cætera ſydera,Sole excepto: inter quæ ſunt,quę de ſe lumen habent remiſſum; & cum hoc à Sole illuminantur; ut de luna teſtatur Auer. hic,& in libello de ſubſtantia orbis; & ſic intelligetur compoſita participatiuè. Sed dubitat Hiſpanus, & rectè:nam, ſi luna eſt diaphana, propter quid eſt, quod in eclipſi Solis, ubi luna eſt, quæ interponitur,ſolares radij per lunam,ut per diaphanum deſcendentes terram ipſam non illuminant, ſicuti tranſeunt per uitrum? Ad quod reſpondet, quòd ad hoc, quòd aliquid dicatur diaphanum,non oportet,quòd lumen pertranſeat omnes eius partes; verbi gratia, nebula ualde denſa diaphana eſt; non tamen per eam totam pertranſit lumẽ Solis: ita quoque luna eſt corpus diaphanum; non tamen,vt aer,aut vitrum,& ideo in de ſubſtãtia orbis aſsimilauit eam terræ Auer. & ſecundo.cæ.49.

Non omnia autem uiſibilia. Auer.cõtinuãs T.c. 72
intentionem ponit; cum dixerit uiſibile,uel colorem eſſe, vel, quod nomen non habet, determinaueritq; colorem in luce uideri; vult modò oſtendere,quòd alia contra ſe habent,ſcilicet, quòd videntur in obſcuro,& non in luce. Ariſt. itaque intendens declarare,quid ſit hoc uiſibile, quod videtur in tenebris,duo facit in textu; primò declarat ea,quæ uidentur in lumine; ſecundò declarat ea,quæ uidẽtur in obſcuro: de primo dicit, quòd non omnia uiſibilia uidẽtur in lumine, ſed ſolùm proprius color. ex qua propoſitione coroll. capitur, quod color in obſcuro non uidetur. at uidetur Auer. aliter exponere; quia vult, quòd tale uiſibile poſsit & in obſcuro videri. Pro ſalute Auer. dicendum, quòd animalia illa paruula, quæ uidentur in nocte,ut noctilucę, indifferenter ſunt, quæ & in die, & in nocte cernuntur: non uoluit tamen eadem ratione; ſed, ut colorata ſunt, in lucè tantùm,& ſic color ſolùm in luce; ut uerò lucida, in nocte.& hoc uoluit Auer. in commento. Quædam enim in lumine. In hac ſecunda parte duo facit:primò ponit, quæ ſunt illa, quæ uidentur in obſcuro; ſecundò exemplariter declarat. primam Auerr. non exponit: in ſecunda dicit talia eſſe quædam animalia,& conchæ.& cornu: Sunt; in prima dicit Philoſophus talia eſſe ignea, & lucentia, quæ uno nomine innominata dicuntur. Philoponus dicit,quòd illi textui; Non uidentur in lumine; debet addi, Solùm: nam uiſibiliũ apud ipſum quædam colorata; & hæc ſolùm in lumine: quædam innominata; & horum quædam ſunt ualdè lucida; quædam hebetis luciditatis; alia horum media: quæ tenuiſsimi ſunt luminis, in nocte ſolùm conſpicua ſunt, ut animalia ea paruula quę in die, cum à maiori occupentur lumine, ut lùcentia, in die non apparent: quę uerò media ſunt,& in nocte pariter,& die lucent, ut luna eſt, & ignis,& alia quædam: at quæ rutilantia ſunt lumine excellenti, ea in die tantùm lucent, ut Sol eſt; quandoquidem Sol ipſe & diei,& lucis cauſa ſit. Propter quam autem cauſam. In hac particula reſpondet tacitè quærenti; ut propter quid eſt, ſcilicet, quòd lucentia iſta uidentur in nocte, in die autẽ non apparent, Dicit, quod de his: Alia ratio eſt. Auer. exponit, quod dicendum eſt in alio loco: & expoſitio iſta maximè conſona eſt ſuo textui: ubi habet: indiget alio ſermone. Cum hac opinione uidetur concordare Them. dicens de hoc dictum fuiſſe in libello de ſenſu,& ſenſili. adducit tamen & ipſe rationem poſitam à Soſigene præceptore Alexandri; quę ſtat in hoc, quòd lumen maius minus offuſcat, & hanc eãdem poſuit Auer.& cũ eo S.Thomas. addit Auer. quòd cauſa

eadem eſt, quare & ſtellæ ipſæ in nocte lucent, in die verò minimè; cum à lumine ſolis occupentur. At circa hoc dubitat Philoponus; propter quid eſt, cum Sol continuò totum illuminet cœlum, paucula quadam excepta particula, propter vmbram terræ aſcendentem, non cernuntur corpora cęlica totius vniuerſi; ſtellæ tamen hemiſphærii conſpicuæ redduntur; cum tamen vtrinſque oppoſitum potiùs eſſe deberet? Cauſam vtriuſque perfectè aſsignat: nam, tametſi totum Sol illuminet, vt dictum eſt; nos tamē, quia in vmbra terræ tempore noctis latemus: inde fit, vt, quæ hinc inde à cono vmbræ lucent, corpora non cernimus; ſtęllas tamen cernimus: quod quidem a ſimili facilè patere poteſt. ſi quis ab igne per multum ſpatium diſteterit; certum erit, quod circumquaque illuminatum ab igne aerem noctu non videbit; ignem tamen ipſum lucentem videbit: quod & de ſtellis ſic affirmandum haud dubium eſt; modò dictum eſt, quæ in luce ſolum, & quæ ſolùm in nocte, ac denique, quæ in vtroque temporis ſpatio videntur, vt, quæ vtriuſque naturæ participia, ſicut ignis. ignis enim, vt ſententia Themiſtij eſt, & mouet actu perſpicuum tanquam color; præterea perficit, tanquam lumen; fundit enim ſe ſe in eo lumen vndique, & de colore lux exit: atque hoc habet præcipuum color, qui eſt in flammis, vt propinquum aerem illuſtrare poſsit, luminis modo. & addit; quæ facultas extra hunc nullis coloribus data eſt; quare, non quà color; non quà ignis; ſed quà communis illius naturæ particeps ignis; hanc prętogatiuam habet.

T. c. 73. Nunc autem intantum. Auerro. notat intentionem Philoſophi eſſe, ponere ſummam eorum, quæ declarauit. Sanctus Thomas dicit, quòd oſtēdit quomodo ad viſum perueniat color. Albertus cum Auerro. Tex. diuiditur in duas partes: in prima ponit duas propoſitiones: in ſecunda per ſignum probat intentum. prima eſt, quòd id, quod in lumine videtur, color eſt. Hiſpanus voluit hāc indefinitè ab Ariſtote. prolatam; &, vt ſic, ſit vera: ſed Auerro. ponit eam vniuerſalem, in qua cadit dubium; quia lumen lunæ videtur in tempore noctis, & tamen non eſt color: videntur & ſenſibilia communia; & tamen colores non ſunt. Dicit ſic voluiſſe Auerro. ob tex. ſuum falſum. Pro Auerro. dicendum, quòd propoſitio talis verificatur vniuerſalis, & in terminis conuertibilibus. Ad id de luna dico, quòd ea videtur, vt lucida: nam recipiens lumen ſolis in ſe, vt in vaſe concauo lucet, cum denſior pars ſit ſui orbis; & ob id non uerè diaphana: quare non ſequitur; Videtur, vt lucida; ergo uidetur in lumine, ſeu in diaphano, ab alio illuminato. Ad alterum dico, quòd ſenſibilia communia propter in lumine videntur; quia, vt colorata, ſecus non apparerent. Ponit ſecundam Philoſophus, quòd ſine lumine nō uidetur. Auerro. conuertentem ponit uniuerſalem; Omnis color uidetur in lumine. & probat Philoſophus per diffinitionem coloris; quia motiuum ponit eſſe diaphanī, ſecundùm actum: nāque actus diaphani lumen eſt. Notandum, quòd de colore datæ ſunt duæ diffinitiones: altera eſt, quatenùs motiuus uiſus; de qua hic egit Philoſophus: altera, quo ad eſſentiam coloris in ſe, quòd ſcilicet extremitas perſpicui eſt in corpore terminato: & de tali in de ſenſu, & ſenſili determinauit. Cum itaque diaphanum non ſit in actu, niſi per lumen, conſtat colorem ipſum non mouere diaphanum, niſi ut illuminatum. Philoponus notat lumen eſſe habitum diaphani; colorem uerò perfectiuum actus, qui ſecundùm habitum eſt: nam præſente colore, fit diaphanum actu colorum delatiuum: quare exponit diffinitionem, motiuum, ideſt, perfectiuum, ſecundùm actum, ideſt, qui ſecundùm habitū eſt. Signum autem. In hac ſecunda particula, quod dixit, per ſignum confirmat; & refertur diuerſimode à diuerſis. Sanctus Thomas refert ad hoc, quòd color non uidetur ſine lumine. Signum huius, &cę. Auerro. ad hoc, quòd lumen non inuenitur, niſi in diaphano. Themiſtius ad hoc, quòd colores mouent actu perſpicuum; & à ſigno probat: quæ cæteris uerior exiſtit; quamquam & alię tolerari poſſent. Signum autem eſt; quòd ſi quis colorem ſupra oculos poſuerit, non utique colorem uidebit; quia tunc actu diaphanum non mouebit: nam, ut benè notat Albert. coloratum non agit aliquid per tactum, niſi actione Phyſica, quæ eſt per principia materialia ipſius: color enim non fit in uiſu per actionem phyſicam, ſed per actionem formalem, & ſpiritalem: & ideò indiget corpore, in quo prius efficiatur ſpiritalis, antequam oculo uniatur; quare indiget medio, quod actu tale moueat: nec ualet, quòd pupilla ſit diaphana; quia, ut benè Sanctus Thomas, non eſt actu talis. & ſequitur Philoſophus; quòd ab hoc, puta aere ſic actuato, mouetur ſenſorium. dicit tex. & non ſenſitiuum: namque ſenſitiuum eſt aggregatum illud, quòd ex organo, & potentia eſt: ſenſorium uerò pro altera tantùm parte capitur, ut pro inſtrumento: ſic itaque ſpecies continuo motu delata per actu diaphanū uſque ad organum, uiſionem parit. At contra hoc eſt tex. 59. ſupra; ubi diſtinguens uirtutem rationalem ab irrationali, dixit, quòd rationalis habet mouentia ad intra: irrationalis uerò ab extra. Pro quo notandum, quòd primum mouens ſenſum extra eſt, & de hoc dixit ſupra; ſed tale non eſt immediatum mouens: nam tale quid, eſt ſpecies producta ab obiecto primo: ex quo elicitur, quòd ſenſationes omnes non cauſantur ab obiectis immediatè, ut uiſio à recolorata, & ſic de aliis.

Dubitatur circa ea, quæ dicta ſunt: nam ſi ſpecies eſt, quæ per medium defertur ad oculum, ſequetur, quòd aliquod uiſum non debet uideri maius quantitate aciei oculi; quia ſpecies non poteſt maior eſſe ſubiecto recipiente: ſecundò ſequetur hoc, quòd, quæcunque res uiſa fuerit, dupla apparebit; quia una ſpecies in uno; altera in altero generatur oculo. Pro his in primis notandum, quòd obiectum ſenſibile ha-

bet ex ſui natura multiplicare radios ſuos ſphæricè, per quos videatur, vel ſentiatur, vt ſol ſphæricè ſuos: & tales radij ſunt ſpecies illæ ſenſibiles; & tales in tribus ſenſibus habent per media extrinſeca multiplicare; in guſtu verò, & tactu per intrinſeca; quia actio, quæ de extremo in extremum terminatur, per medium fieri neceſſe eſt; vt modò in tex. 73. fuit Ariſtotel. ſententia clara: & tales ſpecies qualitates de tertia dicuntur ſpecie: nā non ſunt ſubſtantiæ; quia in ſubiecto ſunt: non ſunt quantitates; quia duo corpora in eodem loco inuenientur. vtrum verò tales à proprijs obiectis diſtinguantur ſpecie, ſunt opiniones: altera, quòd ſic, vt, quòd ſpecies albedinis ab albedine materiali, ſpecie diſtinguatur, licet non genere: alii volunt, quòd eiuſdem ſpeciei ſint per æquiualentiam, vt imago Cæſaris eſt, & Cæſar; quia res vna eſt in repræſentando; dato, quòd fortè ſub alia ratione ſpecie differant, & conueniant genere, vt in viſibilitate: & eſt hæc ſententia communis: alij tenent alio modo; ſed veritas eſt, quòd nulla differentia eſſentiali differant; ſed duntaxat per alium modum eſſendi: argumento eſt, quòd, ſi ſpecies illa ad opacum terminabitur, videbitur vtique, vt eius obiectum videtur, vt fuit ſententia Auerro. quòd parietes nubibus tranſeuntibus, colorati videntur, & herbacei. Sed dubium eſſet de ſpecie quantitatis, vtrum eadem ſit & quantitas. Ad quod tutiùs reſpondendo dicimus, quòd ſpecies illa quantitatis non eſt eadem cum quantitate, niſi in repræſentando; in ſe tamen, vt ſimilitudo eſt, qualitas dicitur. Ioan. Iand. in quæſtione 18. voluit, quòd ſit eadem, ſed ſpiritalis; difficile tamen erit ſoluere, quomodo corpora in eodem loco non ſint. ſpecies itaque multiplicatur, non tamen vt motus; ſed tota ſimul producta eſt in medio, & in ſenſu; & dicitur habere eſſe in fieri; quia continuè depẽdet in fieri ab obiecto præſente, & produci; non tamen vna pars poſt aliam: & tota ſimul ſpecies indiuiſibiliter eſt in quacunque parte medij, & totam rem repræſentat; diuiſibiliter tamen eſt in obiecto materiali. At contra hoc eſt inſtantia communis; quia ſequeretur, quòd accidentia ſolo numero differentia in eodem ſubiecto eſſent; quod repugnat Philoſopho quinto metaph. 15. & probatur; quia, ſi duæ ſint formæ in eodem ſubiecto, ſpecie non differunt, neque numero; quia eſt ibi eadem quantitas; & omnis multitudo eſt talis; vt primo phyſicorum ſexto; ergo & cæt. Deducitur conſequentia; quia, ſi ponantur tria alba numero; in eodem, vel paulò remoriori loco, multiplicant ſuas ſpecies; & per poſitum in qualibet parte medii reperitur. ergo & cæt. Ad hoc eſt reſponſio communis Sancti Thomæ, quòd eſt vna ſola ſpecies albedinis, per quam illæ duæ videntur. At contrà; Tunc ſenſus caperet vniuerſale, quòd inconuenit; quia illam, quæ determinatè nullum album particulariter repræſentat. ſecũdò, & fortiùs: ſit albedo A. in pomo multiplicãs eius ſpeciẽ per mediũ; tũc addncatur altera albedo B. alterius pomi; tũc aut B. generabit aliquid in medio: aut non: non eſt dicendum, quòd nihil; quia tunc ipſa non videretur; quia viſio non fit, niſi dum mouetur medium à ſpecie; ergo producit ſpeciem: tunc quæro, vtrum ſpecies A. producta fuit corrupta, nec ne? ſi non; ergo intentum; quia erunt duæ ſpecies albedinis .a. ſcilicet, & .b. diſtinctæ. & probatur, quia ſi vna tantùm ſit; hoc aggregatum non erit: vel ſpecies .a. vel .b. quia eſt aggregatum ex illis duabus; quomodo igitur ſenſus poterit diſtinctè apprehendere .a. vel .b. Quòd, ſi dicas, quòd una ſpecies tranſit in aliam, ſequetur, quòd idem eſſet, & non eſſet, ſcilicet ſpecies, quæ tranſit. nec dici poreſt, quòd corrumpatur; quia tunc obiectum, cuius eſt illa ſpecies, non videbitur. nec poteſt dici, quòd altera, vt puta, .a. in ſe tranſeuntem .b. virtualiter contineat, & illius uicem ſuppleat; quia non ſunt alterius rationis; ita quòd altera reliqua perfectior ſit. Altera opinio fuit Ioan. Iand. Scoti, Egidij quarto quolibet, quòd illæ ſint duæ ſpecies numero diſtinctæ. & ſic plurium, plures. Ad dubium verò, quomodo diſtinguantur, reſpondet Ioan. & Egidius, quòd diſtinguuntur proprijs obiectis, à quibus dependent. Sed non ſatiſfacit; quia tametſi diſtinguantur merito medii, & ſenſuum exteriorum; hoc tamen non conuenit ratione interiorum; quia duæ illæ ſpecies erunt in memoria, aut cogitatiua, abſentibus tamen ſenſibilibus. quare meliùs dicendum erit, ſecundum Scotum, quòd proprijs hæcheitatibus, ſeu rationibus formalibus diſtinguuntur. & hoc argumentum demonſtrat, quòd diſtinctio ſumẽda eſt à ſe ipſis. ad id uerò, quod dicebatur, quòd accidentia ſolo numero differentia ſint in eadem parte ſubiecti; dicendum, quòd inconueniens eſſet, ſi accidentia illa eſſent realia, & materialia; ſed, ſi ſpiritalia ſint, inconueniens non eſt. Ad argumenta verò principalia; & ad primum reſpondet Albertus, quòd res, quæ uidetur, eſt baſis trianguli; ſpecies eius in oculo exiſtens, eſt in angulo trianguli; qui angulus quantò maior eſt; quod ideò efficitur, quia, quantò obiectum propinquius; tantò dilatantur lineæ; & conſequenter maioratur angulus; & res apparet maior, quamuis in eadem ſit acie. Modò reſponſio talis nulla eſt; quia ſpecies habet repræſentare totum obiectum; & cum impartibilis ſit, in puncto repetitur: quare non habet repræſentare dimenſionem; ſed benè magis, & minus diſtinctum, propter remotionem, & diſtantiam. Præterea fiat adeò magnus ille conus trianguli in pupilla, per appropinquationem obiecti; ut totam ipſam pupillam capiat; tunc certum eſt, quòd quantitas totius obiecti, ut, verbi gratia, hemiſphærii, in pupilla non eſt; & tamen per illam ſpeciem repræſentatur, quæ minima eſt. Quare dicendum puto cum Plotino octauo lib. de uiſu, quòd in cauſa eſt; quia ſpecies non ita perfectè eminus multiplicatur, ſicut comminus: quare uiſus non poteſt recipere unamquamque obiecti partẽ diſtinctè: quæ apprehẽſio

facit

facit ad notitiam magnitudinis obiecti; ut ſonus eminus receptus non benè auditur: & ratio eſt; quia eius differentiæ non benè apprehenduntur: quòd, ſi fuerit in debita diſtantia, totum recipiet; etſi pupilla minor ſit; quia ſpiritaliter recipit. Ad ſecundum reſpondet Auic. ꝙ nerui optici tanguntur in puncto: quare, & in eodem vnitæ ſpecies duorum alborum, vnum duntaxat album referunt.

T. c. 74. Non enim benè hoc dicit. Auer. in parte continuatiua repetens, quæ ſuperiùs determinauit; ponit intentionem, quæ eſt reprehendere Democritum; qui opinabatur, ꝙ, ſi viſio fieret in vacuo, ꝙ verior eſſet viſio. Cauſam huius opinionis tangit S. Thomas in commento; quia putabat, ꝙ cauſa, quare diſtantia impedit viſum alicuius rei per medium, eſſet, quia medium reſiſtit immutationi viſus: volebat enim, ꝙ viſus fieret extra mittendo per poros ipſius medij vſque ad rem viſam: Duo facit in textu; primò ponit opinionem Democriti; ſecundò eam reprehendit: primam exponens Auerro. dicit, ꝙ ex fundamento habito, ꝙ viſus non fit, niſi per medium, palam eſt Democritum malè dixiſſe, quòd, ſcilicet, ſi vacuum daretur; res vtique videretur melius: quinimo, vt notat Philoponus ex Ariſtotele, ſi formica in cœlo eſſet, clarè admodum videretur: perſuaſus fortè Democritus; quia res, quanto eminus diſtat, videtur minus: quòd fortè cogitauit eſſe medij impedimento. Hoc enim impoſsibile. In hac ſecunda particula duo facit Philoſophus; primum reprehendit Democritum; ſecundò repetit ad propoſitum, quæ ſupra declarauit. Primam Auerro. exponens, duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò digreditur. primam iuxta litteram; notat duas propoſitiones, quæ ſunt in tex. ſuper quibus fundatur ratio contra Democritum; prima eſt, quòd ad hoc, quòd fiat viſio, primò neceſſe eſt virtutem à viſibili moueri; quam retro poſuit in tex. 51. ſecunda eſt; ꝙ talis motus, ſiue excitatio non fit à colore extra; quia ſenſibilè tunc ſupra ſenſum poſitum, vt notauit Themiſtius, & S. Thom. uiſionem formaret, ꝙ inconuenit: propter quid autem hoc ſequatur inconueniens, adhuc magis reſoluit Simplicius; Quoniam & uidenti lumen neceſſarium eſt, ut colores recipiat, nec minus coloribus, ut ſenſiterium ipſum moueāt. quare concludendum eſt, quòd medio indigeat de neceſsitate quòd actu diaphanum ſit. quare malè dictum fuit uiſionem per uacuum fieri poſſe; quia uiſus non moueretur; quandoquidem actio per contactum fiat, ut notat Auerro. quare concludit tria illa dari; tangens, quod obiectum eſt; tactum, & tangens, quod medium; & tactum ſolum, quod ſenſiterium eſt. Et hæc eſt. In hac parte digreditur Auerro. & declarat demonſtrationem factam eſſe, non ad oſtendendum, quòd uiſio fiat per medium; ſed, quòd impoſsibile eſt, ut uiſio fiat per uacuum. & fundamentum Auerro. fuit hoc, quòd agens omne per contactum agit; nanque, ſi propinquiſsimum fuerit obiectum, non tamen intercipiatur medium, uiſio nequaquam fiet; quare per uacuum non poteſt. & declarat hoc melius; quia fortè diceret aliquis; Si neceſsitas ad ponendum medium eſſet; quia ſenſatum eſt remotum, & diſtans; nec, ſupple, ad ſenſum ipſum deferri poteſt ſine medio; ſequeretur, quando propinquum ſenſui eſt, quinimo ſupra ſenſum, quod melius ſentiretur; & tamē falſum eſt: & ideo non intendit declarare, quòd viſus indigeat medio neceſſariò; ſed, quòd impoſſibile ſit ſenſationem fieri per vacuum; cum ſenſibilia ſint diſtincta. rationem huius tangit Simpli. nam, ſi vacuum daretur, nihil uideretur; quia lux eſt actus diaphani; quare oportet intermedium eſſe diaphanum actu, ut, illuminans viſionem, colores & ipſi videantur: quòd, ſi uacuum erit, nihil dabitur illuminatum; quare nihil uiſum. Propter quam autem cauſam. Exponit cauſam Auerro. & contra Auenpac. determinat. Ignis autem: In hac particula repetit ad propoſitum, quæ ſuperiùs declarauit: nam ſupra dixit, ꝙ noctilucæ illę ob tenue, quod in ſe lumē ſplēdet, aduentu luminis intenſioris non apparent: at ignis, qui maius habet, & in tenebris lucet, & in die. Auerro. exponens dicit, ꝙ ignis utriuſque naturæ particeps eſt, & lucidæ, & coloratæ, quare no ctu ſufficiens eſt ſibi contiguum illuminare medium, & uideri. Inſtat poſtremò Alexander contra Ariſto. referente Simplicio, ꝙ de uiſibilibus ſolū egit; nihil tamen de actu uiſiuo; de quo dicendum propoſuit. ſecundò dubitat Philoponus contra id ꝙ medio opus eſt, ut uiſio fiat, & lumine: nam, ſi humor fuerit per corneam diffuſus, is proculdubio uidetur; cum tamen ibi medium non ſit. Ad primum reſpondet pro Ariſtotele Alexander; ꝙ, cum dixerit potentiam uiſiuam moueri ab eo, ꝙ actu diaphanum eſt, & actu ſit, quod uidetur; In fine libri uniuerſaliter de uniuerſa anima ſenſitiua terminauit, ꝙ ſuſceptiua eſt ſenſibiliūm ſine materia. Addit Simplicius, ꝙ, tametſi cōtingat in hac operatione ſenſiterium pati; in ipſa tamen uita ſenſitiua ſecundùm proprium actum fit ſenſibiliū apprehenſio, non extra capiens; ſed occaſione ſpecierum ſenſibilium conſtituta, non patiens ab illis; ſed ſecundùm eas operata, cognitiuè tamen, non factiuè: Ad ſecundum reſpondet Philoponus, quòd humor ille cernitur per medium quia per humorem uueum intermedium. Sed contra à pari ſenſibile quodcunque oculo ſupra poſitum ſentiri poſſet. Ad quod dicendum, quòd humor ille eſt diaphanus: quare introiens lumen, facit ut humor diffuſus uideatur per uueum actu lucidum: ſignum eſt, quòd clauſis oculis non uidebitur; quia palpebræ impediunt luminis introitum: ſic erit & de ſenſibili ſupra poſito dicendum.

Eadem autem ratio eſt de ſono. Continuans Auerro. intentionem ponit: quæ eſt, quòd eadem ratione dicendum eſt & de ſono, & de odore; qua dictum eſt de colore, ꝙ fiant per medium; quod etiā palam fiet de aliis duobus: quare in tex. duo facit; primo oſtendit hoc, in quibus manifeſtum eſt: ſecundo idem & in guſtu, & tactu, T. c. 75.

Notandum in hoc text. tria notata Ariſtotelis; et primum, vt elicias ſecundum, de

quo ſibi maxime curæ erit in ſequētibus: & ſecundum, ut cōfirmet tertium. Dicit in primo, quod medium eadem ratione in ſono, & odore reperitur; per hoc innuens, quod talis eſt paſſio communis, quæ per ſe iſtos ſequitur ſenſus: quæ cū nō inſit uni per alterum ergo ineſt illis per aliquam communem naturam; ergo nō quatenus ſenſus tales: ſed, quatenus ſenſus ſunt; hæc paſſio ineſt: quare ſequitur & tertium; ergo omnibus ſenſibus; quare guſtui, &

in quibus dubium videtur: in prima dicit, quòd nullum de obiectis eorum ſenſiterium tangens, ſenſationem facit; ſed vnumquodque mediū mouet; quod demum ſenſiterium mouet: quare, ex ſententia Themiſtij, opus eſt alias poni in aere qualitates; per quas ſpecies, & odoris, & ſoni deferantur; vt de diaphaneitate dictum eſt, reſpectu coloris; nãque aer, aut aqua, non quatenus talia ſunt, habent deferre, & cæt. ſed merito ſuarum qualitatum; quæ naturæ quædam dicuntur communes: tales verò non ab Ariſtotele, ſed ab eius interpretibus, Theophraſto ſcilicet inuentore, ex ſententia Philoponi, dictæ ſunt, vt merito odoris, dioſmos; & merito ſoni, diiche; vt Philoponus affirmat per rationem ſenſatam; namque iniecto ſtrepitu ſuper aquis, protinus fugantur piſces: qui ij dem ad eſcam odore percepto perniciter admoueutur. nos quoque ſub aquis vrinantes, qui in litore ſtrepunt, audimus; odorem autem non percipiemus; quandoquidē aeris attractu nobis fiat, quod non perhibetur nobis ſub aquis; piſcibus verò conceſſum eſt; vt, qui pulmone carentes, nō ſpirent: quare cum medio fiunt. & fundamētum eſt; quia ſenſatio fit in patiente: modò talis fit per motum ſenſiterium: quare medio indigent neceſſariò. De tactu autem. Dicit eandem eſſe rationē & in duobus iſtis, quanuis lateat magis: quia tangibile poſitum ſupra carnem ſentiri videtur; idē & guſtans tangit amarum, vel dulce: non itaque videntur medio indigere. cauſam autem huius poſteriùs dicēdum pollicetur: & erit, quia in talibus medium, & organum intraneum eſt.

T. c. 76. *tactui. quod fundamētū probabitur non eſſe in tactu mediū cap. de tactu.*

Mediū autem ſono. Intentio, quæ ab Auer. non ponitur, eſt; Cum dixerit, quòd illi ſenſus fiūt per medium; modò declarat, quid nam ſit illud medium. dicit Simplicius, quòd modò meminit de ea qualitate, quæ defert ſonum, quæ in aere eſt manifeſta; & in aqua; quanquàm in aqua minus. Duo itaque facit; primò quod dictū eſt; ſecundò declarat, qūo odorent animalia: primam Auerro. exponens notat, quòd ſolus aer eſt, qui ſonum defert. ex hoc videtur ſentire, quòd in aqua propriè non fit ſonus: videtur tamen in contrarium ſententia Themiſtij: qui qualitatem illam communem, quæ vtrique aſcribitur elemētorum, quæ *ἦχος* appellatur, eſſe voluit: idem atteſtatur; quãdoquidem piſcatores, clanculum retia tendant; ne ſtrepitu fugentur piſces: dixit tamen aerem ſolum Ariſtoteles, vt Auer. quia propriè colliſio corporum, & ſtrepitus fiunt in aere; cum hoc poſtea deferuntur per aquas. Simplicius eiuſdem fuit opinionis cum Themiſtio: ſaluauit tamen Ariſto. quia non meminit de aqua; cum in ea obtuſior reddatur ſtrepitus. Pro hoc dicendum, quòd in vtroque fit ſonus realis, & intentionalis: at, quia magis manifeſtus in aere, non meminit de aqua; dimittens conſiderationem iſtam, vſque ad tractatum de auditu. & ſic rectè dixerunt omnes expoſitores. Odori autem. Hoc Auerro. exponens, duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò ponit documentum. pro primo dicit, quòd medium in odore innominatum eſt, & non habet nomen, ſicut naturæ, quæ recipit colorem in aere, & in aqua, diaphanum ſcilicet, ſed communis eſt quędam paſſio aeris, & aquæ: non tamen in quantum talia ſunt; ſed reſpectu naturæ communis, quæ talis innata eſt recipere odores extraneos; vnde nullum eà penitus odorem habet. Et hoc demonſtrat. In hac parte ponit vnum documentum: in quo duo facit, ſecundum quòd duo infert corollaria: alterum eſt, quod odor non ſit corpus diſſolutum in aere à corpore odorabili: nam infra 97. & 101. videtur imponere Auicennæ, quòd odor ſit corpus; non tamen ita eſt, namque Auicennas ſexto naturalium tenebat & ipſe odorem eſſe qualitatem ſecundam; repertã tamen in corpuſculis reſolutis à toto corpore odorabili, deferentibus ad olfactum. quod, ſi ita eſſet, non opus eſſet medio ad odorandum; quandoquidem ea ſola deferre poſſent. Quare ex hoc, quòd philoſophus dixit medium in odore eſſe communem illam naturam, optimè concludit, quòd non eſt corpus diſſolutum, ſed qualitas quædam. ſed in parte de odore conſiderabitur. Et ſicut color. Infert ſecundum corollarium, quod ſicut color habet duplex eſſe, & materiale, & intētionale; ſic habet & odor. & reliquum patet. Videntur autem animalium. In hac ſecunda declarat, quæ animalia odorant; vt confirmet mediū, dicens, Aquatica odorant: quare non eſt dubiū, vt concludit Auerr. quòd hoc fiat mediante aqua: talia, vt piſces, non reſpirant: homo tamen, & alia animalia anhelando, odorant. cauſam poſteriùs aſsignabit.

Nunc autem primum de ſono. Intentio præſentis partis, & tex. eſt agere de auditu. Rationem huius intentionis ponit Auerro. quia philoſophi eſt incedere, ſecundùm nobilitatem, & perfectionem; non autem, ſecundùm ordinem naturę, ab imperfectis ſcilicet, ad perfectiora. hanc eandem rationem ponit Simplicius de Græcis, & de Latinis, S. Thomas; addens perfectionis cauſam; quia ſpiritalior eſt. Auic. contra quã fecerit Ariſtoteles, sēſus iſtos ordinauit; primò ordiēs à tactu: & duas poſuit ob hoc rōnes: altera quarū eſt, quod naturam imitati debemus; quæ in ſuis conſtruēdis operibus ſemper ab his, quæ imperfectiora ſunt, orditur; quare à tactu: altera eſt, quia inter ſenſus maximè, ac pręcipuè animali tactus eſt neceſſarius; quandoquidem prima eius compoſitio ex tactilibus qualitatibus fiat; & maximè prō ſit animali ad diſcernendū inter vtilia, & quæ proficua ſint; atque ad repellenda nocua. Modò in re iſta proculdubio diuino Ariſtoteli adhęrendū; quod pe qui legem naturæ ea rōne delegit imitari; qua nobis, quæ faciliora cognitu ſunt, ea in primis occurrere debent: quod ſi perfectiora fierēt nobis, & cognitu faciliora; haud dubiè ab ipſis incipiendum eſſet: modò inter ſenſus, qui perfectior eſt, viſus nobis etiam occurrit cognitu facilior, vt retro dictū fuit, ex ſentētia Simplicij, capite de viſu: quare in his ordinem perfectionis obſeruauit. Rationes Auicennæ tametſi teneant in proceſſu naturæ, atq; in utilitate animalis; doctrinæ tamen viam non obſer- T. c. 77

obſeruant. Tex. in duas partes; in prima ponit intentionem; in ſecunda determinat: prima clara eſt; Primò de ſono, & auditu &c. notãda tamẽ duo ſunt; alterum, quòd auditus inter quinque ſenſus, ſecundum obtinet locum perfectione; quia ſpiritalior cęteris; minus tamen, quàm viſus: viſio ſiquidem fit, nulla mutatione reali facta, aut in ſenſu, aut in ſenſibili: at auditus, tametſi quieſcat ſenſus, re tñ mouetur obiectũ. Sed diceret fortè aliqs; Non ea rõne perfectior olfactu; cũ idẽ contingat olfactui, qđ auditui. Dicã tñ, nõ eadẽ ſpecie motus, ſiue genere obiectũ vtrinſq; moueri; at, quod auditus eſt, locali; qui ſpiritalior eſt, quàm alteratio, quia mouetur odorabile. alterum notandum, ꝙ Philoſophus ſimul cum intentione, poſuit etiã incedendi ordinem ab obiectis, ſono ſcilicet; quãdoquidem ad virtutes via hæc ſit commoda magis, & aptior, vt 33. huius dictum eſt: in ſecũda parte duo quinetiam facit; & duas ponit diuiſiones; & ſecundam, vt primam declaret. Eſt autẽ duplex ſonus. In hac prima notat dari ſonum actu, & ſonũ potẽtia. declarans S. Thom. Vt, dicimus ſonũ actu campana actu ſonãte; dicimus autem potẽtia, quãdo actu non ſonat; ſed talis eſt, quæ poſsit ſonare. ſuper hoc dubium cadit, quare in hoc agat dé generatione obiecti huius ſenſus; non tamen hunc ſeruauit ordinem de obiecto viſus. Cui optimè ſatisfacit S. Thom. dicens aliorum ſenſuum obiecta, colorem ſcilicet, ſaporem, odorem, ac qualitates tangibiles, fixa, & conſiſtentia eſſe: eò fit, vt diuerſa admodum conſideratio fiat de obiectis hiſce, vt facta ſunt, &, vt ſenſus ſuos immutant: quare de eorum genitura egit in libello de ſenſu, & ſenſili; & in libro de generatione de obiecto tactus; in hoc verò non intendit determinare, niſi quatenus ſenſus ſunt immutãtia: ſonus autem generatur ex motu; & non habet eſſe permanens; verùm in quadam cõſiſtit mutatione; ea ratione determinatur ſimul de illo, & vt fit, & vt ſenſum immutat. Alia enim non dicimus. In hac ponit ſecundam, vt euidentior reddatur prima. Simplicius notat, quòd actu, & potentia dicitur reſpectu obiectorum bifariam; interdum ad eſſe ſubiectorum referuntur; interdum non ad eſſe, ſed ad hoc ꝙ ſentiantur: nã cera, alba cum ſit, potentia interdum dicitur viſibilis; quandoque flaua cum ſit, potentia alba dicitur; aliquando verò & alba, & ſimul viſa actu dicitur. Idem de ſono iudicium ferendum eſt; namq; ſonus potentia dicitur, cum apta fuerint corpora & dura; atque læuia, vt ex eis facilè elidatur ſonus quòd, ſi contrà, fuerint & rara, & mollia, neque potentia dicetur ſonus: proinde & ſonus dicetur actu ſonus, & ſi nemo fuerit audiens; quare auditur potentia perfectè: poſtremò actu fuerit; cũ & ſonus fit, & audiatur: quòd, ſi mollia fuerint corpora, vt lana, & pili, proculdubio ab illis neque potentia ſonus erit. rationem phyſicam vtriuſque corporis, & mollis, & duri, ponit Albertus de Latinis, & de Græcis Philoponus; quia mollia aerem intra ſe continent, neque expellunt; cum rara ſint, & non continua: quæ verò firma ſunt; & plana; &, quæ in ſui compoſitione maiorem aeris partem obtinuerint, meliùs ſonabunt: ea ratione, qua firma, aeri non cedent; quæ verò lęuia ſunt, ab omni ſui parte aerem eiiciẽt; vt æramenta, aurum, argentum, & ſimilia; cum ſint ex ſubtili, terreo, & aqueo: in quorum miſtura magnã aeris partẽ interceptam eſſe neceſſe eſt. Addit poſtremò Philoſophus. Hoc autem eſt ipſius medij, & auditus, &c. exponentes Græci, Simplicius & Philoponus hoc dictum eſſe obſeruarunt, vt ſonum omnifariam actu manifeſtaret: nam, tametſi in medio ſit ſonus actu, poſſibile eſt, quòd non audiatur; quare potentia audibilis: quòd, ſi & auditus actu fiat, erit omnibus numeris ſonus perfectus actu.

Alexander. Auditus eſt quo ſonus, actu editus excipit, atque dignoſcit.

Fit autem, qui ſecundùm actum ſemper. Intentio præſentis tex. eſt declarare genituram ſoni. T. c. 78. Pendet autem ex ſuperiori. vt notat de Græcis Philoponus. Cum dixerit, in quibus ſonus potentia reperiatur; in præſenti, quomodo fiat actu ſonus, determinat. & cauſam dictam tangit Auicen. ſexto naturalium cap. proprio; quia ſonus non eſt ſtabilis eſſentiæ, nec habet eſſe fixum, vt quaſi principium eſſendi, & adueniendi non habeat; ſed ab alijs pendeat. In textu duo facit; in primo, quæ ſonum generant, exponit; in ſecundo qualia hæc eſſe debeant: primum exponens Auerro. fundatur ſuper hoc, quòd ſonus fit cum percuſsione; &, cum percuſsio actio ſit, agens habet, & patiens: proinde inquit addens. Et percuſsio eſt motus loco; quare fiet in medio, aere ſcilicet, aut aqua. hanc eandem depoſuerunt Græci opinionem: addens Philoponus; quia percuſsio fit per motum in loco; ea ratione ab aliquo fiet, & ad aliquod, & in aliquo; non autem in quocunque; quia non per vacuum, aut per ſolidum; per quod motum fieri haudquaquam poſsibile eſt; ſed in aere, aut aqua. Alexander neque itidem per id, quod inane, & potiſsimum ratione, quòd inane principium eſſe nullo pacto poſsibile eſt. eadem Simplicij ſententia: & affert cauſam; quia quod defertur vinidum, corpus eſt. Dubitat Hiſpanus, an ratio iſta teneat de forma, vel de materia magis, ea præcipuè ratione, qua habetur clara ſatis Auerro. ſententia quarto phyſicorum 71. Si vacuum concedatur, mixtum in ipſo moueri. Quæ tamen de ſimplici corpore non teneret: quanquã Scotus & de ſimplici indubiè teneat: vnde Auerro. ſententia, ratio non teneret de forma, ſed de materia; quia, ſcilicet impoſſibile eſt vacuum dari. Nullum autem ſonum. In hoc ſecundo oſtendit, qualia ex quibus ſonus fit. & Auer. duo facit; primò exponit; ſecundò ponit documentum: in primo dicit, quòd eſt læue, & durum, vt cuprum, aut concauum. Themiſtius, quòd non quælibet percuſsio contingens, ſonum facit; neque à quibuſcunque contingentibus corporibus, vt ſunt lanæ, ſpongiæ, & ſimilia; ſed dura, læuia, aut concaua, ex polito corpore, non diſsilit aer; ſed vniuerſus vnà eijcitur, & ab omni parte æqualis. vt multi ponderoſum aliquod ſimul trahentes viri, inquit Auerro.

Alexander. Aer ſuis lateribus partib. inflexus, & frãgitur: vt, quo violentius inuoluitur; vehemẽtius reſonat.

pariter & concaua multos elidunt ſonos: namque citatus aer ille interclusus, primo motu modò hãc modò illam partem vaſis fecit inordinatus; cum liberè exire non valeat; & ſonat; atque eò magis, ſi lęuis fuerit vaſis illius ſuperficies; vt in vaſe æneo contingit: cuius parte percuſſa, cum oppoſita ſibi contraria ſit, tremit; eoque diutiùs retinetur ſonus; quare præcipiunt arte periti, vt campanarum baculi, in extremis partibus, bene fiant rotundi, ne tangentes latè impediant tremorem in alijs, vt recitat Albertus. In ſecunda parte ponit Auerro. documentum: & eſt, quòd eadem pars aeris mota non eſt, quæ vna ad auditum vſque deferatur; ſed illa mouet alteram, & ab illa altera in orbem vſque ad aurem; quomodo & odor, & color: argumento eſt, quòd circum aſtantes, & æque diſtantes idem percipiunt.

T. c. 79. Amplius auditur in aere. Cũ poſuerit (dicente Auerroe) quæ faciunt ſonum; nunc intendit ponere id etiam, in quo ſonus generatur. ſimilem huic poſuit intentionem Sanctus Thomas. Philoponus de Græcis dicit Ariſtotel. ſententiam eſſe perficere, quam, de medio ſoni, produxit ſententiam. Cum id aerem retro dixerit; modò & aquam; cum & ipſa vicem medij ſubeat; intendit declarare. In textu duo facit; primò declarat medium, in quo; ſecundò, quomodo habenda ſint corpora illa dura, vt ſonus fiat. In prima parte dicit Ariſtoteles, quòd & in aqua auditur; ſed minus, quàm in aere. Exponit Auerro. aquam intenſè minùs vocem reddere. huius cauſam reddit Philoponus, & Simplicius, quòd aqua craſsioris ſubſtantiæ corpus eſt; & poros auditus apta magis obturare. Non eſt autem. In hac ſecunda tria facit; primò, quæ corpora ſint habenda; ſecundò, quomodo ex his omnibus generetur ſonus; tertiò, à ſimili, idem confirmat: in prima parte, quòd neutrum elementorum ſufficiens eſt, vt fiat ſonus: verùm operæpretium eſt, vt in illis à corporibus duris, & lęuibus fiat ſonus: cauſam ponit S. Thomas; quare nec aeris, neque aquæ proprium eſt; quia mediũ, quo deferuntur ſenſibiles qualitates ad aliquẽ ſenſum, qualitatibus illis carere debet. eandem ſententiam poſuit Philoponus de Græcis; Hæc enim media ſui natura aſona; quare ſuſcepti[ua] ſoni, ut ſine colore, coloris. Notat tamen differentiam Simplicius de aere; ſiquidem interclusus in myringa, rationem teneat organi in auditu; qui verò extra eſt, medij deferẽtis. Sed oportet firmorum. In hac declarat, quomodo generetur ſonus; qui non ab aere, ſed duris corporibus inuicem ſe percutiẽtibus, interpoſito tamen aere; qui ob illam vehementem percuſsionem exiliat indiuiſus: tunc dicit Philoſophus aerem ſonare ſeruatis, ſcilicet, duabus conditionibus; altera, quòd fiat in aere fortis motus; ſecunda, ꝙ motus ferientis præueniat fracturam aeris; quia, ſi percutiens, quietè ad modum tangeret percuſſum, diuideretur ſenſim aer; & non fieret ſonus: ea de cauſa Themiſtius dixit, conſiderandum eſſe, & qualis percuſsio fuerit, & quæ corpora percutientia, vt dura, & lata; vt notauit Auerro, vt multum aeris intercipiatur reſiſtens; nam, ſi acus acum ſua feriret cuſpide, nõ ſonaret: argumento eſt, ꝙ aer ſonum recipiat, & non cauſet, vt Albertus; quia diuerſa in acuto, & graui, fiunt ex diuerſitate percuſſorum, non aeris: alium ſonum, æs; alium, lignum edit. Sicut, ſi congregationẽ. Auer. notat in hac tertia rõnem à ſigno cõfirmantẽ; ꝙ, ſi percuſsio præuenerit aeris fracturã ſonus fiet: nam & in his, quæ minùs apta ſunt edere ſonum, ſi quis vi percuſſerit, vt arenæ cumulũ, priuſquàm frangatur aer, ſonus fiet: itidem, & quę vi aerem percutiunt, faciũt ſonum, vt corrigiæ impetus in aerem. hanc eandem voluit Albertus ſententiam ſuper iſta particula, & Egidius. verùm hęc non fuit Ariſtotelis opinio, ſed magis, vt Græci exponentes dicũt: vt, ſi aceruus tritici, vel ſabuli, deorſum feratur, in ordinem granis eius inſtructis, & ab aliquo præueniatur percutiente, ita vt priùs nõ non ſit diſſolutus ordo; fit ſonus; quia præueniuntur ui ordinati. Non animaduertit hoc Auerro. quia in ſuo textu non habebat ly, Latum. Addit & Simplicius ſimiliter eſſe de corrigia, vt Auer. etiã dicit, aerem cum impetu percutiente: tunc enim aer vicem gerit percuſsi reſiſtentis; & medij, in quo ſonus.

Dubitatur ꝓpter ea, quæ modò dicta ſunt; vtrũ ſonus realiter ſit in aere, vt in ſubiecto. Fuerunt quidam negantes ſonum eſſe qualitatem vllam in aere; ſed eum eſſe aeris duntaxat commotionem, & motum. Quam opinionem optimè deſtruit Auicenna 6. naturalium, cap. de auditu: nam obiectũ alicuius ſenſus proprij tale eſt, vt ab alio ſenſu proprio ſentiri nequeat; qualis color à ſolo viſu: at cõmotio ipſa ſenſibile quoddam cõe eſt, vt retro dictum fuit: ideo opinio illa falſa: quare relinquitur ꝙ ſit qualitas, & nõ permanẽs, ſed ſucceſsiua, vt dictum eſt. At dubium, & præcipuum eſt; nam ſequeretur, ꝙ ſonus nõ eſſet obiectum auditus. Probatur; ſucceſsiui partes, cũ in fluxu ſint, nihil hñt vltra præteritũ, & futurum: quæ cum nõ ſint, minùs etiam audiri poſſunt; ergo intentum. Ad quod dicendum, ꝙ ſonus eſt ens reale ſucceſsiuum; & hẽt partem præſentem, cum actu ſentitur, & fit. Cõtra quod inſtatur ex ſñia Philoſophi 4. phyſ. t. c. 97. Quòd, ſi quiſpiam tempus percipere nitatur; duo ad minus inſtantia percipi neceſſe eſt; quorũ alterum præſens, reliquum præteritum fuerit: argumẽto eſt dictum de illis dormitantibus; qui, cũ vnum duntaxat nunc percepiſſent, tempus elapſum non cognouerunt: idem iudicium de motu erit faciendum; quare, cum ſonus quid ſucceſsiuũ ſit, niſi duo fuerint percepta ſonata eſſe; audiri nõ poterit: ꝙ, ſi dicatur recordamur illius eſſe ſonari, quod præteritum eſt; tunc ſequetur, ꝙ non erit potentiæ auditiuæ, ſed memoriæ. Ad quod dicẽdũ, pariter de ſono, ac de motu eſt. Pro quo notandum, determinatũ à Philoſopho 4. phyſi. 104. moueri, propter id, quod mouetur aliquid, eſt; &, vt aliquid eſt, ita redditur ſenſibile: ſonus pariter dicetur audibilis per id, quod mouetur; & eſt aer fractus; qui ſucceſsionem illam oſtendit eiectus: eſt itaque qualitas realis ſucceſsiua in aere: an verò, vt in ſubiecto, dubium eſt. & ſunt fundamẽta, ꝙ non, & validà:

da:primum; Eius eſt actus, cuius eſt potentia; ſed potentia ſonandi eſt in corporibus ſolidis, vt 77. dictum eſt; ergo in eiſdem quoque erit actu ſonus: ſecundum; Diuerſi redduntur ſoni; quia diuerſa ſunt corpora ſonantia, alium reddit campana ſonum; alium, lignum; ergo in illis ſubiectiuè ſonus: tertium; Aer eſt medium deferens; ergo eiuſdem ſubiectum eſſe non poterit; quia medium non ſonum, ſed ſoni defert intentionem: quartum, Si fuerit Socrates proximus campanæ ſonanti, ſentiet ſonum, & non niſi realem, in tamen modica diſtantia; ergo ſenſibile ſupra ſenſum poſitum ſenſationem pariet. In oppoſitum ſententia Ariſtotelis clara, atque omnium exponentium & ratione confirmari poteſt; nam in ſonante, ſeu percutiente, non eſt dicendũ ſonum eſſe magis, quàm in percuſſo; cum utrumque ſumma ui concurrat; neque in vtroque ſimul, cum idem & vnum numero accidens in diuerſis numero ſubiectis reperiri non ualeat: Palam itaque eſt in aere, vt in ſubiecto ſonum reperiri. At dubium eſt, nunquid in aqua pariter, ut aere, ceu ſubiecto reperiri poſsit ſonus. Albertus de Latinis, cui uidetur adhærere Io. Gand. tenet aquam, non ut ſubiectum ſoni, ſed duntaxat, ut medium deferens ad ſonum conferre. Pro euidentia dictorum notat, quòd vnumquodque ſenſibilium habet materiam vnam, in qua generatur, ut ſonus percuſſum aerem: &, ſicut vnumquodque ſenſibile prȩter materiam habet medium, quod eſt eius via ad ſenſum; ſic habet ſonus & aerem, & aquam; per quorum vtrunque communem naturam, quam appellauit Theophraſtus, recenſente Philopono, διηχὲς, ad auditum defertur. confirmat ratione ſenſata; nam piſces contra aquæ impetum pinnis nantes, ſonum in aqua non generãt. Quòd ſi quiſpiam dicat; Nauis tactu maris fundi ſonat: vel, ſi quis per eundem ui baculum traxerit, ſonat. Reſpondet id euenire propter aerem in fundo maris merſum: argumento ſunt, quæ ad ſuperficiem attolluntur ampullæ: hanc eãdem fuit opinatus Philoponus de Grȩcis, determinans aerem ſoni ſuſceptiuum, tanquam materiam eſſe: & in eo ſuam habet hypoſtaſim ſonus, veluti forma; aqua uerò, ſecluſo aere, non ſonat. & concludit eſſe impoſsibile ſonum in aquà reperiri; nanque & vrinantes, ut ait, ſi immerſi manus inuicem colliderent, ſonum non facerent. Dubitat inde Philoponus, propter quid eſt, cum & ſub aquis ſint corpora dura, quȩ potentia ſeu virtute, ſonatiua dicuntur, in ea tamen ſonum non faciunt. Quod apprime ſoluens ait, aquam corpus eſſe ineptum ſatis ob eius craſsitiem, ut ex illis proſiliat; neque præuenire poſſe, quin diſſoluatur priùs. Pro veritate poſita ſit concluſio hæc, quòd ſonus ſecundùm virtutem in corporibus duris, & latis; vt autem redditur ſecundùm formam talis, in aere, veluti ſubiecto reperitur. Ponatur & ſecunda. Quandoquidem prima dicta ſit de illo, vt ens naturale. Sonus, ut obiectum ſenſibile, & in aere, & aqua reperitur; tametſi in aqua minus. Prima duas habet partes: altera, quòd requiratur corpora plana, & læuia, eſt à Philoſopho tex. com. 77. 78. quæ tamé & ipſa patitur dubium: nam pannus, ſi velociter diuidatur, cauſat ſonum: ſecundò; Aqua velociter mota cauſat ſonum: tertiò; uenti contra ſe flantes ſonant, & nubes tonitru, & ſcutica aerem percutiens. Pro his omnibus notandum, quòd per corpus molle illud intellexit Ariſt. quòd diffiniuit meteororum. 4. id ſcilicet eſſe, quod tactui cedit, & non reſiſtit: modò aer, & aqua non ſunt huiuſmodi, cum in ſe ipſis vnita quandoque reſiſtant:, & vt notat Philoponus, aer tunc duorum uicem gerit, & percuſsi, & medij deferentis. Non tamen eadem aeris particula, ut opinior, ſed quæ media inter aerem ſequẽtem, & corpus percutiẽs, ſemper gerit uicem medij deferentis: quandoque trium corporum uicem ſubit aer, ut notat Philoponus, ut contingit in ſibilationibus; exiliens aer per anguſtum labiorum ui, aerem offendit; qui & alterum ſibi percutit obuium; & ipſe medius eiectus ſonat: quare & de panno dicẽdum, in fractione illa ruẽtes partes aeris ſimul ſonant; & aqua aquam impellens aerem excutit; idem de uentis, & nubibus; quȩ cum ſolidiores ſint, ſonant magis: ſcutica quinetiam, cum in aerem ui immittatur, ad ſe ipſam flectitur, & aerem medium excutit. prima itaque pars concluſionis nota ſatis: ſecunda quinetiam per dicta clara, Cum ſonus ſit qualitas naturalis, indiget ſubiecto, in quo repoñatur, & eſt aer, ut retro dictum eſt: ſecunda pariter nota ſatis concluſio eſt, & ab Ariſtotele poſita tex. 79. Auditur & in aere & aqua, minus tamen. In quo palàm eſt de ſono, ut de ſenſibili, locutum eſſe: quippe qui per utrunque illorum defertur, cũ in vna conueniant natura; tametſi aqua illam participat minus. Hac poſita reſolutione, reliquum eſt obiecta in oppoſitum ſoluere. & primum, concedendo, quòd in corporibus illis eſt potentia ſonandi actiua: quare & quando ſonant, actu effectiua eſſe dicuntur: negatur tamen in eis formaliter reperiri ſonum: ad ſecundum concedẽdum eſt uarios effectos eſſe ſonos ob diuerſitatem corporum ſonantium; non tamen ſequitur, quòd in eis ſonus reperiatur. ad tertium, reſpondet Egidius, quòd in aere primò moto ſonus ſit realis; qui poſtea, cum ſecundam aeris partem per circulum moueat, facit in ea ſonum realem. verùm realis, qui erat priùs in prima; in ſecunda, illa intentio naturaliter multiplicat: quare in eadem parte aeris erit ſonus realis, & intentionalis, reſpectu tamen diuerſorum, non eiuſdem. At dubiũ contra reſponſionem; quia ſonus ille, cum realis ſit, & ſenſibilis, uidetur poſſe ſpeciem ſuam intentionalem multiplicare: quare in eademmet parte. Ad hoc concedendum particulam illam aeris poſſe recipere intentionem ſoni; at non illius, qui tunc in illa eſt ſecundùm rẽ. ad quartum dicendũ, ꝙ auris non ſentit ſonum, ſecundùm rem in parte auri immediata; ſed eum, quia remotiori ſit, cuius recipit intentionem: & illa audit ſonorum obiectum.

Echo autem fit. Intẽtio prȩſentis litterȩ eſt, T. c. 80.

vt Auer.notat, declarare quoddam accidens ſoni. Philoponus: cum retro dixerit de ſono in cõmuni, modò intendit eum declarare ſonum, qui dicitur Echo: & cum hac ſunt ſententiæ Latinorum concordes; quamuis ipſi non faciãt continuationem illam. laudo hanc magis; quia bene accidit aeri ſonum deferẽti, quòd reflectatur; at ſonus inde genitus, qui dicitur Echo, ſoni accidẽs dici nõ põt; verùm magis ſonus reflexus, vt cõtra rectum ſonũ diſtinguitur. In tex. tria facit; primò declarat, quomodo talis generetur ſonus; ſecundò, qua diuerſitate fiat; tertiò propoſitionem vnã declarat exemplo; primam Auer. exponens, non ab alijs diſcordans; Echo fit ex aere, qui vnus, & incluſus percuſſus uſque ad parietem vaſis concaui feriens, neque potens exire ab illo reiectus, ſimiliter primo ſono, ſonum reddit; & ſic auditur ſonus iteratus, quaſi primo reſpondens. Addit, vt euidentius fiat, Ariſt. exemplum de ſphæra, quæ proiecta in parietem, ſonum ſimilem primo ſono reſtituit. & addit Auer. quòd ſonus iſte reflexus non auditur, niſi facto primo ſono. & ponit fundamentum; quia inter duos quoſcunq; motus, oppoſitos, ſcilicet, mediat quies. declarat ſubinde Auer. verbum illud poſitum in tex. Ab aere vno. dicens non velle illam vnitatem de aere Philoſophus, quam de pila; ſiquidem eadem numero pila it, atque redit mota; aer verò ea ratione vnus dici debet; quia totus, & continuus in illa concauitate includitur. verũ cum in tali aere contigerit fortis motus; id eueniet, quod à iactu lapidis in aquam euenire ſolet, quòd ille motus non perficitur propter terminans; ſed rurſus à lateribus vaſis pellitur, & contingit paſsio primæ ſimilis. & in hoc duntaxat verificatur exemplum de pila; cum vtrumque retrocedat, tametſi ordine diuerſo. Philoponus refert in hoc, Alex. ſententiam; quam notauit Auer. 78. ꝙ motus aer ille à ſolidis ſuis corporibus non eſt idem, qui pellatur ad parietem; ac rurſus ad nos redeat; ſed inſtar lapidis eſt in aquam proiecti; ita vt primus aer percuſſus ſecundũ percutiat; & eodem, quo fuit ipſe, ſono figuret, & ille alium vſq; ad concauum lateris; qui vltimò eiectus ad principium redit ſimili modo. Simplicius in prima parte laudat Alex. ꝙ ſcilicet non ſit eadem aeris particula, quę vadat, redeatq;. at dubitat poſtea, cum mouens debeat ſimul eſſe cum moto, nunquid primus ille percuſſus aer, ſecũdũ in ordine percutiat, ut à primis percutientibus ſolidis ipſe fuit, nec ne? ꝙ ſi dicatur, ſequitur aerem illum diuiduum eſſe, & nõ unum, quia percutiens debet à percuſſo diſtingui: uel dicendum magis partes omnes aeris ab eodem eiectas eſſe percutiente uſq; ad concauũ. Soluit Simplic. neq;, vt opinor, diuerſus ab Alex. in ſententia; quòd non ſimile eſt de ſono, ut de colore; qui, ut primum à lumine ponitur in actu diaphanum, repentè color pręſens uiſum mouet, cum ſola præſentia ſonatiuorum in aeris [illegible], ſonum non faciat; uerùm percutiẽs facit; cũ ſcilicet paſſus fuerit aer; percuſsio etenim paſsio eſt; at ſonus non paſsio, ſed actus percuſſorum in natura aeris media deferente; eò fit, ut paſsio omnino præcedat: quare quouſque inundauerit ſonus; eouſque aerem pati neceſſe eſt: manentem tamen unum, atque indiuiſum, non tamen uniuerſum ipſum ſimul pati dicendum eſt: at ſecundùm partem illam percutientibus proximam, in cæteris uerò compatientem, magis dicendum eſt: quare maior in anterioribus illis partibus redditur ſonus & circuli minores; minor uerò in remotioribus, ut & circuli maiores fiunt; ut notauit etiam S. Thomas. ſic concludens determinat Simplicius, ꝙ ſecũdę aeris particulæ à primis non percutiũtur, ſed patiuntur ſimul; atq; ſimul informantur: quare, vt percuſsionem illam primam uiuidam in ſucceſsione cõſeruant; pariter & ſonũ actu ſingulis præſentem fouent; non tamen à primo iſto percutiente redditur ſonus ille, qui dicitur Echo, quamuis percuſsio fiat: ſed, ut facta illa, quouſque in ea manſerit, uigor conſeruetur, utitur, ut cooperante ad refractionem, concauo illo laui, & duro, à leui ſeruatur indiuiſus aer: quare intelligendũ eſt Ariſt. dictum, Simplicio referente. Iterum aer repellitur, ſicut ſphæra. Non tanquam aerem ſecundùm lationem motum, ſed tanquam actu ſonatiuum, ſecundùm eundem ſonum. Videtur ſemper fieri Echo, Auer. notat, ꝙ expulſus aer à percutiẽte, in circuitus expellitur diuerſos; ſignum eſt, ꝙ ab omni parte æquè auditur; ac repercutitur ſonus ille factus ſemper, non ſemper tamen notabili repercuſsione; quare debilis uix percipitur; cũ uerò fortis extiterit, ait Auer. faciet paſsionẽ in aere permanentem aliam numero à prima; ſimilem tamen ei in qualitate: tunc uerè fit Echo; at debilis, cum aer ipſe reſiſtat. Cõfirmat hoc Them. quia, ſi ſemper Echo non fieret, non audiret ſe ipſum quiſq; loquentem, quod tamen manifeſtè falſum exiſtit. Sicut in lumine. In hac tertia parte per exemplum de lumine id ipſum cõfirmat. Auer. duo facit: primò exponit litteram: ſecũdò declarat quædam ad perſpectiuã attinentia. Circa primũ notat, ꝙ duæ ſunt lucis reflexiones: altera fortis; debilis reliqua: fortis eſt, quæ terſis obuiam facta corporibus reflectitur, & lucem producit: at debilis, & ſi reflectatur & ipſa, non lumen, ſed umbram, quaſi inſenſile producit lumen; non tamen tenebram: ſignũ, quia in ea exiſtentes, & uidentur, & uident. & aſſimilatur hæc reflexioni, qua uocem ſuam percipit homo. probat deinde Auer. ſemper fieri reflexionem: quia ſi non, ſequeretur, ꝙ loca illa, ad quæ non attingũt ſolares radij, eſſent tenebroſa: quia ſecundùm poſitũ, lumen duntaxat per directum tenderet. ſimilem habuit ſententiam Simplicius, pariter & de ſono; nã ſi ſonus, ſiue motus aeris rectam ſeruaret à percutiente viam; non audiretur, niſi ab his, qui in ea directa reperirentur diametro: at ſonus circũquaq; auditur; ideò ſcimus, quod contingit luci de figura ſphærica; ſimile eſt ei, quod contingit motui percuſsionis in aere. poſtremò notat Auer. duas ſphæras, uerbi gratia. Si corpus luminoſum ſurſum attollatur, faciet æquè lucidam ſphæram in radiis primarijs:

rijs:

rijs:at, ſi fuerit corpus aliquod luminoſum, quod in directum tantùm luceat, ob talem ſitus diſpoſitionem, tunc faciet ſphæram vnam; cuius media in directum illuminata erit per primos; reliqua verò per ſecundos reflexos adumbrata. Confirmat tales reflexiones Philop. nam in tenui illa, in qua vmbra eſt, exiſtentia corpora, vmbram non faciunt: at, ſi quiſpiam lumine ſe oppoſuerit, & terga dederit vmbræ priori; protinus & ipſe in vmbra vmbram conſtituet; quod euidens argumentum eſt de reflexione; quare, vt Philoſophus ait, in lumine, à quocunque corpore fit reflexio; verùm nõ à quocunque eadem, aut ſimilis; uerũ ualida ab expolitis, æreiſq;, tenuis verò à nõ talibus.

Dubitatur propter ea, quę dicta ſunt, utrum ſecũdus ſonus ſit re diſtĩctus à primo ſono? Huius autem dubij fundamentum eſt; quia inter duos illos motus quies mediat; & quia ſonus, vt dictum eſt, eſt aeris ſucceſsiua qualitas, dubium propriè de ſono non eſt; quia inter omnes conuenit, ꝙ re differat à ſecundo; quandoquidem non maneat primus. Sed dubium de aere eſt, nunquid pars illa, quæ obſtaculum offendit; eadem ſit; aut re differat magis ab illa, quæ ab eodem prima remeat. In hac materia Albertus tenet eundem eſſę præciſè numero aerem. videtur & huic aſtipulari dictum Themiſtij. Tunc enim ipſe vnus fit ſimul, & continuus; repercutiturque, vt unus, & ſimul: & fundamenta pro hac etiam opinione; quia non erit ratione dictum, ꝙ offendiculum illud inanimatum, articulatum ſonũ, & ſignificantem reddat: confirmatur quinetiam Philoſophi auctoritate. 8. phyſi. 32. in fine; Quando ſphæra in parietem miſſa ab eodem retrocedit; paries per ſe cauſa non eſt illius reditus, ſed primum impellens; ipſe verò per accidens cauſa manet: cum itaque à mouente aerem fuerit in aere ſonus genitus, ab eodemque per ſe repercuſſus aer; idem numero, qui priùs, remanebit. Oppoſitum huius videtur Auer. ſuſtinere in hoc com. 80. dicens non ſimile eſſe de aere, & de ſphæra; cum ſphæra eadem maneat repercuſſa; aer verò minime. hanc eandem approbauit Philoponus recenſens illam ex ſententia Alex. Pro hoc notandũ, ꝙ aer duobus modis conſiderari poteſt; altero pro eo vniuerſo, qui interclùſus eſt in concauis manifeſtam edentibus Echo; altero modo, vt in eo vno, & continuè vis illa percutientis defertur quæ, cum in ſubiecto quanto recepta ſit & res; in inſtanti fieri non ualet: incedit itaque ſecundùm ſucceſsionem in gyrum, inſtar aquæ motæ à lapillo circulo inundantis. primo modo dubium nõ eſt, quin aer unus: at ſecundo modo, etiam, vt optimè declarauit Simplicius, ſecundùm ſe totum indiuiſus manet; circuli tamen illi notare videntur aeris particulas; ac ſi inter ſe eſſent diſtinctæ. dicendum itaque, vt portio illa aquę vltima, ſeu circulus ripam feriens, eadem eſt, quę reflectitur; non tamen eadem, quæ primò à proiecto lapillo percuſſa fuit; per ſe à ripa mouetur, vt de ſphæra dictum eſt; quia corporeum mouens in mouendo mouetur. æquè dicendum de aere eſt, quòd portio illa extrema offendens concauum; eadem eſt, & quę retro cedit. & ſic rectè dixerunt Albertus, & qui cum illo: at non idem cum primo ab animali moto: ꝙ benè etiam ſubſtinuit Auer. Alex. & Philoponus. verum quinetiam eſt, quòd non eſt ſonus idem cum primo ſono. At dubiũ, vtrum ſit eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsimæ? Dixerunt aliqui, quòd non; quia primus ſonus poteſt eſſe vocalis, cum fiat ab animali: at ſecundus minimè, cum fiat ab obſtaculo. Io. Gand. tenet eiuſdem eſſe ſpeciei ſpecialiſsimę. & ad dubium reſpondet, quòd non oportet, quòd ſonus uox, & ſonus non vox diſtinguantur ſpecie; quia ſunt uocis differentiæ per accidens. Dicendum tamen puto, ꝙ eiuſdem ſint ſpeciei; &, quòd Echo uocis ſit uox; &, ꝙ ſonus ille eſt factus ab ore animalis, ſicuti radius reflexus ab eadem cauſa, à qua & rectus; aer uerò eſt cauſa huius, ſine qua non. At ſunt duo dubia in hoc; alterum, quomodo ſonus reflexus maneat eiſdem ſyllabis ſignificatiuus; alterum, quare extremæ audiuntur, ut frequenter ſyllabę. primum habet fundamentum dubitationis, cum inter duos quoslibet motus oppoſitos quies mediet. 8. phyſic. 62. 63. 64. 65. 66. primus motus ceſſabit exiſtente aere in concauo; quia oppoſitum, quies ſcilicet, actu eſt; ergo ceſſabit & ſonus; quia ſonus non fit, niſi cum motu; ideo ſonus rediens omnibus modis erit nouus; quare non uocalis; cum animal non uocet illa hora. Ad primum horum dicendum cum Philopono, ꝙ primus aer eiectus primã ſecum tenet ſyllabã; & ſecundã ſecundus, & ſic deinceps: quare, ſi in reflexione eundem ordinem tenerent circuli, eandẽ referrent dictionem. Ad argumentum dicò, concedendo fundamentum, quòd ceſſet ille motus primus; non tamen ob defectum uirtutis, & impetus in aere impreſsi; quia non fieret reflexio; ſed propter corpus obſtans: quare remanet in extrema illa aeris particula uis illa: ea ratione fit, cum ultra in directum extendi non ualeat circulus, illemet retrocedit, in ſecundo motu ſonum eiuſdem ſpeciei detinens; cum uis illa maneat adhuc primi mouentis. Ad ſecundum dicendum extremas duntaxat audiri; quia proximus extremo aeris circulus extremum latera ferientẽ premit, & occupat ita, ut ſyllabæ primæ in eo impreſſæ euaneſcunt; quare poſteriores audiuntur. Dubitatur adhuc, nũquid Echo cauſari poſsit à ſono intentionali, uti fit à reali? Multi tenent fieri poſſe, his freti fundamentis: primùm idem contingere poſſe in ſpecie auditus, quod in ſpecie uiſus, opinati ſunt: at in uiſu manifeſtam uident reflexionem fieri: & confirmant caſu; ut, ſi quis poſt terga ſpeculum ante oculos meos inſpiciat, nonne ſuam tunc reflexam imaginem uidebo? idem itaque & de ſono contingere poſſe dubitandum non eſt. Opinio tamen iſta mihi ſuſpecta ſatis redditur, admiſſo in com. Auer. fundamento, ꝙ tunc Echo fieri dicatur, cum, poſt primum ſonum ſecundus audiatur; qui ſecundus Echo appellatur; ſiquidem inter duos illos motus mediet quies; quare, ſi ſpecies intentionalis Echo eſſet,

primum ſonum præ ſe ferret. & ſic fundamentum penitus deſtrueretur. Io.Grammaticus ſuper dubio moto aſsignat inter vtriuſq; ſpeciei reflexionem, differentiam: ſonus tametſi reflectatur; non tamen ipſe ſecundum ſe ipſum, ſed eum proprio ſubiecto, aere ſcilicet, cum ſit actus quidam aeris, & perfectio communis illius qualitatis, quę διηχὲς, dicitur: at viſibilium actus ipſi ſecundùm ſeipſos reflectūtur ſine vllo ſubiecto; quare idem reflectitur in viſibilibus: at non præcisè idem in ſonis; ideò qui Echo dicitur, ſonus ille eſt, qui poſt primùm factum reflectitur, realis ſcilicet: at ſpiritalis facit, ꝙ ſonus bifariam audiatur: primò auditur, dū recta incedit: ſecūdò, & per ſpeciem intentionalem reflexam; nūquam tamen Echo dicetur. Vnde ad motiuum illorū dicendum eſt, ꝙ conſequentia eſt falſa. Fit reflexio; ergo fit Echo; quia non eſt diuerſus à primo; cū ſpecies illa eundem ſonū recta deferat ad aurem, vt patet audientibus; qui circumſtantes ſentiunt; eiuſdem & ſit ſpecies reflexa obijciens. Ex his confirmauit Philoponus differentiam inter obiectum viſibile, & ſonum; ſi quidem proprium uiſus eſt capere, quod in directo opponitur, ſecundo de partibus animalium: at ſonus circum auditur: quare modo quodam contingit uiſibili reflecti: quia poſt terga erat obiectum, ꝙ niſi reflexione uideri nō poterat; non ſic de ſono, vt dictum eſt.

T.c.81. Vacuum autem rectè dicitur. Continuantes Latini dicunt intentionem Philoſophi eſſe agere de ſono, vt medium immutat, atque organum. Philoponus ad Ariſt. magis; Cum Ariſt. dixerit aerem non modò cauſam eſſe ſoni, & audire; ſed concauſam, materialem ſcilicet, propter eā, de quibus egit, tex. 78. ſonum percuſsionem alicuius, ad aliquid, & in aliquo, medio ſcilicet determinauitque medium illud aerem eſſe. cum adhuc debeat de tali agere medio, vult in confirmationem huius, illorum ſententiam, qui ante ipſum philoſophati ſunt, adducere. & ſic aliquo modo ſtabit etiam Latinorum introductio. Duo itaque facit in textu: primò laudat, & damnat antiquos: ſecundò ſequitur propoſitum de medio: primum exponens Auer. qui eiuſdem videtur intentionis cum Philopono, quo ad introductionem tex. ꝙ antiqui ponentes vacuum, in quo ſonus fieri debeat, rectè dixerunt; quandoquidem aerem vacuum eſſe ponebant. Albertus non vult hic vacuum verè, ſed aerem quendam ſubtilem inſenſibilē; qua ratione vacuum eſſe dicebant. At ſententia Alberti ſtare nequit; quia ſententia antiquorum non fuiſſet ab ea, quæ Ariſt. eſt, diuerſa; ideò meliùs cū cęteris Gręcis, & Latinis, ꝙ duntaxat laudauerit, quò ad hoc; innuat deinde erroneam illorum opinionem dicens. Videtur autem eſſe vacuum aer. ſic enim eſt faciens audire. In hac ſecunda declarat, quomodo aer, vt medium ſit faciens audire, dicens eum continuum, & vnū: hæc enim duo, vt notat S. Thomas, neceſſaria ſunt, vt formetur ſonus; quia ſic efficitur motus vnus; quippe quæ, ut fiant, neceſſe eſt, ut id, quod percutitur, ſit lęue, expolitumque, ut una pars alteri non emineat; ſic ab omni parte æquè excutitur aer; planum illud unum eſt. At uidetur dubium hoc in naturalibus; quandoquidē neque perfectè planum, neque perfectè ſphæricū concedatur. Dicendum, quòd tametſi ſolum hæc mathematicè dicantur; nihil minus in natura dat aliqua planities ſatis expolita. & talis ſatis eſt.

Sonatiuum quidem igitur. Intentio principalis ſecundùm Auer. & Latinos omnes, eſt agere de inſtrumento audiens, cum in retro habitis dixerit, & de obiecto, & de medio. Tria facit in textu: primò declarat, quid propriè ſonatiuum ſit: ſecundò, quomodo deferatur ſonus ad auditum, & audiatur: tertiò ponit ad hoc rationem: in prima declarat ſonatiuum non ſimpliciter; ſed, ut habet ad auditum reſpectum. dicit itaque id eſſe ſonatiuum, quod aerem mouet continuum, uſq; ad auditum. Declarat Auer. ly, unū, nō quòd una pars aeris ab aliis diſtincta ad auditum moueatur; quia fiunt diuerſi circuli, ut retro dictum eſt: ſed ly, unum, intellexit in ordine ad motum, ꝙ ſcilicet unus fiat motus in aere illo continuo; & ſic erit unus etiam aer, uniuerſus ſcilicet. quod approbauit Simplicius eum dicens unum, non ut indiuiduū, neq; ut ratione unum, ſed unum continuum. Auditus. in hac ſecunda intēdit docere, quomodo audiatur: & primò ponit unam propoſitionem, ꝙ auditus ſit aeri connaturalis: Philoponus declarat, ꝙ ſit, à ſigno: nam, ſiquis digitū in aurem miſerit, obturatur meatus ipſe, cum ſe recipiat in anguſtum: compreſſus aer mouetur circa tunicas auris interiores ſiccas, & ſonum quēdam facit, qui ſalutem aurium nuntiat. propter quid etiam à natura conceſſus ſit aer talis, manifeſtat Philoponus. ne extrinſecus aer myringam immediatè tangens non purus deſtrueret; quare connaturalis ille prius ab extrinſeco recipit; mox receptum reddit. Propter id autem, &cę. Manifeſtat modò, qua deferatur ad ſenſorium; quia aer in aure ab aere exteriori mouetur. Dicit Auer. quia extrinſecus aer intrinſeco continuus eſt. Eandem hanc ſententiam poſuit Them. notās aerem aeri non contiguū, ſed cōtinuum. Simplicius ſuſtinere uidetur, qđ aer ille cōgenitus ſit ipſi ſenſorio, dicens; Cōnatus eſt intus aer, & in hoc uirtus auditiua; quæ partim eſt figuratiua connaturalis uinctis organi; partim tali utens organo. Quę opinio ſuſpecta ſatis; ſiquidem anima non actus aeris dici debet, ſed magis organici corporis. Philop. Themiſt. & Latini, & Auicennas, tenent diuerſum ab aere iſto interclūſo eſſe ſenſorium auditus; aerem uerò illum connaturalem loco medij, magis tamen puri; in quo communis illa natura, διηχὲς, reperitur. exponens autē magis tale organum Philoponus, dicit tale eſſe auditiuum ſpiritū in ipſa myringa locatū; declarās magis, notat à cerebro deriuari ad extremas aures neruos, quæ extremitates myringæ dicuntur. neruus ille cauus eſt: in qua cauitate auditiuus reperitur ſpiritus. Them. quin etiā dixit connaturalē illum aerem myringæ, & ſpiritui in ea exiſtēti. Alb. Tympanum auris voco neruū audiētē;

qui T.e.82.

q'ui intra aurem expanditur; & mouetur ab aere extrinſecus moto. ſuit itaq; auris extra lata, vt ſonum capiat meliùs; tortuoſa intus, vt aer ille in illis anfractibus detentus non ualeat liberè exire. & Auic. 6. naturalium cap. de auditu; Cum autem commotio aeris peruenit ad neruum expanſum intus in aure receptibilem ſoni, ante quem eſt cõcauitas, in qua eſt aer quietus; mouetur motu eius, qui peruenit ad ipſum. At dicendũ pro ſolute Simplicij, ꝙ aer duplex eſt in aure, vterque neceſſarius pro auditu; alter, qui poteſt dici organum audiendi, & ille eſt, qui in myringa clauditur; & dicitur complantatus; quia pellicula quadam circũ agitur, vt cerebrum, & non aer propriè, ſed aereum corpus dicitur: reliquus naturalis, qui in anfractibus continetur. Simplicius voluit primũ, quem ſpiritum fortè dixerunt alij. Intereſt verò inter vtrunq; aerem; ꝙ qui in anfractibus non manet idem, ſed ſecundum partem acquiritur, & deperditur, vt Io. Gram. at non ſecundum totum; quia auditus deſtrueret; qui verò intrinſecus eſt, manet. In tertia parte. Propter quod quidem. Ponit per modũ corollarij ſolutionem tacitæ interrogationi; non enim vbique audit animal; verum eſt propter ea, quę dicta ſunt; quia non in quacũque parte aer ille reperitur; ſicuti neq; pupilla; quare non in quacunq; parte videt animal. per humidũ expoluit Auer. glacialem humorem, ex quo loco notauit Zimara de mente Auer. viſionẽ fieri in humore glaciali: & malè, meo quidem iudicio; quia Auer. nõ dicit in eo fieri; ſed per mẽbrũ, in quo eſt talis humor: exponens Philoponus pupillam, non voluit tunicæ foramen intelligi: quia interiores hoc ſunt humores; ſed voluit porum nerui viſiui, per quem uiſiuus egreditur ſpiritus, ſine quo neruo ſenſatio non fit. Gal. 7. de decretis Plat. cryſtallinus verò eſt huic immediatus humor, per quem deferuntur ſpecies; quare eſt, quo uidemus. ſic exponere poſſumus Philoſophi dictũ primo de hiſtoria animaliu m cap. 9. ꝙ pupilla eſt humor interius, quo uidemus, ut communi illo uocabulo, utrumq; ſit complexus.

Gal. 3. pronoſt. 15. Dolor aurium, quoties ī profundo ex auditorio meatu dolores iſ ſui affligat, cum uero ex longo interuallo auditorius meatus cerebro copulatus ſit; itaque multi ī terimunt ob dolores aurium vehementes in conſenſum perducto cerebro: quidam delirant.

T. c. 83. Per ſe quidem igitur. Auer. ponens intentionem ait: Cũ Philoſophus declarauerit in aere fieri ſonũ; &c. ꝙ copulatur ſenſorio; &c. ꝙ eſt medium & uiſui, & auditui commune; incepit declarare modũ, ſecundùm quem aer ſonũ recipit. Intentio talis non eſt clara ſatis; quandoquidem dictum retro ſit in aere ſonum fieri. S. Thom. de Latinis; intentio eſt oſtendere, qualis ſit aer, qui appropriatur inſtrumẽto auditus. hanc eandem expoſuerunt Græci. & in primis agit de aere extra, ut per illum declaret & magis aerem iſtum connaturalem: tria facit in textu. in prima agit de aere exteriori; in ſecunda de interiori; in tertia ponit corollarium: primam Auer. exponens inquit; Exterior aer non habet ſonum; quare ſonos recipit alios; quia facilè ſolubilis: ꝙ ſi à duris corporibus frangatur; & eius præueniatur diſſolutio; ſonat. & eſt communis aliorum expoſitio. At cauſa, propter quam hoc dixerit Philoſophus, nõ eſt ab omnibus recepta. Poſſet mehercule quiſpiam dicere; Nonne idem hoc determinauit Philoſophus tex. 79? Ea ratione notandum, ut ex uerbis Philoponi elicitur, & doctè ſatis; nam ſicuti extrinſecus aer dicitur ſine ſono, quia de facili ſolubilis; ſic & intrinſecus quia immobilis. addit uerò, ꝙ motus ui extrinſecus ſonum facit: ea ratione factus eſt aer intrinſecus immobilis; quare ſine ſono, ut ſonorum differentias, exactiſsimè iudicare ualeat, ut inter omnes conuenit exponentes; Si quempiam haberet ſonũ, ut Philoponus, non omnium ſoni differentiarum receptiuus eſſet. in hac itaq; ſecunda particula Auer. notat aerem illũ cõnaturalem (quia ſic receptiuus) eſſe ualde quietũ, & excedens aerem extrinſecum in quiete. cũ Auer. ſunt omnes & Latini, & Græci, ꝙ talis ſcilicet aer ſit immobilis. Notandum tamen ex ſententia Themiſt. ꝙ nõ omnifariam immobilem aerem illum opinari debemus, ſed immobilem ſic; quia idem ſemper manet connatus myringæ, & auditui. & loquitur de clauſo in myringa. in particulis eius, ait Themiſtius quendam habet motum quietũ, & ſine perturbatione: unde ſonat auris ſemper à tali motu; ſonus uerò nõ in hoc, ſed in alieno motu fit. Propter hoc autem. In hac tertia ponit corollariũ. Auer. declarat; deinde ponit documentũ; quod per ſe patet. dicit in expoſitione, ꝙ per hoc; ꝙ interclusum illũ habemus aerem, etiam audimus in aqua; dummodo non ingrediatur aerem aqua, & ipſum corrumpat S. Thomas expoſuit magis: ſi quidem & aer poteſt corrũpi, & myringa laborare; atque his de cauſis auditus deſtrui, ſicuti in oculo, & in humore, & in pellicula contingit occaſionem ſieri: auditur itaque ſonus in aqua; quia ſpecies delata per aquam, ut per medium, cum ad aerem uenit, qui in aure eſt, excipitur ab illo, & defertur ad tympanum auris, & fit auditus. Ex hoc apparet, ut notauit Albertus, non aquam, ſed aerem eſſe proprium ſoni ſubiectum. At dictum hoc, eſt ſuſpectũ; quia nõ excipitur ab aere illo, ut à ſubiecto; ſed, ut à medio. notauit hoc Philoponus pro ſigno euidẽtiſsimo, ꝙ habemus interclusũ aerẽ; quia in aqua cũ ſimus, non admittitur aquę auris ingreſſus, niſi magna cũ ui, cũ continuè ab intrinſeco illo aere foras eijciatur. Notauit Them. elementorũ diuerſitates in hac ſenſatione; quandoquidẽ aer aerẽ non contangat, vt aqua aerẽ; ſed aeri continuus redditur: quapropter, ſi aqua ingrediatur, aerem, & auditum deſtruit: ꝙ & ſi aer valde percutiatur, & tumultuans, ſic aurem ingrederetur, auditũ deſtrueret: ea ratione natura ſagax auditui præparauit aurium tortuoſos illos labyrinthos, ut non facilis extrinſecis lædentibus pateat aditus: itaque rectiſsimè notauit Simplicius, opus eſſe ſenſiterium pati, ſed proportionatam eſſe paſsionem, ut iudicatiua imperet virtus; & non confundatur à ſtrepitu. idem de viſu iudicium. ait Simplicius; Si cornea lædatur, tegens organum viſionis humidum; media inter intrinſecum, atque extrinſecum diaphanum; viſionem prohibet.

Sed & ſignum eſt audiẽdi. Continuat Auer. T. c. 84.

Cum

Cum declarauit aerem iſtum incluſum in audiẽdo neceſſatium; modò per ſignum, aerem talem, vt diſtinctum ab extrinſeco, maniſeſtat. Egidius cũ Auer. idem. Philoponus, quia retro dictum eſt; ꝙ, ſi patiatur aer ille, vel myringa, non ſit auditus, vel debilis: vt, ſi fortè ſorde repleatur auris; tunc, qui extrinſecus in aere fit ſonus, non poteſt ad intrinſecum deferri; cum in terra dijchis non reperiatur; intendit modò declarare, quando ſana auris fuerit, & quando non, vt bene audire valeat. muniuit eam natura multis anfractibus; ne auditiua virtus lęderetur à fortiſsimis ſonis, & ab extrinſeco aere condenſante, vel infrigidante nimis; ut hic Simplicius, & Auer. 2. colliget cap. 16. hanc eandem intentionem S. Thom. & cæteri voluiſſe uidentur. Tex. duas habet partes: in prima declarat aerem illum à ſigno: in ſecunda ponit corolla. Notãdũ pro prima, ꝙ triplex intelligitur aer; extrinſecus ſcilicet; medius, qui in anfractibus repetitur; tertius, qui tegitur in myringa: intẽtio eſt de medio. primã exponens, dicit Auer. ꝙ ſignum ſanitatis in auditu eſt; ꝙ ſemper in auribus auditus percipiatur, ideſt, tinnitus: hoc autẽ palàm fit, vt Philoponus, cum aliquis digito in aurem miſſo, aerẽ illum iuxta auris parietes cõpreſſerit, quendam bombum percipiet in aure: ſic enim compreſſus iſte aer ad ſenſum ipſum bombum illum deferet. Sicut cornu. Hoc Auer. exponens, & cum eo S. Thom. Albertus de Latinis, de Græcis Themiſtius; vt cum quiſpiam cornu in aurem intromiſerit, percipiet ſonum propter interclusum in cornu aerẽ, & cornu duritiẽ. Albertus videtur magis rem iſtam declarare; ſiquidem hoc factum eſſe dicat; quia calor auris illum moueat. videtur tamen durus ſermo iſte; quia calor moueret ipſum, vel alteratione, & ſic non ſentiretur tinnitus; vel attractione, & ſic non fieret tinnitus in cornu, ſed potiùs in aure. moderni, Hiſpanus dicit intelligendum eſſe, ꝙ orificiũ cornu ſit ſecundùm aliquam partem obturatum; & ſic intromittatur. Quidquid tamen ſit, dicerẽ, & clariùs, cum Simplicio, quòd Ariſto. intellexit tibiam, ſiue cornu muſicum; cuius interclusus aer, cum ab alio extrinſeco propellatur in cornu manens, atque eius latera percutiens dura, ſonũ edit. quod videtur & Philoponus voluiſſe: qui dubitat etiam, quare Ariſtot. dixerit aerem hunc mobilem; cum retro immobilem eſſe dixerit. cui occurrit duplici reſponſione: prima, ꝙ ea ratione dictũ eſt retro aerem ipſum immobilem; quia idem ſemper, & vnus manet in auribus; neque locum mutat; mouetur tamen, cum in eodem loco ſit, motu, quo athomalia in lumine ſolis: ſecunda, Dignum eſt aerem illum dici moueri, non tamen loco, ſed motu uitali, de latione ſcilicet, ſonorum ad ſenſum. & hæc, ut ait Philoponus, eſt motus ipſius proprius, non deferre ſimpliciter hoc etiam; & qui extinſecus aer habet, ſed deferre ad ſenſum ipſum. Addit Auer. Motus talis proprius eſt: at, qui exterioris, aeris, extraneus; quare non impeditur in receptione ſoni. Et propter hoc. Auer. & cum eo Latini, & Græci; Et ideo dixerunt antiqui, ꝙ auditus fit per vacuum: quia opinabantur aerem eſſe vacuum: & nos non audimus, niſi per membrum, in quo eſt aer diſtinctus ab exteriori. declarat adhuc magis Philoponus; Aer iſte terminatus eſt, atque idem ſemper; & defert ſonos ipſe, non ſonans; ſed ſecundùm illam communem naturam operans.

T. c. 85. Vtrum autem ſonet. Auer. ponit intentionẽ claram, & cum eo Latini, & Græci: & eſt, dubitare, cui potiùs attribuendus ſit ſonus: nam, cum retro dictum eſt ſonum fieri, & à percutiente, & à percuſſo; dubitatur, & iure, à quo iſtorũ fiat. Tex. tres habet partes: in prima dubitat; & ſoluit: in ſecunda ponit cauſam: in tertia obiter declarat, qualia eſſe debeant ſonum elidentia. in prima dubiũ propoſitum ſoluit; quòd, ſcilicet, vtrunque concurrit, & percutiens, & percuſſum; tametſi diuerſa ratione. Notat Philoponus ly, Aut vtrumque, tenere pro altero membro diuidente perfecto: & pro deciſione dubij propoſiti, ratione diuerſa cõcurrunt; cum alterum effectiuè; paſsiuè reliquũ concurrat; percuſſum, vt manens; & non ſinens aerem diuidi. Auer. dixit percuſſum, ut ſubiectum. Contra quod dictum inſtant moderni, Hiſpanus; Materia eſt, quę, vt ſubiectum concurrit, modò talis eſt aer medius. S. Thom. dicit, quòd percuſſum, & percutiens effectiuè concurrunt. Contra; quia tunc percuſſum moueretur. Dicendum pro Auer. quòd uoluit illud appellare ſubiectum ratione, qua patitur; non, quia ſonum recipiat; ſonus nanque, ut eſt ſententia Themiſtij, eſt paſsio aeris. Pro S. Thoma; Non, quia percuſſum voluiſſet efficere; at, quia vtriuſque actum vnum effectũ reſpexit. Eſt enim ſonus. In hac ſecunda ponit rationem; nam, cum ſit ſonus aeris eiecti percuſſio; à ſe ipſo aere ſolo fieri haudquaquam poſsibile eſt: opus eſt enim lęue aliquod eſſe, à quo diſſiliat: at, niſi & aliquod, læue illud, percutiens, nõ fiet ſonus. dixit, poſsibilis moueri, vt rectè Philoponus: quoniam ſonus, actus eſt eius, quod loco, ſcilicet, moueri poteſt: ſonus ſiquidem motus loco non eſt, vt Simplicius, & Philoponus, ſed ſucceſsio quędam velox illius actus. exemplo manifeſtauit Philoſophus; vt ſaltantia à lęuibus cum quis truſerit. Themiſtius damnat hoc exemplum veluti non omniquaque ſimile; cum eadem ſphæra eſſe poſsit, quæ ui è manibus ad parietem vſque proijciatur: at non eadem erit aeris particula, quæ ad auditum uſque dimoueatur: uidebatur ſimile magis inundationibus proiectorum in aquam. Philoponus ſaluat hoc eſſe dictũ, ut oſtenderet ſimilitudinem duntaxat in impetu, vt ui eijcitur ſphæra; pariter & aer à percutiente, & à percuſſo. Fortè occaſione huius dubitauit Albertus de Latinis, ſonum non eſſe ſenſibile naturale; cum ui à percuſſoribus excitetur. ſoluit, & peripateticè; quòd, tametſi cum aliqua ui aer ille elidatur, & ſonus; recipitur tamen in elementis; cum elementa de ſui natura ſint talia, ut peregrina de facili recipiant, 8. phyſic. 82. 1. cę. 85. 4. cę. 39. non diu tamen ea facta durant, cum egeant ui impellentis conſeruatrice: ut de

igne conſtat; qui excutitur ex ſilice. Non igitur ſicut. In tertia hac parte declarat, qualia eſſe debent, à quibus elidatur ſonus. Quam partem optimè introducens Philoponus, ait; Cum dixerit ſonum fieri à percutiente, & à percuſſo; ne fortè quiſpiam opinaretur talia cuiuſcunque generis eſſe poſſe; declarat opus eſſe habere commenſuratam magnitudinem, & figuram talem; nam, ſi paruæ admodum fuerint magnitudines; ut acus ſunt, minimam partem aeris inuicem capiūt; quare neque ſenſibilem ſonum reddunt. Notauit ſubinde Philoponus rectè fuiſſe dictum, percuſſum latum: non autem ſic omnino exigit neceſsitas in percutiente; nam, & ſi cylĩndri figuram obtinuerit percutiens, reddet nihilominus ſonum, cū ab omni eius parte aerem moueat indiuiſum: excipitur deinde vniuerſum à lata corporis percuſſi ſuperficie. Auer. tres aſsignauit conditiones, talibus ſcilicet, vt læuia ſint, dura, & lata.

T. c. 86. Differentiæ autē ſonantiū. Intentio, vt Auer. & Latini, eſt determinare de differentiis ſoni: cauſam verò intētionis Simplicius doctiſsimè innuit, interponēs Platonis auctoritatem. ſiquidē Plato dicebat ab actu & potētias, & eſſentias cognoſci. ꝙ Ariſt. dixit in hoc ſecundo, & 2. cę. 22. quare, ſicuti ſonatiunm ex ſono; ſic &, quod tale erit ſonatiuum, ex tali ſono dignoſcetur, Tex. duas habet partes, ut bene notauit etiam S. Thom. in prima, quomodo tales fiant ſoni. in ſecunda, quibus nominibus appellentur. ſecunda ſub ſe quatuor continet declaranda; primum, à quo talia nomina capiantur; ſecundum, rationes illorum nominum exponit; tertium, reſpondet tacito dubio; quartum, oſtendit talia dicta eſſe, ſecundùm metaphoram. In prima declarat Auerroes, & ab aliis non diuerſus; cum acutum, & graue ſint ſoni differentiæ; quòd tales non bene cognoſcuntur, niſi ſonus fuerit ſonus actu. & à ſimili probat Philoſophus de coloribus: nam, quemadmodum colores actu ſine lumine non videntur; ſic neque in ſono acutum, & graue. Notat autē Simplicius ly, acutū, & graue, nō ea rōne dicta, vt ſonos manifeſtēt; ſed, ut ſonantia ipſa, ſecūdùm acutum, & graue: & hoc, vt ſeruet continuationem cum prædictis.

Differentiæ ſonantium. Non enim ſi potentia eſſent ſoni, & cognoſci poſſent; immanifeſta vtique eſſet ipſorum differentia; vt in alijs ſenſibus dici contingit: niſi actu ſenſata fiant; non ſentiuntur. Manifeſtat magis Philoſophus: non enim diuerſos colores capimus, cum potentia diaphanus ſit aer; ſed, quando actu; vt, cum illuminatus eſt: ſic neque, cum potentia fuerit ἀπαῖ, ſonorum differentias capimus; ſed, cum actu fiat talis; cum, ſcilicet, iam ſonum acceperit. differentiam tamen notat Philoponus inter ſonos, & colores; quoniam colores diuerſi ſunt à diaphano: &, cum diuerſi ſint, ipſum mouent: diaphanum ſolum colorum actus ducit; ſoni uerò nō actu ſunt ab ἀπαῖ diuerſi; ſed in natura illa conſiſtunt. Simplicius & ipſe notat ſimilitudinem, & differentiam. Sicut lumen eſt à coloribus diuerſum; ſic & ſonus ab acuto, & graui: intereſt tamen; quia lumen effectiua cauſa eſt coloribus, ut uideātur; ſonus autem, ut acutum, & graue dignoſcātur. At dubium contra hoc fertur ab Egidio de Latinis; Nō uidetur ratione factum, ꝙ actu ſonus, ſuas faciat differentias cognoſci; ſed ordine potiùs cōuerſo; ꝙ ſonus, ſcilicet, reddatur in actu per ſuas differentias; cum genus habeat poteſtatis rationē differentia verò, actus. Pro cuius reſolutione, notauit Egidius peripateticā diſtinctionem; ꝙ ſonus poteſt duobus modis conſiderari; altero modo, vt in corporibus ſonantibus; & ſic ſonus, vt virtute talis: altero modo, vt in corpore illum, tanquam formam, recipiente. quo ſtante, ſenſus Philoſophi eſt, ꝙ differentię ſoni, corporū. ſ. ſonantium, quia in eis virtute tales, cognoſci non poſſunt, niſi reddantur formaliter tales in ſubiecto aere: ſic enim manifeſti, atq; ſenſibiles redduntur ſoni. Hoc idē voluit Simplicius, dicens; Sonus fit, vt acutū, & graue eius cognoſcatur, tanquam res quædam geſta illorum ſignificatiua. Hæc autem dicuntur. In hac ſecunda primam partem notat Auer. dictam eſſe, ſecundùm ſimilitudinem ab obiectis tactus: & rationem ponit Philoſophus in tex. ſiquidem acutū ſit illud quod ſenſum mouet in pauco tempore, multum; graue verò in multo, paucū. Sciendū tamen, vt notat Simplicius, ꝙ hæc non verè ſunt oppoſita circa tactum, ſ. acutū, & obtuſum; cum illud acutū ſit, vt ait Philoponus, ꝙ, beneficio figurę in acumen, carnem, vel aliquod tale multum in pauco tempore penetrat: contra verò, obtuſum. declarat itaque in ſecunda particula, quæ ſecundùm metaphoram, ſumpta ſunt in auditu. acutum dicimus citò in auditum penetrans, & manens; tarde ſatis in ſenſum, graue eſt, & citò ceſſans. Simplicius notauit hæc minimè dicta fuiſſe, ſecundū propriam ſentētiam à Philoſopho; ſed potius in Timęum reſpiciēs; qui volebat ſymphoniam ex graui, acutoq; cōſtare. quam optimè Philoponus expoſuit; ſiquidem νήτη, cū plus cęteris extenſa ſit, crebriùs, velociùsq; aerē percutiēs, acutiſsimū ſonū reddit: hypate verò, cum minus extenſa ſit, hebetiorē, atq; obtuſum magis ſonū reddit; cū craſſior ſit, atq; magis in motu impediatur, & minus ſit extēſa. Neq; tamē. In tertia hac particula reſpōdet dubio. Potuiſſet quiſpiam dicere; ergo acutus ſonus erit velox; & grauis tardus; ſed, cū velox, & tardū, motū ſignificēt; ſonus vtiq; motus erit. Dicit Philoponus, ꝙ talia dicta ſunt per metaphorā ſumptam ab acuto, & obtuſo in ſenſu tactus: per ſe enim ſonus nō mouetur, cū ſit actus aeris incorporei, vt rectè Philoponus aſſeruit: quare dicendum erit ēt, ꝙ ſenſus acutè mouetur; quia aer, cuius ſonus eſt actus, mouetur acutè: idē & de graui dicēdū. Declarat ſubinde metaphorā Ariſto. in vltima particula, acutū. ſ. dici, ꝙ quaſi pūgit, & diuidit cōtinuū; at graue quaſi pellit: in ſono uerò acutum penetrat, atq; lędit interdum. Accidit autem acutum dici velox; quia & acutum eſt; quanquam nō operetur. ſic & de graui, innuens quaſi Philoſophus, ex ſententia Philoponi, hæc ſecundum accidens, velox ſcilicet & tardum de illis dicta eſſe.

De ſono igitur ſic. Auer. introducens; Cum T. c. 87.

Philoſophus hucuſque dixerit de ſono, vt communis eſt & ſono animati, & non animati; nunc intendit agere de ſono animati (conformis & Sancti Thomæ, & Philoponi introductio) intendit nunc agere de ſpecie ſoni, quæ eſt vox; ſiquidem quælibet vox ſonus ſit; & non èconuerſo. duo facit præcipuè; primò ponit quædam facientia ad diffinitionem vocis: ſecundò vocem diffinit. in tex. verò duo facit; primò dicit in genere, quid ſit vox; ſecundò, quorum vox ipſa non ſit. Prima pars ſatis clara eſt, habito epilogo de ſono; quòd, ſcilicet, vox ipſa ſonus ſit; deinde, vt eliciatur differentia, ponit, quæ non vocant: & tria facit; vt tria ſunt, quæ excluduntur, in ſecunda parte textus. dicit in prima, nullum inanimatorum vocat; multa ſonant, vt inter ſe flantes venti; atque inter ſe collidentes maris vndæ; vocant tamen minimè. Quæ res, vt apprime dignoſcatur, ſciendum, quòd tunc vox fieri dicitur, quando in ea reperitur rithmus, harmonia, & lexis. Singulum horum declarat Philoponus dicens, rithmum circa prolationem temporis breuem, uel longam: quare antiqui uocales aliquas, in pluri tempore prolatas, longas eſſe dicebant; in breuiori verò, breues; quæ verò ex breui, atque longo tempore rectè commenſurabantur, eurithma appellabantur: propriè verò proportio iſta in motu pedum ex breui, longoque tempore facto eſſe dicitur. quam cum acceperint Poetæ, ad menſuram pedum in carminibus, vt ſuum quiſque poema componeret, cogitabat, ut rectè Ariſtotel. in poetica referebat. idem affirmauit Plato in tertio de Rep. ubi conatur temperari, atque intemperari rithmos, ſeu greſſuum menſuram reperire: harmonia verò commenſurationem quandam inter acutum, & graue ſignificat: Lexis verò dicitur ſyllabarum formatio; ex qua loquentium excipitur ſententia. Cum verò inanimata careant iſtis; uocare non dicuntur, niſi ſecundum metaphoram, ut Alexander rectè cum aliis ſentit: ea propter Philoſophus dicit tibiam, & lyram, & quæcunque alia, ſecundùm ſimilitudinem uocare inſtrumenta; carent loquutione, quantum ſit ex ſe; imitantur enim linguam in eis loquentem; vel ſimile quicquam efficere uidentur, digitis tacta, ſecundùm proportionem acuti, & grauis; uelocis, & tardi; carent itaque uoce ſecundùm ſe: nam ex ſententia Philoſophi undecima particula, problemate primo dicit, quòd loquutio eſt ſpecies uocis: & quarto de hiſtoria animalium capitulo nono, quòd loquutio eſt uocis explicatio per linguam. uidebantur itaque uocare inſtrumenta; quia illa tria, ut exponit Auerroes, aut ſua repræſentantia in eis reperiri uidebantur. Multa autem animalium. In hac ſecunda particula quædam excludit etiam de animatis; nam animata carentia ſanguine non uocant. Ponit autem rationem Auerroes: nam uox eſt ſonus; ſonus uerò fit mediante aere; animalia autem iſta non indigent aere, ut refrigerentur: quare, neque inſtrumenta habent, ut attrahant, emittantque aerem, tracheam ſcilicet, arteriam, pulmonem, & reliqua. Inſpiratus itaque aer, cum ſit materia uocis, ut benè dicit Philoponus, cum in talibus non inueniatur, meritò neque illa uocare dicendum eſt. Talia autem genere ſunt quatuor, ut ſententia Philoſophi eſt quarto de hiſtoria animalium capitulo primo mollia, ut ſepiæ, & polypi; cruſtata, ut cancri; teſtacea, ut oſtreæ; & inſecta, ut apes, muſcæ, & ſimilia. Dubitat Philoponus huius occaſione, quomodo cicadæ, cum inſecta ſint, uocent. eas uocare æſtiuo tempore, dubium non eſt. refert de illis Plato in Phædro, dicens ante muſas, illas homines extitiſſe; muſis deinde ortis, cantuque monſtrato, uſque adeo illos delinitos fuiſſe, ut cibi, potuſque obliuiſcentes imprudenter perirent: ex quibus cicadarum genus natum fuit; quod beneficio muſarum ſine alimoniæ indigentia continuè cantent. Addit Philoſophus idem de muſcis, quæ bombum quendam cient. Soluit, & cum eo Themiſtius, quòd non fit talis uox per inſtrumenta uocalia, ſed cuiuſdam membranulæ ſonus eſt. Quam rem dilucidans magis Albertus de Latinis, dicit, quòd illis canentibus magnus fit motus circa diaphragma: fit itaque ſonus ille effundente exteriori aere ad diaphragma. Quòd uerò non per inſtrumenta uocalia, probat ipſe experimento grillorum, qui amputatis capitibus, adhuc per magnum tempus cantant. Et ſanguinem habentium piſces. Declarat tertium; & duo facit; primò quod dictum eſt, rationem quinetiam adducens: ſecundò reſpondet dubio. dicit in prima, quòd neque animalia ſanguinem habentia, omnia uocant, ut ſunt piſces: & rationem adducit, diffinitionem ſoni; ſiquidem aeris motus, ſonus ſit: at cum piſces careant pulmone, atque uocalibus inſtrumentis, aerem ad tracheam ui non elidunt; quare ſonum non faciunt. At ſententia Ariſtotelis eſt, quòd Delphinus ſtridet, quarto de hiſtoria animal. capitulo nono: dicit ibi Philoſophus, quod Delphinus pulmonem habet, & arteriam; & cum attollitur in aerem, ſtridet; quare nonnihil uocis emittit; lingua tamen libera, abſolutaque caret; & labris, quibus uocis poſſit aliquem articulum afformare. Mouet poſtremò dubiũ de piſcibus, qui ſunt in fluuio Acheloo; quippe qui ſonare uidentur. & ſoluit, diſiunctiuè, hoc, uel eorum branchiis fieri; cum in ſuperficie fluminis aerem percutiant, ut Albertus; melius Philoponus, cum in ſuperficie magnam aquæ copiam ingeſtam branchiis expellant ui. Addit, uel aliquo altero. Albertus dicit hoc fieri per naſum, cum ſpiritum in illorum cerebro genitum ui exſufflarent. Ioannes Grammaticus meliùs dicens, uel per branchias, partem illam aquæ ingeſtam, uel per os ui expelli, & collidi aerem: ſed neuter ad Ariſtotelem, quando ſeipſum declaret 4. de hiſtoria cap. 9. dubitans de talibus in Acheloo piſcibus, quales ſunt aper, & cuculus, ſiquidem ſtridere uideantur. ſoluit & ibi duobus modis; uel id factum eſſe attritu branchiarum, quas horridiuſculas continent; aut ſuis interioribus,

ribus, quæ circa uentrem habentur; ſpiritus enim incluſus in his eſt, quem dum atterunt, uocem emittere uidentur.

T. c. 88. Vox autem ſonus. Auerroes cum ſeparauerit ea animalia, quæ propriè non uocant, ſed ſecundùm metaphoram potiùs, ut per branchia, ab illis, quæ uerè uocare dicuntur; modò oſtendit, quænam illa ſint, quæ uocem edant. Sanctus Thom. introducit in hoc intentionem eſſe de organo uocis. Neutra tamen harum mihi ſatisfacere videtur pro principali: quare meliùs cum Philopono de Græcis; Cum propoſuerit diffinitionem vocis inueſtigandã; & priùs remouerit, quæ vocare non dicuntur: modò diffinitionem illam determinat, ſimul atque patebit, & in quibus fiat animalibus; & quod fuerit illius organum. In textu duo facit; primò declarat vocem; ſecundò oſtendit ſagacitatem naturæ; quæ non abundat in ſuperfluis: in prima duo etiam facit; primò quod dictum eſt; ſecundò, per quæ membra fiat: dicit in prima, quòd vox eſt ſonus animalis. Addit Auerroes in commento proprii. & eſt benè dictum propter illa, quæ non vocant. dixit, Sonus, non tamen quemcunque intelligens, vt bene dixit Themiſtius; neque manuum mutuam percuſsionem, ſonum dicere poſſemus; ſed eum, qui fit per membra propria in animalibus reſpirantibus duntaxat exiſtentia. Ab aliis autem ſonis differt uox, & ratione generationis, & ratione finis; ſiquidem ſoni ab hoc diuerſi, generentur à partibus inanimatis etiam; vox ſolùm ab animatis; neque ab omnibus: ratione etiam finis, vt digreditur Philoponus; quia vox habet quidquã ſignificare: argumento eſt & irrationalium vox quorundam, vt canis; qui aduerſus extraneum latrat; erga verò familiarem catulit. Alexander. Vox ſoni ſpecies eſt; qui ab animali, quatenus animal eſt, peruenit: fiunt planè ab animali, vt animal, quæcumque ab imaginatione, & impulſu proficiſcuntur. in ſecunda ponit, per quæ fiat membra: omne ſonat verberante aliquo, & cæt. Auerrois fundamentum; Soni per retro dicta, vt percutiens, percuſſum, & aer, in quo fiat, reperiuntur. Cum itaque dicatur animal ſonorum, quia vocat; tria hoc in eo reperiri eſt neceſſe: at, cum in aere ſoni quicunque fiant, vt bene notauit Themiſtius fiet & vox: at non ſimpliciter in aere; verùm in aere inſpirato, & expirato; neque per quælibet membra percutientia, & percuſſa, vt vidit Auerroes; ſed per determinata, figura, magnitudine, ac proprio ſitu. Citat dubium Simplicius; cur & in aqua non vocant animalia. Cauſam reddit, & doctam; quia vox fit, vt aliquid per illam de conceptibus exprimatur: quod munus eſſe virtutis cognitiuæ, phantaſticæque haud dubium eſſe debet. virtus hæc niſi in perfectioribus reperitur animalibus; in quibus & organa vigent puriora, atque calidiora: quare & corde illa, natura donauit, & voce (quæ inter ſonos perfectiſsima eſſe dicitur) & in aere viuunt. Iam enim aere reſpirato. In hac ſecunda principali oſtendit naturæ ſagacitatem à ſimili; vt de guſtu fuit operata; dicit naturam eodem vſam fuiſſe medio ad duo opera, aere ſcilicet, ad temperandum cordis calorem, & ad reddendam vocem. Cognoſcitur autem hoc naturæ artificium; ſi quis primò nouerit, quòd natura non modò ſtudet neceſſarijs; verum &, quæ in melius vertuntur, vt clara fuit Ariſtotelis ſententia ſecundo cęli 34. octauo phyſicorum 56. Secundò, ſi nouerit ipſam in ſuperfluis non abundare, primo phyſicorum, 50. 56. primo cęli 32. tertio animę. 45. notauit Simplicius diſcretionem iſtam, Platonico more, poluiſſe; cum ea, quæ ad eſſe neceſſariò conducant, ab his; quæ ad benè eſſe, oſtendat alia, & diuerſa: utitur enim natura lingua & ad guſtum, & ad locutionem, differenter tamen; ad guſtum quidem neceſſariò propter eſſe animalis; & ob id reperitur in pluribus uno; ad loquelam uerò propter meliùs; quare carent illa animalia multa, & animalibus duntaxat ineſt perfectioribus, homini ſcilicet: homo ſiquidem communicatiuum animal eſt, vt notat Philoponus: propterea ſcientes ſimus præceptores audientes: idem fiat quoque iudicium de reſpiratione; quandoquidem ad eſſe animalis perfecti neceſſariò conducat aeris attractio, ut feruor cordis temperari poſsit; ſine quo extingueretur animal protinus, ut Ariſtotel. in libello de ſpiratione: facit & ad locutionem, quæ in nobis eſt melioris notæ gratia; namque vox, ut inquit Philoponus, materia locutionis eſt; uocis autem materia expiratus aer: factiua autem cauſa, natura, quinimo potentia animaſtica, ut optimè dixit Alexander capitulo de Echo. Auerroes exponens ly, In alteris dicetur, uoluit intelligi in libello de anhelitu, quem compoſuit; & ſi non peruenerit ad nos: Simplicius uerò, & Philoponus, & cum eis Sanctus Thomas non ad librum de anhelitu; ſed ad librum de ſpiratione, & librum de partibus animalium, uerba illa referunt. Galenus in libello de uoce, & anhelitu in fine. Quidam putauerunt, quòd actio anhelitus ſit naturalis; cum fiat in ſomno, & uigilia æqualiter ſine uoluntate. alij dicunt ipſum eſſe uoluntarium, cum quando uolumus, anhelemus; &, quando nolumus, retineamus: & hoc eſt uerùm ſecundùm nos, ut patet ex noſtra anatomia. alii dicunt, quòd eſt medius inter uoluntatem, & naturam. Idem ſecundo de decretis, aduerſus tenentes cor eſſe uoluntarii motus originem; Nam, ſi comprimatur cor; &, quæ circa ipſum lædantur; non ob id reſpiratio ceſſat; at, ſi ad uentriculum uſque lædatur cerebrum, aut neruus recidatur reuerſiuus, uox ceſſabit, & anhelitus. Viſa eſt aliquando uictima detracto corde clamaſſe. ea ratione concludit cor pulſiuum, cerebrum autem fontem uoluntarii motus, & originem. Idem ſecundo artis paruæ noluit anhelitum eſſe motum uoluntarium, hoc potisſimum fundamento; quia liberi uehementiùs ſpiritum attrahere poſſumus; quod, cum nimium cor æſtuat, face-

Dicta hæc de voluntario motu, etſi minimè ad rem faciant non eſt tamen præter rem interpoſita fuiſſe.

re conſueuimus ; in noſtra quoque facultate eſt eum ipſum retinere plus iuſto : ſecundo , quia nerui ſunt motus deferentes ex illius ſententia . dantur & nerui ſenſitiui , & motiui , idem nono de uſu partium . & ſenſitiui motiuis, ſunt molliores . idem Galenus ſeptimo de decretis Platonis . id itaque probat experimento ; quia , ſi inciſus ſit neruus , qui ad diaphragma terminat, anhelitus ceſſat operatio . Aduerſus tamen iſtam opinionem inſtat Auerro. ſecundo colliget capitulo decimonono. Somno ſopiti anhelant, qui tunc temporis nullam operationem liberam exercent ; ideò naturalis : ſecundò etiam inuiti anhelamus, & alta interdum trahimus ſuſpiria . quare opinio Galeni ſuſpecta eſt . Dicerem ego cum Auerroe, quòd huiuſcemodi motus ſimplex non eſt, ſecundùm alterum illorum modum ; ſed ex vtriſque compoſitum, voluntarium ſcilicet, & naturalem : reſpirant ſiquidem animalia, vt æſtus cordis temperetur ; quod ſi non eſſet, confeſtim interiret animal : quare attractio illa aeris eſt neceſſaria neceſsitate illa ſuppoſitionis, vt determinauit Ariſtotel. primo de partibus animalium capitulo primo ; non itaque voluntaria ; veruntamen pro arbitrio illam per tempus continere, aut vehementiori nixu attrahere, voluntarium erit dubio procul. ſic concludere videbatur fundamentum Galeni primum de modo attractionis aeris ; at non de anhelitu ſimpliciter. Ad experimentum de neruo, negandum eſſet, quòd quilibet motus factus per neruum ſit voluntarius ; tametſi ad motum voluntarium neruus, vt inſtrumentum concurrat ; vt bene Auer.

T.c.89. Organum autem reſpirationis . Continuans Auerroes non differenter ab aliis ; cum retro dictum ſit, quòd nullum uocat animal, niſi ſit anhelans ; &, quòd per idem membrum vtrunque ſimul perficit opus ; in hoc textu, quale ſit inſtrumentum hoc, quod ſit organum vocis, declarat . tria facit in tex. primò, quod dictum eſt ; ſecundò declarat illud ; tertiò ponit corollarium. dicit in prima parte Philoſophus eſſe organum illud, quæ vocatur trachea arteria, ſiue vocalis. Latini nihil vltra textum . in hoc Auerro. notat non ſimplicem cannam intellexiſſe ; verùm, cum ſumma illa particula, quæ fiſtula appellatur. eiuſdem opinionis videtur Themiſtius ſiquidem id appellauerit organum , quod pharynga dicunt. hanc eandem voluit Philoponus declarans magis, organum illud eſſe vocis , quod in extrema radice linguæ ex tribus conſtat membranis, ſcutiformi, arytænoide, & nomen non habente. idem voluit Galenus ſeptimo de vſu partium, vbi Laringem eſſe dixit organum vocis ; cum cartilago illa dura ſit recipiens aeris colliſionem : quæ cum membranis illis tribus & dilatationem, & compreſsionem recipere valeat ; vocem format. idem affirmauit ſexto de ſanitate tuenda , ſermonem habens de catharro ad Laryngem ; cuius maleficio ſit vocis raucedo ; & cum diuturna fuerit, hebetatur ; ac denique patiens in tabem terminat . Simplicius verò, & cum eo videtur Alexander iuxta textum , vt Latini , tracheam ipſam organum eſſet dixit ; cum per eam attrahatur, expellaturque aer ; nec aliquando vniuerſus cum ipſa, perinde atque aliæ arteriæ, concidat ; cum cartilaginoſa ſit : quapropter in ea ſemper reperitur aer : quare , cum inſpiratus aer in vnum collectus expellatur , offendit non modò arteriam ; verùm & ibi exiſtentem aerem, vt ſonat. Dicerem ego vtrunque verum eſſe ; ſiquidem ad uocem ſonum neceſſaria ſit aeris percuſsio, non ſeorſum tamen à trachea ; quia ſonum , non uocem cauſaret ; at in tracheam, & non quancunque eius partem , ſed ſummam, quæ Larinx appellatur. Cuius autem cauſa. In hac ponit declarationem cum cauſa, dicens tracheam iſtam , quæ inſtrumentum eſt, poſitam eſſe ob neceſsitatem pulmonis : & rationem ponit ; quia pedes gradientia plus aliis calorem tenent. addit Auerroes quòd membrum hoc reperitur in animalibus ſanguineis ; quare calidiora ſunt carentibus illo : notauit Ariſtoteles caloris exceſſum hunc reperiri in pedibus gradientibus ; quandoquidem ea cæteris perfectiora dicantur : quæ, cum talia ſint, habent quinetiam plures operationes perficiendas : quæ expleri non poſſent ſine maxima caloris copia , ut eſt ſententia Philoſophi quarto de partibus capitulo decimotertio . quare neceſſum eſt in talibus cor reperiri ; cum in eo , ut in fonte, calor naturalis contineatur, ut Philoſophus in libello de ſpiratione : quandoquidem unum omnium uiſcerum ſit, in quo ſanguis ſine uena contineatur, uenarumque omnium tranſitum reſpuat, ut Philoſophus tertio de partibus capitulo quarto. cum itaque cor ſit partium omnium calidiſsima, ut Philoſophus de ſenſu, & ſenſili, neceſſariò indiguit aliquo refrigerio, ne ardens uniuerſum exiccaret animal : quare illi natura tribuit uim de foris ſpiritum attrahendi : quod, ut facilè fieri poſſet, ipſum pulmonem donauit ; ſiquidem pulmo ſpirandi officio datus ſit , ut Philoſophus tertio de partibus, capitulo ſexto, & in libello de ſpiratione. indiguit itaque & ipſe canna, in ipſum terminante, atque per ipſum diuerſis cannalibus cartilaginoſis, ne concidere poſſent diſſeminatam originem ab extremis partibus linguæ trahentem, quæ ante gulam ſunt : ea de cauſa dixit Philoſophus locum circa cor primum reſpiratione indigere. Auerro. diligentiſsimè expoſuit utriuſque neceſsitatem . quod opinor uoluiſſe Ariſtotelem per uerbum illud ; Reſpiratione . nam reſpiratio, ſecundùm Philoſophum in libello de ſpiratione , genus eſt ad inſpirationem, atque expirationem : addidit etiam , quòd inſpiratur frigidum , expiratur calidum ; commodè itaque dixit Auerroes ratione cordis, indigere animal aere frigido calorem cordis temperante primo ; at propter calorem pulmonis , vt inſpiratum aerem expellat ; pulmo enim quia immediatus cordi , plus iuſto calet cordis æſtu ; quare aerem illum attractum ſubitò

bitò fermè ignitum deſiderat expelli; ut rurſus alio per inſpirationem immiſſo frigido & ipſe refrigeretur, vt ſententia Simplicii, Philoponique vna fuit. prima itaque fuit propter cor immiſſio, ſcilicet, aeris; ſecunda propter pulmonem fumoſitatum, ſcilicet illarum capnoſatum emiſſio, vt rectè notauit Auerro. piſces vero, cum careant pulmone, vt Philoſophus tertio de partibus capitulo ſexto, ob refrigerium ſui caloris innati, branchijs aquam concutientes refrigerantur: ſimile quinetiam ab humore beneficium capiunt; cum in eo continuam agant vitam. Vnde neceſſe. In hac tertia parte corollarium ponit; quod maximè ad intentionem facit, dicens, ob id aeris ingreſſum eſſe neceſſarium, quod modò declaratum eſt. voluit autem innuere, cum habeat neceſſum in arteria trachea reperiri aerem: quòd ea ratione factum, ut illius uſus & ad uocem accommodari poſsit. Auerroes ponit unum documentum; & duo innuit: primum, quod dictum eſt; oſtendens de aere, qui per expulſionem in alterum conuenientiorem mutatur; perinde eſſe ac de inſtrumento, quod ab artifice mutatur, non propter actiones diuerſas; ſed propter conſumptionem inſtrumenti; cum amplius ad vſum non conducat: ſecundò ex hoc infert aduerſus Galenum, quòd pulmo, ſcilicet, proprium motum teneat; hoc fretus fundamento; quia naturaliter appetit aeris illius capnoſi expulſionē. Galenus quinto de locis affectis capitulo ſecundo dicit pulmonem nullam propriam motionem habere, ſed à thorace comprimi; ita vt collectum pus in cauitate pectoris ad ora arteriarum tranſmittatur; ſurſumque adductum expuatur: propter quod animalia tuſsi natura donauit. idem confirmat Galenus, ſecundo de decretis, pulmonem, ſcilicet, à thorace moueri: Fundamentum verò, quo fortè Galenus negauit motum pulmoni; fuit, quia in ipſum non ſparguntur nerui: ob id ſecundo de locis affectis capitulo primo dixit pulmonem ſenſum non habere. Verùm ſuper hoc dicerem, quod modeſtiſsimè aſſerit Auerro. ſecundo colliget capitulo 19. Poteſt eſſe, quòd noſtra principia non ſunt ſufficientia veniendi in veritatem plurium harum inquiſitionum. At dicendum, vt puto, ſecundùm determinationem Auerrois, quòd abſolutè dicendum non eſt, quemcunque pulmonis motum eſſe à thorace; cum cauſa propria reſpirationis thorax non ſit, ſed pulmo. Verum dicendum potiùs eſſe, pulmonem, & pectus, ſingulum ex ſe habere motum; ſed proprietate quadam ita vniti incedant, vt ſeorſum alter ab altero mouere non ualeat: quare altero ceſſante, ſimul ceſſat & reliquus.

T. c. 90. Quare percuſsio reſpirati aeris. Intentio ſecundum omnes exponentes eſt, diffinitionem vocis iam claram ponere. In tex. duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò diffinitionem poſitam declarat, unam addens particulam: in prima ponit quinque particulas, diffinitionem illam continentes. dixit percuſsio; quia ſine percuſsione ſenſus non fieret. Aeris; at non cuiuſcunque, ſed addidit pro tertio: Inſpirati, ab anima in his exiſtente partibus. poſtremò ad vocalem arteriam. Dicit itaque Auer. quòd eſſentia vocis non eſt, niſi percuſsio. non autem intelligendum eſt, quòd propoſitio iſta identitatem notet; quandoquidem vox qualitas quędam eſt, vt tertio dictum fuit; percuſsio uerò motus; at cauſalis, vt S. Thom. quaſi percuſsione facta. notauit Philoponus datam eſſe diffinitionem iſtam per uiam generationis uocis: quemadmodum tubicinatio eſt aeris percuſsio ad linguam tibiæ, vt declarat Auerroes. Simplicius in illa particula; Ab anima; Alexandrum damnauit, inquiens Ariſtotelem innuiſſe cauſam agentem motiones iſtas uiuidas; & non, ut expoſuit Alexander, ſecundùm animam; nam à quo efficiens notat, ſecundùm quod formale: maximè autem intereſt, ſi ſic dicatur; nam dicere, ſecundùm quod, eſt demonſtrare figuratiuum animati organi: quod ſolùm cognouit Alexander: uerum à quo, notat principium utens organo; quod & uiuum corpus mouet. Dicerem ego Alexandrum malè expoſuiſſe: & ſi non alia, ſaltem hac præſertim ratione; habet enim contra ſe litteram Ariſtotelis; in qua legitur; Ab anima. Verùm apud Alexandrum hanc non reperio expoſitionem, ſed iuxta litteram, ut Latinorum, & aliorum Græcorum, atque Arabum ſententia eſt. quod ut clariùs fiat, verba Alexandri in capite de Echo in paraphraſi de anima in medium adducam; Organum autem uocale, per quod anima ad arteriam, & in ea exiſtentem aerem, inſpiratum aerem percutit. Fortè, quòd diuerſum locum notauit Simplicius in Alexandro, uel ſecundùm litteram diuerſam: non tamen credendum eſt de tanto uiro: ſed opinor uoluiſſe per dictum Ariſtote. Ab anima, intelligere quid altius. non; quòd anima aerem illum duntaxat impellat; ſed, quòd in partibus illis cum ſit; operatur actiones uitæ: & capit hoc fundamētum, quòd omne, quod mouetur, ab alio mouetur ſeptimo phyſicorum primo. uitales motiones, ut viſio, auditio, & ſimiles ſunt in animato; ergo ab anima. Alexander in fine illius capitis expoſita audibilis, uocis ſcilicet, generatione, declarat quomodo audiatur; inquiens; Auditiua autem anima eſt, ſecundùm quam, ipſam habens ſuſceptiuum eſt, & iudicatiuum audibilium. Simplicius uerò non; ſecundùm quam, quia ſic informat, ſed non utitur; ſed à qua. Non enim omnis animalis ſonus. In hac parte poſitam diffinitionem declarat; ut ex hoc ſumatur alia quædam particula, quæ eſt cauſa finalis: & duo facit; primò, quomodo fiat ab anima; ſecundò, quomodo per aerem inſpiratum: primam Auerro. exponens cum alijs; Non enim quilibet ſonus uox dicenda erit, neque percuſsio quælibet; tametſi in animali fiat, atque in uocali arteria; ſed opus eſt, ut fiat cum imaginatione aliqua; cum per ipſam aliquid exprimant animalia. quæ quidem operatio, ut notat Auer. pficitur duabus uirtutibus; quarū altera cōcupiſcibilis; reliqua uerò imaginatiua eſt: nā vox

vt eſt ſententia Themiſt. clara, & Sancti Thomæ eſt ſonus ſignificatiuus. poteſt & ſecundùm naturam, & ad placitum ſignificare, vt in brutis; manifeſtant ſiquidem primas ſuas paſsiones uoce triſtitiam, vel lætitiam; homines verò pro arbitrio. erit itaque vox ab anima impellente aerem inſpiratum collectum ſimul ad eum, qui in canna reperitur, ad ſummam vſque arteriam, ſecundùm impetum quendam ſignificatiuum, vt rectè Simplicius notauit: quare nec linguæ motus, nec tuſsis vox eſſe dicetur; tametſi tuſsis fiat per expulſionem aeris ad tracheam: tum, quia tuſsis eſt motus vi factus, & non ſecundùm naturalem impetum: quandoque aer eiectus in tuſsi propter pituitam aliquam hærentem cannæ, vel ob aliud nocuum, quod in cannam illam detraxerit; non primò aerem in canna offendat; ſed cannam ipſam, vel aerem illum impulerit: ſæpe ab eodem quoque repelletur; cum non omnifariam liber ſibi videatur egreſſus: tum etiam, quia non fit ab anima imaginante, vt contingit in uoce: quare bene dixit Auerro. primum mouens in voce diuerſum eſſe à mouente primo in anhelitu; cum, primum in voce, anima ſit; in anhelitu verò pulmo, vt aſſerit Philoſophus in libello de reſpiratione, & ſecundo col. Auerro. cap. 19. primum tamen mouens in voce, mouere non poteſt, niſi per primum mouens in anhelitu. Signum autem. Cum declarauerit duas illas particulas, in diffinitione poſitas; modò per ſignum magis illam manifeſtat; quæ de aere inſpirato eſt; dicens euidens eſſe ſignum, in hoc non poſſe uocem mittere, qui uel inſpirat, uel expirat; uerùm opus eſt, vt uocans, diu contineat aerem. vt inde unà collectum ad eum, qui in arteria eſt, tranſmittat. & notauit Auerro. per hoc ſignum, quòd mouens primum in uoce, pro arbitrio, mouente primo in anhelitu vtatur; cum ſecundùm imaginationem ſuam contineat: uocantes tamen diu vocem continuare non poſſunt; cum neceſsitas ad reſpirationem impellat; & impoſsibile ſit eodem vti inſtrumento ſimul ad officia diuerſa. Mouet dubium Albertus, quomodo in voce, & ſignificatio, & ſignificatum reperiatur. Adducit quorundam opinionem, quòd conceptus in imaginatiua, ad quam cum perueniat reſpiratus aer, in quo ſignificatur vox, & ibi imaginatiua vis intentionem rei in voce generat. Sed falſum eſt; quia unuſquiſque in quacunque locutione eſſet, intelligeretur; quia eadem vox formata reciperetur quoque & ab audiente: quare dicit Albertus, quòd uox eſt ſonus formatiuus in ſignum, quod ad placitum ſignificat, & ſic de ſe notitiam facit; ſicut ſignum: quare non ſcientes ſignum illud, non perciperent ſignificatum, per ſignum illud expreſſum: nam ſignum illud ad placitum ſignificat: ſic enim figura notis in dictiones fit per linguam, dentes, & palatum. Ex quibus dictis colligitur de intentione Alberti, quòd uox in brutis non reperiatur, & uidetur eiuſdem opinionis Auerro. ſiquidem bruta non cum imaginatione, & cognitione tali uocant, neque dictiones formant, ſed homo ſolus. Dicendum, ut Themiſtius reſoluit, quòd uox, ut quidam ſonus in trachea factus ad exprimendos primos affectus doloris, uel lætitiæ; & brutis conuenit: ut uerò ad exprimendos conceptus mentis per dictiones, in homine ſolo reperitur.

T. c. 91.

Manifeſtum autem, & quia. Aliam non ponit intentionem Auerr. cum ſequatur dictum hoc in tex. per modum corollarii: nam, ex quo ſupra dictum eſt, ad uocem, neceſſariam eſſe aeris attractionem; ſequitur, quòd piſces, in quibus non reperitur aeris attractio, non uocent. Cauſas autem huius tres dixit eſſe Auer. prima, quia carent pulmone; & eſt ſententia Ariſtotel. tertio de partibus animalium capitulo ſexto. ſecunda: Non recipiunt aerem, ſed aqua utuntur aeris uice pro refrigerio, ut innuit Simplicius, & branchijs loco pulmonis: proprium enim piſcium eſt branchias habere; Ariſto. quarto de partibus animalium cap. 13. nouiſsima uerò cauſa eſt, de qua agit in libris de partibus, notans ea animalia non eſſe tantæ caliditatis, ut indigeant talibus organis: tametſi nõ defuerint aliqui, recenſente Philopono, qui dixerint piſces reſpirare, atque in aqua immerſum reperiri aerem. Quam opinionem deſtruit Philoponus; tum, quia & piſces in aere, & nos quoque in aqua uiuere poſſemus; tum, quia non aqua aeri, ſed aer aquæ ſupernatat.

T. c. 92.

De odore autem, & olfactibili. Intentio ſecundùm Auerro. clara; uult de odoratu ſermonem habere, poſtquam ſatis de auditu dictum eſt. Idem cæteri dicunt. At cauſam huius intentionis, cur potius, ſcilicet, de hoc in præſentia, quàm de guſtu, aut tactu, qui reſidui ſunt, nemo, Philopono excepto. quippe qui huius ordinis aſsignans cauſam, dicit; Medium inter ſenſus quinque locum obtinuiſſe de odoratu; tum propter actum; tum propter ſubiectum ipſum: ratione actus, quia uiſus, quæ eminus diſtant, recipit: proximus huic auditus ſonos per maximam recipit diſtantiam; cedit tamen uiſui, ut palàm fit de tonitru, & coruſcatione: quæ tametſi ortum ſimul habeant; uidetur tamen priùs coruſcatio, quàm audiatur ſonus: guſtus uerò, & tactus, quæ ſibi appoſita ſunt, per intrinſecum medium ſentiunt: olfactus uerò neque ſic à remotis, ut uiſus, & auditus; neque ab immediatis, ut guſtus, & tactus; ſed medium locum obtinet: idem ratione ſubiecti; uiſus ſiquidem coloris, & luminis eſt, quæ proximè accedunt ad naturam ignis ob partium raritatem, atque tenuitatem, ut uidetur ſententia Platonis in Timæo; tametſi diſſentiat Ariſtotel. qui ſecundo de partibus cap. decimo uiſum aſcripſit aquæ, reſpiciens magis ad humorem illum glacialem, in quo fit uiſio: auditus uerò aeri fuit; & Ariſtotel. in eodem loco; qui igne craſsior exiſtit; guſtus aquæ; terræ tactus; olfactus verò reſolutis, à corporibus, humidis vaporibus; quæ, imperfecta corpora ſunt; mediaque inter aerem, & aquam: ea ratione factum, ut medius inter ſenſus ſit olfactus. Notauit ſubinde Auer. eandem obſeruari methodum doctrinæ naturali conuenientem, ab

obie-

obiectis ſcilicet; ad uirtutes; quare de olfactibili priùs. In hac parte de odore duo facit: primò declarat difficultatem determinãdi de iſto ſenſu ſecundò, quomodo deueniendũ ſit in eius cognitionem, & obiecti. in textu duo facit; primò proponit concluſionem; ſecundò probat illam; ſecunda in duas quoque partitur; in prima ponit cauſam; in ſecunda cauſam cauſę. Dicit itaq; in prima, ꝙ minus benè determinabile eſt de odore, & odorabili. Notat Auer. ꝙ tametſi in hoc ſenſu procedamus, ut in alijs obſeruatum eſt, ab obiectis ſecundùm naturalem doctrinam; difficilius tamen erit procedere, quàm in alijs; cũ obiectũ odoratus maximè nos lateat. Non enim. Ponit in hac parte cauſam; Non enim ſimiliter nobis odor manifeſtus ſono, & colori: cum cognitio noſtra non attingat diſtinctè ſpecies odoris, ſicuti coloris, & ſoni; quare confusè ſatis cognoſcimus odorem, atque eius ſpecies; vnde neque eas rectè nominare poſſumus: denominatiuè à ſenſu tactus eſſe dicimus, ut notat Philoponus; ſi quidem olfactibilia dicamus: huiuſcemodi autem nomina non ſenſibilium naturam exprimunt, ſed eorum ad ſenſum habitudinem: at coloribus per ſe dantur nomina; tametſi nullus ſupereſſet ſenſus, ut album, & nigrum; & in audibili, ſonus; in guſtabili ſapor: in tactili uerò, quamuis nomẽ ſecundùm genus innominatum ſit; ſpecies tamẽ illius nomine proprio diſtinguuntur, ut cal. frigid. humid. & ſic. Cauſa autem. In hac ponit cauſam cauſę, quę eſt: quia talem habemus ſenſum plerìſque animalibus deteriorem; quare intellectus, cum ſub obſcurè ſatis ab hoc ſenſu odoratus moueatur, difficilius obiectum illius diſtinctè cognoſcere poteſt; comprehenſio enim differentiarum ſenſibilium rerum à ſenſu in cauſa eſt; ut apprehendantur quoque ab intellectu: animalia uerò multa meliùs, quàm homo odorant, ut inter quadrupedes canes leporarii, quippe qui veſtigio rum odore eminus diſtantes inſequuntur lepores; atque inter uolatilia, uultures. cauſam huius Latini ponunt S. Thomas, Albertus; quia homo inter cętera animalia maiorem cerebri quantitatem tenet pro ſui corporis menſura; cerebri uerò temperatura & frigida eſt, & humida: odorabile uerò in calido, & ſicco conſiſtit: quare redditur ineptum odoratus organum; cum proximum cerebro ſit, ut odorabilia recipere ualeat: quare ſubinfert Ariſt. Homo enim prauè odorat, cum odorabile non percipiat, niſi ut triſtem, uel gratum ſenſum reddat; nec tamen his duntaxat figurari olfactum; ut fuit opinatus Plutarchus, recenſente Simplicio; ſiquidem & acutum, dulceque in odoribus inueniantur. Notauit Simplicius in principio dictũ fuiſſe. De odore, & odorabili. Non, ut odorem non odorabilis audiendũ eſſet; ſed ſimul cum odore acceptum fuiſſe odorabilę putandum eſt; quandoquidem ſecundùm actum odor, & olfactile dicatur. & fortè hoc dixit reſpiciens in Themiſtium; qui auctoritate quorundam ſignum attulit non egiſſe de odore, niſi quãtum noſtrę conducit utilitati; & ſic, ut odorabile; ꝙ uerò prater hoc eſt, non accepiſſe: Quarè non, ut odor; ſed, ut refertur ad nos, hic fuit conſiderandus. Auer. innuiſſe uidetur, ꝙ homo non odorat, niſi cum delectatione, & triſtitia; ut, qui differentias odorum communes tantùm capiat; quæ & triſtitia, & lętitia dicuntur: ſub quibus multæ odorum propriæ continentur ſpecies, quas homo non capit; uel oppoſitas duntaxat ſpecies cognoſcit; quas per triſtitiam, lętitiamque figurauit, intermedias uerò nequaquam. Hanc uerò opinionem per verba Simplicij reprobare, haudquaquam difficile erit: quæ fuit & Latinorum ex parte ſecundi modi, extremos, ſcilicet, notantes odores: non enim inquit Simplicius, ſola hæc, iucundum ſcilicet, & moleſtum; altera enim ſequuntur hæc; neque ꝙ hæc ſimul cum alijs percipiantur differentijs; ſignum enim eſſet accurati ſenſus, non hebetis, ut intendit demonſtrare; ſed uoluit innuere, ꝙ organum olfactus, cum in nobis minùs aptũ ſit, ut immutetur ad hoc, ut recipiat, intenſa admodum indiget percuſſione; quare non ſine ſuaui, & moleſto: hoc non ſine triſtari, aut dolere: quare redditur ineptus ſenſus ille ob excellentem illam percuſſionem ad iudicandum de odoribus; oportet enim ſenſiterium pati à ſenſibili: at, ſi acutè patiatur; minùs rectè iudicat: ſenſiterium autem hoc in nobis uehementem requirit percuſſionem natura.

Dubitatur ob dictum Latinorum; nũquid homo poſſit habere notitiam de odoribus medijs, ſpecie tamen differentibus? ſecundùm illorum ſententiam minimè; ut uidetur quoque innuiſſe in ſecunda expoſitione Auer. ex altera parte rationes concludunt oppoſitum: nam primo de generatione 19. Nullum ens eſt nobis naturaliter ignotum. Modò odores medij, cum ſenſu percipi non poſſint, minùs intellectu percipientur; quare ignoti. Prætereà in hoc 3. tex. 4. uoluit intellectum poſſibilem recipere poſſe ſpecies omnes materiales. Modò hoc falsũ eſſet, ſi medios illos odores non reciperet. Prætereà Auicennas 6. naturalium cap. de odore; dicit, quòd homo maioris ingenij eſt, in olfaciendo, quàm cętera animalia, & in propalando odores multos. In hoc dubio tria ſunt uidenda: primum, an ſentiat homo odores iſtos medios: ſecundum, quomodo ſentiat: tertium, quomodo corollariè ſequatur hominem deterioris eſſe odoratus, quàm cætera. Quantum ſit de primo, dicendum, ꝙ homo habet notitiam & de alijs ſpeciebus odorum præter duas illas extremas. & confirmatur ſenſato ſigno, & Ariſt. auctoritate: primò, quia multorum florum odores ſpecie diſtinctorum recipit homo; & nouit ſe diuerſos recepiſſe. Prætereà Ariſt. in libello de ſenſu, & ſenſili, dicit odorum ſpecies dari. Aliud horum genus per ſapores determinatum eſt; cum ſuaue; & triſte per accidens habeat: quapropter omnium communes ſunt animantium; odorum autem nonnulli per ſe ſuaues ſunt, ut florum, hoc autem eſt homini proprium: alterum uerò commune & alijs animalibus. Pro declaratione ſecundi dicti adducenda eſt diſtinctio talis; odorare

duobus

duobus modis; altero modo dicimus aliquem benè odorare; quia obiectum, tametſi eminus diſtat, recipit: altero modo; qui benè inter receptos odores diſcernit: plerique enim à remotis commodè ſatis recipiunt ſenſibilia; qui tamen de illorum differentijs peſſimè iudicant. Hanc poſuit Ariſt. 5. de generatione animalium cap. primo, declarans per exemplum de viſu: nam videre, quæ maximè diſtant, arguit oculorũ ſitum cautum ſatis: at diligentiùs ſpecies cognoſcere, arguit organi ſinceritatem; ſicuti in veſte mũdiſſima, vel minima macula conſpicua fiet. qua poſita diſtinctione, ſit pro determinatione cõcluſio talis; Homo pro magnitudine minimè omnium ferè à remotis ſenſibilia recipit animalium. argumento eſt, ꝙ ſuperatur à canibus leporarijs, à vulturibus, & ſimilibus. ſecunda concluſio ſit talis; Homo meliùs cæteris odorabilium differentias cognoſcit. Hanc poſuit Ariſt. & probat 5. de generatione animalium cap. 2. quandoquidem hominis ſenſorium ſincerum, minimeque terrenũ, corpulentũve obtinet, cotem etiam tenuiſſimã, præ cæteris animalibus. Dubitat Hiſpanus contra Ariſt. per ipſummet in hoc 92. & in de ſenſu, & ſenſili, vbi expreſsè dicit, ꝙ homo deteriùs cæteris odorat. Clarum eſt, ꝙ non intellexit de receptione à remotis; quia comparauit tactui dicẽs tactum in homine perfectiſſimum; at ſenſoriũ odoris ineptiſſimum. quare de notitia differentiarum intelligendum dubio procul eſt. idem voluit Plato in Timæo; quinimo negat odoris ſpecies dari, præter triſtem, atque delectabilem. Ad quod dubium reſpondens Hiſpanus, dicit ſe ignorare penitùs ſolutionẽ huius: & capit pro minus mala hanc, ꝙ Ariſt. intellexerit hominem melius percipere alijs in pluribus ſenſibus, non tamen in omnibus. At reſponſio iſta deſtruit Ariſtotelis dictum; ſiquidem in loco adducto intelligat hominem meliùs recipere odorabilium differentias ob ſenſorij ſinceritatem. Io. Iand. & ipſe in quæſtione determinat hominem deteriùs alijs animalibus odorare, propter organum minùs benè diſpoſitum, cerebri propinquitate; quia frigidum, & humidum excedens habet homo cerebrum. At ſolutio iſta non ſtat cum determinatione Ariſt. quinimo illius deſtruit ſententiam, vt altera. Ego verò in materia iſta, Deo duce, ſic determinarem, in primis notans, ꝙ quorundam opinio eſt, ꝙ potentiæ ſenſitiuæ, vt viſiuæ hominis eiuſdem ſpeciei ſint cum potentijs aliorum animalium: & videtur opinio Scoti ſecundo ſententiarum diſt. prima concluſione vltima. qua ſtante ſequeretur, ꝙ potentia olfactiua hominis, & aliorum animalium eſſentialiter æquè perfecta eſt. ex quo ſequeretur eſſentialiter hominem ſic eſſe perfecti ſenſus, vt cætera animalia. Modò opinionem iſtam non tenemus; quia nec fundamentũ, ꝙ ſenſitiua in homine, & in alijs, ſit eiuſdem perfectionis: nam tametſi viſiua virtus, ſecundum ſe, non differat ſpecie in boue, & aquila: vt tamen refertur in diuerſa continentia, animam ſcilicet bouis, atque aquilæ, ſpecie differunt: & hoc fortè voluit ibi Scotus intelligere. Pariter & de homine, atque alijs dicendum eſt animalibus. Quibus viſis pono concluſionem iſtam pro determinatione; ꝙ homo eſt perfectioris odoratus, quàm cętera animalia. quę manifeſta eſt per dicta Philoſophi. 5. de generatione animalium cap. 2. quia ſenſorium ſincerũ eſt; & homo temperatiſſimę cõplexionis reſpectu aliorum: modò actiones non prodeũt ab anima ſola, ſed à coniuncto vt in hoc 2. cõt. 1 o. Non viſus videt, ſed oculus. quòd etiam ſinceritas inſtrumenti conducat, palàm fit per hominem ipſum in diuerſis ætatibus; nam, ſi ſenex haberet oculum iuuenis, videret ſicut iuuenis, vt Ariſt. ſententia eſt, primo de anima. 65. Ad propoſitum verò dubium dicatur, quòd Ariſt. in locis in oppoſitum adductis, voluit hominem deterius odorare per accidens, duobus ſcilicet modis; at duobus alijs meliùs odorat; vel in altero primorum ſaltem æque: primo modo ſuperatur in odorare ad diſtantiã maiorem; quod conuenit ratione ſitus ipſius organi; nam odorant meliùs canes; quia nares tenent oblongas ſatis, & foramina magis aperta: in altero vel ſuperatur, vel æquè ſe habet cum illis in receptione multitudinis odorum. Sed hoc dubium eſt propter ea, quæ dixit Ariſt. in de ſenſu, & ſenſili; quòd odores ſapores inſequentes, ſunt communes omnibus animalibus; at florum odores homini proprij. Aperienda tamen Philoſophi ſententia cum diſcipulo eius ſimia Theophraſto: quippe qui. 6. dę cauſis plant. cap. 5. quòd bruta non ducuntur ab hoc odoris genere; ſicuti, neque à colorum varietatẽ; quamuis colores pecipiant; neque pulchras admirantur formas: in cauſa fuit ſolicita de quorunque natura: quæ cum huiuſcemodi irrationalis & ventri, libidiniq; mancipauerit: ſi odores fuerint, qui eſcam, aut Veneris laſciuiam non ſequantur; neque ſequuntur illos, minusq; admirantur; tametſi ſentiant, cum nihil ad illorum conferant vſum; at homini quàm maximè; quandoquidem odorum redolentia; quę reſoluta à vapore tenet ſatis de cali. atque ſiccitate; hominis cerebrum, quod & frigidum eſt, & humidum, temperetur, foueaturque: minùs verò à ſaporoſis odoribus mouetur homo, ac per accidens fermè, cum ſatur non amplius eos inſequatur. dici itaque poſſunt odores illi homini minimè proprij: alij verò, qui florum ſunt, ab animalibus non ſentitis quia ab illis non conſiderantur: altero autem modo duorum extremorum conſtat hominem ſuperare; ſiquidẽ ſenſus omnes ad melius ac honorabilius in homine ordinantur, quàm in brutis; ſiquidem ad uirtutes, ad prudentiam, & ſimilia. Vltimò quoque, de quo potiſſimum dubitatur, excedit homo; quia odorum differentias exactiori modo indicat. quod vt pateat magis, capiendum Simplicij retro dictum, quod meo quidem iudicio, ſecundùm quid veriſſimum eſt, ꝙ ſcilicet, homo non recipiat lætitiam, aut triſtitiam pro ſpeciebus odoris; verùm, quòd ſpecies odoris non recipit, niſi ſic moueatur ſenſiterium olfactus, quod ſatis ineptum eſt ad motum. ob

illius

illius propinquitatem cum cerebro, vt triſtem, vel lętam capiat ſenſationem; quod contingit ob vehementiam motus facti ab illa odoris ſpecie in recipiendo; quæ poſtea ſupra ſe ipſam receptam, optimũ capit iudicium pro ſui ab alijs differentia ab odoratiua virtute, ſiue à communi ſenſu, tunc vicem odoratiuæ virtutis gerente: quod in homine contingit propter temperaturam, atque ſenſorij ſinceritatem, vt dictum eſt: ſecundùm quid tamen vera mihi non uidetur ſententia Simplicij; cum dicat ob illam motus facti vehementiam in ſenſiterium impediri iudicium ſenſus: quod contingere non opinor, niſi acuta ualde fuerit ſpecies illius odoris ſenſata; quod accideret & in alijs quoque ſenſibilibus, vt in forti colore, & ſono; quandoquidem ſic affecti ſenſus, quæ minores eſſent virtutes, non ſentirent ſenſibilia, ut dixit Philoſophus 3. de anima 6. at mediocri percitum motu olfactus ſenſiteriũ, alicuius ſpecie odoris non afficeretur; ut & aliã non reciperet. ex his itaque determinatis patet & corolla. quòd homo deterioris eſt odoratus in recipiendo; at melioris in iudicando.

T.c. 93. Rationabile autẽ ſic. Dixit, Rationabile, ut notat Philoponus, quia non certò ſcimus, quomodo uideant animalia duri oculi. ſed coniectura. ita capimus pro certo. Cum autẽ dixerit homines hebetioris eſſe ſenſus odoratus; à ſimili intẽdit id ipsũ perſuadere. Tex. diuiditur in duas partes; in prima facit, quod dictum eſt; in ſecunda docet modum deueniendi in notitiam odorum: dicit in prima, quòd perinde eſt in homine odoratus, ac viſus in animalibus duri oculi; qualia ſunt cancri, locuſtæ, & ſimilia: talia etenim animalia non recipiunt ſpecies colorum; ſed ab extremis duntaxat mutantur, terrentibus, ſcilicet, uel non terrentibus; & hoc propter duritiem oculorum: ſic & odores hominum genus. Them. & cum eo Philoponus exponunt de omninò non diſtinguentibus differentias odorum omnes; ita ut neque nomina, neq; eorum ſubſtantias noſcãt, ut neque differentias colorum animalia illa duri oculi. & videtur Auer. in illammetcadere. Simplicius Iudicio equidem meo longè meliùs, vt diximus in dubio, aſſerit animalia illa cernere differentias colorum; & probat; quia in illis non eſt timor, ſed per apprehenſionem obiectorum quandoque timent, aliquando verò delectantur; & ab vno colore magis, ab alio minus; quod non eſſet, niſi diuerſorum colnrum ſpecies reciperent, nõ enim diuerſimodè afficerentur; veruntamen colores illos recipere non valent, niſi forti motu ſenſiterium illorum excitetur; quia ineptum valde eſt ad uiſionem; quod non ſecus euenit in ſenſiterio hominis reſpectu odorum: quorum tametſi nomina multorum ignorent; cognoſcunt nihil minus eſſentias illorũ, ſpecie diſtinctas. Videtur enim. In hac ſecunda declarat. quam habeant ſimilitudiné odores cum ſaporibus. cauſam huius ponunt Latini; quia res ignota per aliquam manifeſtiorem, cui ualde aſsimiletur, redditur clarior, & notior: quare, & ſimiles ualde cum ſint ſaporibus odores; per ſapores. qui hominibus maximè certi ſunt; reddentur & ipſiquoq; certiores hanc eandem de Gręcis ſequutus fuit Philoponus, manifeſtans magis; Appellamus quidem odorem dulcem, & acutum, ſimilitudine ſumpta à ſaporibus: eandem uoluit Themiſtius: at littera Ariſt. non idem ſonare uidetur; cum dicat; Videtur analogia ad guſtum, ſicut ſpecies ad ſpecies: quare Simplicius meo quidem iudicio magis ad Ariſt. notans Philoſophum tetigiſſe quandã analogiam; quæ cadit inter odorem, & ſaporem: ut, ſicuti ſe habet guſtus ad guſtabilia; ſic & odoratus ad odorabilia: ſic à permutata proportionę ut ſe habet odoratus ad guſtum; ita ſe habent & odorabilia ad guſtabilia. Alex. quoque: Confinia, & cognata ſunt odorabilia guſtabilibus; perinde, atque odorabilium ſpecies ad ſaporum ſpecies analogum quoddam ſeruare uidentur. hanc eandem videtur & Auer. voluiſſe dicens; Propter ſimilitudinem, quæ cadit inter guſtum, & odoratum; uidetur, quòd differentiæ odorum ſint ſecundùm numerum differentiarum ſaporum; & ſimilitudo talis eſt, ut proſequitur Auer. quia non inuenitur odor, niſi in habente ſaporem.

Alexander. Homo enim ſuaues duntaxat, & in ſenſos odores percipit: viſu, & auditu non modo inſenſa; & iucunda; verùm &, quæ non talia ſunt, agnoſcimus.

Sed certiorem habemus. Auer. non continuat; quia ſatis per ſe conſtat. Cùm dixerit de analogia odoratùs ad guſtum; intendit declarare, T.c. 94.
quantũ ſẽſus ille in nobis accuratus ſit. in tex. duo facit; in prima parte duas ponit propoſitiones; in ſecunda corollar. dicit in prima, ꝙ habemus certiorem guſtum ob id, quia eſt quidam tactus: qui in nobis perfectiſsimus omnium ſenſuum eſt: dicit in ſecunda, ꝙ homo ſecundùm ſenſus alios à multis cadit animalibus; at ſecundùm tactũ excedit cætera. Notandum ly, certiorem, voluiſſe ſenſum guſtus, odoris ſenſu, vt Simplicius rectè cum Auer. expoſuit; & non, vt S. Thomas; qui uoluit homines ſenſu guſtus cætera animalia excedere: & ratio inde ſumitur, quòd hucuſque facta eſt analogia odoratus, & guſtus. At confirmans certitudinem Philoſophus ex hoc, quia guſtus eſt quidam tactus; rectè de tactu dicetur; ut Auer. quòd homo in hoc cætera excedit animalia. utraque hæc, ſimul complexus fuit Albertus: tactum habet homo certiſsimum inter omnes ſenſus, ac inter omnia animalia. Vnde & prudentiſsimum in hac ſecunda tria facit: primò ponit corollariũ; ſecundò à ſigno confirmat; tertiò ſignum illud ratione munit: in prima dicit: Vnde & prudentiſsimum. corollarium pendet ex eo, ꝙ tactum habet meliorem cæteris: nã prudentia eſt circa conſiliũ de bonis, & vtilibus, ut ethic. 6. cap. 6. modò conſultare idem, & ratiocinari, ut ethic. 6. cap. 2. quare non ſine diſcurſu: qui conuenit omnibus morum uirtutibus, quarum architectonica prudẽtia eſt. 6. ethic. cap. 9. & 16. & Plato. 3. de legibus Prudentia cæterarum virtutum dux: rectiùs autẽ diſcurrit, qui potioris fuerit temperaturæ. Cum itaque temperatura ex quatuor qualitatibus, quę ſunt obiecta tactus, reſultet; quanto magis talis à uiribus oppoſitionis remouebitur; tanto melior, & magis cęlo ſimilis, vt inquit Albertus, tẽ-

peratura

peratura reſultabit; cum cęlum contrarijs careat. Cum itaque ita temperatę partes in homine reperiantur, quę vicem materiæ gerunt; rationĕ conſonum fuit, vt & perfectior anima talem materiam informaret: actus enim ſuſceptiuorum in diſpoſita, ac præparata ſunt materia, vt 26. huius dictum eſt. Signum autem. Signum adducit; quia & inter homines etiam ſi fiat cōparatio; qui hoc ſenſu præſtant magis; diſcurſu quoque vegetiores apparent; vt non difficilè ſit videre, quantum inter ciuem, & ruſticum interſit; atque inter dominum, & ſeruum, qui etiam natura oritur ſeruus, primo politicorum cap. 3. 2. 4. boni ſiquidĕ tactus, vt Auer. erit diſcretus: diſcretionis autĕ bonitas non videtur ſequi bonitatem aliorum ſenſuum; poteſt quiſpiam optimi viſus; auditus eſſe quinetiam; & tamen indiſcretus erit: at cum bonitate tactus ſemper ſtat homo diſcretus. Notandum, vt Simplicius, Prudentiſsimum dixiſſe, aut communem quandam virtutem, quę & in alijs imaginationem habentibus animalibus reperiri poteſt; vt dicimus equi uirtutem; quia ſecus abuſiua longè comparatio eſſet: aut, quòd humanum duntaxat animal, & prudentię, & optimæ omnium generabilium ſortitum eſt. Duri enim carne. Ratione ſignum munit: homines duri carne valde inepti; molles verò, aptiſsimi ſunt. S. Thomas, & cum eo Albertus; Bonitas tactus bonitatem ſequitur temperaturæ; ſiquidem inſtrumentum tactus nudatum à tactilibus qualitatibus, haudquaquam poſsibile eſt; extremas tamen illas recipit; atque eò faciliùs, quò in eo magis redactę fuerint ad medium; quod in homine boni tactus apertiſsimè dignoſcitur: quoniam mollities, vt ait Albertus, fit à ſicco bene commiſto cum humido, ſubtiles generans ſpiritus; quod optimè notauit Themiſtius; Facilè penetrabiles, & pręcipuè primus oritur ſpiritus à temperatura tali; cui dominatur primò anima, & tactui deſeruit: aſpera verò; &, quæ talis per naturā temperatura ſit; ſpiritus potius ligat, atque oppilat. ratione dictum eſt hoc de temperatura, ſecundùm naturam eſſe intelligendum; quādoquidem poſsibile ſit homines bonæ temperaturę naturalis, propter exercitationes duras, agreſtiores reddi, & uideri duros carne; cū tñ hoc illis per accidĕs cōtingat, & īgenioſiſsimi ſint; ſecus ſub vmbra otiātes.

Dubitatur circa tria dicta à Philoſopho; primò vtrum ex bonitate tactus liceat arguere bonitatem intellectus; ſecundò, vtrum hoc potiùs ex tactu, quàm ex viſu, vel altero: tertiò, vtrum carnis mollities operetur tale. Pro reſolutione primi ſine argumentis notanda eſt diſtinctio talis, quòd ex bonitate ſenſus arguere bonitatem intellectus contingit, duobus modis; altero modo, quoad bonitatem naturæ in ſe intellectus; altero modo, quoad meliorem modum operandi intellectus. qua poſita ſit prima cōcluſio. Bonitas ſĕſus tactus nō arguit bonitatem naturæ ex parte intellectus. manifeſta eſt concluſio talis ex fundamento immortalitatis illius animę, quæ declarabit̄ in 3. huius, Deo dante; quia talis nō pendet à tĕperatura noſtri corporis. ſecunda concluſio ſit: ex bonitate ſĕſus tactus arguitur: melior modus operādi ſecūdùm intellectum. Declaratur cōcluſio; nam organū tactus, vt poſtea dicetur, diffunditur per vniuerſum corpus; ita vt & organum cuiuſcunque ſenſus ſit etiam organum tactus: vnde ex hoc, quòd quiſpiam tactu præſtat meliori; ſequitur quinetiam, vt ſenſitiuam naturā meliorem poſsideat vniuerſam; & cum ea ſit, à qua capit intellectus ſpecies; ſequitur, vt, quò meliùs, ac temperatiùs intellectui deſeruiat; meliorem quinetiam inde teneat operationem intellectus. In ſecundo dubio videtur facere difficultatem dictum Philoſophi primo metaphyſicæ de viſu, & auditu; quandoquidem viſus maximè cognoſcere nos faciat, & multas differentias demonſtret: per auditum quinetiam ſcientias capimus: quare magis conducere uidentur ad bonitatem intellectus, quàm ſenſus tactus. Ad hoc dicendum, ut bene notat S. Thomas, ꝙ ſenſus tactus ſequitur temperaturā totius; quare diffunditur eius ſenſorium per uniuerſum corpus; ut organum cuiuſcunque aliorum ſenſuum ſit etiam organum tactus: eſt itaque, per quem primò dicitur unumquodque ſenſitiuum: quare ex bonitate huius, cum bonitatem ſupponat temperaturæ, licet arguere bonitatem intellectus: ea ratione dixit Ariſt. hominĕ ſolū cutim tenuiſsimam habere 5. de generatione animaliū cap. 5. at bonitas uiſus, & auditus non primò ſignificat bonitatem ſenſitiuam ſimpliciter, ſed ſecundùm quid. quinimo dicam bonitatem uiſus, in perfectè iudicando de coloribus, ſupponere bonitatem tactus; quia bonitatem temperaturæ, ut retro dictum eſt ex ſententia Ariſt. 5. de generatione animalium cap. 2. quòd homo præ cęteris animalibus cutim obtinet tenuiſsimam: rationes itaque adductæ non faciunt contra nos. Ad tertium uerò dubium, uidetur hac ratione poſſe concludi, & fęminas, & pueros prudentiores eſſe; ſiquidĕ & uiris, & ſenibus molliores ſint: quod tamen falſiſsimum eſt; ſi quidem mulieris conſilium ſit inualidum; pueri uerò imperfectū ex ſententia Philoſophi primo politic. cap. 8. Ad hoc dicendum, ꝙ mollities altera eſt, quæ reſultat ex ſicco bene commiſto cum humido, & digeſto; & talis arguit prudentiam: altero modo nō bene commiſto; quinimo indigeſto humido, & pituitoſo; qualis in mulieribus, & pueris reperitur: quare nihil concludunt.

Eſt autem, quemadmodum humor. Cū ſupra dixerit odorabilia ſaporoſis proportionari; in hoc tex. analogiam, quam tenĕt, declarare intendit. In tex. quatuor facit; in prima parte tangit proportionem; in ſecunda, quando contingat, inuicem proportionari, & quando non; in tertia ponit quaſdam ſpecies odoris, alias ab extremis; in quarta, quòd nomina odorum, ſecundùm ſimilitudinem, ſunt à ſaporibus capienda: prima nota ſatis. Notandum tamen eſt pro maiori euidentia, quòd ſecundùm Philoſophum ſeptem ponuntur ſaporum ſpecies; quamuis, ſecundum Medicos, nouem: at de his latiùs dicetur in ſequentibus. T.c.95.

ſupponatur hoc in tantum. quarum extremæ duę,
dulcis, & amarus; mediæ, acer, auſterus, acutus,
pinguis, acerbus. Notauit. Auer. ſimilitudiné, vt
in ſaporibus prima hæc eſt cõtrarietas; pariter &
in odoribus dicendum eſt. Notandũ ſpecies odo
ris non capi à primis qualitatibus, tametſi confi-
ciantur ex illis; quia immediatiùs ex ſpeciebus
ſaporum reſultat; quare inde notiores fiunt. Ar
dubium videtur, cũ ſapores notiores ſint; cur non
eos præpoſuit odoribus? Dicendum, ꝙ ſequutus
eſt perfectionis ordinem, in agendo de ſenſibus:
cum quo ſaltem, vt in pluribus, conſequitur & fa-
cilitas procedendi. Ar dubitat, & non ſoluit The-
miſtius: quare eſt, ꝙ ſapores percipiuntur à no-
bis cum triſtitia, & lętitia; & tamen ſunt nobis
manifeſti, & ſenſibiles de facili. Dicendum, ꝙ
lætitia, & triſtitia dantur interdum, vt ſenſiteria
excitentur: quæ cum hebetiora ſint debito, immu
tari de facili non poſſunt. quandoque verò dan-
tur; quia comitantur quid conueniens, aut incõ-
ueniens redditur nobis, vt de guſtabili contin-
git; ſiquidem ſaporoſum deguſtari non poſſet,
niſi conueniens fuerit, aut incõueniens. Sed alia.
In hac ſecunda dicit, quòd ſemper analogia non
cadit eadem inter ſapores, & odores: fundamen
tum huius eſt vtriuſque generatio; quæ ſi eodem
incedit generationis ordine, dulce erit guſtui ſa-
poroſum, ab eoque reſolutus odor eãdem quali-
tatem obtinebit: namque ſaporum materia hu
miditas aquæ eſt; quæ cum à calido digeratur, &
diuerſa quidem digeſtione, diuerſa quoque pa-
ritnam calidum digerens aqueũ, uel aereum hu-
morem, ex quo & ſapor, & odor, vt à materia pen-
det, vt in de ſenſu, & ſenſili, humorem ipſum di-
geſtione non terminabit, niſi quidquam terreũ
in eo combuſſerit, ut diligenter notauit Albertus
ꝙ, ſi exceſſerit in ſicco terreo, erit in illo miſto
quoddam reſperſum amarum; vnde dulcem tunc
habebit ſaporem, at odorem amarum. quòd, ſi
extrinſecus à loci, ſoliſque caloribus exteriores
partes bene digerantur; quę verò intrinſecæ ſunt,
plus iuſto frigeant: habebit id odorem dulcem;
at intrinſecùs deguſtatum, acris erit ſaporis: at,
ſi commoda extrinſecùs, intrinſecusque diluti
illius humoris facta fuerit digeſtio; eundem red-
det ſaporem, & odorem; vt ſapor, atque odor mel
lis eſt. cum itaque talis inter vtrunque analogia
reperiatur; rectè, tacitè ſoluens Simplicius, dixit
hoc fuiſſe in cauſa, quòd Philoſophus odorem
neque uiſui, neque auditui comparauerit; neque
tactui, quo ad obiecta. ex quibus dictis duo hæc
eliciuntur corollaria: alterum, quòd ſimplex nul-
lum odorem mittit, neque metallum: ratio vtriuſ
que eſt; quia utrunque inſipidum. Similiter. In
hac tertia ponit ſpecies quaſdã inter extremos
odores, ac ſapores medias, eundem quin etiam
inter ſe ordinem ſeruare; & clara eſt ex ſe ipſa.
Sed ſicut. In quarta innuit Philoſophus ea ratio-
ne ad exprimendos odores nomina impropria
ſatis, ut dixit Simplicius, accepiſſe; quia odorum
nomina latent nos: nanque odores non ita occur
runt nobis manifeſti, vt ſapores ſunt, vt retro di-
ctum eſt à nobis; quare per ſimilitudinem acci-
piendi. manifeſtat Auer. exemplo: odor enim dul
cis, ſicut odor croci, aut mellis; quia in melle eſt
etiam dulcis ſapor. deprehenduntur in ſtirpibus
odores plerique, qui per nomina ſaporum ſigni-
ficantur; quia in plantis ob earum imperfectio-
nem inter animata, vigent ſatis qualitates elemẽ
torum primæ: at in animalibus, vt diuinè dixit Al
bertus, non tam cõſpicui odores fiunt; quia in il-
lis magis retuſæ ſunt elementorum qualitates; &
ea magis prompta ad actiones vitæ.

Adhuc aurem, ſicut auditus. Intentio clara T. c. 96.
ſatis. vult declarare in ſenſu odoratus idem cõtin
gere, quod in alijs ſenſibus, in receptione & obie
cti, & priuatione obiecti. Tex. in duas partes di-
uiditur; in altera ponit illud commune, & in 103.
in ſecunda declarat, quot modis priuatiuum ſit
aſſumendum: in prima dicit olfactum eſſe odo-
rabilis, & non odorabilis: à ſimili, & viſus uiſibi-
lis, & non uiſibilis; & auditus audibilis, & non au-
dibilis. fundamentum eſt; quia quilibet ſenſus no
uit & obiectum proprium, & obiecti priuationẽ;
quæ per notitiã iam habitam de obiecto, ueluti
habitu, manifeſtatur magis: rectum enim Iudex
ſui, atque obliqui eſt, primo ani. 85. quare bene
addidit Them. ꝙ obiectum per ſe iudicat; obie-
cti uero priuationem per accidens. Non odora-
bile. In hac ſecunda declarat, quot modis dica-
tur hoc priuatiuum: & diſtinguit in tres: prima de
eo, quod nullum penitus habet odorem; ſecunda
de eo, quod paruum; tertia de eo, quod prauum:
in prima ſunt elemẽta, quæ odore carẽt, cũ ſimpli
cia ſint; in ſecunda quæ uix ab odoratu apprehen
ſibilia ſunt; in tertia fętida, & quæ ſolo ſuffitu ne-
cãt: idẽ & de guſtabili, ac nõ guſtabili dicẽdũ erit.

Dubitatur ob ea, quæ dicta ſunt; nunquid audi
tus iudicet priuationem ſoni; quod idem erit de
quocunque ſenſu particulari dubitare: & uidetur
ꝙ non; quia ſenſus non percipit aliquid, niſi im-
mutetur ab illo: at ſoni priuatio auditũ immu-
tare non poteſt. ergo &c. ſecundò. ſi iudicat, cum
hoc fiat per ſpeciem receptam, uel erit per
ſpeciem ipſius priuationis; uel per ſpeciem obie
cti proprij: non primo; quia priuatio ſpeciem nõ
habet: non ſecundo; quia per ſpeciem obiecti,
cum poſitiua ſit, percipit ſenſus obiectum, & non
obiecti priuationem. neque; uidetur tenere,
quòd per ſuum poſitiuum, ueluti per habitum,
ut dictum eſt, priuatiuum hoc cognoſcatur; quia
inibi, poſitiuo exiſtente, priuatiuum eius non
eſt. in hac difficultate Græci ſunt diſcordes.
Philoponus tenet, quòd ratio priuationem iudi-
cat, non ſenſus exterior; quando priuatio nega-
tionem dicit, at non aptitudinem. ut ſi dicatur,
ſonus inuiſibilis, ſenſus uiſus nãque ſonum reci-
peret: at ſi priuatiuum dicatur de eo, quod uiſi-
bile non eſt, ſed aptum modo aliquo uideri, ut te
nebra, ut diaphanum, hoc cognoſcitur à uiſu, qua
tenus coloratum non eſt, & ut inuiſibile eſt. hãc
eandem ſententiã uoluit Themiſtius, ꝙ priuatiuũ
per accidens cognoſceretur. Alex. uidetur tenere
ꝙ per ſe priuatiuum illud à ſenſu dignoſcatur
propter

propter fundamentum, quod ponit in tex. quòd, ſcilicet, ſenſus oppoſitorum eſt: modò oppoſita videntur circa idem fieri per ſe. In hac difficultate primò noto, vt bene Philoponus, quòd priuatiuum, vt inuiſibile, primo modo dici poteſt, vt vox, & alia, quæ videri impoſsibilia ſunt; ſecundo modo, vt intensè illuminatum, veluti Sol, qui in videndo, viſum officit; tertio modo, vt quod eſt modici luminis, & vix viſibile; quarto modo, vt diaphanum tenebroſum. Et de hoc proprie quæritur; quia viſibili colorato, vt extremum, opponitur. hoc ſtante, duo dicam; Alterum eſt, quod priuatiua cognoſcũtur à proprijs ſenſibus exterioribus, & ab aliqua intrinſeca ratione, vt palàm fit in tex. pręſenti, atque in tex. 103. ſecundum dictum eſt, quòd ſenſus iudicat de priuatiuo: non, ꝙ fiat in ſenſu aliqualis impreſsio; ſed, quia à priuatiuo tunc nõ patitur: quare, hoc mediante, viſus, verbi gratia, intrinſecùs recedens, iudicat de tenebra; vnde cæcus non poteſt iudicare de tenebra à natiuitate: quare, vt ſic, de priuatiuo ſuo ſenſus quilibet per ſe ferret iudicium. poterit & opinio Themiſtij ſaluari, & Philoponi, ꝙ per accidẽs in reſpectu poſitiui; cũ potentia talis tunc cognoſcet ſe à proprio obiecto non pati. vt verò priuationes comparantur ſenſui, ſic per ſe.

T. c. 97. Eſt autem olfactus per medium. Intentio apud omnes eadem, & clara ſatis. Cum dixerit hucuſque de odore, vt obiecto; modò intendit declarare, quo modo ſenſus iſte, ſicuti viſus, & auditus, indiget medio. In tex. tria facit; primò ponit vnam propoſitionem; ſecundò probat illam experimento; tertiò eandem ſigno: prima nota ſatis, ꝙ, ſcilicet, olfactus eſt per medium, quod reperitur in duobus elemẽtis, aere ſcilicet, & aqua: vt ſit intelligendum, ꝙ neutrum horum, inquantum tale; neque aer, vt aer; neque aqua, inquantũ aqua; ſed vtrumque per naturam quandam communem, quam gręci, dioſmon, appellarunt: ſic ſimiles eſſe ſenſus inter ſe, non erit pręter rationẽ. vt notat Themiſtius. Et nanq; In ſecunda hac, argumento ſumpto ab animalibus diuerſis, propoſitum oſtendit: aquatica nanque odorem illorum odorabilium, quę ſunt in ſuperficie aquæ, percipiunt; tametſi ſub aquis reperiantur, vt crocodili, referente Philopono; putridarum carnium odores ſentientes ad eas, quæ in ſuperficie aquę ſunt, mouentur: piſces quinetiam ad eſcas, odore percepto, mouentur: pariter & ſanguinea, aut exanguia animalia in aere exiſtentia, ſolo odore mouentur ad cibum, vt apes, dicente Auer. quæ à loco remotiſsimo mouentur ad nutrimentum. Etenim. Confirmat dictum per ſignũ; quia viſum eſt huiuſcemodi animalia per remotiſsimum ſpatium; in quo non eſſet probabile dicere, ea tunc videre; moueri tamen ad nutrimentum. quod nõ alia de cauſa dicẽdum eſt; niſi ꝙ odore ſolo percepto moueantur. Et ratiocinatio. In hac parte digreditur Auer. & duo facit; in primo ponit tria dicta; in ſecundo infert vnum contra Auicẽ. primum eſt, ꝙ odor indiget medio; in quo neque ſecundùm eſſe purè reale; neque purè ſpiritale reperiatur. fundamentum huius eſt; quia ſenſibile immediatum ſenſui ſenſationem non parit: ſecundũ dictum eſt, quòd in medio reperiatur, non quatenus tale eſt; ſed quatenus in eo communis natura reperiatur. videtur Themiſtius, cuius interpres fuit Hermolaus, communem hanc naturam, qualitatem, appellaſſe. dicit Hiſpanus hoc fuiſſe dictum Hermolai, & non Themiſtij: quare dicebat ipſe eſſe ſubſtantiam, vt non multiplicaret tot qualitates. At magis hoc admiror; nam, ſi natura hæc ſubſtantia erat; aut forma, aut materia, aut compoſitum: ſi primo; cum eſſet in aere naturalis, neceſſariò aliquam informabat materiam; ſiquidem formam naturalem ſine materia ſtare impoſsibile eſt: &, cum nulla alia appareat materia pręter aerem; ideo diceretur forma aeris: quod eſt abſurdum: ſi materia, informaretur à forma aeris: ꝙ inconueniens eſt: ſi compoſitũ; ergo corpus; & ſic corporum penetratio: quare falſiſsima hęc talis opinio. Pręterea littera gręca Themiſtij ſtat, πάθος; quę notat paſsionẽ quãdã communem; quare qualitatem: tertium dictum fuit, quòd medium caret odore; ea ratione odores extraneos eſſe dixit. in ſecunda parte duo facit; primò infert contra Auicẽnam; ſecundò contra eum inſtat duobus medijs. illatio prima clara eſt: in ſecunda arguit, quod, vt clarius fiat, notandę ſunt tres propoſitiones in primis: quarum prima eſt, ꝙ odor ſentitur in maxima diſtãtia: argumento fuit trigrium, vulturumque copiæ aduentus à longinquis partibus ad excidium troianum ob fętorem cadauerum immenſum. ſecũda propoſitio, ꝙ odor æquè per ſphęram circumquaque diffunditur: tertia propoſitio, quòd raritas non multiplicatur in infinitum; tametſi 4. phyſicorum 72. uidetur dicere, quòd raritas, ut raritas in infinitum augeatur: hoc tamen non impedit; quia ibi de raritate egit; ac ſi ſeorſùm à corpore cognoſceretur: at hoc in loco de illa agit, ut in naturalibus corporibus reperitur; ignis ſiquidem omnium corporum rariſsimus, terra denſiſsima; quare neque denſitas in infinitum abibit: minimum itaque ignis erit maximum in raritate minimorum; & minimum terræ erit in raritate minimi. his ſuppoſitis, ſic arguit Auer. prima ratione; Si odor eſſet corpus; ſequeretur, ꝙ corpus odorabile maiores haberet dimẽnſiones, quàm ignis. deducit; quia uenerunt illa animalia per quingenta miliaria. at, cum per ſecundum ſuppoſitum conſtet circumquaque in ſphæram diffuſum eſſe odorem, & continuum; ſequetur, ꝙ ſpatium illud erit ſemidiameter totius ambitus; quare tota diameter notabit ſpatium mille milliariorum: modò, ſi uniuerſum illud corpus uerteretur in ignem, odorabile, ſcilicet ab illis cadaueribus reſolutum; non utique poſſet tantum ſpatium occupare, neque extendi ultra dimenſionẽ ignis; cum ea maxima poſita ſit; è contrario minima terræ dimenſio: ſecunda ratio ducit ad impoſsibile; Si eſſet ſolum corpus, aut reſolutum à corpore, ſequeretur aliquod trium impoſsibilium; aut corporum penetratio; aut ꝙ aer non eſſet in tota

illa

illa diſtantia, in qua odor multiplicatur; aut ꝙ odor, re in corpore ſimplici inueniretur: primum patet. At, ſi dixeris, ꝙ aer cedit: hoc eſt falſum;: quia videmus in tota illa diſtantia animalia reſpirare, ſecundum patet; quia in corpore ſimplici non reperitur odor; nec ſi ponatur qualitas ſecũda; cum talis dicatur reſultare ex primis. Sed tamen apparet. In hoc loco contra ſe ipſum inſtat Auerro. quia dixit, quòd odor habet eſſe in medio, ſicut color; nam odor non ita ſpiritalis eſt: argumento, quòd à ventis aſportatur. Auerro. ſoluit per ſimile de ſono. Dicit Hiſpanus, quòd ſic argumentum non eſt ſolutum. At dicimus nos malè fuiſſe acceptum Auerro. ab Hiſpano: ideo notanda ſunt duo; primò, quòd dat Auerro. inſtantiam quandam; ſecundò ſoluit: in primo dicit ſimile eſſe de ſono; quandoquidem flante vento inter corpus odoriferum & nos, ſonũ nõ percipimus. Si ratio illa ſuum teneret robur; ſequeretur, quòd odor, non qualitas quædam, ſed corpus eſſet. deinde ſoluit dicens, quòd odor in medio non ita ſpiritale eſſe tenet, ſicut color: cuius rationem intulit Sanctus Thomas. Quia viſibiles qualitates corporibus inſunt corruptibilibus, quatenus communicant cum æternis; ideo nobilius eſſe tenent, quàm cæteræ aliorum ſenſuum: odor itaque eſſe tenet in medio, ſpiritale; in quo eodem prius fuit ſub eſſe reali: at eſſe ſuum reale tenet propè corpus odorabile, cum corpus ſatis tenue, & vaporoſum reſoluatur; primò à corpore illo odorabili per aliquam diſtantiam; à quo poſtea multiplicatur odor, ſecũdum intentionale eſſe per diſtantiã maximam: &, cum illud eſſe intentionale in conſeruari pendeat à corpore illo ſubtili reali; ea ratione fit, vt flãte vẽto, neq; intentionalẽ odorẽ percipiamus; quia per ventũ flantẽ ammotũ fuerat corpus illud reale, à quo pendebat in conſeruari; nõ reſoluitur aũt à corpore primo colorato aliud corpus; ſed ipſum cõtinuè manet imobile à vẽtis: vñ, vteũq; ſpirẽt; ſemper intentio coloris manet.

Dubitatur propter ea, quæ dicta ſunt; vtrũ odor in aere, aut aqua mediis, re, aut ſecundùm eſſe intentionale duntaxat inueniatur. In hac difficultate tres reperiuntur opiniones diuerſæ; prima Auicennæ ſexto naturalium, cap. de odore; ſecunda Auer. hic; tertia quorundam aliorum: inter quos in aliquibus cõuenit, in aliis quibuſdam maximè differunt: in duobus hiſce conueniunt; primò ꝙ odor ſecundùm eſſe intentionale in ſenſu reperiatur; ſecundò, quòd ſecundùm eſſe reale reperiatur in corpore odorabili. ab inuicẽ in vno diſſentiunt, quomodo ſcilicet, in medio eſſe dicatur. Auic. voluit, quòd odor haberet in medio eſſe reale; ſi quidem à corpore odorifero corpuſcula quędam vaporoſa reſoluantur, & per medium ad ſenſum odorem deferant. quod experimento cõprobat; nam, ſi diu pomũ aliqđ odorares; pomũ vtiq; marceſceret ꝓpter multũ, ꝙ reſoluitur ex illo, At contra opinionẽ hanc inſtant Auer. Albertus, & ipſemet eiſdemmet dubiis, quæ retro à nobis in parte digreſsiua dicta ſunt, & ſoluit; & primùm de vulturibus; quòd potuit eſſe duplici de cauſa; vel propter flatum ventorum; vel, quia animalia illa, cum euolaſſent in altum, viſu perceperunt ea cadauera; ad quæ conuolarunt, & non odoratu. & hoc videtur ſatis dictum ratione; cum viſio longè ſpiritalior ſit, quàm odoratus. Ad alterum dubium, quòd medium cederet. Dicendum, ꝙ in qualibet parte medii eſt odor; nec tamen ſequitur corporum penetratio: & pariter de hoc dicendum, ſicuti de aqua frigida, in qua repoſitum ſit mel: quæ cum bibatur, non diuerſum à melle ſaporem reddit; neque ob id mel ipſum aquam penetrat; at diuiditur in particulas exiguas valde quæ ea proportione exacta cum particulis medii miſceatur, vt alterum ſine reliquo nõ percipiatur: ꝙ pariter & de odore cum medio dicendum erit. Neque fundamentum illud tenet, ꝙ ſenſibile ſupra ſenſum ſentiretur; quinimo dicit Auic. Si ſenſibile continuè redderetur ſenſui immediatũ; in ſenſatione non indigeremus medio. At contra Auic. eſt ratio fortiſsima, quæ elicitur ex dictis Albert. duobus ſuppoſitis; altero, quòd ſenſibile ſupra ſenſum ſenſationem non facit; quæ & experimento, & Philoſophi dictis patet propoſitio: altera, ꝙ in omni motu, mouens, & motum ſint ſimul 7. phyſicorum decimo. Tunc ſic, Si fumalis euaporatio ſenſationem cauſat; aut eſt, quia immediatè ponitur ſupra ſenſum olfactus; & hoc deſtruit primam: aut remota à ſenſu facit; & hoc ſecundam deſtruit. Fortè diceret Auicen. quòd vapor ille vadit vſque ad ſenſorium; vbi poſtea de ſui natura, forma illa ſenſationẽ producit. At dicerẽ hoc idem contingere poſſe in quacunque ſenſatione; quod tamen falſum eſt. ſecũdum elicitur argumẽtum in Auic. ex dictis Philoponi, nam Ariſt. dicit in tex. odoris ſenſum fieri per medium, quod eſſe dixit aerem, & aquam: ut arguatur ſic; Exiſtentes ſub aquis, percipiunt odores factos in aere; non dicendũ eſt hoc fieri; quia ingrediantur vapores aquam; potius enim aſcenderent, quàm deſcenderent: relinquitur itaque, ꝙ ſpiritaliter per aquam defertur. quare ſententia Auicennæ iudicio meo peripatetica non eſt. ſecunda etiam Latinorum quorũdam; ꝙ odor ſit realis in medio, falſa eſt; & intentionalis: ſi quidem odor fundatur in ſapore, vt dictũ eſt; & Philoſophi eſt in libello de ſenſu, & ſenſili; modò nullum elemẽtorum ſaporoſum eſt; quare neque emittit odorem. Præterea odor conſequitur qualitates elementorum quatuor; nõ itaque in aliquo illorum ſeorſum reperiri dẽt. tertia opinio, eſt Auer. & cũ eo Philoponi, ꝙ à corpore odorabili reſoluantur corpuſcula illa in medio, in quibus odor continetur: & ſic habeat eſſe odor in medio, & reale, & intentionale. ꝙ vt reddatur clarius, ſciendũ ſecũdũ Auer. ꝙ odor realis ſubiectiuè in medio non reperitur; quia odor ſubiectiuè eſt in illis corpuſculis, quæ ſunt in medio, ut locatũ in loco: at in medio eſt ſecundùm eſſe intentionale; quia à certa data diſtantia, ultra quam extendi non poteſt vapor ille, per ſuam dimẽſionem intentionaliter multiplicatur vſque ad odoratum. confirmatur ſua hæc opinio per ſententiam Ariſtotel. 12. particula proble. 9. in quo proponitur.

cur odores è proximo ſuaues minùs ſpirant. ſoluit; quia terrena portio vnà cum odore ſe deſert; quæ per aliquod ſpatium diſtans, cadit, purum dimittens odorem. ſoluit eodem modo dubia quædam Philoponus. Propter quid eſt, quòd redditur odor odore acutior; quinimo alter ab altero hebetatur, vt contingit aliquando fœtidum odorem, ſuaui odore retundi. hoc autem non contingeret, ſi odor per aerem, vt ſolùm per medium, colorum inſtar deferretur: non enim color alter alterum ſupprimit in aere medio: quia non colores, ſed ipſorum actus per aerem medium ducuntur. Intendit adhuc dubium magis Philoponus dicens; Reſolutis thymiamatibus, ac thure, fumi deferuntur ad nares vſque noſtras: quare per vapores defertur odor. Dubia iſta reſoluens Philoponus dicit, quòd ſecundùm veritatem reſoluuntur ab odorabilibus defluxus quidam tenues valde; qui cum in aere ſint, ſi à fortioribus impediantur, cedunt: quòd, ſi vehementiores fuerint, alios ſuperabunt odores. ſequitur deinde Philoponus. At defluxus ille tametſi fiat; non idem tamen in ſenſorio mutationem facit; ſed medio indiget aere, aut aqua deferentibus non odores, ſed odorum actus; vt actus colorum, non colores per naturam mediam in mediis deferuntur. Nec ſatisfacit, quod dictum eſt pro ſalute Auicennæ, quòd corpuſcula illa diſſoluuntur ad minima; atque cum minimis particulis aeris miſcentur, & ſimul recipiuntur: quià tunc ſequeretur, quòd odoratus eſſet quidam tactus, vt guſtus eſt: ſequeretur etiam, ſi naſus in particula aeris poneretur, quòd odorem non perciperet.

T. c. 98. Vnde & dubium videtur. Cum Ariſtotel. retro dixerit animalia, & quæ aerem, & quæ aquas incolunt, ſimiliter odorare; &, quæ ſub aquis ſunt, reſpirandi vſu carere; multa quinetiam, quæ in aere viuunt; ſanguinea verò, & pulmonem habentia à ſola reſpiratione olfacere; propoſuit in præſentia dubiũ hoc diſſoluendum. fundatur autem dubium hoc ſuper duabus propoſitionibus; ex quibus ſequi videtur, quòd inſecta habeant ſextum ſenſum; quia talia odorant ſine ſpiritus attractione; quare diuerſum odoris ſenſum habere vidẽtur in tex. itaque duæ ſunt propoſitiones; quarum ſecunda ad longum declaratur. prima propoſitio eſt, quòd omnia animalia ſimiliter odorant. Philoponus notauit hoc ea dictum eſſe ratione; quoniam odorem, neque remotum maximè, neque in ſenſorio exiſtentem capiunt: altera eſt, quòd homo reſpirans odorat: & vſus eſt genere loco ſpeciei, reſpiratione ſcilicet, inſpirationis loco. hãc declarat experimento, quòd, ſi homo vel expirauerit, vel ſpiritum diu retinuerit; neq; etiam, ſi propinquiſſimus naribus fuerit, odorem capiet; neque etiã, ſi in naſum ponatur odor: quanquam & hoc cæteris cõe ſit animalibus, ſenſibile vt ſupra ſenſoriũ poſitũ reddatur inſenſibile. Sed ſine reſpiratione. Addit Ariſt. hoc eſſe homini proprium, ſine reſpiratione, odorare non poſſe. notant Latini hoc dictum, eſſe proprium, nõ quarto modo; quia non ſoli, ſed cæteris quoque animalibus anhelantibus; ſed dictum eſſe primo modo, omni ſcilicet. Philoponus autem vult, quòd per hominem in hoc tex. voluerit intelligere Ariſtote. animalia quæque anhelantia; & ſic, exempli gratia, hominem poſuerit. quam opinionem viſus eſt & Auerro. ſequi; cum dicat; Hoc verò, quòd homo, & alia animalia anhelantia impoſſibile eſt, vt olfaciant abſque reſpiratione; vt volentibus experiri, notum fiet. Dubitatur nunquid à brutis percipiatur odoris aliqua ſpecies, quę non ab homine cognoſcatur: & videtur Ariſtotelis determinatio, quòd ſic, decimatertia particula, proble. 4. proponens; Animalium nullum ſuauiter olet, excepta panthera. & addit; Quæ etiam ipſa non niſi beſtiis ita olet. Ex altera parte eſt argumentum, quod intellectus hominis non eſſet potens omnia fieri; cum non illa odoris ſpecies; cum defecerit illius ſenſatio in homine; cuius beneficio ad intellectũ deducitur. Dicendum cum Ariſtotel. quòd niſi beſtiæ ita odorant, ſuauiter, .ſ. & ſine lætitia, aut triſtitia vrgente, ſed conſequente potiùs: at homo ſentit, ſed non ita, vt retrò dictum eſt.

Quare ſanguinem nõ habentia. Cũ retrò dictum ſit animalia quęque eodem modo olfacere; hominem verò, reſpiratione; videtur ex his concludi poſſe, animalia ab homine odorantia ſine reſpiratione, aliũ ſenſum odoris habere ab olfactu humano: multa autem talia ſunt; vt piſces, & inſectorũ vniuerſum genus; ut inquit Philoſophus in libello de ſenſu, & ſenſili: ut apes mouentur à peculiari eſca, tametſi remota: quod & magnarum genus formicarum, quas ſenipas uocant quidam, & ex marinis purpuræ, & pleraque alia ob odorem acutè præſentiunt eſcas. In tex. duo facit; primò ponit, quod ex dictis concluditur; ſecundò oſtendit illud eſſe impoſſibile: nam, cum conſequens impoſſibile ſit; & id, ex quo ſequitur, impoſſibile eſſe neceſſe eſt. Si itaque impoſſibile eſt animalia habere diuerſum ſenſum odoratus; impoſſibile quinetiam erit, quòd odorans ſine reſpiratione habeat diuerſum ſenſum odoris. prima pars ex ſe ipſa clara. Sed impoſſibile. In hac duo facit; quia format duas rationes ad oſtendendum hoc impoſſibile: primò per immutationem potentiæ ab obiecto: ſecundò per paſſionem factam ab eodem: primò, quia per nullam aliam poteſtatem apprehendimus odorem, quàm per potentiam odorandi; ſicuti per nullam aliam colorem, quã per potentiã uidẽdi. & probat hoc per primã oppoſitionẽ, ut notauit Philoponus, per bonũ .ſ. odoramentũ, & malũ; quod retrò dixit, ſuaue, & triſte: quod nõ contingit, niſi per hanc cognoſci operationẽ, quæ olfacere dicitur, ut in ſpirantibus, ita & in non ſpirantibus. cum uerò talis operatio nõ ſit alius ſenſus, quàm olfactus; ideo nõ datur diuerſus odorandi ſenſus ab hoc in non reſpirantibus.

Amplius autem. In hac ſecunda particula ſecundæ, per paſſionẽ factã ab obiecto idẽ probat: nam eodẽ modo corrũpũtur à malis odoribus nõ reſpirantia, ut à ſulphure, aſpalto, & ſimilibus, ſicuti reſpirãtia. ſulphur in lacunis proiectũ, Alberti authoritate, odore interficit piſces. quare odoratu, &

non alio ſenſu odorãt oĩa; tametſi in modo diffe rãt odorãdi. Dubiũ videtur ob ea, quę retrò dicta ſunt. quare eſt, quòd ſicuti hominem dixit Philoſophus prauè odorare ob eam rationẽ, quã à multis ſuperatur animalibus, quæ à longiſsima diſtantia odores capiunt; non dixit etiam hominẽ prauè videre; quandoquidem ab aliquibus ſuperatur animalium, quæ acutiùs, & per ſpatium longè remotius, viſibile recipiunt, vt aquila? Cui dicendum in cauſa eſſe; quia homo in ſenſu odorandi indiget forti motu ab obiecto, vt ſenſorium patiatur; ideo praui odoris dictus eſt: at ſimile de viſu non eſt; quippe qui abſque vlla lætitia, aut triſtitia ab obiecto colorato mouetur, & à diſtinctis ſpeciebus colorum. quòd, ſi ab aquila excedatur in videre acutiùs; fortè continget hoc ratione ſitus ſenſorii aquilæ, vel fortè eiuſdem temperatura: exactiori tamen modo de coloribus homo iudicabit.

T.c.100 Videtur autem in hominibus. Cum propoſuerit dubium; in pręſentia ſoluit illud, ſimul adducens cauſam diuerſitatis illius: quam Auer. manifeſtat eſſe in creatione animalium; ſiue, vt vtar Medicorum verbis, compoſitione: ſiquidem ex ſententia Galeni ſecundo Therapeuticæ, duo morborum genera determinauerit; alterum in ſimilaribus; quod, intemperantię, eſſe dixit; alterum in organicis membris contingere; quod ſpectatur in figura, ſiue numero, quantitatiuè, aut partium ſitu. voluit autẽ, per quod diſtinguitur, dub. Auer. eſſe in forma, ſiue creatione membri. Duo itaque facit in textu; primò ponit diuerſitatem inter animalia odorantia; & hoc; vt concludat conſequens illatum, falſum eſſe, quòd ſcilicet, nõ reſpirantia habeant alium ſenſum olfactus: ergo altera. non minor: quare maior: quòd, ſcilicet, animalia omnia odorent eodem modo; concludens admodum diuerſam diſpoſitionem in organis olfactus vtrorumque. in ſecundo infert corollariũ; quid ſcilicet, ſit olfactus ſenſorium. primã manifeſtat Philoſophus à ſimili, inquiens diuerſum eſſe in hominibus ſenſorium olfaciendi ab alijs animalibus; ſicuti diuerſa eſt oculorum mollium creatio ab ea, quæ durorum fuerit oculorum nam, quæ duri oculi animalia ſunt, immediatè vident, neque indigent, vt eorum palpebræ, quibus ob duritiem oculorum vacant, attollantur; ſed habentia molles, & occurrẽtibus vitiis obnoxios, modò illos tegunt palpebris; modò, vt uideant, palpebris detegunt. ſic eos hoc munere natura donauit. quod nõ ſecus uidere eſt in his, qui attractu ſpiritus odorant; quandoquidem aerem per naſum inſpirantia, Carunculas quaſdam cooperiẽtes nias olfactuum, aperiãt; & inde odori liberior admittitur aditus; at non reſpirantia, cum in creatione ſui, naſi coopertorium illud. non obtineant, ut odorent, minime indigent aeris inſpiratione. ex quibus dictis elicit Auer. unum per modum cauſæ ad aliquod problema: ob id ſequitur reſpirantia in aqua odorare non poſſe. Dubitauit Philoponus de animalibus, quæ & in aere uiuunt, & in aqua; cum non egeant aeris attractione ſub aquis odorantia; ſic & in aere cum ſint, eadem nõ indigeanr. Facit ſatis dubium, cum animalia iſta utriuſque uitę participia ſint; habent quinetiam à natura organa, pro utraque uita reparanda, accommodata; quibus, ut cogit neceſsitas, utatur; modò, quæ pro reſpirationis uſu in aere; modò ſolis branchiis ſe refrigerantia in aquis: at, quæ tãtùm in aere uiuunt, in aquis ſi diu detinerentur, ſuffocarentur. Mouet Auer. dubium ſuper illa ſimilitudine; quia uidetur ex ea concludi poſſe hominẽ eſſe melioris odoratus animalibus illis habentibus organum detectum: à ſimili; Sicuti homo, &, quę animalia palpebris munitos habẽt oculos, meliùs uident, quàm duri oculi, animalia: pariter &, quæ ſenſorium olfactus uelatũ tenẽt, meliùs olfacere debent. Auerro. ſoluens ex ſolutione alterius dubii ſatiſfacit; notans; Si palpebræ, & naſus ſunt propter neceſsitatem, imò coopertimentum odoratus, tunc non ualet, quòd eſſet melioris odoratus: at, ſi fuerint propter melius, concludet: at apertè dignoſcitur eſſe propter neceſsitatem, dicit Auer. cum uię detegantur, atque amplientur. quare ad formam argumenti dicit; ꝙ ſimilitudo illa attendenda penes creationem; Sicuti animalia quædam ſenſum uiſus tectum habent; ſic & aliqua ſenſum odoratus. uerùm ex alia parte diſsimilia ſunt; ſiquidem palpebræ propter melius, ne lædantur oculi: at operimentum in naribus propter neceſsitatem, ut habẽtia pulmonem animalia reſpirare ualeant: nam, ut atteſtatur Galenus 1 r. de uſu partium, naſus eſt reſpirandi primum organum; quòd, ſi contingat & per os hominem attrahere ſpiritum, id erit maioris neceſsitatis cauſa, quod uel labore nimio, uel affectu aliquo, ut aſthmate, euenire ſolet. idem dicit Ariſtoteles primo de hiſtoria animalium cap. 11. Naſus meatum præbet ſpiritui; ea nanque parte ſpiritum attrahimus, eundemque reddimus. & paulo infra ait. Olfactus hac eadẽ parte ſubminiſtratur. Idem ſecundo de partibus cap. 16.

Elephantus narem habet, ut ſpiret: quomodo & cætera animalia, quibus pulmo. Eſt autem odor ſicci. In hac parte concludit, quid ſit organum odoratus: & primò determinat odorabile, quale ſit ut, per illud ad odoratum aſcendat, dicit odorem eſſe ſicci. Ariſtoteles in de ſenſu & ſenſili, talem concordiam poſuit odoris cum ſapore; ut alterum ſine reliquo reperiri nõ poſsit: inde eſt, ꝙ ſaxa cũ inſipida ſint, odore ẽt careant. rõ dictorum; quia & odor, & ſapor in humido, & ſicco reperiuntur: odor namque ſit à ſicco ſapido percolato per humidum aqueum, aereumue, ut eſt odoris ſuſceptiuum ui caloris digerente; quare quæ omnino carent humore, odorabilia non ſunt, ut cinis: ſapor uerò magis in humido: Ariſtotel. itaque ab exceſſu utrunque denominauit, ut eſt ſententia Auerrois clara. Philoponus notauit ſiccum illud non terreum, ſed igneum, qualem dicimus exhalationem fumoſam à Thymiamatibus reſolutam. modò diffinit ſenſorium, tale potentia ſcilicet eſſe, quale ſenſibile ſuum, quod odorabile actu eſt: nam, quando olfactibile actu ab

Q 2 olfa-

olfactu percipitur, non amplius olfactibile; ſed olfactũ eſſe dicitur, notauit Philoponus, quod & in aliis ſenſibus veritatem habet, ꝙ ſcilicet & ſimilis, & diſsimilis ſenſus odoris cum obiecto eſt; diſsimilis, cum potẽtia; ſimilis verò, cum actu eſt non dicendum propter hoc, ꝙ ſenſus actu reddatur grati, vel ingrati odoris; ſed, quòd actu de ſenſibili ſuo proprio iudicium fert; imò cognitionem. Dubitat Philoponus propter id, quòd odor ſicci, ſapor humidi, odores non videantur ſicci magis, quàm humidi; ſiquidem balſamum, & ſucci complures odoriferi ſint. præterea, ſapidum nõ humidum modò, verùm & ſiccum; piper & tactu, & virtute ſiccum eſt. præterea aqua, cum maximè humida ſit, niſi terræ admiſceatur, vt de mari contingit, quod ob id ſapidum redditur; inſipida manet. Soluit, quòd humidum ſe habet, vt materia ſaporum; &, quod in illo ſiccum admiſcetur, vicem agentis retinet. Quod fundamentum non mihi videtur tutum; tum, quia ſiccitas non eſt qualitas actiua, ſed paſsiua longè magis: tum etiam, quia ſapores, uel, qui reſultant, odores per miſtionem fiunt, & præcipuè ſicci cum humido, vt in libello de ſenſu, & ſenſili: modò miſtio fit per alterationem, primo de generatione, & corruptione. alteratio, cum ſit quædam digeſtio miſcibilium, neceſſariò fit à calido, vt ſentẽtia Philoſophi eſt, meteor. 4. ideo in miſtura ſaporum, & odorum caloris virtus neceſſaria erit; quæ diuerſimodè temperans primas elementorum inſimul qualitates, eſt in cauſa, vt odores quandoque in ſiccioribus, quandoque in humidioribus fiant; magis tamen retinent ſicci, cum ſucci illi non odorentur, niſi ab illis fumidæ quædam reſoluãtur euaporationes: pariter & de ſaporibus reſpectu humidi dicẽdũ eſt.

Dubium contingit propter ea, quæ dicta ſunt; quid propriè dicatur eſſe ſenſorium olfactus. Ab Ariſtotele habetur, quòd ſenſorium eſt potentia tale, quale odorabile actu. habetur quinetiam in quibuſdam tectum, in aliquibus detectum animalibus reperiri: at, quid hoc ſit, non ſatis conſtat. Albertus, & Latini cum eo tenere videntur, ꝙ quædam carunculæ dictæ mamillares in priori parte cerebri ſitæ, ſint organũ olfactus: ſunt etenim duæ quædam ibi eminentiæ, ſimiles valde mamillarũ papillis, vt in anathomia manifeſtè apparet. quã opinionem Albertus cum pleriſque rationibus muniat in quæſtione de homine; duas duntaxat, & quæ potiores videntur, in medium afferemus: prima fundata ſuper verbis Philoſophi de ſenſu, & ſenſili; quòd tale organum ſit coopertum; modò naſus, vel neruus, qui per naſum diſſeminatus eſt; non tegitur ab aliquo: quare intentum patet: ſecunda ſuper altero fundamento; Odor in calido reſidet, & ſicco: quare ſummopere homini confert habenti cerebrum humidiſsimum, atque frigidiſsimum: videtur etenim exceſſus illarum qualitatum quodammodo temperare: at, niſi carunculæ tales eſſent, non attingerent cerebrum odorabilia: namque tectæ ſunt pellicula quadam tenui, vt ait Albertus hic 98. Quæ ſpirante vento eleuantur; & carunculæ illæ ſenſu immutantur odoris; & per eas cerebrum confortatur. At contra ſententiam hanc euidentiſsima ſunt duo quędam experimenta; alterum; ſequeretur, quòd homo clauſis naribus odorare poſſet. deducitur, vt in anathomicis apparet; In ore quædam via eſt, quæ per palatum aſcendit ad cerebrum; quare etiam clauſis naribus per illam viam odores aſcenderent ad cerebrum: cum itaque ſint ibi carũculæ; poterit homo odoris ſenſum percipere. ſecundò ſequeretur, quòd homo poſſet odorem cibi in uentriculo exiſtentis percipere; quia in cõcoctione illa attolluntur uapores ad cerebrũ per gulam, & palati ſemitam. quod tamen falſiſsimũ eſt. hæc duo poſuit Auerroes aduerſus Galenum ſecundo col. cap. 17. & tandem tenere uidetur Auerro. quòd ſenſorium ſit in duobus meatibus, qui ſunt in naſo. & addit tertiam rationem, quòd animalia non reſpirantia minimè odorent. Galenus tamen non fuit huius opinionis, ut dicemus, ſed Auicen. tertio can. fen. quinta tract. primo, capitulo primo. In hoc dubio teneo ſenſorium odoratus eſſe poſt carunculas illas: quare illæ non erunt inſtrumentum, contra Albertum; neque narium meatus aduerſus Auerro. Galenus in libello de ſenſorio olfactus carpit Ariſtotelem, & primò, adductis eius uerbis in de ſenſu, & ſenſili, dicit, quòd oportet uaticinari, quid ipſe uoluerit; quandoquidem neque ſtructuram huius inſtrumẽti ullam dixerit; neque de quo ſua eſſet interſtio, ut de ſenſorio, demonſtrauerit. præterea carpit ſimilitudinem poſitam in detectione, ac clauſura palpebrarum reſpectu uiſus; quia talis procedit ſecundùm electionem noſtram; apertio uerò illius, quod tegit olfactum, per accidens fit; cũ ad inſpirationem ſequatur. Vltimò arguit Philoſophum poſuiſſe palpebras de intentione naturæ propter melius oculorum noſtrorum; cum hoc non reſpiciat intentionem naturæ; quæ, quantum in ſe eſt, continue procurat opera uitæ. qua ratione fit, ut longè ſit melius continua frui uiſione, quàm tempore ſomni, quod neceſsitate animalis contingit, ab eadem uacare. propter quę dicta determinauit Galenus ſenſorium olfactus eſſe in duabus quibuſdam cerebri cauitatibus anterioris partis. quod pluribus ſignis affirmat; quandoquidem odorabilia ad cerebri ſubſtantiam deferantur; quibus non mediocris interdum fit cerebri confortatio. Pro ueritate eorum, quæ dicta ſũt ĩ primis duas haſce propoſitiones annotabimus; altera quarũ ſit, ꝙ inſpiratio non eſt per ſe cauſa odoratus, ſecũdùm Philoſophũ; quia omnia odorantia inſpirarent: quod .n. per ſe eſt, de omni eſſe dicitur: inſecta tamen odorant, ut dictũ eſt, ſine aeris attractione. ſecũda, ꝙ reſpirantibus, ſi odorare debeant, neceſſaria eſt aeris attractio: quæ ex conſenſu Gal. & Ariſt. manifeſto, atq; euidenti ſigno confirmari poteſt, ſi quiſpiã in anguſto quodam ponatur loco odoribus pleno, uertatq; nares uerſus uentum ab odoribus ſtantẽ, niſi inſpirauerit, nullam prorſus odoris ſpeciem recipiet. Ex quibus corollar. ſequitur; quòd, tametſi inſpiratio ad odorandi actum minimè ſit neceſſaria etiam

in

in reſpirantibus; erit tamen neceſſaria pro im-
miſsione odoris ad organum, vt actu ſentiatur.
Notandum & ſecundò, quòd ſenſatio fit à ſimili,
cum actu reddetur talis; tametſi priùs obiectum
quoquomodo dicatur diſsimile, vt actus pote-
ſtati. Quibus poſitis, ſit concluſio talis pro Ari-
ſtotele, & veritate; ſenſorium odoratus eſſe in-
tra oſſa illa cribroſa in extremo nerui eò peruе-
nientis, ſpiritumque odoratinum intra ſe conti-
nentis. atteſtatur hoc Philoſophus in hoc textu
100. Reſpirantibus detegitur, ampliatis venis,
& poris. Philoponus per venas expoſuit neruum
olfactiuum; namque, vt proſequitur declarans;
Pituita à cerebro deſcendente, orificia oſsium
illorum obturantur: ea de cauſa reſpiratione in-
digemus, vt faciliùs odorare poſsimus. idem di-
cit Themiſtius. Inſpirare non odorandi cauſa po
nendum eſt, ſed detectionis pori olfactini. Gale-
nus verò, quid per illas cerebri cauitates volue-
rit, non ſatis manifeſtauit; quare fortè de eo di-
cendum erit, quòd opus eſt, quid ſenſerit, vati-
cinari. Si voluit & venas, & neruos intelligere
nulla erit inter vtrunque differentia: quòd, ſi ce-
rebri particulas, quammaximè à veritate diſta-
bit; quandoquidem ſenſationis omnis expers ce
rebrum eſt, vt dixit Philoſophus etiam ſecundo
de partibus capitu. tertio, decimo. Præterea nun-
quam reddetur inſtrumentum hoc actu, qualis o-
dor eſt; ſiquidem humidiſsimum ſit cerebrum;
odor verò in ſiccitate conſiſtat; à qua neruus non
redditur diſsimilis. de ſecũdo miror magis, quòd
non viderit Ariſtotelem ſimilitudinem illam non
feciſſe ratione finis: quando alterum ſit ob neceſ
ſitatem; alterum verò propter melius, vt Auerro.
in c. 100. neque ratione modi agendi; nouit ete-
nim ipſe, vt dictum eſt, quòd reſpiratio non pro-
pter odorare; ſed in hoc duntaxat comparauit,
quòd ſenſorium odoratus, in quibuſdam tectum
eſt, in aliquibus verò, vt non reſpirantibus, liberũ;
quod & in oculis, reſpectu palpebrarum, videre li
cet. Vltimò quinetiam eminus à veritate peripa-
tetica diſtare ſe manifeſtat. non enim negaret Ari
ſtoteles, quòd operatio vitæ non ſit præſtantior
actu, quàm poteſtate, vt videre, quàm non videre;
ſi continuus talis fieri poſſet vſus à virtute mate-
riali laborem recipiente; ſed ea ratione propter
melius dixit eſſe palpebras, cum in habentibus,
oculi ſint vſque adeo molles, & paſsionibus pere-
grinis obnoxii; ſi palpebris non tegerentur, ſæpe
numero malis afficerentur læſionibus: quare non
propter operationem dixit eſſe palpebras propter
melius Ariſtoteles; ſed propter oculorum opera-
tiones. at videtur Ariſtotelis ſententia, quòd ol-
factus ſenſorium ſit in naribus, & non vltra oſſa
cribroſa. quam ſententiam voluit & Auerroes
ſecundo collig. cap. 17. ſiquidem agens de ſenſo-
rijs ſecundo de partibus capitulo decimo, quo ar
tificio ſingulum (tactu dubio) geminum natura
effecerit; dixit olfactus ſenſorium geminum eſſe
nares. & primo de hiſtoria cap. 11. dicit olfactus
.i. odoris ſenſus naſo ſubminiſtratur. At non tur-
bent nos, quæ videntur in diuerſum adductæ au-
ctoritates; quandoquidem ſatis notum eſſe pro-
culdubio conſtat per ea, quæ retro dicta à nobis
ſunt, ꝙ ſenſorium odoratus vltra oſſa illa in poris
conſtitutum ſit. At, vt omnia componãtur, ſic veri
tatis plenum redditur teſtimonium, dicendum, ꝙ
inſtrumẽtum multifariam dici poteſt; &, quod ſo-
lùm reddat, ut neruus opticus; &, quod tantùm
percipiat, ut cryſtallinus humor; & quod recipit,
atque reſtituit, ut neruoſa caro in tactu: modò
ad propoſitum dicendum, ſenſorium tantùm reci
piens; &, in quo fit actus odorandi, eſt extremitas
nerui cum ſpiritu animali ibi reſidente; reſtituẽs
uerò ſenſorium ſunt, quæ partem hanc præcedunt
nares. Et hoc uoluit Ariſt. diuinus.

Guſtabile autem eſt quoddam. Auerro. con- T.c. 101
tinuans ponit intentionis cauſam; Cum de olfa-
ctu hucuſque dixerit; modò intendit agere de
guſtu; cauſa, quia, ut retro dictum fuit, intentio
Philoſophi eſt agere de ſenſibus dictis, ſecundùm
ordinem nobilitatis; quandoquidem ordo talis
coincidat etiam cum ordine facilioris doctrinæ,
ſi ad nos referatur. Poſſet addi & altera; nam tres
dicti ſenſus indigẽt, ut ſenſationem pariant exte-
riori medio: quare ratione factum fuit, ut de om
nibus illis prius diceretur; conſequenter de iſtis,
qui non extraneo, ſed connato ſibi medio indigẽt
guſtu ſiquidem, & tactu; & de guſtu priùs, cum no
bilitate tactum excedat, & minoris ſit neceſsitatis
pro uita animalis, quàm tactus. à quo ea ratione
accepit initium Auicen. ſexto naturalium, ut di-
ctum eſt. In tex. tria facit: primò ponit unam con
cluſionem; ſecundò illam probat; tertiò exclu-
dit dubium quoddam contingens: in prima dicit,
quòd guſtabile eſt quoddam tangibile. Auer. ex-
ponit ſecundùm ſuum textum: in quo ponitur po-
tentia guſtatiua; quare ordinem ab obiectis non
ſeruat. meliùs itaque dicendum guſtabile. eſt
itaque ob hoc in cauſa, ꝙ talis ſenſus non fiat per
medium Extraneũ, ut tres hucuſque expoſiti ſen-
ſus. declarat ly; Extraneum; Philoponus: nõ enim
credendum eſt ſenſum guſtus per medium corpus
non fieri. Sed notandũ, ꝙ tribus primis duplex eſt
mediũ; alterũ extraneũ; propriũ reliquũ: primum
aer, & aqua; ſecundum, quod congenitũ eſt, ut hu-
mores in oculis; in auditu concameratus aer; in
olfactu intra oſſa ſpiritus: at guſtui, & tactui germa
num mediũ duntaxat ſatisfacit. Neque. n. in hac
ſecunda concluſionem probat, ut in forma quoq;
cognoſcatur clariùs; Nullum tangibile eſt per me
dium extraneũ: guſtabile eſt tangibile. S. Thomas
rõne dubitat ſuper hac minori; cũ, ſ. guſtabile ſit
tangibile; non uidetur, ꝙ debeat diſtingui guſtus
contra tactum; cũ ſpecies nõ diuidatur ex oppoſi
to contra genus. Reſpondet S. Thom. ꝙ eſt tactus,
quo ad ſentiendi modũ; at non rõne obiecti: quia
unuſquiſque ſentit ſui obiecti tactu: obiectũ tamẽ
unius, alterius obiectũ non eſt. Clariùs tamẽ cum
Græcis dicendum: Senſile quodcunque, quia ens
naturale eſt, ſecũ tenet materiam, ut ſubiectũ cõ
tinẽs, atque recipiẽs: modò guſtabilis ſaporis ma-
teria humor eſt, ſine quo ſẽtiri ſaporẽ haudquaq̃
poſsibile eſt: humor uerò obiectũ eſt ſẽſus tactus:

meritò itaque dicendum etit guſtum, ſubiecti ratione, eſſe quendam tactum. minor clara eſt. Vndè, & ſi in aqua: In hac excludit dubium, quod eſt ſimul adducete ſignum pro confirmanda concluſione priori. & ſic ſaluabitur introductio tex. ſecundùm Sanctũ Thomã, & Auerroẽ. Dixit Sanctus Thomas. Si diſſolutum fuerit ſaporoſum corpus, vt mel in aqua, in qua & nos ſumus, aquam illam deguſtantes; ſimul & mellis dulcedinem percipiemus: quare videretur pet aquam, vt per extraneum medium, ſapotem ſentiri: quod tollit Philoſophus dicens hoc non eſſe per aqnam, vt per medium, ſed quia miſcetur. Philoponus, & cum eo Albertus notant, tunc aquam ſubire vicem materiæ, & dulcorari ſapore, vt forma, neque ſecus deguſtari, quàm deguſtetur ſapor in potu; ſi quidem ſapor, vt dicit Phil. corpus non ſit, ſed qualitas quædam in humido reſidens, vt in materia. Alexander, referente Philopono, & alterã lectionem laudauit, quæ ſit; Et corpus autem, in quo ſapor, guſtabile eſt in humido, vt aqua. Innuens, vt exponit Philoponus, non quodcunque humidũ eſſe ſaporis materiam; quia non aerem, niſi fortè in paucioribus, vt de abſynthio recẽte, cuius partes ſubtiles in aerem reſolutæ ad ora peruenientes, amaritudine inficiunt; aqua verò omnibus fermè materia eſt; ſiquidem ipſa de ſui natura inſipida eſt: argumento ſunt ab illa eleuati vapores: qui cum à terreſtribus aliis partibus fuerint eleuati in ſe, vel quàm proximi ſint maximè: quare, cum careat ſaporibus, maximè conueniens eſt ad eos recipiendos, non vt per ipſam, ſed vt cum ipſa deguſtentur. Auerroes primò exponit; ſecundò elicit corolla. exponens, duo dicit; Cum & Philoſophus primò à ſigno confirmet concluſionem, ſecundò ſignum illud pet diſtinctionem ſumptam ab alio ſenſu corroboret; in primo dicit, quòd guſtus non indiget medio extraneo, vt contingit videri à nobis in aqua exiſtentibus; in qua dulce aliquod miſceatur; non quia dulcedinem illam, vt à materia abſtractum ſaporem capiamus, vt de mediis extraneis fit, quæ reddunt ſenſibilia ſenſibus; illa enim non recipiunt ſenſibilia cum corporibus, in quibus exiſtunt, ſed abſtracta à materia. Et hoc. ponit corollar. Auerroes demonſtrat, quòd odor non eſt corpus; & probat; quia, ſi eſſet; olfactus eſſet aliquis tactus Color autem. Hic infert corollar. contra Democritum, qui volebat, ꝙ colores viderentur; quia corpuſcula colorum deciſa à re colorata, aeri permiſerentur; & tangendo oculum, viderentur. Auerroes. Non videtur color, quia aliquid ex eo cũ aere miſceatur; vel, quod aliquid fluat ab eo in aerem aut aquam; ſed tantùm recipiunt intentionem coloris abſtractam à materia. Forte quiſpiam dicere poſſet; Guſtus itaque medio non indiget: quare guſtabile ſupra ſenſum poſitum deguſtabitur. Dicendum ex ſententia Themiſtii, quòd, tametſi medio indigeat, quemadmodum & tactus; id tamen non extra eſt; ſed illud ratio repetiet, hoc autem erit, aut caro; aut carni, proportionale.

Vt quidem igitur medium. Auerro. non cõ- T.c.102
tinuat. clara tamen eſt ſecundùm latinos, & Græcos. intendit ſcilicet aſsignare differentiam, & cõuenientiam inter ſenſum hunc, & alios ſenſus tres dictos. In textu duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò ponit vnum notandum de obiecto guſtus, quod pendet quinetiam à tex. 101. primam, quæ & differentiam tenet, & conuenientiam, exponit Auerro. quòd guſtus ab illis differt; cum non per medium extraneum ſuum capiat obiectum; vt contingit in illis; ſed inter omnes illos conuenit; quòd ſicuti comparatur color viſui, determinatæ potentiæ determinatum ſcilicet obiectum; ſic & ſapor guſtui. Nihil autem Secundam hanc exponens Auerroes duo facit; primùm, litteram declarat; ſecundò ponit duo corolla. in prima dicit, quòd non ſit ſenſus guſtus, niſi ſapor in humore reperiatur. Hoc ideo dictum eſt, vt, quale eſſe debeat obiectum, intelligamus, addit Auerroes; Siue illud humidum actu tale fuerit, vt in melle dulcedo, dicente Simplicio, vel potentia proxima, cum diſſoluitur velociter, vt ſal, & ſalſum: vel, qui caliditate oris, vt Simplicius refert, effunduntur ſucci: vel, qui connato oris humido miſcetur, vt piper. Et ideo præparauit. Ponit hic Auerro. corolla. & primum, quòd ea ratione præparata fuit in ore ſaliua, & branchi in homine ad congregandam humiditatem iſtam; ut ea mediante guſtentur. Saliua ſiquidem in ore uidetur propter duo obeunda munera; alterum, ut per illam humectentur corpora, quæ actu humida non ſunt; alterum, vt ea, humida reddatur lingua, ſitque ea ratione ad loquẽdum habilior. Auerroes ſecundo collig. cap. 14. Iuuamentum ſaliuæ, ut faciat manifeſtare guſtũ rerum ſaporatarum. Dubitauit autem hic Auicennas capitulo de ſapore, & guſtu; an humor iſte ſit medius; quia ſaporoſa ſecum miſceantur, per illumque diffundantur, quouſque linguam attingant, & ſentiantur: an potius humor ille aduenientem ſaporem recipiat; ſaporoſusque linguę reddatur. & rationes ad partes ponit Auicen. Si per commiſtionem hoc fiet; tunc humor ille non erit medium abſolutè; uerum ad faciliùs continuandam ſubſtantiã ſenſatam, qualitate illa ſaporoſa affectam; quandoquidem ſentire illud per medium non ſiat, ſed tactu ſaporoſi. & hoc tenet Auicennas, altera parte non neglecta: quam tamen, ut opinor, malè ſuſtinere poſſet; quia humor linguæ uel qualitatem illam realem, vel intentionalem reciperet: ſi primum, migraret de ſubiecto in ſubiectum accidens; quod falſum eſt: ſi intẽtionalem, tunc guſtus indigeret extrinſeco medio, ut alii tres; quod Philoſopho aduerſatur: quòd, ſi dicatur humor ille, cum fuerit expers ſaporis, melius reddet ſapores: argumento eſt; qui habet in uentriculo bilioſum humorem, ad os uſque exhalantem, quoſcunq;, recipiat ſapores diuerſos, etiã amaros, nihil minus deguſtabit: quare humor ille, cum inſipidus ſit, fungitur quam maximè munere medii: quod tale eſſe debet, ut facilè recipiat ſenſatorum ſpecies. Dicendum, ut priùs,

quòd

quòd reddit ſaporem per commiſtionem ſaporoſi; verùm eò faciliùs, quò inſipidus eſt; & alterũ non confundat: ſapor tamen in humido eſt; & Them. referente, vt forma in materia. At contra hoc ponit dubium Philoponus: cũ pleraque, ſint, quæ neque actu, neque poteſtate humida ſunt, vt piper, gleba, lapis; expertia tamen ſaporis minimè ſunt; quinimo pauci ſunt in humido ſucci; poculentis quinetiam eſculenta, quæ ſicca ſunt, longe plura. præterea in meteor. Humido corpori ſaporem dedit propter ſubiectã terram; inde aquarum aliæ nitroſæ, ſulphureę alię, pleræque ſalſæ. Pro ſolutione duo notauit Philopo. alterum, de quo in de ſenſu, & ſenſili; ꝙ qualitas iſta in ſimplici elemento non reperiatur, ſed in miſto ex pluribus vno: non enim aqua ſola ſapida eſt, non terra, non ignis, non aer, niſi impurum, miſtũque elementum fuerit: quod & ratione facilè perſuaderi poterit; namque quod nutritur, ſimile ſibi nutrimentum attrahit; ſecus deperditum non reparatet; at, quod nutritur, ſingulum miſtum eſt: quare & alimentum ſaporoſum miſtum eſſe debet. datus autem ſapor eſt, ut deſideret, appetatque nutrimẽtum nutribile pro ſui corporis beneficio, ut bene hic notauit Auic. non itaque dicenda ſunt humida ſola, ſapida eſſe: alterum, quod notauit Philoponus, propter quid in humido magis, quã in ſicco ſapor reperiatur? Quia humidũ, vt fertur à Philoſophis, eſt ſui natura aptũ, ſi parũ etiam cum ſicco miſceatur, quoſcunque recipere ſapores; quod non ſiccum efficiet. Dicendum, & pro clariori doctrina, ꝙ aqua, quæ de ſui natura formalis magis eſt, quàm terra ad alimẽtũ potius attinere uidetur; nãque, quod terreum eſt, pro excremento quàm maximè à natura expellitur ab alimento; quare, cũ aqua huic ſit commoda magis, ex illius admiſtione cum ſicco terreo, beneficio calidi concoquentis, ſapores, ueluti formas, recipit. ex his argumenta patent; quod de lapide poſitum eſt, intelligitur humidum potentia remota; quia difficiliùs eius ſapor cognoſcitur. Poſuit Auer. branchos. quidam, Hiſpanus uoluit carnem quandam glandoſam intelligi, quam in ore ponit Auer. 2. collig. cap. 14. & male, ut opinor; quia Auer. carnem illam, quam tangunt duo orificia in radice linguę, generatricem ſaliuæ eſſe dixit: tametſi cauſam hunc humorem generantẽ 3. col. cap. 35. eſſe dixerit, duas eſſe uenas in lingua factas pro tali obeundo munere. Verùm quæcunque ſit illa in his locis, appellauit generatricẽ cauſam, uerùm hic non talem; ſed, quæ genitum humorem congreget. ea ratione dicendum per branchos fauces intellexiſſe Auer. Auic. 3. cano. fen. 6. cap. 1. & ipſe poſuit duo illa foramina ſub lingua; quę dicuntur fontes ſaliuæ: ſecundũ coroll. ponit Auer. ꝙ ſapor non eſt actu ſapor, niſi & ſibi ſubiectũ corpus actu humidũ fuerit. At cõtra dictum hoc eſt inſtantia: nanque ſal ſapidum corpus eſt; nihil minus actu humidum non eſt. Dicendum id humidum uoluiſſe Auer. quod actu potentiam guſtandi immutare ualeat; cuiuſmodi ſal non eſt, niſi calore liqueſcat, & humore. coroll. itaque euidens eſt.

Ariſt. 2. de par. ap. 17. ſaporis ſenſus datus eſt propter cib.

T. c. 103 Sicut autem uiſus. Auer. textum non continuat, Egidius dicit; Cum dixerit de medio guſtus quod non ſit ei extraneum; nunc intendit agere de obiecto guſtus. huic aſtipulari uidetur & S. Thomæ introductio: quam ſequuti ſunt moderni omnes: & hanc affirmat Sueſſanus eſſe ſententiã Simplicij, & omnium. At, eius pace, neq; omniũ, neque Simplicij eſt. Auer. intentionem non ponit; ſed dicit ſe aggredi quoddam manifeſtum. & accepit hoc à Simplicio dicẽte; Quod pluries dictum, hoc manifeſtum eſt: quòd ſenſus capit proprium obiectum, & oppoſitum; ut uiſus, uiſibile, & inuiſibile. Modò ſic dicere, non eſt determinare obiectum proprium guſtui; ſed quid commune ſibi, & alijs. Auer. ſequutus eſt de Latinis Albertus. quare dicendum, ut introducit de Gręcis Philoponus; Cum dixerit, in quo guſtus differat ab alijs ſenſibus; uult modò determinare, quid cum illis commune tenet. hanc eandem & Themiſtius dicens; medium deeſt iſtis; in cæteris tamẽ, quid porporionale tenet cum illis. & duo ponit; alterũ in textu lecto; alterum in hoc; quòd ſicuti color ad uiſum; ſic, & ſapor ad guſtum: &, ut uiſus uiſibilis, & inuiſibilis; ſic & guſtus guſtabilis, & inguſtabilis. At ſi dicat aliquis; De obiecto guſtus nihil determinauit. Dicendum, quòd de eo dixit. ror. Guſtabile eſt quoddam tangibile. Quomodo ſuę comparatur potentię, inferiùs poſtea declarabit adhuc per eius ſpecies. Textus duas habet præcipuas partes; in prima ponit aſſumptum per locum à ſimili, in ſe duo continens, ſimilitudinem confirmantia; in ſecunda ponit, quam intẽdit deductam ex his concluſionẽ de guſtu: in prima, quo ad utrumque dictum, duo facit; primò ponit; ſecundò declarat. Dicit in prima; ſicut uiſus uiſibilis eſt, & inuiſibilis. Tenebrę. Declarat Auer. pariter alijs Latinis, & Græcis. notauit, quòd non ſenſibile de unoquoque ſenſu dicitur tribus modis; aut de eo, quod caret ſenſibili proprio illi ſenſui, ut tenebra reſpectu uiſus; aut de eo, quod habet, ſed intenſum; uel de eo, ꝙ habet, ſed debile eſt: Gręci in poſitione trium horum ab Auer. diſſentiunt. primo modo dictum id eſſe uoluit inuiſibile, quod neque actu, neque potentia uideri poteſt, ut ſonus, uel odor: ſecundo modo, quod potentia tantùm eſt, ut tenebra: tertio modo, ꝙ proportione excellit, ut bene Simplicius, quod excellens uiſibile eſſe dicitur, ex quo Simplicij dicto elici poteſt, quòd difficultas cognoſcendi ex altero duntaxat, procedere non poteſt; ſed ex improportione alterius, ad reliquum; ſiue ea ſit ex parte potentiæ, quæ minus apta recipere ſit; ſiue ratione obiecti, quod minus aptum mouere. Poteſt tamen cum Gręcis Auer. concordari; ſiquidem de tali, quod nullo modo aptum eſt, inferius & ipſe mentionem faciet, cum dicat; Non uiſibile; aut, quia non eſt innatum uideri omnino, ut ſonus inuiſibilis, &cæ. Quare apud Auer. id erit dictum quatuor modis; quia id, quod eſt aptũ uideri, continget dupliciter; & de illo, quod nullo modo coloratum, ut tenebra; & de eo, quod

paruum

paruum habet colorem:apud Græcos,tribus modis,vt dictum eſt. dicitur etiam inuiſibile, quod valde ſplendidum,differenter tamen;quia hoc lædit;alterũ verò,vt tenebra,non mouet. Ponit ſecundũ eandem faciens fidem;auditus eſt,& ſoni, & ſilentij,& magni ſoni,& vterque inaudibilis,& paruus ſonus,& magnus,& violentus:dicitur & de impoſſibili videri, nec non & audiri inaudibile; non ſimiliter tamen, vt inquit Themiſtius, capit auditus ſilentium,& ſonos obſtrepentes, & violentos:verum illud,cum non moueat;hos verò,cũ corrumpant. Addidit Philoſophus,quod impoſſibile videri; & quod paruum, ſiue prauum habet colorem: vt apes;&, qui ſine pedibus;&,qui mutilatos,ſiue læſos habet pedes.deinde dicit in ſecũda parte; Sic autem guſtus. Diuiditur hæc in tres particulas;in prima concluſionẽ elicit ex dictis; ſimiliter & guſtus capit obiectum, & obiecti priuationem,vt guſtabile, & non guſtabile; ꝙ inguſtabile biſariam dicitur; &, quod paruum, ſiue prauum habet ſaporem;&, quod excedentem, & corruptiuum guſtus.non accepit autem hic membrum illud,quod, ſcilicet, nullo modo eſſet aptũ guſtari;quia tale à potentia illa non cognoſcitur; à qua & obiectum ſuum, & eius priuatio ſcitur. poſuit autem id in aſſumpto, vt notauit Simplicius;ne membrum aliquod dimiſiſſet eius, quod inſenſibile eſſet, ſiue illud per priuationem, ſiue per negationem diceretur. accepit deinde in guſtu,quæ ad propoſitum. Dubium contingit circa textum;vtrum priuatiuum à guſtu percipi poſſit, inſipidum ſcilicet,ſicuti tenebra à viſu. Philoponus dicit,ꝙ per accidens capitur à potentia, priuatio illa.De re iſta ſatis dictum eſt ſuper tex.96. dicendum tamen,ꝙ potentia cognoſcit;nõ, quia aliquod poſitiuè ab obiecto patiatur; ſed, quia non patitur; ideo cognoſcit,cognitione ſcilicet, indicatiua: quod voluit Alex. capite de guſtu inquiens; Senſus guſtus eſt virtus apprehẽſiua,& iudicatiua guſtabiliũ:quod & Ariſt. in textu dixit; Tenebræ autẽ inuiſibiles ſunt; iudicat & ipſas viſus. Stat & dictum Philop. quia accidit ſenſui exteriori,ꝙ capiatur priuatiuum ſui obiecti: intrò ſe recipiens tamen iudicat:quod vſu euenit & ratione carentibus, tenebras iudicio ſibi dato cognoſcere;quare in cauernas diuertunt, vt Philoponus notauit; addẽs,ꝙ phantaſiæ munus nõ eſt, priuationes illas iudicare, ſed ſenſus: ſiquidem ſenſus,eò ꝙ aliquid patiuntur,iudicant;etiam nõ patientes, vt conſueuerant, pariter iudicant. Videtur autem principium. In hac particula reducit ad duo extrema guſtabilia quęque,vt bene introduxit S.Thomas.hanc eandem ſententiam in ſecũda ſua expoſitione ponit Philoponus dicẽs, ꝙ potuit per principia intelligere potabile, & non potabile,ea ſcilicet,in quę primo diuiderentur guſtabilia; & hæc rurſum ſubdiuiderentur in plura guſtabilia ſpecie.at cum prima expoſitione quã dedit,ꝙ per principium intelligeretur principium materiale; quandoquidem & ſicca inguſtabilia ſint,niſi reddantur actu humida; humidũ verò & maximè,& primò potabile dicitur; quare principiũ; cõuenit & ſententia Simplicij dicẽtis, guſtabilis formam,ſuccũ eſſe;at talis vel actu,vel potẽtia humidus,ſi debet guſtari: actu uerò humidum potabile eſt: conuenienter hoc principium dicitur.potabile appellat, ut Simplicius, humidum aqueum ſaporoſum: quod humidum ſi ſine ſapore,uel cum paruo, aut prauo, uel acriter intenſo,non deguſtatur; & corruptiuum eſt. humidum itaque principium,in quo & guſtabile,& inguſtabile:humidum uerò ſeorſum acceptum,ſine ſiccum inguſtabile eſt,ut rectè Alex.cap.de guſtu dicens;Per hoc ꝙ humidum dilabitur per ſiccũ, calido concoquente, fit ſapor & guſtabilis; cum nullum ſimplex tale ſit. Eſt autem commune tactus, & guſtus,potabile. In hac particula tria ponit ex dictis,cõmune hoc & guſtui, & tactui; potabile,ut humidum, tactui; ut humidum ſaporoſum,guſtui. Notauit Simplicius non eſſe dictum hoc,ut diſtinctum contra impotabile, de quo ſupra;ſed hoc eſſe utrique commune: etenim impotabile commune & ipſum tactui,ut quoddam humidum, & guſtui, ut ſecundùm priuationem inguſtabile eſt,uel propter defectum,uel propter exceſſum.hoc idem & Albertus inter Latinos.

Dubitatur pro clariori doctrina eorum, quæ dicta ſunt;utrum guſtus diſtinguatur à tactu:& uidetur,ꝙ nõ.Ariſt. tex.cõ.101.dicit,guſtabile eſſe quoddam tangibile: quare,ut ſic guſtus erit quidam tactus.In oppoſitum Latini clamant; ſequeretur quatuor duntaxat ſenſus eſſe. In hac difficultate quidam poſuerunt guſtum non diſtinctũ eſſe à tactu,niſi ratione diſpoſitionis diuerſæ; ſed in re unica eſſet potentia;quare ſecundùm diuerſitatem illarum diſpoſitionũ recipit diuerſa obiecta. Fundamentum uerò huius opinionis acceptum eſt à Philoſopho 3.ani.ultimo,& 2.ani. 23. in quibus dicit tactum unum eſſe animalibus neceſſarium. in libello de ſenſu, & ſenſili uidetur tenere tactũ & guſtum neceſſarios eſſe unicuiq; animali ſenſus. nõ poſſent ſimul eſſe uera, niſi guſtus, & tactus idem realiter eſſent. At opinio eſt minime uera:quandoquidem tota ratio,ꝙ tactus à Philoſopho nõ fuit poſitus vnus,fuit; quia obiectum eius multiplex eſt, cum diuerſas cognoſcat contrarietates: & tales diſtinguũtur à contrarietate obiecti,quæ cognoſcitur à ſenſu guſtus: neq; poſſunt ſub aliqua cõmuni oppoſitione reponi: quare inter ſe,ut duę ſpecies ſenſus, ut bene dixit Albertus,diſtinguuntur. ſecunda fuit opinio Egidij,ꝙ ſcilicet,triplici uia dicere poſſumus guſtũ, quendam tactum eſſe:prima ex parte medij,cum uterque non per extraneum medium recipiat:ſecunda ex parte obiecti; cum humidum ſit obiectum tactus; quod & guſtui deſeruit; non omne tamen,ſed aliquod, in quo fundatur ſapor: tertia ratione organi tactus; ſiquidem in quacumque animalis parte reperitur; guſtus uero in aliqua, & determinata. his itaque rationibus habetur, quòd guſtus non eſt uniuerſaliter tactus, ſed quidam tactus.& concludit, quòd contractio qualitatis tangibilis per guſtabilem fit per additionẽ nouæ formæ, ſiue per formam differentem: ideo

forma-

formaliter guſtabile differt à tangibili;& guſtus,
à tactu. At opinio iſta uldetur peccare ; & primò,
quantum ad dictum illud de materia;ſequeretur,
ut ſic,ꝙ odoratus eſſet quidam tactus . & deduci-
tur;nanque odor fundatur in ſicco paſſo ab humi
do,quia omne odorabile ſiccum eſt;& non è con
uerſo.nec ratio de organo tenet;nanque dato il-
lo,ſequeretur , ꝙ viſus eſſet tactus ; cum vterque
per neruum capiat;hic per opticum incruciatū ;
ille per interclusum in aure.neque ratio de me-
dio tenet ; quia ſic ſequeretur , ꝙ viſus , auditus
eſſet,vt vterque odoratus;cum hi tres per mediū
fiant extrinſecum ; ut duo illi per intrinſecum.
Quare dicendū pro veritate , vt bene dixit Auer.
Græcis conformis in ſecūda. ſolutione ſuper tex.
101. ꝙ humidū eſt materia ſaporis ita, vt ſaporo
ſum non poſsit recipi,quin & humidum recipia-
tur.& addit. Et comprehendere humorem eſt ali
quid tangere;ergo,&cæ.hinc ſumitur ex eius di-
ctis,non ꝙ potentia guſtatiua percipiat qualita-
tes tangibiles ; ſed , ꝙ guſtus percipere ſapores
non poſsit,niſi ſecum fuerit & tactus: & hæc pro-
prietas reperitur duntaxat in guſtu ; quòd ſecum
habeat potentiam tactiuam:idem innuere vide-
tur S.Thom.inquiens guſtum à tactu non differre
in modo ſentiendi;nam in tangendo, ſuum obie
ctum percipit.eſt & hæc ſententia Ariſt.3. ethico
rum cap.12.de intemperantia.in quo loco affir-
mat intemperantiam eſſe non circa guſtum , ſed
in tactu;quia; ſcilicet virtuti guſtatiuæ coniungi-
tur.dicēs ibi Philoſophus de quodam guloſo , qui
precatus eſt ſibi ineſſe collum , ut longitudo colli
gruis eſt.& addit;Quia,videlicet,tactu gaudebat;
At opinio Egidij non videtur & ipſa ſeorſum eſſe
ab hac veritate;cum dixerit pariter alijs ſaporem
in humido,vt in materia eſſe : & ſimilitudinem
cum tribus modis tenere,Quare pro Egidio,ad
primam rationem in oppoſitum dicendum , ꝙ
non valet;Odoratus eſſet tactus. nam, tametſi ex
tra animam ſit odor realis in ſicco;non tamen, vt
talis odoratur tangens , ſed ab eo multiplicatur
ſpecies odoris ſpiritalis ad virtutem vſque odora
tiuam;quod de ſapore non eſt:qui , dū immutat ,
neceſſariò tangit. nec ratio de organo tenet;quia
in viſu neruus inſtrumentum non eſt;ſed cryſtal-
linus humor; pariter & auditus organum , ab or-
gano tactus diuerſum , vt palàm fiet . Ad tertium
de medio dicendum, ꝙ tametſi tres illi exterio-
res eodem modo per medium fiant ; non habent
deinde alias ſimilitudinis rationes inter ſe,vt gu-
ſtus cum tactu;ſiquidem non modò fiant per me-
dium intrinſecum ; verùm & uterque tangendo ,
& per idem ; quanquam non eodem modo orga-
num fit.Ex determinatis manifeſtum eſt,ꝙ guſtus
humorem percipit,vt dictum eſt in textu præſen-
ti ; & bene declarauit Egidius ; non enim humi-
dum,vt tale, formaliter capitur à guſtu; cum po-
tentiæ inter ſe ſint diuerſę;quare & illarum actus,
& obiecta diuerſa;ſed recipitur à guſtu , vt mate-
ria ſaporis : nec teneret ; ꝙ ſequeretur inde , ꝙ
humidum eſſet ſenſibile commune ; quia guſtui,
& tactui : quia non inquantum humidum ab utro
que percipitur , cuiuſmodi eſſe debet ſenſibile
commune; ſed ratione diuerſa,ut dictum eſt.

Quoniam autem humidum quidē. Intentio T.c.104
apud omnes eadem,& clara ſatis.nunc agere in-
tendit de ſenſorio guſtus.Cum retrò dixerit gu-
ſtabile in humido reperiri ; modò dicit ſenſoriū
guſtus neque actu humidum eſſe; neque impoſsi-
bile humectari.Tex.tres habet particulas ; in pri
ma ponit concluſionē ; in ſecunda rationem ad
illam;in tertia à ſigno confirmat. Primam Auer.
exponens;Cum materia ſaporis ſit humidum; ne
ceſſe eſt,cum ſenſus ſaporem recipit,ſimul reci-
piat & humorem; quare ſenſorium non erit hu-
midum.addit Auer.regulam;Quia, quod actu ali
quid eſt,nō eſt innatū recipere illud,qđ in eo eſt
actu ; ſecundum , quòd in eo actu eſt . Ex quibus
dictis elicitur & ſenſus illius propoſitionis; Om-
ne recipiens,debet eſſe denudatum à natura re-
cepti:nam,tametſi oculus coloratus ſit,ut Sueſſa-
nus, recipit tamen colores.at Auer. addidit , In-
quantum tale . accidit autem oculo , inquantum
colorato,uidere: ſatis enim eſt,ut oculus, inquan
tum uidens,non ſit coloratus . Philoponus dicit ;
Quia ſenſorium tale potentia eſt ; quale ſenſibi-
le actu ; cum ſenſibile humidū ſit,ut retrò dictū ,
actu;conſequenter ſenſorium , potentia humidū
erit,actu uerò non. Patitur enim. In hac ſecunda
ponit rationem; nam pati ſenſorium à ſenſibili ,
duo notat,& quod primò ſenſorium contrarium
ſit , cum paſsio fiat à contrario ; quare non actu
humidum : & quòd ſimile poſtremò fiat , cum
ab illo recipiatur aſsimilatum : quare tunc erit
actu humidum.& ſic uerificatur ſecunda particu
la in concluſione . Neque impoſsibile humecta-
ri.Si autem actu humidum eſſet; propria eius hu
miditas impediret, quo minus aduentitiam non
reciperet ; cum tactu illius innati humidi impe-
diretur quodcunque extrinſecus adueniens, quo
minus ſenſorium immutaret . Dixit, Saluatum.
Auer.exponit;ab accidentibus, ut ab extrema ſic
citare,pariter & humore;ſed in media diſpoſitio
ne ſit.meliùs Græci, Simplicius dicit . Vt ſit paſ-
ſiuum ab humoribus ; uerùm non ut ob illos
ſubſtantiam mutet, ſed ſaluatum recipiat.Philo-
ponus.Non enim corruptiua eſt facta humiditas
in ſenſorio ; ſed ſaluat magis , & perficit . uerùm
dictum eſt ad differentiam illorum, quæ , cum li-
queſcunt,conſumuntur, ut nitrum , ſal , & huiuſ-
cemodi.Signū autem. In hac tertia particula cō-
cluſionem confirmat à ſigno.Auer.exponens ait.
ſignum eſſe,ꝙ lingua, ſiue ſenſorium guſtus de-
beat eſſe in medio qualitatum , & non in extre-
mis ; quia, ſi fuerit intenſę ariditatis, aut humo-
ris. ſapores non ſentiet. Philoponus ſignum hoc
vult eſſe ad concluſionem,ꝙ, ſcilicet , ſenſorium
guſtus,neque actu humidum ſit ; neque impoſsi-
bile humectari;quia,ſi ſiccū nimium fuerit , im-
pediet ſenſum , ut inquit Simplicius , pugnans
aduerſus ingredientem humorem:idem quoque
continget, ſi humida nimis;quia tactu illius hu-
moris immediatè tāgentis linguam, impedietur
extranei receptio.At fortè diceret aliquis;Si lin-
gua

gua humida humorem recipit; non erit denudarum recipiens à recepto. Fortè diceretur, quòd re cipit humida intenſiora; contra, non recipere itaque poterit æque humida. Cui occurrendum, uel, vt inquit Simplicius, quòd humor talis linguæ naturalis debet eſſe inſipidus; vel ſaltem talis, vt ſuo humore alios non impediat. vel dicendum, vt Auicen. in retrò dictis, quòd humor linguæ non eſt recipiens alios humores, ſed duntaxat diſponens, ſiue medium diſpoſitiuum, vel ratio recipiendi non recipiens, quo alij faciliùs ſenſum guſtus immutare poſſint. quod optimè declarat inter Latinos Albertus tex. com. 101. dicēs; Humor ſaliualis eſt medium ad bene eſſe guſtus, & non ad eſſe; quia partes ſaporoſæ permiſtæ humido ſaliuali, ſubtiliantur, & fluidæ fiunt, vt poſſint per ſe ipſas ad guſtum penetrare. Ratione firmauit ſignum illud; quia tactu primi humoris impeditur guſtus. quod deinde verificatā ſimili; Sicuti, qui fortem aliquem deguſtauerit humorem; qui poſteriùs accedent, non recipiet: ſimiliter &, qui flaua bile correpti ſunt, quæcunque recipiunt, ea omnia videntur amara. Dubitat Philoponus; quare eſt, cum circumfuſus linguæ fuerit amarus ſapor, ſi poſtea extremæ linguæ mel deguſtandum admoueatur; maior percipitur amaritudo; cum magis oppoſitum videretur. Negat caſum Philoponus, & dicit id eſſe; quia lingua quieſcens, non ſentit tunc humorem; at melle percita, mouetur ſimul, atque amarum mouet humorem, & acriùs ſentit. Dubitatur & ſecundò. Si lingua eſſet ſenſorium guſtus; piſces non guſtarent; quia carent lingua. Ariſtoteles quarto de partibus cap. 11. Piſces aut nullam habent linguam; aut explanatam habent. Ad hoc dicendum; primò, quòd lingua eſt ſenſorium guſtus, vt hic dictum eſt, & notauit Alexander cap. de guſtu; & præcipuè extrema ſui parte guſtat. ſententia Ariſtotelis primo de hiſtoria animalium cap. 11. Lingua vim iſtam ſentiendi præcipuè obtinet parte ſui primore; nam, ſi interiore tangat, minus ſentiet. Linguæ etenim vſus ad duo obeunda munera eſt, ad ſermonem ſcilicet, in homine, & ad guſtum; vt Ariſtoteles ſecundo de partibus cap. 16. quare, quibus minus apta eſt lingua; minus quoque illis conceditur guſtandi facultas. Ad dubium itaque de piſcibus Ariſtoteles quarto de partibus cap. 11. dicit, quod piſcibus linguæ vſus per quàm exiguus eſt; quoniam prægustare non poſſunt; ſed in deuorando ſenſum, voluptatemq; cibi capiunt.

T.c. 105 Species autem humorum. Auerroes non ponit intentionem; quia ex ſe clara ſatis; cum agat de ſpeciebus ſaporis. Dicendum tamen intentionem eſſe agere diſtinctè magis de obiecto guſtus; ſiquidem dixerit priùs deguſtabili in communi: at tale cum analogum ſit, & huic non correſpondeat natura præter naturam ſpecierum, vt ſententia Græcorum eſt; ea de cauſa ſpecies illius communis intendit enumerare. text. duas habet partes; primò, quod dictum eſt; ſecundò declarat, quid ſit potentia guſtatiua, ſimul agens de guſtabili, vt ad eam refertur. Auerr. duo facit; primò exponit; ſecundò digreditur: primò exponens iuxta tex. pariter Latinis, & Græcis, quòd ſpecies ſaporum capiendæ ſunt, ſecundùm ſimilitudinem ſpecierum colorum; ſiquidem colores ſimplices, albus, & niger ſint, intermedij verò ex his compoſiti: ſic & ſapores ſimplices, & maximè contrarij, dulcis ſcilicet, & amarus; intermedij verò ex his compoſiti, vnctuoſus, ſalſus, acutus, ſtipticus, & acetoſus: quorum omnium ſufficientiam optimè poſuit inter Latinos Egidius; Sapores extremi, dulcis, & amarus; medius per æqui diſtantiam acutus: qui verò inter acutum, & dulce, dulcique proximus magis, pinguis; acuto verò magis, acer eſt: qui verò inter acutum, & amarum, amaroque proximior, ſalſus; acuto verò, ponticus. dixit autem; Ferè; quia ſaporum differentiæ, vt notat Simplicius ſunt incomprehenſibiles; ad hunc tamen numerum, ſiue ad ſapores iſtos reducibiles, tanquam manifeſtiores. Notauit ſubinde Simplicius, quòd medij ſapores non dicuntur ex extremis compoſiti; quia ſint ſimul ex illis miſti; cum & ipſi ſimpliciter ſatis conſiſtant: verùm ob communitatem, quam ad extremos ſapores tenent; quandoque dicuntur ex inuicem miſti. Quare guſtatiuum. In hac parte concludit, vt in alijs ſenſibus obſeruauit, quòd tale, ſcilicet, ſenſorium poteſtate ſit; quale ſuum actu ſenſibile. Et ſic determinauit de potentia guſtatiua. cuius gratia ſermo de organis factus eſt; vt notauit Philoponus. notauit diuinè & Simplicius; Quoniam & cognitio actu terminatur cognoſcibili, imo re ipſa cognita, & ſecundùm illius ſpeciem conſtat; manifeſtè patitur organum; & pati facit, quod guſtabile eſt; quatenus in organum aliquid operatur. Ex quibus dictis elicitur ſenſus, qui actiuus exiſtit. Et hoc, q dicit. Digreditur modò Auerr. in quo duo facit; primò introducit opinionem Galeni de ſpeciebus ſaporum ab opinione Ariſtotelis diuerſam; ſecundò opinionem illam reprobat. in prima ponit duas propoſitiones, quas accepit à textu philoſophi; alteram manifeſtam; & eſt, quòd contrarietas in coloribus manifeſta eſt, inter Album ſcilicet, & nigrum: ponit deinde alteram dubiam. in ſaporibus autem habet quæſtionem; & per hanc Galenum introducit. quippe qui quarto de ſimplici medicina cap. 12. voluit, quòd ſapores extremi eſſent acutus, & ponticus: ratione, qua extremæ qualitates dominantes vtriſque, ſunt maximè contrariæ, caliditas, & frigiditas: modò acutus eſt calidior amaro; ponticus verò, & acetoſus, frigidi. dicit Auerr. quòd, ſi fateamur ſapores conſequi dominium qualitatum primarum, vt quidam dicantur tales, quia ſummè calidi, vt acutus, & amarus; quidam verò, quia ſummè frigidi, vt ponticus, & acetoſus; quòd rectè dixit Galenus; at, ſi dixerimus, quòd ita ſit de ſaporibus, ſicuti eſt de coloribus, quòd, ſcilicet, colores non inſequuntur qualitates primas; quinimo idem color poteſt, & à calido fieri, & à frigido, vt albedo in oſſe combuſto, & albedo in niue; ſic non continget impoſsibile Galeni. Quaſi innuat Auer. quòd

ſapores

ſapores ex natura rei, ſequuntur qualitates primas: quare, qui extremus eſt in altera, opponi poteſt extremo in reliqua; & erit uera: at, ſi, vt comparantur potentiæ, cuius ſunt obiecta; id continget impoſsibile: quare altera ratio contrarietatis eſt obſeruanda. poſita pro vtraque parte ratione, Auerr. Et videtur. In hac redarguit opinionem Galeni. & diuiditur in quinque partes; cum formet aduerſus illum quinque rationes: quarũ prima eſt; Idem ſapor quandoque à calido; quandoque fit à frigido: amarum enim quandoque à calido terreo combuſto fit; quandoque à frigido; vt fructus immaturi amari ſunt, cum calidum non rectè miſcuerit adhuc humidum cum ſicco: pariter & dulce frequenter fit à calido, in humido ſubtili bene admiſto cum ſicco ſubtili, vt inquit Albertus: quandoque poteſt & à frigido, vt in quibuſdam contingit fructibus; qui in principio dulceſcunt; cum decocti ſunt, amaritudinem tenent. conſtat itaque, vt notauit Albertus, quòd calid. & frigid. nec generaliter, neque eſſentialiter cauſant contrarios, nec extraneos ſapores. Et ſignum. Tangit ſecundam rationem. duobus exponitur modis: primo modo Therap. dicit, velle Auerr. probare per hoc, quòd amarus, & dulcis ſapor, ſunt ſapores extremi; quia ab altero ad reliquum fit tranſitus per media; quia, ſi eſſent medij, poſſet immediatè fieri mutatio alterius in alterum. & ſic exponit ly, Non eſt neceſſe, vt fiat per omnia media. At expoſitio iſta non eſt ad Auerr. ſed voluit magis probare, quòd acutus, & ponticus non ſint extremi. & ſic ratio directè erit in Galenum, & erit ratio talis; Quando fit tranſitus de dulci in amarum, vel contra; contingit fieri per ponticum, & acutum, vt per medios ſapores; ergo tales extremi contrarij non erunt. per charopum intelligunt moderni omnes ſaporẽ ponticum; per cyaneum, acutum. opinor tamen magis duo hæc ſignificare duas ſpecies coloris: cui videtur & Albertus Auerrois ſimia aſtipulari dicens, quandoque mutationem fieri in charopum; quandoque in uitidem; aliquando in croceum. per cuius dicti ſimilitudinem idipſum arguat de ſaporibus. addit Auerr. Non enim neceſſe, vt tranſlatio fiat per omnia media. Notandum, quòd medium tranſitus biſariam intelligi poteſt: & medium, quod forma tale eſt: & hoc ab extremis, & ab alijs, nomine differt, & ratione: datur & medium ex parte tranſitus, ſecundùm latitudinem intenſionis; quo modo ab imperfectiſsimo gradu datur ad ſummum vſque acceſſus: & ſic dicitur factum eſſe tranſitum per omnia media: quod non contingit per media ſecundùm formam omnia; vt rectè intellexit Auerr. quia illa ſunt per accidens media reſpectu tranſitus. Et vniuerſaliter. Concludit ex dictis, quòd dulce, & amarum, in quantum ſunt ſapores, tenent locum extremum oppoſitionis: ſic enim ſunt obiecta guſtus: alij verò intermedij ſunt. cũ itaque guſtus non deſideret aliquem ſaporem magis, quàm dulcem; neque fugiat aliquem magis, quàm amarum, ſiue horreat: ideo per hanc rationem cõcludetur Galenum male de ſaporibus ſenſiſſe. Et non debemus. Tangit quartam rationem; qua oſtendit Galenum peccaſſe per ſimpliciter, & ſecundùm quid. non enim ſequitur; Iſti ſapores fundantur in ſubſtantia calida reſpectu humanæ temperaturæ; ergo ſimpliciter calidi. Amarus ſiquidem ſapor eſt homini calidus; quia calorem inducit; non ob id tamen conſtat, quòd ſecundùm eius naturam ſit calidus; vel cuicunque alteri comparatus. Et videtur. Modò quinta, & ultima ratione eandem infringit opinionem; dicens; quòd ſapores potiùs per paſſiuas qualitates graduari debent, quàm per actiuas; ſiquidem ſapor fiat amarus dominio ſiccitatis; dulcis verò dominio humiditatis. & ſic erit ratio demonſtratiua talis; Sapor conſiſtit in humido paſſo à ſicco; & tales ſunt paſsiuæ qualitates; ergo non erunt ex calido, & frigido.

Dubitatur propterea, quæ dicta ſunt, quænam opinio de ſaporibus ſit ſuſtinenda. In hac difficultate duo erunt videnda; primum examinare aliorum opiniones; ſecundum, quid pro veritate tenendum ſit, determinare. In primo articulo tres ſunt antiquorum ſententiæ diuerſæ, Democriti ſcilicet, Empedoclis, & Platonis; quicum videntur, & Medici concordare. Democritus, vt de eo meminit Theophr. 6. de cauſis plãtarum cap. 2. ſaporibus ſingulis ſuas aſsignabat figuras; quibus illos determinabat; vt dulci ſapori, rotunditatem; aſpero, multangulam; & ſic de alijs. quæ opinio haudquaquam vera eſſe poteſt; tum, quia figura ſenſibile commune quoddam eſt, cum per ſe ab vnoquoque ſenſu percipiatur, præſertim à viſu, & à tactu: at ſapor ſenſibile proprium eſt; neque ab alio percipitur ſenſu. præterea figuræ nihil eſt cõtrarium: at ſapores ſunt inter ſe contrarij: quare, &c. Tum etiam per rationem, quam facit Theophraſtus: ſiquidem ſapores per diuerſas concoctiones in eodem, vt puta, fructu, diuerſi quinetiam ſiunt: ergo mutabitur figura in figuram; vt, quæ angulata eſt in circularem, & ſimiles. Empedocles verò, qui poſuit quatuor Elementa eſſe omnium principia, lite, amicitiaque concurrentibus, voluit ſapores non fieri ex miſtione elementorum; ſed in aqua præexiſtere; vt videtur ponere eius ſententiã Philoſophus in libello de ſenſu, & ſenſili; & ex ea inde omnes generare ſapores, eſſeque conueniens illorum ſeminarium; cum ipſa inſipida maximè ſit. At opinionem hanc deſtruit Philoſophus in eodem loco, ſenſatiſsimo argumento. ſecundùm hanc opinionem tandiu immutarentur ſapores, & noui ſemper generarentur; quandiu plantæ ab aqua humorem ſurſum traherent vſque ad fructus: at, ſi decerpantur ab arboribus, & ſub ſole reponantur; alterantur, & acquirunt ſaporem nouum: quare neque figuris, neque ſimplici elemento committenda ſunt ſaporum genera. Plato in Timæo de ſaporibus agens, diffiniuit illos per eorum proprietates, dicens, quòd à lingua ad cordis ſedem tenduntur venæ; quas cum occurrens aliquid contrahat, illaſque areſaciat, ſaporem parit; vt, ſi aſperiùs, acerbos, acreſque; ſin aſperè minus, auſteros & ponticos.

At

At opinio hæc non diffinit, vt à ſenſu obiecta hæc capiantur: nanque ſenſus ſunt receptiui ſpecierum ſine materia: modò proprietates iſtæ alterationes indicant materiales, & naturales; quæ non per ſe, ſed per accidens attingunt potentiam guſtatiuam: at illud erit per ſe obiectum mouẽs, quod ſpiritali ſua ſpecie potentiam afficiet: confutatur ea propter & eorum opinio, qui affirmabant rem aliquam homini dulcem; alicui alteri animalium poſſe eſſe amaram; quandoquidem ſenſus rectè diſpoſitus; cum ſit eiuſdem naturę potentia guſtatiua in omnibus; & circa obiectum proprium non erret; non poterit eandem dulcedinem in diuerſis diuerſimodè recipere, & de recepta iudicare. fateri quidem poterimus eandem dulcedinem aliquibus ſuauem, & ſalubrẽ eſſe; aliquibus verò inſuauem, & incommodam; vt caſsia fiſtula tametſi dulcis ſit; paucis tamen ſuauis erit. Fuerunt & alii reducentes ſaporum genera ad priuationem, & habitum, ſiue ſpeciem; vt ſapor dulcis, pinguis, & huius generis, ad ſpeciem; ad priuationem verò, ſiue naturæ defectum, acidus, amarus, ſalſus. quæ ſententia non omnino vera eſt, vt colligitur ex dictis Theophra. 16. de cauſis plantarum cap. 4. nam pleraque ſunt, quę, cum indigeſta ſint, ſunt pariter & dulcia; cum verò perfectè cõcocta fuerint; protinus amara, auſtera, acida quoq; deguſtantur: contingit & quandoque dulcem ſaporem, ſi quis eo copioſiùs vtatur, hominem interficere, ceu mãdragoras. Pro determinatione autem veritatis duo ſunt facienda: alterum eſt, cognoſcere ſapores, quot, & quales ſint: ſecundũ, cũ ab eadẽ cognoſcãtur potentia, & eadẽ cõtrariorum ſit; videre, quæ ſint ſaporũ genera verè contraria, maximè inuicẽ pugnãtia, è quibus alia fiũt. Sit pro determinatione primi, concluſio iſta de numero; ꝙ ſaporũ genera ſunt ſeptẽ. ꝙ, ſi diſtinguãtur, quę maximè inter ſe proxima ſunt, dulce, & pingue; erũt octo. tales ſunt; dulce, pingue, acidum, auſterum, acerbum, acutum, ſalſum, & amarum. numerũ hũc poſuit Ariſtoteles in tex. hunc accepit Theophraſtus 6. de cauſis plantarum cap. 4. Gal. 4. de ſimplici medicina, & Auic. 2. can. cap. 3. voluerunt ſaporum genera eſſe nouem; quandoquidem imaginarentur, quòd omnis ſubſtãtia ſaporoſa, vel groſſa eſt, vel ſubtilis, vel media. & quælibet iſtarum trifariam intelligi poteſt, calida ſcilicet, frigida, & temperata, vel ſaltem temperiei proxima: & ſic ſubſtantia craſſa calida ſaporem gignit amarũ: ſin autem craſſa, & frigida ita, vt calor non rectè miſcuerit humidum cum ſicco; ponticum; vt ſorbarum, aut oliuarum immaturarum; linguam enim exaſperat: quòd, ſi media inter calidam, & frigidam; dulcem faciet: ſi verò ſubtilis, & calida, acutum reddet ſaporem; vt omphacii ſapor, & aceti eſt: quòd, ſi ſubtilis, & frigida; acetoſum; ſi media, vnctuoſum: at, ſi inter craſſam, & ſubtilem media fuerit, & calida; ſalſum cauſabit ſaporem; ſi frigida, ſtipticum; ſi media, inſipidum. & ſic erunt genera ſaporum nouem, ſecundùm Medicos. quẽ nouenarium numerum poſuit & Auerro. 5. col. cap. 27. ꝙ autem ſint ſeptem, & per auctoritatem, & per ſufficientiam poſitam ab Egidio, & Alberto etiam, ſuper libello de ſenſu & ſenſili, ſatis cõſtat. dicendum itaque, quòd talis numerus, vel poſitus eſt, ſecundùm genus ſubalternum; vel ſecundùm ſpeciem ſpecialiſsimam: ſi ſecundum; tunc ſapores erunt longè plures, & fortè numero indeterminati; & hoc, ratione, quia ſapor miſturam corporũ ſequitur; quippe quæ, cum poſsit variis modis alterari, ſequitur & ſaporum diuerſitas multa; quinimo in eodem diuerſi reperiuntur, ob eandẽ cauſam, ſapores; vt de agarico dixit Auer. 5. col. cap. 42. qui ſaporem habet dulcem, amarum, & acutũ; quia ex diuerſis componitur partibus: at, ſi ſecundùm ſubalternum genus, numerum tunc non excedunt ſeptenarium: Medici autem, quia magis ſenſum reſpiciunt, particulariùs incedentes, dixerunt nouem. dicendum itaque erit tres in vniuerſum eſſe ſaporis ordines; quidam, ueluti priuationes, ac naturæ corruptiones, vt putreſcentiũ ſunt; quidam uerò, ueluti exordia quædam naturæ ſaporum, in quibus natura non ſiſtit; ſed per illam ad perfectionem progreditur, quales crudorum ſunt: nouiſsimi uerò, qui in ſumma perfectionę conſiſtũt. Primi duo ordines; quia nutritioni ſunt inepti, neque per ſe prima intentione à natura effecti; non ſunt nominati, nobiſque fermè incogniti: quare, qui perfecti ſunt, ſub ſeptenario continẽtur numero, ut dictum eſt. de illorum verò generatione, quomodo fiat unuſquiſque, nõ hic, ſed in libello de ſenſu, & ſenſili copioſè dicetur. Secundum uerò, quod determinandum erat, de maxima inter ſe oppoſitione, differenter à Medicis, & à Philoſopho ponitur. Medici, ut in digreſsione Auerro. dictum eſt, uoluerunt oppoſitionem iſtã attendi per qualitates maximè contrarias, à quibus dependent in eſſe, caliditate. ſ. & frigiditatę ſumma; & ſic dixerunt acutum & ponticum extręmos; quandoquidem acutus calidiſsimus ſit; ponticus frigidiſsimus. Philoſophus uerò alterum ſequutus fundamentũ, non. ſ. à quibus fiant: ſed quomodo ſenſui guſtus cõparantur, dulcem, & amarũ dixit eſſe extremos. Quã opinionem hic ſequutus Auer. & 3. col. cap. 34. ubi dixit ſapores fieri per admiſtionẽ ſubſtãtiæ ſiccæ cũ humida calore decoquẽte; & ſecundùm diuerſitatẽ quantitatis huius decoctionis uarios generari ſapores: determinauit dulcẽ, & amarũ eſſe elementa aliorũ ſaporũ idẽ S. Thom. hic dicens non penes extremas qualitates extremos haberi ſapores: ſed, ut ad guſtũ cõparantur cũ horrore, aut delectatione ſumma, quidã inter hos cõcordiã poſuere dicẽtes oppoſitionẽ illã bifariã cõſiderari: alterò modo referẽdo ad cauſas ſaporũ productiuas: & ſic rectè dixerũt Medici: altero modo, ut ad potẽtiã guſtatiuã: & ſic, ꝙ maximè delectat, & quo maximè triſtatur ſenſus guſtus, ſunt maximè cõtrarii, ut dulcis, & amarus. Verũ, tametſi Galeni, & Auicẽnę opinio poſsit ſuſtineri, & cũ hoc ſenſu cũ Philoſopho cõcordari; lõgè tamẽ meliùs dixit Ariſtote. nã cõtrarietas, in quocunque ſumatur genere, ſemper cõſideranda penès diſtantiam maximam; quæ per ſe attinet ad illud genus; non autem, quæ per accidens;

ideò

ideò contrarietas in ſaporibus non debet ſumi à maxima oppoſitione qualitatum; quæ ſunt tactiles, neque per ſe à guſtu perceptibiles; ſed ab illa oppoſitione, cuius extrema maximè afficiunt potentiam guſtandi per ſe; qualia ſunt dulcis, & amarus. Præterea quidquid ſit cum Ariſtotele; nunquam tamen concordes fieri poterunt cum Auer. qui expreſsè dicit in Gal. amarum ſaporem quandoque frigiditatem; quandoque caliditatem ſequi; idipſum de dulci. proinde ſaporũ ſpecies ponit in paſsiuis; Gal. verò in actiuis qualitatibus.

Dubitatur, quia Galen. quarto de ſimpl. medicina cap. 18. dicit, dulcem, & amarum maximè inter ſe contrarios eſſe. pro quibus aduertendum, quòd, ut inquit Galenus quinto de ſimplic. medi. cap. primo & ſecũdo; intentio eſt in his libris agere de medicamentorum facultatibus primis, ſcilicet, ſimplicibus cal. frigid. humi. & ſic. & ſecundis vt mollitiuis, induratiuis, rarefacientibus, & condenſantibus: & tertiis. modò medicamentum differt à nutrimento; cum hoc uincat naturam. illud à natura uincatur: ut Galenus quarto de ſimpli. modò Galenus ibi dixit de dulci, & amaro, veluti maximè contrariis; nõ, ut medicamenta ſunt; ſed, ut nutrimenta linguæ comparãtur cum ibi dicat in his, quæ à natura mutantur, ſenſim fiunt alterõnes. &cæ. mutãtur aũt à natura nutriméta, at nõ medicamenta; quãuis per accidens ad nutriendũ ſapores faciant. & ſic concordãs iſte errauit; quia Gal. non conſiderauit ſapores, ut geniti ex primis qualitatibus; ſed. vt alterant primis qualitatibus.

T.c. 106 De tangibili autem, & tactu. Intentio modò eſt agere de ſenſu tactus; quippe qui, ut ait Alex. & receptio, & iudicium tangibilium eſſe dicitur; & meritò omnium nouiſsimus eſſe debet; quandoquidem procedendi ordinem à nobiliori, ut retro dictum fuit, accepit Ariſt. iſte uerò materialiſsimus omnium eſt. Auic. tamen ſexto naturalium cap. de tactu, poſuit ordine primum, ut, qui ordinem acceperit in ſenſibus; quem ab opere naturę obſeruauit Ariſt. in uirtutibus: qui priùs de uegetatiua, quæ poterat eſſe ſine aliis; non tñ è conuerſo: ſic & tactus, cum maximè animali neceſſarius; cum circa qualitates primas uerſetur; ex quib. hominis reſultat temperatura, & animalium aliorũ; ſine illo cæteri eſſe non poſſunt ſenſus: at ſine illis tactũ eſſe nihil uetat. argumento ſunt zoophita; quæ duntaxat hoc ſenſu animalia dici creduntur. At iam ſatis dictum fuit de ordine illo. In hac parte, ut rectè introducit Simplicius, & Themiſtius, intẽdit ponere duas quæſtiones: alterã de pluralitate ſenſus tactus: alterã de illius ſenſorio. In textu duo facit: in primo ponit unam concluſionem: in ſecũdo proponit dubiũ. dicit in primo. De tãgibili, & & tactu eadem rõ. dixit de tãgibili, ut ſeruaret ordinem procedendi ab obiecto; qui nobis notior eſt, ut notauit Simplicius. dixit; Eadẽ rõ; uel, ut S. Thomas, & Egidius aduertentes, ꝙ proceſſus eſſe dẽt ab obiecto; quare à tangibili: uerum, quia quęſtiones iſtæ commodiùs moueri poſſunt circa tactum, quàm circa tangibile; ideò præmiſit hoc ꝑ modum excuſationis dicens, ꝙ eadem de utroq; ratio eſt. Albertus non hanc; ſed aliam noluit expoſitionem dicens, ꝙ tactus eſt virtus paſsiua, vt alii ſenſus; & ad actũ ducitur per ſpecies tangibiliũ qualitatũ; quare ſi agentia erunt plura, quorũ nullũ agit per aliud, conſequenter & paſsiua virtus plurificabitur. Philoponus & ipſe in primis viſus eſt hanc ponere ſententiam, quod. ſ. id dictũ ſit per ſimilitudinem ad alios ſenſus; cum ab obiectis, & per mediũ, &c. longè tamẽ meliùs dictum conſiderans dixit, ꝙ illa coniunctio, Enim, reddẽs cauſam, manifeſtat intentionem. vt ſit ſenſus; De tangibili, & tactu eadẽ rõ; quia, ſi non vnus, & tangibilia plura erunt. dictum eſt itaq; reſpectu vnitatis, & pluralitatis. dat & aliam; verùm hæc cæteris eſt melior; quam voluit & Auerro. in commento trahens identitatem illam ad dubium. In ſecunda parte dubitat; vtrũ tactus ſit vnus ſecundùm genus, aut plura? dubitat; S. Thomas, quare à tactu, & nõ ab obiecto. dixit, ꝙ idẽ eſt: & commodiùs cadit dubiũ circa tactũ. At ratio iſta non tenet; quãdoquidem obiectũ tactus nobis notius eſt, quàm illius potentia. Dicendum itaque cũ Simplicio diuino, ea de cauſa ſic argumentatum eſſe; quia accipiens contradictorium conſequentis, ipſum capiet obiectũ tangibile probans non eſſe plura: & ſic dubitando incepit à potentia, vt in determinando ordiretur ab obiecto. Per duos ſyllogiſmos intellexit Auer. hypotheticos; & ſunt iſti; Si ſenſus tactus non eſt vnus; neq; tangibile vnũ erit. & eſt manifeſtũ; qa potẽtia diſtinguitur per obiectũ. Secũdus; Si tangibilia nõ ſunt plura; ſenſus tactus non erit plures. quæ illationes tametſi in vtroq; proceſſu ſint manifeſtę; non eſt tñ manifeſtũ, an antecedens huius conditionalis affirmandũ ſit, vel negãdũ; pariter & cõſequens. & hoc dixit Auer. quod dictũ cõfirmat conditionalẽ poſſe verã eſſe. cuius tamen antecedẽs, & conſequẽs ſint impoſsibilia.

Et quid eſt ſenſitiuũ. Introducẽs Auer. dicit, T.c. 107 Cũ narrauit, vtrũ ſenſus tactus ſit vnius virtutis, an non; cępit dicere ſermones in hoc dubitabiles. In tex. duo facit; primò ponit ſecundam quæſtionẽ; ſecundò arguit ad primam poſitã: in primo dicit dubiũ eſſe, in quo, vt in ſenſorio, fiat ſenſus tactus; nunquid tale, caro eſſe dicatur, vel quid carni proportionale, vt in inſectis eſſe dr̃ quid proportionale ſanguini, cũ ſanguine vacẽt; dicitur & quid eſſe carni proportionale, ut piſcibus ẽt: vel dicendum & magis carnem medium eſſe in hoc ſenſu, nõ autẽ ſenſoriũ, ſed aliquod intus. Notauit Simplicius dictũ Philoſophi; Primũ aũt, &cæt. Ex quo voluit, ſecundũ Philoſophũ, & carnẽ eſſe in tactu ſenſoriũ verũ ſecũdũ, non primũ; quia id, aliquid intus eſt. ꝙ, ſi noluiſſet notare ordinẽ, nõ dixiſſet primũ ſed ſimpliciter ſenſoriũ. neq; per hoc ſoluit Simplicius, vt voluit Sueſſanus, ſed notauit: namque in oculo, humorẽ ſimpliciter ſenſoriũ protulit; atnõ aerẽ extrinſecũ, ſed mediũ tm̃. Sciendũ, ꝙ ad imã aiæ nr̃æ ſedem, quinq; viis deſcẽdimus; per viſum, auditũ, odoratũ, guſtũ, & tactũ: at in maxima diſtãtia poſitæ ſunt aures, per quas ſoni; in minori, oculi; ꝑ quos, colores; in minori adhuc nares; ꝑ quas, odores; & ĩ minori lingua; tametſi bifida ſit. vniti

tamen ſimul iunctæ ſint partes, per quas, ſapores. cum itaque per gradus deſcendat natura de circũferentia ad centrum; uidetur, ꝙ tactus, qui poſt guſtum eſt, in centro locari debeat, quo ad illius organum. dixit itaq; Philoſophus, ꝙ primum ſenſorium tactus, intus eſt. poſuit deinde Auer. excerptum a Philoſopho, notando quòd, ſi eadem proportio carnis ad tactũ eſſet, ſicuti oculi ad uiſum; tunc ſenſus tactus eſſet una uirtus; quia haberet unum inſtrumentum, & eſſet vnius virtutis; quia inſtrumentum unum unius virtutis: at, ſi tactus plures; tunc caro inſtrumentum non erit, ſed mediũ duntaxat; nam medii vnitas in ſenſu neque unitatem, neque pluralitatem notat; neque illius pluralitas, ut retrò dictum eſt de ſono. qui poteſt & per aerem, & per aquam deferri. at Simplicius inſtat, ꝙ neque ſi unum dabitur ſenſorium; ob id concludendum erit; Ergo unus tactus. quandoquidẽ lingua, tametſi una ſit; communis tamen eſt & tactui & guſtui. Ad hoc dicendum, ꝙ tametſi lingua ſit vna, & eadem materialiter; ratione tñ in utroque ſenſu diuerſa. vel dicendum, ꝙ in tactu gerit etiã uicem medii, ut infra clarius. Omnis. n. In hac ſecunda arguit ad partem; quam Auer. introducens ait intentionem eſſe probare tactum eſſe ſenſus plures; quia poſt inducet eſſe unum p rationẽ, quã capiebant antiqui; Caro eſt ſenſorium tactus; & eſt una: ergo. ꝙ ſit ſenſorium, probatur; quia, ſi ponatur tangibile ſupra carnem, ſentitur. At dicentes, ꝙ caro non eſt inſtrumentum iſtius uirtutis, ſed aliquod intus; & hoc põt plurificari, & nõ eſſe unum: & à ſigno perſuadetur; quia inſtrumentum, quod eſt unius uirtutis; unum eſt quoque, & unius contrarietatis, vt viſus albi, & nigri; auditus, grauis, & acuti; guſtus, dulcis, & amari, & intermediorum: at tactus multarum cõtrarietatum ſenſus eſt; quarum una ſub alia non continetur; quare ſenſus non vnus erit. nec de duabus his quæſtionibus unã facit Auer. ut ei imponit Sueſſanus; uerum eas inuicem miſcet: quia, ut una, ſecunda. ſ. facit in prima difficultatem: ita quoque & illius reſolutio, reſolutio primæ erit. ponit deinde contrarietates Ariſt. calidum, frigidum, humidum, & ſic. durum, & molle, & quæcunque huiuſmodi. quod uerbum exprimens Themiſtius, addit graue, & leue; aſperum, & lęue. Verùm doctè notauit Albertus, ꝙ iſta non ſunt æque prima contraria, ut quæ dicta ſunt; ſiquidem durum id dicitur, quod tangenti reſiſtit, quod eſt ratione ſiccitatis; molle, qđ cedit, & eſt ratione humiditatis: itidem & aſperum, quod pluribus ſuæ ſuperficiei partibus ob duritiem reſiſtit; læue ob humorem, nequaquam. deinde Albertus ſequutus Auic. hic cap. de tactu dicit, ꝙ ſunt & alia, quæ immutant ſenſum tactus immediatè, & nõ per aliud; qualis eſt continui ſolutio; quæ fit à uulnere: pariter & delectatio; non, quæ in cibo & potu; ſed, quæ in uenere percipitur: q̃ oẽs ut cunque ſint, pluralitatem in hoc ſenſu manifeſtant.

T.c.108 Hẽt autẽ ſolutionẽ. Auer. ponens intentionẽ uſ ab aliis diuerſus, dicẽs; Cum fecit credere, ꝙ tactus eſt plus uno; dedit dubium ſuper hoc. Latini uerò, pariter Græcis, uolunt, quòd Ariſt. ſoluat, apparenti tamẽ ſolutione: idẽ tamen uoluit & Auer. quia per illud dubium intellexit diſſolutionẽ ad illũ ſermonẽ. Tex. cõtinet duas partes, ſecũdũ diuerſorum ſniãs, ualde diuerſas. Auer. duo facit; primò exponit; ſecundò digreditur: in primo exponens pariter Latinis oĩbus, intẽdit duo hæc in textu ita intelligenda; primum, quòd ſoluat; ſecundum, ꝙ ſolutio illa apparens ſit, & falſa. ſolutio in prima parte talis erat. Quia non modo pluralitas contrarietatum, per quam arguitur ſenſum tactus plures eſſe ſenſus; in tactu reperitur; ſed etiã in aliis ſenſibus, ut apud auditum non modò grauis. & acutus ſonus; ſed magnus. & paruus; aſper, & lęuis: idẽ & in viſu apparet; quandoquidem non modò album recipiat, & nigrum; ſed ſplendens, & non ſplẽdens, & ſimilia: quare & iſti plures vnã recipiunt contrarietates. in ſecunda verò parte, vt hi exponunt, debilem ſolutionẽ iſtam oſtendit: nõ enim inquit Ariſtoteles, contrarietas tactus eſt ſimilis contrarietatibus aliorum ſenſuum; ſiquidem, quę aliorum ſunt, ad unum ſubiectum reducuntur, ſingulæ, ſingulum, vt, quæ viſus, ad colorem; auditus, ad ſonum; & ſic de aliis: at, quæ tactus, non habent ſubiectum vnum, ad quod reducuntur; vel non eſt manifeſtum. Græci verò non ſic textum exponunt verum inter omnes conuenit, ꝙ non vnã, ſed duas ſolutiones: inter ſe tamen differunt circa intentionem duarum illarum partium. quoad conuenientiam diſcordãt cum Auer. & Latinis; & rectiùs dicere videntur. cum retrò propoſitæ ſint duæ difficultates; debent & quoque duæ applicari ſolutiones. quo verò ad differentiam Simplicius dicit, in prima parte ſolutionem eſſe ad alterum duntaxat quęſitum; nunquid vnus, vel plures ſit ſenſus tactus ob varias contrarietates: & ideo dixit aliquam ſolutionem: ſecunda verò, vtrum vnus, aut plures; ex eo ꝙ vnum duntaxat genus habeat. differunt autẽ in expoſitione primæ partis: tametſi Themiſtius, & Alexander, quo ad hoc, idem voluerit cum Simplicio; quia hi concordes volunt, ꝙ in prima parte non modò ſit ſolutio ad dubium primum; verũ ſit & ibi falſitas ſolutionis; vt ſit ſenſus; ꝙ & auditus, & viſus habent plures contrarietates, vt vltra proprias, magnum, & paruum; aſperum, & læue. At dicunt concordes, quòd ratio inſufficiẽs eſt; quia magnitudo, & paruitas ſunt ſenſibilia communia; quia à pluribus ſentiuntur: pariter aſperum, & læue, tametſi tracta ſint à tangibilibus, vt inquit Themiſtius; reducuntur tamen ad figuram: figura ſiquidem vocis eſt; quæ & aſpera apparet, & læuis: at figura eſt vnum de ſenſibilibus communibus. Simplicius verò Alexandrum redarguit, quare & Themiſtium; inquiens, quòd magnitudo, & paruitas, quæ ſunt in auditu, non debẽt haberi in mole, neque ratione molis; quomodo ſenſibilia communia dicerentur, vt expoſuit Alexander; ſed, quæ propria duntaxat auditui ſunt, & quæ ſolùm auditus cognoſcit: ſunt & hæ differentiæ in viſu, alterius tamen rationis, ut in maximè rutilanti colore magnitudo dicitur, vt, qui eſt auri: contrà, paruitas, vt qui plumbi; eſt ſatis hebes ad mouendum viſum; ita & de læui, vt ſuauis eſt, florum

colores: contra, aſperi, qui putridi ſunt. huic Simplicij ſentētiæ fauet & Philoponus, dicēs & ipſe, ꝙ magnū, & paruū in ſonis, non ſunt, q̄ in magnitudinibus reperiūtur; ſed dicūtur auditui ꝓpria, & nō aliis ſenſib. & huius affert rōnē Philoponus; Sonus fit cū motu; in quo maior, & minor extēſio cōſideratur rōne ſoni: at aliorū nullus. Solutio itaq; ſit talis: Cū & in aliis ſenſibus multæ reperiātur cōtrarietates: non eſt mirū, ſi & hoc contingat in tactu. Crederē ego magis cū Themiſtio, & Alexādro; nā quāuis magnitudo diuerſimodè dicatur in diuerſis; nihilominus magnitudo ſecundū ſe extēſionē ſignificat: ſiue ſit in tēpore reſpectu uocis; ſiue in lumine reſpū uiſus, uel coloris: &, ut extēſio eſt, in qua cōicant oēs; rectè dicetur ſenſibile cōe. præterea, cū recto determinaſſet de propriis ſenſibilib. viſus, & auditus; nullā prorſus mētionē fecit de magnitudine: quare, ſi eſſet propria auditui, haberet plura ſenſibilia propria: ꝙ, ſi dicatur; Magnitudo illa nō eſt ſeorſum a uoce; tūc per ſe, nō primò, capitur ab auditu; quia ſonus p ſe primò; ergo omniſariā erit ſenſibile cōe. Sed, ꝙ ſit. Hāc ſecundā partē exponūt Græci concordes minimè cū Auer. & Latinis; quippè qui exponētes primā illā, ut ſolutionem datā, in hac ſecunda uolunt, ꝙ oſtendat Philoſophus rectā illā nō fuiſſe; ſiquidē, quæ in uiſu contrarietates, tametſi plures reducātur ad unū cōe genus, ut pote ad colorē, in auditu ad ſonū; at, quæ tactus ſunt, ad nullū cōe nominatū reducuntur: ideo per datā ſolutionē non ſoluta eſt difficultas. Græci uerò in duabus hiſce partibus duo diſtincta uoluere; & non, quòd alterū pp reliquū eſſet. diſsident tñ inter ſe; quandoquidē Simplicius uelit, ꝙ in hac ſecunda det ſolutionē alteri dubio: nunquid, ſ. tactus unus ſit, ſiue plures. per hoc, ꝙ dicit, ꝙ in tactu non eſt manifeſtum, nunquid detur unū cōe genus? ait Simplicius, ꝙ dubiū nō erat ex natura rerum; ſed ex noſtra prodiēs ignorātia: ea de cauſa dixit, ꝙ nō erat manifeſtū: nō tamē, ꝙ non eſſet unum cōe genus: & fortè latebat nos; qa non erat ei impoſitum nomē. Themiſtius, & Alexāder meliùs, ut opinor, nolunt ſolutionē in hac ſecūda parte. ſed difficultatē, & dubium rectè dicēs Alexāder. Cum iā ſatis conſtat per dicta, quòd ſolutio data īfirma eſt, neque uera. manet itaque in ſuo robore dubium. addēs & illud quoque. Cū differenter tāgibilia ſe habeāt ad ſenſibilia aliorum ſenſuum: cum nullū habeāt cōe nominatū genus, ut alia, & cæt. At diceret aliquis; Habent cōe hoc, ꝙ appellantur tangibilia: quare tāgibile cōe erit. dicit Alex. hoc nomē nō ſubiecti generis, ſed magis habitus eſſe, ut uiſibile eſt, & audibile. at nomen ſubiecti eſt color, & ſonus. Fortè diceret aliquis, ut Alexāder dubitat; nā in uiſibilibus ēt non eſt accipere unum cōe nomē; cum & colores dicātur uiſibiles: &, quæ noctu lucida, & uiſibilia ſunt. & dimittit dubiū hoc inſolutum Alex. Philoponus tamē ſoluit, dicēs, ꝙ & corpus hoc lucidum ad colorē reducitur: cum & hoc totum ſit lucidus color, & ſplēdēs. Et hoc, qđ dixit. In hac parte Auer. digreditur. & digreſsio hęc in tres partes diuiditur; in prima probat, ꝙ tactus non eſt unus; in ſecunda remouet quędā dubia; in tertia colligit intentum. prima adhuc diuiditur in duas; in prima format unā conſequētiā; in ſecunda idipſum probat p aduerſam illius. dicit in prima; Si ponamus ſenſum vnū eſſe, neceſſe eſt, & genus ſubiectū illis contrarietatibus ſit vnū; qm̄ neceſſe eſt aliqđ cōe eſſe illi multitudini, per qđ dici poſsit ſenſum eſſe vnum. & addit; Qm̄ ſenſus non eſt vnus, niſi p vnā intentionē. & pōt rō iſta Auer. firmari per Ariſt. 1. phyſi. t. c. 52. in oī genere vno eſt vna prima cōtrarietas: intētio itaq;, per quā dicitur vnus, eſt rō ſui ſubiecti primi. Et cū. In hac probat conuerſam; & duo facit: primò ponit q̄dā; ſecūdò ex illis format rationē. dicit in prima. Cū fuerint contraria in generib. diuerſa, manifeſtū quoq; erit virtutes ipſas eſſe diuerſas: argumento eſt, ꝙ contrarietates colorū, & ſaporū, quia genere diuerſæ, arguunt & virtutes diuerſas, quales viſus, & guſtus. Vndè neceſſe. Probat; Ex his ſequitr̄, ꝙ, ſi tactus ſit vna virtus, vt contraria, q̄ capiūtur ab illo, ſint vnius generis ſubiecti; quod vniuocè de illis dicatur, vt ſonus de ſonis; & de colorib., color. addit; Sed cōtraria tactus non vidētur habere genus, quod dicatur de eis, niſi æquiuocè; ergo, & cæt. Quale. In hac ſecūda parte principali remouet dubia: &, cū duo ſint, ideo pars iſta in duas diuiditur partes. Poſſet itaq; dicere aliquis; Cōe genus ſubiectū erit quale: at quale hoc, ꝙ dicit de calido, frigido, & graui, & leui; non dicitur, niſi purè æquiuocè: nā & quale; ſecundùm ęquocationē, dicitur de obiectis aliorū ſenſuum, vt colore, ſapore, odore, &c. addit; Oīa hęc ſunt in ꝑdicamēto qualitatis; & graue, & leue, in prædicamēto ſubſtantiæ. & ſic illud quale non poterit eſſe vnū genus ꝑdicamētale; qa nullū tale datur, quod ſit cōe & qualitati, & ſubſtantiæ: ergo oīno erit rō æquiuoca. Et ideo. Remouet modò ſecundā dubitationē; qa poſſet aliquis dicere; Senſus nō penetrat vſq; ad rei ſubſtantiā; ergo non recipit graue, & leue. dicit, ꝙ oportet, ꝙ virtus, q̄ comprehendit graue, & leue; ſit quoq; comprehendens calidum, & frigidum; & aliquo modo non eadē cū illa, q̄ cōprehendit graue, & leue, comprehendat mediāte motu. Et ideo. Nūc ī hac 3. parte principali cōcludit intentū; & duo facit; primò, quod dictū eſt. ſecundò excuſat Ariſt. in prima concludit, ſenſum tactus non eſſe vnū; &, ꝙ caro eſt ei, quaſi mediū, & nō. ſ. inſtrumētū. Licet. Modò excuſat; quia, tametſi in lib. de animalibus dixerit oppoſitum; ꝙ. ſ. caro erat organū tactus, & non mediū; & aliud intra carnē, organū; dicit, ꝙ tēpore, quo dixit carnē eſſe organū; dum ſcriberet librū de aīalib. non perfectè callebat anathomiā; & ideo tūc non cognouerat neruum; at in hoc loco, quod ratione uidit, ſenſu ēt comprobauit, ꝙ,. ſ. intra carnem neruus eſt; qui habet introitum in tactu, & motu. At non uidetur Auer. iuſtè Ariſt. reprehendere: & probatr̄. Ariſtoteles primo de hiſtoria animaliū cap. 3. dicit; Tactus ſenſoriū noīe vacat. deinde 2. de partibus cap. 10. dicit; Tactus ſenſoriū, aliquid intimū eſt. idē in libello de ſenſu, & ſenſili. Verū neq; illud intimū dēt intelligi, neruus, vt expoſiit Auer. quia p ly, intus, videtur innuere, ꝙ dixit in de ſenſu, & ſenſili;

ſili; ꝙ ſenſoriũ guſtus, & tactus eſt circa cor. quare hic Auerro. ſuſpectus eſt.

Dubitatur propter ea, quæ dicta ſunt; nunquid ſenſus tactus, ſit ſenſus vnus. In hoc dubio duo ſũt videnda; alterũ eſt, vtrũ vnus; &, quia determinatur plurificatus; cõſequẽter quærẽdũ erit de numero potẽtiarũ tactiuarũ, ꝑ quas tactus plurificatus eſt. Pro declaratione primi, ſit iſta cõcluſio S. Thomæ hic; Formaliter, & ſecundũ rationẽ ſenſus tactus nõ eſt vnus, ſed plures; ſubiecto aũt vnus eſt. quã eandẽ accepit Io. Ganda. in quæſtione. declarauit S. Thom. nã illud genus ſubiectũ vnũ põt bifariã capi; vel pro genere, quod cõparatur ad differẽtias contrarias, vt potẽtia ad actũ; vel ut ſubiectũ illius generis, cuius ſunt contrarietates; ut corpus coloratũ eſt ſubiectũ albi, & nigri. primo modo tenet cõcluſio, ꝙ tactus nõ ſit vnus. Fundamẽtũ verò huius cõcluſionis fuit; q̃a unius generis, vna dũtaxat eſt prima contrarietas, 1. phyſi. 52. nõ repugnat tamẽ, vt S. Thom. ꝙ plures nõ æquè primæ ſub eodẽ reperiãtur: exemplũ ſub corpore, animatũ, inanimatũ: deinde, ſenſibile, inſenſibile. plures ẽt per accidẽs reperiri poſſunt, vt ſub genere corporis, contrarietas albi, & nigri; per ſe tamen vna. hoc idẽ fundamẽtũ poſuit Ioannes in quæſtione. At contra opinionem iſtam dubitatur, & in fundamento: nam contrarietas illa vna, vel intelligitur poſitiua, uel priuatiua; ſi poſitiua; non eſt propoſitio vera; ꝙ, ſcilicet vnius generis ſit tantùm vna; ſed plures eſſe poſſunt, vt in genere ſubſtãtiæ ſi verò priuatiua; tunc, quæ ſunt inter calidũ, & frigidũ; humidũ, & ſiccũ; reducũtur ad unam primã contrarietatẽ priuatiuã; quæ eſt inter genus harũ qualitatũ, & eius priuationẽ; & eſt genus illud innominatũ. & hoc eſt, quod dixit S. Thom. in quæſtionibus de Anima, quæſtione 13. in reſponſione ad decimum ſeptimũ argumentũ: & prima parte quæſtione 78. artic. 3. ad tertiũ. At dici põt: ad hęc ex ſnĩa S. Thomę in eiſdẽ locis, quòd duplex eſt genus, & proximũ, & remotũ; vt genus ad calidum, & frigidũ: & tale innominatũ eſt: de quo verũ eſt dicere, ꝙ vnius duntaxat contrarietatis eſt, & poſitiuæ: at de remoto, quod pariter innominatũ eſt, poſſunt & plures, ſi poſitiuæ, vt cal. fri. hum. ſic. & vna, ſi priuatiuæ: ad quã reducuntur omnes: at nõ capiẽda priuatiua; ſed poſitiuæ plures. quare ſtat ueritas, quòd formaliter tactus unus nõ eſt. Declarãs & magis cõcluſionẽ dictã Egidius, diſtinguit de genere uno per uniuocationẽ, quæ capitur bifariam; vel, quo ad prædicationẽ ipſam; uel, quo ad immutationẽ: primo modo uera nõ datur uniuocatio, p̃terquã in ſpecie ſpecialiſsima: at ſecundo modo datur in genere. ac in genere diuerſis; ut uiſus; tametſi diuerſas percipiat ſpecies ſenſibilium uiſibiles; recipit tamẽ illas ſub una rõne immutãdi; quatenus, ſ. oẽs participãt lucis naturã; ſi quidẽ rõ uniuoca immutationis eſt quædã natura participata ab obiectis; propter quã ſunt apta nata mouere potẽtiã; & talis põt ẽt nõ eſſe prædicationis. ſecũdũ hãc & obiecta particulariũ quinq; ſenſuũ hẽnt quandã uniuocationẽ, ut cõparãtur ad cõem ſẽſum; cũ ſub vna ĩmutẽt formali rõne. diuerſimodè tamẽ tenet vniuocatio talis in hac ſuperiori, atque inferiori uirtute; ſiquidẽ in ſuperiori diuerſæ contrarietates per unã rõnẽ immutãt; at in inferiori, una duntaxat prima; & ſi plures; ad hãc tamẽ reducũtur: at, quia cal. fri. hum. ſic. ſunt plures, nec tamẽ una ad alterã reducitur; tactus nõ unus ſenſus, ſed formaliter plures erit. Philoponus hic non admittit cõe illud genus eſſe genus ſubiicibile; ꝙ ſ. materialiter poſitũ eſt unũ rõne tactus; quia cõiter unũ erit omniũ ſubiectũ ſenſuum: ſed, inquit ipſe, uoluit id genus, eſſe genus prædicabile, ut color, qui de colorib. dr̃; & illorũ ſingulus eſt color; pariter & ſonus de ſonis; & de odoribus, odor: cuiuſmodi in tactu nõ reperitur; ꝙ in eo, ꝙ quid de ſpeciebus dicatur. & ꝑ hoc dãnat antiquorũ locũ hunc exponẽtiũ ſnĩam. quos ſequutus fuit Simplicius; notãs factã eſſe ſolutionẽ per ly, Immanifeſtum eſt, quaſi hoc à noſtra ꝓcedat ignorãtia, nõ ãt à natura rei: quia datur illud cõe in tactibilib. ſed immanifeſtũ nobis eſt; dicẽs Philoponus ꝙ tale quid cõe ſubiectũ erit naturale corpus, ut diſtinctũ cõtra mathematicũ corpus; cuius, ſ. nõ eſt tactus; & hoc fuit illud unũ materialiter, qđ poſuit & S. Thom. Egidius, Io. Gand. At rectè dicit Philoponus; Sic poterit tale ſubiectũ cõe eſſe qualitatibus oĩb. ſenſibilibus; cũ oẽs in corpore naturali, ut in ſubiecto, reperiãtur: at, ſi tale corpus diuidatur in cõtrarias primas dr̃ias; nõ erunt illæ, caliditas, frigiditas, &c. & hoc eſt illud genus, quod quæritur; cuius hę qualitates ſint primæ cõtrariæ. bene itaque dici poterit, ꝙ hæ oẽs contrariæ qualitates ſint ſubiecto eędẽ; at non ſub eodẽ genere: poterit fortè ſaluari rõne organi; at declarabit hoc inferiùs. Cũ itaq; tactus ſit plures; & pluralitatem iſtã habeat dũtaxat merito potẽtiarũ tactiuarũ; quæſtio modò eſt de numero harũ potẽtiarũ. Auicen. cap. de tactu. uoluit, quòd unicuique cõtrarietati ſua correſpondeat potentia. & ultra poſitas, duas illas addidit; quas & Albertus ſequẽs, alterã. ſ. recipiẽtẽ dolorẽ in uulnere; alterã uerò, delectationẽ in coitu. Differt tamẽ ab Auic. Albertus in numero potẽtiarũ; quia aſperũ, & lene, uoluit ab ab eadẽ capi potẽtia, à qua humidũ, & ſiccũ: ſecus Auic. fundamẽtũ aũt Auicẽnæ fuit; quia ſenſus uirtus paſsiua eſt, quæ in patiendo recipit: obiectum deinde non dicitur tale, niſi quãdo in potentiam agit: nõ dr̃ calefactiuũ, niſi qñ calefacit actu. cum igitur quodlibet dictorũ cõtrariorũ ſit aptũ per ſe & nõ alio mediãte ſenſibili agere in potẽtiã tactiuã; plurificabũtur potẽtiæ, ſicuti & obiecta. Auer. ex altera parte tot potẽtias nõ multiplicat: verùm unã ponit reſpũ grauis, & leuis: alterã uerò reſpũ aliarũ omniũ cõtrarietatũ. Pro Auer. rõ: & primò, ꝙ nõ ſit ponẽda potẽtia tactiua, quæ dolorẽ percipiat in ſolutione continui; arguit Auer. cõtra Galenũ 3. col. cap. 31. Nã ſolutio cõtinui nõ eſt de ſẽſibilibus ꝓpriis huius ſẽſus: quare, &c. Declaro ex eius fundamẽtis, ſuppoſito primò, ꝙ ſẽſibilia cõia non ſentiuntur ſine propriis, ut retro dictum eſt. At ſolutio continui uel ponetur numerus, uel continui priuatio: ſed talia ſenſibilia commuuia ſunt: ergo ſentitur mediantibus qualitatibus primis.

mis.cal.ſ.h.ſ.quòd, ſi dicatur, eſt qualitas; tunc quærendum erit, quæ ſit iſta; quæ non inuenietur; & ſi detur fingendi licentia. pariter & de delectatione quærenda eſſet qualitas illa, quæ ſit; & nō reperietur. at credendum eſt magis delectationē illā fieri ex refractione aliarū qualitatū: cuius delectationis cauſam ponit Philoſophus particula 4. problemate 16. & eſt, quia ſperma egrediens cauſat quendā pruritū perinde, vt de ſcabioſo cōtingit; quippe q ſ, dum fricat ſe, maxima afficitur delectatione. Contra Auer. ēt inſtatur; nam ea ratione dictū eſt, ꝙ potentia tactiua graue, & leue percipiens, eſt alia à potentia, reliquas recipiente qualitates; quia ratio immutandi tactū in vtraq; diuerſa eſt; quandoquidē qualitates aliæ per ſe ipſas immutent; graue autē, & leue, mediāte motu: at contra hoc. ſit vnum miſtum æquale in qualitatibus primis, vt organū tactus erit: & ſit corpus illud, graue; tunc graue illud vel percipietur à tactu & patet, ꝙ ſic; quia, ſi ſupra organum ponatur, cōprimet; & tunc, aut percipiet mediante motu: ergo priùs recipiet motū: quod eſt falſum; quia ſenſibilia communia recipiuntur mediantibus propriis ſenſibilibus: modò, cum obiectum ſit in his organo æquale; non ſentietur; ergo neque graue percipiet, neq; leue. Præterea perceptio illa eſt p diſcurſum virtutis interioris. quō dicendū, ꝙ & potentia viſiua percipit graue; cū videat deſcēdere corpus; & leue, cū aſcendere? At pro ſalute Auer. dicendū, ꝙ inductæ rōnes non ſunt contra numerum potentiarū, ſed cōtra id, quòd dixit, quòd graue, & leue percipitur mediante motu; quare dicendum, & ad primam, ꝙ tactus nō percipit graue per motum obiecti grauis. ſed per motū organi, quod à graui mouetur. Ad aliam, concedo ꝙ fiat cum diſcurſu; at priùs mutatione facta per ſenſum exteriorem compreſſum à graui: ſic itaq; graue per ſpeciē mouet, & ſpiritaliter. At de numero potētiarū tenet Therap. ꝙ Auer. voluerit duas illas potentias; & hoc eſſe verū ad fundamētū Auic. & Latinorū ſequentiū; ꝙ, ſ. potentia ſpecificatur ab obiecto: quod, ſi vnum; vna quoq; potētia erit: &, ſi erit vnū, erit ſecundū genus; & illius generis, vna prima cōtrarietas, &c. ergo plures potētiæ tactiuæ. dicit ad hoc, ꝙ maior illa eſt falſa. & eſt inſtantia de potentia viſiua, quæ eſt vna ſecūdū genus; non tamē hēt obiectū vnū ſecūdū genus; percipit. n. colores iſtos inferiores, & quoq; lumē corporū cæleſtiū; quę vnum genere eſſe nō poſſunt, vt corruptibile, & incorruptibile. Quare tenētes cū Auer. dicūt, vt Io. land. dicit ī quæſtione, ꝙ rō iſta Philoſophi non eſt demonſtratiua; ꝙ, ſ. diſtinguātur potentiæ per diuerſas contrarietates. & videtur hoc rōni conſonū; quandoquidem vtatur Ariſtoteles ad hoc verificandū, via inductiua: quæ, ut primo priorū conſtat, nō demōſtrat: quare nō eſt tenēda in uia Ariſt. qui nihil dixit ſine forti rōne. At Auer. opinio uř huic oppoſita; cū loquatur Auerro. de neceſſario, & nō de probabili, dicēs; Neceſſe eſt eſſe unū cōe genus pluribus contrariis; ſi ſenſus dēt eſſe unus. & addit; Qm̄ ſēſus nō eſt unus niſi per unā intentionē. Quàre dicēdū, ut opinor pro Auer. primò, ꝙ illud genus unū non dēt intelligi uia prædicationis, ut Philoponus; ſed uia immutationis; quia ſecus potētia uiſiua nō eſſet una. & manifeſtauit hoc Auer. p illud, Intentionē unā, idē inferiùs dicens; Neceſſe, ſi tactus eſt virtus vnā; vt modi contrariorū ſint vnū genus, quod de eis dicatur vniuocè, vt ſonus de modis ſonorum; & color de modis colorū. vbi palàm eſt, p modos, voluiſſe rōnē vniuocā immutādi, quę innominata eſt, de qualitatibus ſimplicibus; diſtincta tamē ab illa, quæ cōprehendit graue, & leue: quare p Auer. rectè cōcluditur duas diſtinctas potētias tactiuas; & tactum non unum, ſed plures.

· Verū Aūt eſt. Continuās Auer. tria facit; primò, quod dictū eſt; ſecūdò reprehēdit Themiſtiū, & Alexādrū; tertiò ponit intētionē: in prima, cum dixit, qđ tactus eſt plus uno, & caro, quaſi mediū; modò reprehēdit: eſt. n. cōtra Alexandrū; qui volebat carnē eſſe ſenſoriū, aduerſus Themiſtiū: qui, tametſi diceret carnē eſſe mediū; nō accepit tamē Ariſt. rōnē: in quo & Alexander defecit. fuit autē Ariſt. rō iſta; Senſibilia tactus nō cōicant in eodē genere vniuoco; ergo neceſſe eſt plus vno. ex quo ſequitur poſtea, ꝙ, ſi tactus plures, caro nō pōt eſſe organū tactus; quia, ſ. vnius ſenſus vnicū eſt organū. Cū aūt cōpleuit hoc, rediit. & eſt tertia particula ad deſtruēdū, quòd caro ſit ſenſoriū tactus. Clamant Moderni in Auer. ꝙ, ſ. mētitur: quia Themiſtius Alexādrū redarguit in hoc. At, pace eorū dixerim, nō acceperunt Auer. in hoc: nō. n. voluit Auer. Themiſtiū erraſſe in ponēdo carnē eſſe ſenſoriū; quia clarū eſt de hoc reprehendiſſe Alexandrū; ſed voluit erraſſe; quia nō accepit rōnē dictā: & ſi cōceſſerit carnē eſſe mediū. Quid tamē tenēdum de re in ſe, manifeſtabitur, & magis inferiùs. tex. duas hēt partes; ī prima ponit vnā cōcluſionē potentia deſtructiuā, & antecedens, & conſequens unius conſequētię, ut uř tetigiſſe Philopo. & Simplicius. in ſecunda ponit inſtātiā p rōnē: cōſequētia talis; Sēſoriū tactus eſt vnū, ꝙ eſt caro; ergo ſenſus unus. hęc eſt rō altera ab organo ſumpta: cū iā ſuprapoſita de unitate generis cōſtiterit infirma. Auer. pariter Latinis, & Themiſtio, Alexandro poſitā propoſitionē p modū dubii, ut in textu eſt, exponit. at Philoponus, vt dictū eſt, cū Simplicio, reſpicit intrinſecùs magis: & propoſitio hæc, utrū ſenſoriū ſit intus, vel mox caro, uidetur innuere rōnē factā ab unitate ſenſorii ad unitatē ſenſus: quæ poſtea deſtruitur. &, ſi caro ponatur ſenſoriū; quia nō unū; quādoquidē lingua eſt ſenſoriū guſtus, & tactus; ideo & ſi caro eſſet ſenſoriū; adhuc unū nō eſſet. deſtruitur & reliquū; ꝙ, ſ. caro ſit ſenſoriū. quidā tenētes carnē eſſe ſenſoriū; tali mouebātur fundamēto; vt primū tactile, ſiue calidū, ſiue frigidū, &c. fuerit appoſitū carni; protinus ſentietur: ergo caro organū tactus erit. Declarat eorum rōnē Albertus; Viderūt, inquiēs, in aliis ſenſibus, quòd actu ſenſatio nō fit, niſi cū ſpecies in ſenſu actu fuerit; ideo, cū ſit ſenſus actu; hēt ſenſibilē ſpeciē in organo: hoc aūt, cū cōtingat de tactili ſupra carnē euidēter, pbare uř carnē ſenſoriū tactus eſſe. Præterea ſēſibile priùs ī medio eſt, quā ī organo: at, ſi

T.c.109

caro eſſet mediũ & nõ organũ; ſequeretur, quòd, ut primùm apponitur carni tactile, repẽtè nõ ſentiretur: quod experimẽto videbãt eſſe ſalſum. Nullum uidetur ſignum. In hac ſecunda duo facit; primò debilitat rationem illam ſenſatam; ſecundò faciens ſatis; quod dici poſſet; magis propoſitum confirmat. primam exponens Auer. iuxta tex. dicit ſignum illud nullum eſſe; quandoquidem hoc idem cõtingere poſsit in membrana; ſi quiſpiam illam digitum circumdederit; mox ſupra, calidũ aliquod apponatur; protinus ſentietur: ergo mẽbrana poſſet dici organum tactus: quod expreſsè falſum eſt; ſed erit medium: quare & caro ipſa medium dici non poterit. Si autem & connatum ſit. In hac ſecunda diceret aliquis, quòd non eſt ſimile de carne, & pellicula illa; quia caro connata eſt, dicit Ariſtoteles, ut omnium expoſitio eſt, quòd per hoc citius fieret ſenſatio; nam continuitas illa, ut bene inquit Auer. non facit, quòd caro ſit ſenſorium tactus; ſed dat carni facilitatem tranſitus ſenſus ad ſenſorium ſcilicet.

T.c.110 Propter quod talis pars. Auer. ponens intentionem, priùs per continuationem enumeratis, quę retrò dicta ſunt, dicit eſſe oſtendere modum, quo contingit omnibus illis communis opinio, q̃ caro eſſet ſenſoriũ tactus: per quam uidetur Auer. innuere difficultatem contingentem in re iſta, ut de Latinis introduxit Egidius. S. Tho. ait eſſe intentionem manifeſtare in quæſtione, quòd caro eſt in ſenſu tactus, ſicut medium, & connaturale: quam & Sueſſanus ſequutus eſt, dicens à Themiſtio accepiſſe (quam & Auer. ponit) difficultatem de unitate, & pluralitate tactus; à Simplicio uerò accepiſſe neſcio quid confuſum. At, ut opinor, neutra poſitarum fuit principalis intentio; ſed quam Græci optimè poſuerunt concordes, perperam tamen accepti ab illo moderno. fuit illorum ratio talis; Sẽſibile tactus, ut primum apponitur carni, repẽtè ſentitur: ergo caro eſt ſenſorium, & unum; quia una. aduerſus quam dixit Philoſophus ſignũ eſſe in oppoſitum; ut, ſi pelle caro circundetur, tacta, ſentietur, nihilominus pellis ſenſorium non erit: quòd, ſi connaturalis fuerit; nihil, præterquã quòd ſenſus tactus percipietur citiùs: modò & nunc. ut benè Simplicius dicit, pariter Themiſtio, & Philopono, oſtendit carnem, tametſi unam, non ob id unum ſequi ſenſum; cum caro ſit medium; & ſenſoria, quæ intus latent, plura; argumento ſumpto ab aere reſpectu aliorum ſenſuum. In tex. duo facit: primò ponit ſimilitudinem; ſecũdò deſtructiuè ueritatem manifeſtat. Auer. primam exponens, ſecundùm ſuam intentionem, dicit oſtendere modum, per quem cõtingit antiquos ſic opinari: quare caro connaturalis eſt; &, ut primum tacta, ſentit: perinde, ſi circumfuſus aer, nobis coniunctus, cum per illum & odor, & color, & ſonus tranſeat; uiderentur hi tres ſenſus unus dumtaxat: & ſic errabant. & uoluit Auer. exiſtimationem iſtam communem fuiſſe antiquis omnibus, quinimo & Ariſto. cum dicat; Et fortè ipſe eſt unus eorum, &c. Cum dicat in libro de animalibus, quòd caro eſt inſtrumentum tactus. Meliùs tamen, ut Simplicius, quòd, ſcilicet, dicat Philoſophus, q̃ ſimul etiam non eſt neceſſe; cum ſit caro una, & nobis congenita, quòd tactus ſit unus; quia caro medium eſt, & non ſenſorium, ut contingit uidere in aere medio. ſi nobis coniunctus, per quem tranſiret odor, ſonus, & color, unus aer eſſet; non tamen ſenſorium unum, minuſque ſenſus unus: quod palàm eſt, cum aer à nobis ſeparatus ſit; & ſenſoria illa diuerſa, manifeſta. Nunc autem. In hac deſtruens, manifeſtat; Nõ eſt autem ille ſenſus unus; cum fiant per aerem unũ, ſed plures: at hoc in carne non eſt manifeſtum, propter nobis cõgenitam eſſe. Notauit ſuper hoc, ingenium naturæ Egidius, ut maximè conſeruaretur animal; cum excellentiæ aliorum ſenſibiliũ corrũpant ſenſum; tactilium uerò corrumpant animal; ut medium eſſet animali coniunctum, & per uniuerſum diffuſum; ut à quacunque ſui particula, quod congruũ, quodue nocuum eſſet, facilè iudicaret.

In tactu autem. Auer. introducens dicit intentionem eſſe dare cauſam, & neceſsitatem, quare medium in tactu eſt adnatum animali; in alijs autem non; & hoc, cum dixerit modum, ex quo cõtingit exiſtimatio iſta in ſenſu tactus. Sueſſanus laudat hanc introductionem; cum ſit & illi, quam ponit Alexander, conformis; damnans ſimul, quã & Themiſtius ponit, & Simplicius. Cũ Simplicius dixerit uelle in hoc dare cauſam, quare in tactu lateat primum ſenſorium, declarat ſubinde, & per accidens, quale ſit in tactũ medium actu. ſic & Themiſtius; Cum Ariſt. dixerit carnem eſſe medium, nunc declarat, quid ſit caro; & primo, quid ea non ſit. S. Thom. uidetur cum Auer. cum dicat Philoſophum aſsignare rationem huius diuerſitatis; quare, ſcilicet, hoc adnatum nobis in tactu; alia uerò, non. At pace eius dixerim, nõ rectè accepiſſe Themiſtium; ſiquidem apertè dicat, exponens ly, Immanifeſtum. Si unus, ſcilicet, ſenſus ſit tactus, uel plures magis. exponẽs ſubinde, affert cauſam, quamobrem medium in hoc ſenſu miſtum eſſe debeat; & non ſimplicium aliquod; quare adnatum: quod cum nos lateat, an medium, uel organum eſſe dicatur; meritò, immanifeſtum, in tactu eſt. perperam etiam Simplicium accepit; quippe qui diuinè admodum locum hunc introduxit. Cũ tetro dixerit in alijs ſenſibus palàm eſſe, quòd plures ſint; quia illorum ſenſoria plura cernãtur; cum detecta ſint, & medium, per quod, ſit extrinſecum, non autem adnatum: ea de cauſa duo illa; quorum ab altero alterum deriuatur, in tactu immanifeſta tangit; quòd, ſcilicet, ſenſorium tactus latet; quia tectum carne, & non perſpicuum eſt, ut aliorum: quare dubium, an tactus unus, uel magis plures ſint ſenſus; cum ab unitate ſenſorij, unitas ſenſus dependeat; & pluralitate, pluralitas; & ſic Græci præcipuam tetigerunt intentionem. ad quam ordinatur & quæ Auerr. eſt, dare cauſam ſcilicet, q̃ medium in tactu adnatum eſt. pariter &, quę Sanc. Thomæ, bona eſt, & ad propoſitum, dare ſcilicet, diuerſitatis huius cauſam. Text. duas habet partes: in altera ponit concluſionem; in reliqua illius rationem; primam Auer. pariter Græcis exponit, T.c.111

quòd,

quò l.ſcilicet, intentio hæc in tactu latet; ſcilicet, quod eſt plus, quàm unus ſenſus; quia, ſcilicet, medium eſt adnatum. ad quod deducendum ſupponit duo: alterum eſt, quòd omnis ſenſus indiget medio: reliquum uerò, quòd animalia indigent in ſalute, vt ſentiant tangibilia; quia excellens ſenſibile cuiuſcunque alterius ſenſus, ſenſum illum corrumpet: at excellens tangibile ſi fuerit, corrumpet animal: ideo fuit neceſsè, dicit Auerr. ut mediũ eſſet pars eius. Ex aere enim &c. In hac ſecunda ponit rationem: & in duas diuiditur; cum duis ad hoc probandum formet conſequentias; in prima, quæ eſt cauſa illius latentiæ, ut notauit Simplicius, ob particulã, γὰρ, dicit Philoſophus, quòd ex aere, aut aqua, impoſsibile eſt eſſe corpus. exponit Auer. animalia ſcilicet, indigent corpore duro: quare medium erit corpus admiſtum, cui terreſtreitas dominatur: & eſt caro, & proportionale. Albertus hic, quaſi Auerrois expoſitor, dicit, ꝙ animata corpora componũtur ex tangibilibus qualitatibus per eſſentiam; quare & per ſuam eſſentiam, vt ſentiantur, debent applicari corporibus animatis; quare mediũ, per quod talium ſenſus fit, debet eſſe adnatum, & animalis pars: addens Albertus, quòd non poteſt eſſe ſimplex; quia in ſummo qualitates haberet; & ſic alias non reciperet; cum medium actu debeat ſenſibili priuari; vel omnino, vt aer, colore, & ſono; vel extremis; vt in tactu caro ad medium temperata; ergo miſta, & cęt. nam aer, & aqua ſunt fluida corpora; &, quę nõ proprio, ſed alieno termino terminãtur: at animata corpora firma eſſe dẽnt, ut rectè S. Thomas, & in ſe terminata; quare terrea. perſuadet hanc eandem Philop. Cum vnumquodque debeat quàm maximè reddi ſimile ſitui, & regioni, quam incolit; cum verò animata hæc in terra morentur, & viuant, terrea etiam eſſe debent. At ratio firmior adducitur à Themiſtio, ꝙ non facile eſſet, ſi ita fluida generarentur, diſtinctos in eis ſenſus reperiri; quinimo corpus hoc animatum, cum mortale ſit, non pòteſt, vt ait Simplicius, aqueum, ſiue aereum eſſe; ne reddatur ſimile intermediis exterioribus; per quæ extrinſecus reddantur ſpecies ſenſibiles aliis ſenſibus; ſed firmum & cõſtans. Quare neceſſarium. In hac ponit rationem ſecũdam, quæ ſequitur ex dicta. duo autem in ea colligit Auerro. alterum, quòd tactus fit per medium; quia ſenſus eſt; & vnuſquiſque fit per medium: alterum, quòd medium hoc ſequitur, adnatum eſſe; quandoquidem animal per illud capit nocuum, & conueniens. conſequenter his exponens Simplicius, ait non ſequi de neceſsitate ex dictis medium in tactu eſſe adnatum; ſed ob duo hæc, de quibus dicetur & infra; tum, quia ſenſus quilibet fit per medium; tum, quia hic nõ fit per extrinſecum, vt alii: quare adnatum ſibi eſſe, ut carnem, vel carni proportionale, neceſſe eſt; quandoquidem miſtum eſſe debet ex terra, & aliis; cum realiter patiatur à tangibilibus; & hoc conſulto naturæ, vt refert Simplicius, vt ſcilicet, magis vrgeat, mouens primum ſenſorium; quod in aliis non fit; cum ſenſus iſte ſit cæteris corpulentior. Ex hoc colligitur non poſſe dari corpus animatum conſtans ex corpore duntaxat aereo, vt rectè notauit etiam Scotus, ſecundo ſententiarum diſ. 8. cõcluſione vnica. vbi quærit, vtrũ Angelus poſsit ſibi aſſumere corpus, in quo exerceat opera vitæ: determinat, quòd non aſſumit corpus cęleſte, neque elementare; quia non redderetur ſenſibus conſpicuum; quod fit beneficio aliorum accidentium; quæ miſtum corpus requirunt. Aſſumit itaque miſtum, ſi de nouo fit; quod tamen imperfecta miſtione tale eſt: quare de facili euaneſcit.

T.c.112 Demonſtrat autem, quòd plures ſint. Auerro. tex. introducit, pariter Latinis omnibus: quòd ſcilicet, oſtendat ſenſum tactus plures ſenſus eſſe, & non vnum. Recta intentio eſt: ſed intentionis huius ars non poſita eſt, neque tacta ab illis: melius itaque cum Græcis dicendum. Ioan. Grammaticus notauit, rationem iſtam eſſe redargutionem ſententiæ antiquorum; ſi quidem formabãt antiqui hypotheticam conſequentiam talem; Si per vnum quendam duntaxat ſentimus; relinquitur & ſenſum illum vnum eſſe. At hoc conſequens deſtruitur. & cum hoc retrò fecerit de aere, ſi nobis conatus eſſet, &c. non tamen ratio illa pendebat à principiis rei; ſed magis facta erat ex ſuppoſitione: in præſentia verò, quod ex ſuppoſitione dictum, vt rebus conſonum ponit, & confirmat. idem deponit Themiſtius; quòd non ſatis fuerit ſignum illud, & coniectura, quod ab unitate carnis, concludatur & ſenſus unitas, vt palàm fiet per linguam. Textus in duas diuiditur partes; in altera ponit concluſionem; in reliqua rationem ad illam. prima clara. notandũ tamen, vt rectè ait Philoponus, quòd per hæc uerba; Demonſtrat autem, quòd plures, &cæ. Innuit corroborationem rationis illius, quæ ex ſuppoſitione facta eſt; quaſi innuens, quòd demonſtrat illud & lingua. Omnia enim. In hac ſecunda ponit rationem: & diuiditur in duas; in altera ponit rationem; in reliqua rationis illius rationem per conſequentiam hypotheticam cũ deſtructione conſequẽtis. quas duas partes formaliter, & exactè Auerro, exponit, & non craſſè. & materialiter, vt imponit illi Sueſſanus; qui laudat Themiſtium; cum tamen Themiſtius nihil vltra, quàm Auerro. dicat, neque Græci alii. ratio itaque ſtat in hoc; Lingua ſentit tangibilia quæque, ſecundùm eandem linguæ particulam, & etiam ſaporem. deducit Auerro. de neceſsitate ſequi carnem non eſſe ſenſorium in tactu, ſed medium, tangens fundamentũ; quia vnius ſenſorii vnicus ſenſus duntaxat reperitur. quod fundamentum in quæſtione examinabitur. Si quidem Alia. Ponit alteram rationem: in qua probabitur ſaporẽ, vt ſenſibile alterius ſenſus, diſtingui à tangibili: ne fortè dicat aliquis, quòd ſunt idem obiectum; quare idem ſenſus. ratio talis; Si quæcunque alia carnis particula ſentiret ſaporem: videretur vnus ſenſus guſtus, & tactus: ſed hoc non apparet, quia non vnus, ſed duo ſunt ſenſus, vt per cõuerſionẽ palã fit: ergo, &c. q a valet: Omnis caro ſentiẽs ſaporẽ; ſentit & tãgibiles qualitates: nõ tñ

con-

conuertitur in terminis: quia manus percipit tactilia, non tamen ſapores. At contra dicta ſunt duę inſtantiæ: altera eſt; Non valet, ſi quælibet particula carnis reciperet ſaporem, quòd tactus, & guſtus eſſent vnus ſenſus: vt à ſimili non valet; Etſi aer vnus recipiat colorem, & odorem, quòd ob id odoratus, & viſus ſint ſenſus vnus; cum aer teneat rationem medii in illis, quemadmodum in tactu caro. præterea eſt fallacia conſequētis; quia deſtruitur antecedens, & non conſequens; ſcilicet eadem carnis particula non recipit vtrunque; ergo tactus non vnus, & guſtus. Ad primum reſpondetur, ꝙ argumentum tenet; ſuppoſito, quòd caro ſit ſenſorium: quod palam eſt per dictum Philoſophi; Si alia caro ſentiret humorem. quia ab vnitate ſenſorii infertur unitas ſenſus: at contra ſequeretur tunc, quòd argumentum eſſet ad hominem; & non ex principiis rei: quia rei ueritas eſt, quòd caro ſit medium, & non organum. Ad hoc etiam dicendum, ut rectè Philoponus, quòd hoc argumentum etiam in re uerum eſſet, ſi caro eſſet ſenſorium: & ideo, quia illi concedebant hoc, Dicitur eſſe confirmatiuum illius de aere; quod erat ad hominem uere. At diceret aliquis; lingua poſita fuit in guſtu ſenſorium; ergo non poterit dici medium. Dicendum, quòd eſt organum, non ſecūdùm ſe totam; ſed ratione illius ſuæ intimæ particulæ, neruis per illas diſcurrentibus, temperatæ: quare poterit etiam per alias habere rationem medij. Ad alterum dicendum, quòd ſtat; quia termini illi dicuntur conuerſim; nam, ſi tota caro ſenſorium vtriuſque fuerit; vterque vnus erit: quòd, ſi vterque vnus, & vnum erit ſenſorium, caro. Cur autem paſſim non recipit caro ſaporem, adducit S.Thom. cauſam; quia ſapores nō ſunt elementorum qualitates; ex quibus corpus animalis conſtat; neque ad illius attinent conſiſtentiam. Probatum eſt itaque, quòd guſtus eſt alius à tactu; & hoc; quia guſtabilia ſunt à tangibilibus diuerſa; contraria & obiecta: verum, cum inter tangibilia ſint diuerſæ contrarietates; ſenſum tactûs plures eſſe neceſſe erit; vt rectè de Latinis notauit Egidius.

T.c.113 Dubitabit autem aliquis. Continuans Auer. dicit; Cum poſuerit tactum indigere carne pro medio; qua ratione dicitur plus quàm vnus; inquirit modo, vtrum etiam extrinſeco indigeat medio: quam & Alber. ſequutus eſt. non rectè autem Egidius: qui voluit intentionem eſſe, agere de medio, tum extrinſeco, & per accidens; tum intrinſeco, & eſſentiali: Cauſam huius intentionis poſuit Simplicius; quòd, & ſi tactus videatur extrinſeco etiam indigere medio, vt tres alij; differenter tamen ab illis hoc ſibi contingit. Vult itaque Philoſophus hãc ponere rationem, ſiue cauſam, Quam partem non alloſum introducens S.Thom. & intentionem ipſam, atque dictam eius cauſam complexus eſt. Text. duas habet partes; in prima ponit quaſdam propoſitiones; quæ cum ſint tres, ideo tripartitur; in ſecunda arguit: in prima dubitat, occaſionem tangens ex ſuppoſito, ſcilicet, cū corpus quodlibet profundum habeat; & eſt tertia magnitudo; cum tres illæ corpori, vt corpus eſt, conueniant, primo cęli. 3. Videtur pars iſta text. incontinua; cum proponat dubitare; & tamen nō dubitet; ſed quid diuerſum tangit, vt notauit Philoponus. Dicendum quòd ea ratione fecit, vt, interpoſitis his, clariùs in dubium deſcēderet; quod ponit in ſecunda parte tex. Quorum. Ponit ſecundam: & nota eſt; quia, ſi inter tangens, & tactum corpus, aliquod mediat; impoſsibile eſt inuicem tangi. & ſequitur ex prima; quia habet tertiam dimenſionem. & conſequentia eſt Ariſtot. 5. phyſic. 22. Ea ſe tangunt, quorum vltima ſunt ſimul. Humidum. Tertia hac manifeſtat; quòd, vbi humiditas; ibi & corpus tali affectum qualitate: humiditas enim, vt San. Thom. cum ſit qualitas quędam; non eſt, niſi in ſubiecto corpore; quare erit aqua; vel erit humidum ratione alterius corporis aduenientis ſibi: & tunc erit humectatum; & dicetur habere ſecum aquam. Ex hoc textu elicitur euidens argumentum aduerſus Alexandrum de qualitatibus elementorum; quòd non ſint formę ſubſtantiales; quia dicit, humidum non eſt ſine corpore; non poteſt intelligi forma ſubſtantialis; quia per corpus intelligit, quod actu perfectū eſt; quia tale habet dimenſionem, qua faceret diſtare; ideo qualitas, quæ ſine ſubiecto, eſſe non poteſt. Quæ. In hac parte ſecūda arguit: & ratio ſtat in hoc; Omnia corpora, inter quæ aliquod mediat corpus; inuicem ſe tangere nequeunt: ſed tangens, & tactile ſunt huiuſmodi; ergo, &c. quare diuiditur hæc in duas partes; in altera format in virtute rationem, probans illam minorem de exiſtentibus in aqua; in reliqua de exiſtentibus in aere; aliquo modo, tacito ſatisfaciens dubio. Primam Auer. exponens; ait; Quæ occurrunt in aqua ſe tangentia; niſi eorum extrema ſicca fuerint; ſe tangere non ualent; quin mediet corpus illud aqueum; quia, cum ſint in aqua, ſuperficies extremas habent humectatas vtrinque: at, cum humiditas illa ſine ſuo corpore, quod aqua eſt, eſſe non valeat, intercipietur aqua, vt dictum eſt. nec prohibet, ſi per multam, vel modicam potiùs, diſtent lōgitudinem, vt benè notauit Themiſtius. quare ſequitur Philoſophi dictū, quòd in aqua impoſsibilis redditur contactus. Similiter. idem probat in aere: In his, quæ in aere viuunt animalia; cum eorum extrema ſemper tangātur aere; qui humidus eſt; ſemper mediabit aer inter tangens, & tactum. Latet. Satisfacit dubio; quia dicere poſſet aliquis; Nos tangentes; aerem medium non ſentimus. Dicit, quòd nos latet; ſicuti & aqua latet animalia, continuè in aqua degentia. cauſas verò huius latentiæ, ponit de Græcis; alteram Philoponus cum S.Thoma de Latinis euenire propter conſuetudinem: alteram tangit San. Thomas: qui trahit lectionem ad comparationē; ſcilicet, quòd magis latet aer: & cauſa eſt; quia ſubtilium partium eſt magis, quàm aqua ſit. cui ſimiliter Themiſtius; Latet magis aer; cum minùs ſenſibilis ſit aer tactu, quàm aqua. euidens tamen illius interpoſiti corporis ſignum; vt, ſi quis manum in aquam merſerit; deinde extrahat ab ea; extrema manus erunt humectata, vt ait Philoponus.

loponus. quòd,ſi corpus hoc aqueum craſsius extractæ manui; quanto magis aer hærebit, qui tenuior?

T.c.114 Vtrum igitur omnium. Conceſſo, quòd corpora ſicca in humido non tanguntur ſine humido, vt introducit Auerr. quærendum modò eſt, vtrum ſentire per medium, ſimiliter ſit omnium ſenſibilium; vel aliorum aliter: vt, verbi gratia, de guſtu, & tactu. Auer. itaque quærit de medio extrinſeco vtrum ſimiliter in omnibus. & cum Auerr. Philoponus; cum dicat; Accepto, quòd ſicca in aere, vel aqua per medium ſe tangant; modò intendit probare, quòd in guſtu, & tactu ſimiliter ſit ſenſatio per medium, ſicuti in tribus alijs. & ſic exponunt ly, Similiter. Themiſtius verò, & Simplicius petunt extrinſecum eſſe medium in omnibus ſenſibus: deinde ſecundum Ariſtot. quærunt, vtrum ſimiliter in omnibus; & eſt de medio extrinſeco; vbi notabunt inter ſenſus differentiam, vt Sanct. Thom. & ipſe notat. Hiſpanus hanc admiratur introductionem: quia, ſi de extrinſeco medio tenet; non abſoluitur à maximis difficultatibus: nam, ſi ponatur digitus in frigidam aquam; clarum eſt, quòd ad tactum illum percipitur frigiditas; ſic & in aerem calidum: & tamen ſenſatio illa fit abſq; extrinſeco medio. quare dicendum, quòd quæſtio hęc tam de intrinſeco, quàm de extrinſeco medio ponitur: & ſic nulla continget difficultas. At, pace viri huius, dixerim; expoſitio hæc, neque cum expoſitoribus eſt; ſi quidem teneant omnes Græci, Latini, & Arabes de extrinſeco medio: neque cum Ariſt. cum in tertio dicto textu determinauerit tactum per extraneum medium fieri; cum fiat in aere, aut aqua, vt bene Græci: quare dubitat modò, an ſimiliter in tactu, & guſtu contingat, vt in alijs tribus. Confirmatur; quia ſolutionem dubij declarans exemplo vtitur de clypeo: per quod palàm eſt voluiſſe de extrinſeco; non autem de intrinſeco medio. dubia verò contingentia non faciunt contra Ariſto. ſi rectè introducatur tex. vt diuinè Simplicius inquit; Cum Philoſophus dixerit in tactu non eſſe medium extra, ſed cõnatum; addideritque, quòd, appoſita quĩnetiam pelle, nihil minus tactus fiet. cuius dicti occaſione videbatur & tactum exteriori medio egere. intendit ea de cauſa, non modò appoſita pelle; verùm etiam, ſi ſemper interponatur medium, vt aer, vel aqua, inter tangibile, & tactum, adhuc differenter à tribus alijs ſenſibus in tactu reperiri. ratio itaque talis procedit ex ſuppoſito, quòd ſemper inter tangibile, & tactum mediet aer, vel aqua: quare difficultates illæ non erunt amplius ad propoſitum. Text. tres particulas habet; in prima dubitat; ſoluit in ſecunda; in tertia ſolutionem manifeſtat. à ſimili prima nota. Hoc. In hac ſoluit, negando; quia ſenſatio tactus fiat tangendo; quòd ob id in tactu, medio non egeamus; quandoquidem extrinſecum medium ſic tactui, & guſtui, vt tribus alijs cõuenit; differenter tamẽ; quia aliis, à remotis; duobus autem his proximè fiat: ob id redditur in tactu medium inſenſibile. At circa ſolutionẽ hanc, maximum contingit dubium; nam, quod mediat, quamuis proximum ſit inter tangibile, & tactum; illud corpus eſt, vt aqua vel aer; quare trinè dimenſionatum: impediet itaque, quòd tactus nunquàm fiet: quare ſiue à remotis; ſiue proximè magis interponatur medium; ſemper continget idem. cui diſtinguens diuinè admodum occurrit Themiſt. cum dicat tactum multifariam dici: primo modo communiter, vt omnibus conuenit magnitudinibus; ſic linea circulum, & circulus circulum tangit; & in vniuerſum, omnia illa, quorũ vltima ſunt ſimul; altero modo in ſenſibilibus, & ſenſu: nanq; in primis, per iuxta poſitionem ſolum tactum eſſe dicimus; in ſenſibus verò à ſenſibilibus: ſecũdùm comprehenſionem primis denegatur medium; ſecundis verò, conceditur; non ob id tamen, quia ad ſenſum actum tactilium deferat, quo modo in tribus alijs contingit; ſed, quia ſimul cum carne patitur, vt notauit Simplicius, ſicuti in exemplo de clypeo manifeſtauit Ariſto. vnde in his, mediũ latet. in tertia manifeſtat; argumento ſumpto à ſimili de membrana; nam per illam mediam ſenſatio fieret, clam tamen nobis: videremur ſentire, ac ſi abſque membrana eſſet; vt contingit de tactu in aere, cum aer lateat.

Dubitatur ob ea, quæ dicta ſunt; vtrum duo corpora dura poſsint ſe tangere; ſi eorum contactus fiat in aqua, aut aere, abſque quo aer, vel aqua mediet. & pro affirmatiua ſic arguitur; Dato oppoſito, ſequeretur, quòd aliquod corpus moueretur motu recto per infinitum. deducitur, ſuppoſito fundamento in quarto de phyſico auditu, quòd mobile eo vſque moueri poteſt; quouſque ſupra ipſum, mouens habet proportionem maioris inæqualitatis; tunc ſupra molare, molare deſcẽdat per aerem medium; continuò molare deſcendens ſupra medium, proportionem tenet maioris inæqualitatis: tunc vel aliquando immediatus fiet contactus: & habetur intentum. vel nunquam: ergo per infinitum deſcendet: ſecundò ſequeretur, quòd tormenti pila nunquàm poſſet diuidere mœnia; quia, ſi nõ poteſt aerem medium, qui minoris eſt reſiſtentiæ; minus poterit mœnia: per idem ſecuris lignum diuidere non poterit; cum medium aerem non diuidat. Oppoſitum tenet Ariſtotel. & Auerr. quod exemplo etiam palàm fit; nam, ſi duo ponantur lapides in aqua, & ſe tangant; inter vtrãque ſuperficiem clarum eſt, quòd intercedat humiditas; ergo & aqua illius ſubiectum; quod erat probandum. Sophiſtæ quoque hoc idem probare nituntur; nam, ſi duo corpora ſe immediatè tangerent; ſequeretur, quòd vel daretur motus in inſtanti; vel vacuum: quod inconuenit. deducitur; ſit, verbi gratia, ſupra molarem plumbum liquefactum; utique molarem immediatè contanget; nã ex communi ſententia eſt, quòd mollia immediatè ſe tangere poſsint: concreſcat, & conſiſtat plumbum; adhuc tanget ſic durum, immediatè. tunc ſic, eleuetur plumbum a molari ſic, ut in hoc inſtãti non ſit eleuatum, ſed immediatè poſt; tunc vel locus relictus erit uacuus; uel ſubingreſſus erit aer in inſtanti. In hoc quæſito duo ſunt; in quæ omnia reſoluuntur dubia: alterum eſt de contactu naturali;

naturali; reliquum verò de ſenſatione tactiua. & in vtroque tria ſunt, quæ dubium augent; corpora dura cum duris; mollia cum duris, & mollibus; & elementa. Pro reſolutione primi notandum, quòd alia dicuntur ſe contangere, quorum vltima ſunt ſimul; quinto phyſicor. 22. ſecundum notandum; Aer, & aqua ſunt corpora facile diuiſibilia, cum ſint corpora humida liquida. his ſic poſitis, ſit prima concluſio; Corpora dura in aere, & aqua non ſe tangent, ſi ſenſim iuxta ponantur. conſtat hæc per dicta Philoſophi in textu 113. ſecunda concluſio; Si alia vi ſe tetigerint; ſiue in aqua; ſiuè in aere; ſe immediatè tangent; quo modo lapis tormenti mœnia tangit; & bipennis, lignum; quia facto impetu, circumiacens aer diuiditur, ac extruditur. patet per ſecundum notandum; ſic & molaris cum vi ſupra molarem deſcendat, diuidet, atque expellet aerem; alterumq; molare immediatè tanget. Ad Ariſtotelem dicendum, intellexiſſe de corporibus duris ſenſim proximè factis in aqua, vel aere. & ſic ſoluta ſunt tria prima dubia. tertia concluſio; Dura etiam cum mollibus ſe cō tangunt, ſi vi tactus fiat. hanc declarat Philoponus nam, ſi carne digiti, durum aliquod exprimatur vi; dubio procul extrudetur aer medius, & tanget. probat hoc idem Philoponus, exemplo ab amphora accepto, aere plena. in quā ſi proiiciatur aqua; effugit aer ita, vt ne minima quidem particula remaneat; cum aer ſub aqua, natura minimè locari poſsit. Aduerſus hoc dicunt moderni, quòd, ſcilicet, poſſet ſtare etiam aer ſub aqua; tametſi non natura propria, natura tamen vniuerſali ſic ordinante: hoc autem mirum eſt; cum & natura vniuerſalis ordinauerit grauia ſub leuibus eſſe; eadem oppoſitum ordinet. Dicerent fortè; Non inconuenit ab ea hoc factum eſſe diuerſis intentionibus. tunc ſequeretur, quòd natura, naturale agens non eſſet; ſed à propoſito; quod maximè erroneum eſt; imo addit Philoponus, quòd, &, ſi quid aeris in aqua manſerit; ſurſum tollitur; & in ſummo aquæ quaſdam eleuat ampullas; quæ delitеſcunt fractę; & aer in vniuerſam ſphæram abit. quarta concluſio; Elementa poſſunt ſe contangere. quam elementorum ordo ad ſenſum manifeſtat: cum inter aerem, & aquam nihil mediet alterius generis. ſe etiam contangunt cęli; cęlū quoque cum elemento, igne ſcilicet: pariter & durum corpus tangit elementum; cum molle ſit, ut dictum eſt. Alterum erat dubium de ſenſatione tactiua. pro quo ſit prima concluſio; quòd corpora dura per medium ſentiuntur, aerem ſcilicet, vel aquam: nec tamen, ut delatiuum, quomodo dictum eſt; ſed per id, quod accidit uero medio deferenti, vt determinauit Themiſtius. & de hoc ſermonem facit Ariſtot. hic: quia obiectum, vt ſic, per ſpeciem mouet. ſecunda cōcluſio; mollia, quæ ſcilicet miſta ſunt, vt plumbum liquefactum, cera, & huiuſcemodi, immediatè tangent. nō repugnat tamen, quòd vitrum, verbi gratia, candens urat minimum interceptum aerem; & immediatè tangat carnem, & ſentiatur, vt contingit de vi tangentibus. At dubium eſt in tertia concluſione de elementis; vtrum ſcilicet, tangant immediatè, & præcipuè propter dictum Philoſophi in text. 114. quòd omnia ſentimus per medium. Quo modo itaque aerem percipiunt, quæ in aere; aut aquam, quæ in aqua ſunt, vt dubitat Themiſtius? & tamen in aqua frigiditatem aquæ ſentimus; & aeris humiditatem in aere; & non propter aliud medium. Difficultas hæc præter intētionem huius ſermonis eſt, vt bene Themiſt. notat. dicendum tamen, ne etiā quoquo modo prætereatur intacta; primò, quòd dictum Philoſophi non obſtat; quia intelligit de corporibus duris, & miſtis tactilibus; in quibus ſupponit medium dari: & ideo concludit hæc omnia ſentiri per medium: at aer ipſe, ſiue aqua propria media ſunt: quòd ſi & ipſa per medium ſentirentur; dubio procul abiretur in infinitum proceſſus, vt Philoponus arguit: immediatè itaque tactu ſentiuntur. Ad argumentum ſophiſtarum pro confirmatione de plumbo tangente molare; dicendum, caſum admittendum non eſſe; quandoquidem per nullam potentiam æqualiter ab omni ſui parte poſſet eleuari ob incommoda, quæ ſequerentur; ſed ſecundùm vnam magis, quàm ſecundùm aliam: & ſic ſenſim ſubingreditur aer.

Sed differt tangibile. Intentio, vt ex Auer. pa T.c. 115
riter, & Latinis omnibus elicitur, eſt ponere differentiam inter ſenſum tactus, & tres alios ſenſus per medium extraneum ſentientes; cum præſertim retro dixerit omnes ſenſus egere medio. Simplicius cum Themiſtio, ac Alexandro aliter præſentem text. intelligunt; ſiquidem dicat Simplicius, intentionem eſſe agere de medio tactus, & guſtus, ſcilicet per quod. Text. diuiditur in duas particulas: in prima ponit differentiam; in ſecunda exemplo manifeſtat, ſecundùm primam expoſitionem. inquit in prima Philoſophus, quòd differt tangibile à viſibilibus, & ſonatiuis; quia ſcilicet, in illis medium motum mouet; at in tactu, non mouet, ſed ſimul mouetur; cum ſit ad hoc per accidens, non per ſe ordinatum: nam aer, v.g. mouetur a uiſibili, ratione diaphaneitatis; à ſono, quia dijehe; ab odore, quia dioſmos. & ſic aer deferens, eſt cauſa motus organi; at in tactu extrinſecùs ille aer delatiuus, tactibilis non eſt; quare non eſt cauſa ſenſationis, & motus in organo; ſed magis ſimul moueri dicitur, ſicuti percutitur ſimul, & clypeus, & clypeatus: non, quòd percuſſus clypeus, clypeatum percutiat. quæ dicta ſunt in ſecunda parte textus. Examinat ly, Simul, Auerr. intelligens non excludi prioritatem tēporis; quia non differret à viſu; quandoquidem uiſio ſimul tempore, atque in inſtanti fiat; ſed, ut excludit prioritatem cauſæ; nam priùs & poſteriùs quendam ordinem partium notat: modo talis, & ſecundùm ſitum, & ſecundùm tempus, & ſecundùm cauſam, capi poteſt: qui tres in ſono dignoſcuntur; cum una pars proxima magis, quàm alia, ſecundùm ſitum, organo eſt; & priùs tempore immutatur una, quàm alia; & una cauſat ſonum in alia uſque ad organum: at in uiſu duæ reperiuntur; ſed prioritas temporis, minime: in clypeo, & tactu, reſpectu extrinſeci medij, ſolùm ſaluatur ordo ſitus.

Huic

Huic ſententiæ conſona eſt quinetiam Philoponi expoſitio; cũ introducens, dicat; quia ſermo erat, quòd caro eſſet in tactu organum; dicit hoc deſtructum eſſe; quia tactus tunc non per medium ſentiret, ut alij ſenſus: oſtendit itaque & in tactu medium eſſe, & non immediatè tactilibus occurrere carnem: quòd, ſi medium habet; non uideretur ſaluari proprietas tactus: nam ea ratione tactus dicitur, qua tangit; quod non erit, ſi interpoſitum ſit medium. ob hanc rationem dictum eſt à Philoſopho, quòd tactus medio utitur, ut alij ſenſus; differenter uerò; quia non, ut per quod; ſed ſimul cum eo ſentiat. Simplicius introducens, & cum eo exponens Themiſtius non pro extraneo medio, aere ſcilicet, aut aqua exponunt; ſed pro intrinſeco, & adnato medio, ſcilicet, carne: cum dicat Themiſtius, quòd tactus medium habet, ut alij ſenſus, differenter tamen; quia aliorum medium non alteratur: non enim aer, quia diaphanus, coloratur; ſed per medium illorum trium, organum patitur: at in tactu ſimul alteratur mediũ, & organum: calet, & frigeſcit caro ipſa; ut, qui clypeum percutit; ſimul clypeum, & clypeatum percutit. ſimiliter huic retrodictum textũ expoſuit, inquiens, differre medium tactus ab alijs; quia in illis remotè; in tactu, & guſtu ſcilicet, proximum, & adnatum eſt: quare latet magis, cum ob hoc uideatur inſtrumentum eſſe. conſimiliter dictis uidetur Alexand. ſententia; cum dicat carnem ſenſorium non eſſe; quia appoſita carni ſentiuntur. uoluit itaque Philoponus carnem medium; non ſenſorium eſſe; per quod tactilium fit apprehenſio: quare in tactu medium adnatum; in alijs verò extra poſitum eſt, tribus ſcilicet. cauſa uero hujus naturæ operis fuit; quia animalium perfectiora, non ſolum præſentia per tactum; uerùm &, quæ remotiora ſunt, apprehendere debent ob eorum ſalutem. præſentia per tactum; abſentia per alios capiunt ſenſus. Cauſa huius expoſitionis, ut opinor, fuit dubium, quod contingebat, ſi in tactu admitteretur extraneum medium; quia neque piſcis in aqua ab hamo tangeretur, neque ab alio piſce; quia nũquam ultima ſimul eſſent: falſum quoque eſſet ſecundum ſe dictum; quia exiſtentes in aere; non perciperent aerem; neque in aqua, aquam. uerùm de hoc in digreſsione dicendum erit. At, pace tantorum uirorum, dicam, ſi intelligendus ſit textus de carne media, quo modo exponetur ly, Simul, quod notat differentiam tactus ab alijs tribus: uel, quia aliorum mediũ ſit, per quod mouetur ſenſus; tactus verò ſimul cum ſenſu; & tunc caro in tactu non erit uerum medium; quia tale debet eſſe, per quod, ut etiam introduxit Simplicius. ſi uerò intelligatur, ut uidetur ſentire Themiſtius. quòd ſcilicet, aliorum medium non alteratur; at caro in tactu alteratur. Contra, per hoc non differret ab odoratu; ſiquidem reſolutus uapor à corpore odorabili; adhuc in aere medio, ſeruat odorem. præterea proprietas hæc in tactu, per quam differt ab alijs, cum tactui ſit eſſentialis, debet competere per ſe; quare in omni tempore, & ſubiecto; ergo reſpectu quorumcunq; tactilium, ſemper deberet alterari medium: ergo a grauitate, & leuitate; aſperitate, & lenitate, caro, mediũ, alterari debet: quod tamen falſum eſt. Sic intelligendus eſt iſte locus. In hac digreſsione duo facit Auerr. primò declarat mentem Philoſophi in ſententia: ſecundò concludit unum; quod neque Themiſtius intellexit, neque Alexãder primæ parte ſatisfecit; cum dixerit tactum non egere medio per ſe, ut alij, ſed per accidens; quia ſe tangentia corpora, cum ſint in aere, aut aqua, retinent extrema humida. Secũda particula tripartitur. citat primò Græcorum ſententiam; ſecundò ſoluit; tertiò elicit corollarium: dicit in primo, quòd nõ eſt dicendum Ariſtot. dubium non perfeciſſe, aut oblitum fuiſſe, ut Alexander, fortè in de ſenſu, & ſenſili: & Themiſtius; qui in 113. dixit Philoſophum non declaraſſe, quomodo ſentiamus omnia per medium; cum exiſtentes in aqua, aut aere, illorum qualitates ſentiamus; non tamen per medium; excuſat tamen Ariſtotelem ſimulãtem; quia hoc non erat principale quæſitum; ſed principale erat de medio intrinſeco. Et ego dico. In hac ſecunda damnat Græcos; & dubium ſoluit: pro primo càpit duo fundamenta; alterum, quòd locus eſt ſimilis locato: ſecundum, quòd paſsio nõ fit à ſimili, ſed à cõtrario. primum eſt Philoſophi 4. phyſicorum 48. ſecundum ſecundo ani. 54. 45. his poſitis, ſequitur, quòd animalia degentia in aqua in ſua exiſtente ſimplicitate, frigiditatem aquę non percipiunt; neque, quę in aere, aeris calorem; tum, quia locus eſt locato ſimilis; tum, quia actio non fit a ſimili: & cum ſentit animal calorem, aut frigus; contingit hoc ob admiſtionem aliorum corporum calidorum, uel frigidorum cũ illis elementis: quæ deinde corpora, per media illa elementa ſentiuntur. & confirmat per deductionem ad impoſsibile: nam, ſi elementa haberent qualitatem contrariam, impedirent animalia, quo minus contrarias alias qualitates percipere ualerent. Et propter hoc. Ponit in hac tertia corollarium, & cum illo ſimul fundamentum. inquit, ob id ſequi, aquam puram non calefieri; neque aerem, ut purum, infrigidari: ſed id aquæ contingit propter corpora, quæ ſecum admiſcentur, uapores ſcilicet. & ſubdit, quòd uolgares, quando ſentiunt aquam calidam, opinantur in ſubſtantia aquę caliditatem eſſe; cum tamen non ſit. Sanct. Thomas in duobus hic carpit Auerroem: primò, quia dixit, quòd non ſentiunt aquam, aut aerem, quæ degunt in aqua, uel in aere, animalia; quia locatum non patitur à ſuo naturali loco. Contra dictum, & rationem dicti, arguit Sanct. Thomas: & primò bifariam; nam corpora noſtra, ut mouentur, ſecundùm prædominans elementum; ſic per idem locantur. tunc ſic; Locus, & locatum, ut ſeruatur in ſimplicibus; ſic & in miſtis: ſed ſimplicia corpora inuicem locata, & loca, inuicem quoque alterantur, ut meteor. primo; ergo & miſta locata à ſimplici locante alterari debent. ſecunda, & eſt ratio, quę ex dictis Auerr. elicitur tertio cœli 67. Elementum tunc uerè dicitur tale, cum utramque habet in ſummo qualitatem, tertio animæ quarto

manus

manus habens in compoſitione quatuor qualitates; qualitates tactu ſentit. hoc dixit ibi eſſe, quia medium extrema recipit. Tunc ſic; Miſta corpora, quia miſta, refractas habẽt qualitates quatuor ergo uel in aqua, uel in aere extremas recipere poſsint. oſtendit ſecundò malè rationem dicti accepiſſe; quia uerum eſt, quòd à loco non patitur locatum; quia inter utrunque ſimilitudo eſt. Sed malè accepit locum Auerr. ratione, ſcilicet, qualitatis: imò, ut inquit, elementum, ſecundùm qualitates actiuas agit, & patitur ab alio elemento; & ſic contrarium eſt. at, ſecundùm ſubſtantiales formas, quas à corporibus cœleſtibus conſequuntur, &c. nam, quò elementum eſt cęlo proximius; eò formalius eſſe dicitur; & à cęlo, quod omnia continet, nanciſcitur virtutem continendi; quare & virtutem locandi. ſecundò carpit Auerr. in corollario; cum dicat, quòd aqua, manens aqua, nõ alteratur; ſed, ſi caleſcit; hoc eſt per admiſtionem corporum in ea calidorum. Contra arguit, priùs accepto, quòd aqua, & aer ſecundùm partem corrumpuntur. Tunc ſic; Generationem præcedit alteratio; ergo elementum poteſt alterari, adhuc ſpecie durante. Albertus & ipſe in hoc contra Auerroem arguit; Nam aqua calefacta ad priſtinam ſuam redit frigiditatem per ſeipſam, vt oculis cernimus: ergo à natura ſoa frigida. hoc autem non ageret, ſi maneret ipſa aqua frigidiſſima; & ſola calefactio eſſet ratione vaporum.

In hac parte duo faciemus; primò ſaluabimus cõtra Sanctum Thomã Auerroim; ſecundò dicemus, quid ſentiendum de lite inter Auerroem, & Græcos: primò Sanctus Thomas non rectè accepit Auerroẽ, de ſimplicitate elementi; quia non intellexit elementum in ea ſimplicitate, qua elementum eſt. de quo tertio cęli. 67. dixit; Ignis, non eſt ignis, niſi cum caliditate, & ſiccitate, quæ ſunt in ſummo; quia non erat ita fatuus, vt ignoraret, quòd elementum, vt ſic, non habebat qualitates facientes ad ſalutem animalis, ſed ad interitum; quia ſic, ut contrarium ageret; non autem ſimile. ſed, ut rectè notauit Ioannes Ganda. intellexit elementum in ſua ſimplicitate, poſſibile reperiri, vt locus: nam elementum purum non reperitur in natura, vt colligitur ex primo meteor. ſed ita purum ordinauit reperiri natura parens, vt conueniens eſſet animalibus, quæ locantur in illo; & ita redditur ſimile illis: quòd, ſi quandoque alterari videtur; hoc non ex ſui natura; ſed admiſtione quorundam corporum, redditur tale. & ſic tolluntur omnia argumenta contra Auerroem. Sueſſanus carpit hic Ioannem Ganda. in duobus; primò; quia Auerroes, eo modo dixit elementa non poſſe alterare ſenſum tactus, vt elementa media ſunt; quia medium, priuatum eſſe debet à natura recepti: ſed, quo media ſunt, loca non ſunt; ergo &cæt. damnat rurſus in ſecundo, quia eo modo dixit Auerroes, elementa non poſſe alterari; quo modo qualitates primas, dixit, accidentia eſſe inſeparabilia: modò talia ſunt ab eis inſeparabilia, ut elementa ſunt; non autem, vt viuentium loca: quare, pro determinatione, deponit, quòd trifariam conſiderari poſſunt elementa; vno modo, ut media extrinſeca tangibilium; ſecundo modo, vt ſunt loca naturalia viuentium; tertio modo, vt receptiua peregrinarum impreſsionum. Vnde dicendum, quòd nec primo, nec ſecundo modo, alterãt corpora noſtra; ſed tertio modo. Ingenuè equidem fateor ſubtilitatem hanc non intelligere. uellem, reſpondeat; an elementa, vt media, & vt loca differant in intenſione qualitatum. ſi non; ſed eodem modo remiſſa ſunt, vt animalium conuenit ſaluti; quid tunc intereſt inter opinionem hanc, & opinionem Ioannis? ſiquidem & ipſe clarè dixerit; quòd, vt ſimplicia ſunt; loca ſunt, quæ eadem elementa, vt repleta vaporibus, dixit eſſe media; quibus illi ad tactum deferantur: quòd, ſi non eadem ſint, ſed, ut media habeant intenſiorem qualitatem; tunc ſenſum immutarent contra ipſum. & ſic ceſſant quoque obiecta in Ioannem redeuntes. Modò ad Sanctum Thomam dicimus; quòd argumentum ſecundùm non viget etiam, ſuppoſitis illi concesſis; quia non eadem ratione elementum dicitur elementi locus, qua animalis eſt; quia elementum continens eſt duntaxat ſimile contento, reſpectu alterius qualitatis; non autem reſpectu utriuſque: quare, cum altera poteſt agere ad interitum contenti; quando & ad hanc alterationem concurrant ſuperiores aſpectus: & hoc ſic ordinauit natura parens, ut continuis alterationibus corpora iſta mouerentur ad interitum, ac generationem; vt commodè fierent, quæ ex elementis conſtant: & ſic vniuerſum in eſſe perfecto ſaluaretur: animalibus autem comparantur, ſecundùm vtranque qualitatem; quia intentio eſt conſeruare magis datum etiam fuit, vt & à ſuperioribus alterata elementa in altera, vel utraque excederent qualitate; & animalia, quæ æterna non ſunt, ſucceſſiua alteratione intereant; & alijs inde ortis locum præſtent. Ad reſolutionem Sancti Thomæ de loco, dicendum, quòd; vel elementum dicitur locus ratione formæ tantùm: & hoc Ariſtotelicum non eſt; tum, quia quarto phyſicor. 30. dixit locum æqualem locato; quare ad locationem concurrit quantitas; ergo qualitas; cum locus ſit naturalis, non mathematicus: quòd, ſi locat beneficio qualitatis, Auerrois dictum ſanum fuit. alterum, quod obiecit Auerroi Sanct. Thomas, proceſsit ex malo fundamento; quia ſententia Auerrois tertio cęli 67. clara eſt: quòd qualitates elementorum intenduntur, & remittuntur ſecundùm intenſionem formæ, ac remiſsionem: & ſic dicuntur accidentia elementis inſeparabilia. at in via Sancti Thomæ, & Scoti, qualitates alterantur, manente ſubſtantiali forma: quare ſequitur obiectio in via ſua, non autem in uia Auerrois. Secundum principale de lite, dicendum cum Alberto, quòd Græci rectè dixerunt, quantum ad rem ipſam attinet; quòd ſcilicet, qualitates elementorum ſine medio ſentiri poſſunt, vt retrò dictum eſt: ſed in hoc defecerunt, dicentes Ariſtotelem præterijſſe; quaſi ſolutio-

nis inſcium: vt, quòd neceſſarium omnino opinatus eſſet medium extrinſecum in quacunque ſenſatione: quod falſum eſt, ut patebit. Auerr. quoque rectè dixit, de ſimilitudine loci ad locatum. Cum autem concludat qualitates aeris medij, verbi gratia; non ſentiri immediatè, ſed vapotes per aerem medium: in hoc, mihi difficile videtur; nam vapor, verbi gratia calidus intensè magis ſit, quàm aer; habet ad ipſum, vt paſsiuum, proportionem maioris inæqualitatis; & eſt naturale agens debitè proximum, & non impeditum; ergo aer calefiet, & non per alium vaporem, cum ibi non ſit; ſed ſecundùm propriam qualitatem, per quam aget in tactum. Ad corollarium de aqua calefacta, locus non eſt hic diſputandi; cum ſatis de hoc dictum ſit ſecundo phyſic. 3. quare de his ſatis dictum.

Dubitatur, pro euidentia dictorum, vtrum tactus in ſentiendo indigeat medio. duo faciemus; primò titulum declarabimus; ſecundò quæſitum aggrediemur. Pro declaratione tituli notandæ ſunt quædam diſtinctiones: quarum prima ſit, medium duplex; intrinſecum; & eſt id, quod eſt pars animalis; & extrinſecum, vt puta aer, & aqua: ſecunda; medium alterum neceſſarium; alterum contingens, quod ſcilicet, ita mediat, vt poſsit etiam non mediare, vt ſcutum: primum verò adhuc bifariam; per ſe alterum; & eſt, ſine quo impoſsibilis eſt ſenſatio; & eſt ratione propria ipſius ſenſibilis, & ſentientis: alterum per accidens; & eſt, ſine quo non poteſt fieri ſenſatio, ſed per aliam cauſam. His poſitis, quod quęritur, poteſt triplicem ſenſum habere; vtrum ſcilicet, tactus egeat medio intrinſeco; aut medio extrinſeco; vel indifferenter vtroque: deinde, quale illud fuerit; vel neceſſarium per ſe; vel neceſſarium per accidens. Expedito titulo, ponendæ ſunt pro principali quæſito, concluſiones veritatem determinantes: prima quarum ſit; Tactus medio indiget intrinſeco, quod ſit pars animalis; quod quidem mediet inter ſenſibile, & organum tactus; & eſt per ſe neceſſarium ratione organi, & ratione obiecti ſenſibilis. concluſio hæc Ariſtotelis eſt 116. vbi ait, quòd caro, & lingua ſimiliter ſe habent in tactu; ſicut aer, & aqua in viſu, & auditu: ſed illa, medium; ergo, & caro medium erit. confirmat hanc Philoſophus per propoſitionem illam famoſam; Senſibile poſitum ſupra ſenſum, ſenſationem non parit. quæ propoſitio quomodo vera ſit, dicetur in text. 116. Auerroes ibi in commen. 116. probat per alteram rationem; & eſt; Quandocumque proprietas aliqua pluribus conuenit; & non vni per alterum; tunc ineſt illis per aliquam naturam communem: ſed ſentire per medium conuenit illis tribus, viſui, olfactui, & auditui; & non vni per alium; ergo per aliquam communem naturam, per quam & guſtui, & tactui, conueniet. ponit deinde Auerroes cauſam, quare tres illi per medium ſentiant; quia natura non tranſit ab extremo ad extremum ſine medio, quinto phyſicorum vigeſimoſecundo. Obiectum reale, purè materiale eſt; in organo verò, purè ſpiritale; dabitur itaque medium neceſſariò. ſecundùm Themiſtium, poſuit hanc Philoſophus 114. vbi dixit; Durum, & molle, per altera ſentimus. & 115. dicit, alia ſenſibilia mouere medium; quod motum, ſenſum mouet; at ſenſibilia tactus ſimul, & medium, & ſenſum mouent. Aduerſantur tamen plerique huic opinioni. Auicennas ſextò naturalium, parte ſecunda, capite tertio, inquit; Caro neruoſa, quæ eſt inſtrumentum tactus naturale, ſentit; quamuis non ſit ibi medium aliquo modo. addit; Ipſe enim ſine medio permutatur. Monachus, tertio artis paruæ, 53. idem voluit & Scotus in quęſtionibus de anima, gloſſans propoſitionem Ariſtotelis, quòd ſcilicet, tangibile appoſitum organo, non realiter, ſed intentionaliter, immutat: Philoſophi autem dictum intelligi debet de immutatione reali. At contra eſt, quòd Philoſophus dicit 98. commune ſcilicet eſſe vnicuique ſenſui immutari non poſſe ſine medio: ſed aliorum mutatio intelligitur intentionalis; ergo & in tactu. idem dixit de odore, 75. Medici medicè incedunt, experimentis ſuam probantes phantaſiam veram eſſe in omnibus: nam, ſi cum carne ſimul incidatur neruus; ſentitur dolor; neque tamen per medium; etiam, ſi detectus neruus ferro pungatur ignito; fiet dolor; & ibi medium non erit; idem in ſolutione continui: idem in coitus delectatione, videtur & his fauere experimentis ratio ſumpta à tactu; cuius ſenſatio non fit, niſi tangendo. In oppoſitum huius eſt ſententia Ariſtotelis clara, & fundamenta adducta, quidam conati ſoluere facta in Philoſophum, dicunt, quòd ſenſatio naturalis tunc intelligi debet, cum aptè, & ſecundùm naturam fiet: modò appoſitum ſenſibile organo, benè ſentietur; non tamen aptè, & ſecundùm naturam.. Oppoſitum tamen huius penitus determinat Philoſophus 75. de odore, vbi uult, quòd nulla prorſus ſenſatio fiat. & ideo determinat hic Auerroes 115. quòd medium eſt neceſſarium omni ſenſui in ſentiendo. addit ſe determinans in tactu; ſed medium, quod huiuſmodi eſt in tactu, eſt caro. Quare pro ſolutione dicemus, quòd netuus non eſt organum tactus; & , quòd neruus non ſentit. & ſupponatur modò cor ipſum organum eſſe: & dicamus ad omnia experimenta, unica reſponſione, quòd ſenſibilia non ponuntur immediatè ſupra organum, cor ſcilicet; quia animalia, corrumperentur; ſed ſuper his, quæ media, vel uice mediorum ſunt. Ad rationem, concedo ſenſationem fieri tangendo; non autem organum; ſed medium, quod caro eſt, ut retrò determinauit Themiſtius, aſcribens hoc proprium tactui, & guſtui, hæc dicta ſint de intrinſeco. de extrinſeco uerò longè maior difficultas exiſtit. Notanda tamen ſunt, antequam ponatur deciſiua concluſio; & primum, quòd tangibile intelligi debet ſeorſum à ſubiecto, in quo eſt virtus ſentiens;

& per hoc excluduntur ſenſationes omnes, quæ ab intrinſeco fiunt; vt dolor ex ſolutione continui, delectatio in coitu, & ſimilia; in quibus medium excluditur extrinſecum: ſecundum intelligi debet ſecundùm ſenſationem factam in loco naturaliter diſpoſito. & ſic determinauit Auerroes: non enim fuit ita neſcius; vt, ſi animal ponatur in aere, aut aqua cum qualitatibus ad ſummum vſque intenſis; quòd non perciperet frigiditatem aquæ, aut aeris calorem ſine medio; ſiue humiditatem; cum aer ſit primum humidorum: quare in hac ſenſatione etiam Auerroes concederet non eſſe opus medio: ſed Auerroes intellexit elementa, vt loca naturalia, & ſimilia locatis. in quo ſenſu dixit, & rectè, quòd non percipiuntur ab animalibus in eis exiſtentibus. bis ita poſitis ſit concluſio talis; tactus eget extrinſeco medio neceſſariò; per accidens tamen reſpectu tangibilis ſui loci naturalis. vt, ſi duo fuerint animalia in aere, aut aqua; ſi inuicem ſe tangant; hoc ſiet per medium ſuum naturalem locum. Conſtat autem concluſio per rationem factam in textibus à Philoſopho; quia talia, ſiue in aqua, ſiue in aere fuerint; neceſſe eſt, vt eorum extrema ſint humida: &, vbi humiditas; ibi aqua, vel aer; ergo & cæter. & hoc eis contingit, non ratione ſenſationis; ſed, quia in talibus reperiuntur locis: quòd, ſi loca illa media non fierent; meliùs ſentirentur in illis corpora. ea ratione dictum eſt per accidens; neceſſariò tamen, non neceſſitate tangibilis, & tactus, ſed loci animalibus naturalis. At contra Auerroem inſtat Hyſpanus: & credit ſe demonſtrare per textum 101. vbi Ariſtoteles agens de guſtu, concludit eſſe quendam tactum; quia ſenſatio talis non fit per medium. & dicit; Guſtabile non eſt per medium extrinſecum. tunc inſtat contra ſe; Si mel ſit in aqua, & ibi deguſtetur; tunc ſentietur per aquam. Reſpondet Philoſophus, quòd tametſi ſentiatur; non tamen fit hoc per aquam, tanquam per medium; ſed quia miſcetur mel aquæ. fit & contra Auerroem ſecunda inſtantia de loco naturali; qui non ſentitur; aut locus iſte eſt vniformis; & ſic ſentietur à colerico, ſi minus à flegmatico: ſi difformis, tunc animal talis temperaturæ; quod non ſentiet locum in vna parte; ſi moueatur, ſentiet ipſum in alia. ôpinor autem ego, quòd illud contra ſe demonſtrat; quod credidit in Auerroem demoſtraſſe; quia guſtus, vt ibi exponit rectiſsimè Auerroes, non indiget medio extraneo: & declarat ita; vt medium, ſpeciem à ſenſibili obiecto recipiens, organo reddat ſentiendam; ſed quia dulce illud reale cum aqua admiſcetur: & ſic cum illa ſentitur ſimul, non ſolùm tempore, ſed cauſa, vt diuinè determinat in hoc 115. Ad alterum notandum, quòd duplex eſt locus; communis, vt aer vniuerſus, ſiue uniuerſus fluuius; & proprius, & eſt aqua illa, ſiue ille aer, quiincluſus eſt in poroſitatibus corporis, factus beneficio caloris innati, illi familiaris; quare animal motum ad aliam partem; & ſi offendat diuerſum aerem; illum tamen non ſentit propter illum, qui interclusus eſt: intus ſiquidem exiſtens, extraneum prohibet.

Omnino autem videtur. Introducens textum Auerroes pariter alijs, inquit intentionem eſſe, agere de vero medio tactus, ſcilicet, per quod, vt per aerem, & aquam, aliorum trium, ad ſenſorium, quod intus eſt, primum ſcilicet, tangibilia deferantur. ex quo ſequi videtur; ut introducit Philoſophus, quòd modò probat carnem non eſſe ſenſorium in tactu, ſed medium: retrò autem per alias videbatur probaſſe, carnem eſſe ſenſorium; quia tacta ſentit: nunc modò per idem fundamentum probat, quòd non eſt ſenſorium, ſed medium. textus diuiditur in tres præcipuas particulas; in prima ponit vnam concluſionem: in ſecunda ſyllogiſticè probat carnem non eſſe ſenſorium: in tertia innuit ſenſorium intus eſſe. inquit in prima, quòd caro, & lingua ad ſenſorium ita ſe habent; vt aer; & aqua ad tres alios ſenſus; ſed ad illos, vt media ratione, qua in eis naturæ illæ communes reperiuntur, dioſmos, &c. ergo & caro medium erit. Ipſo autem. Probat in hac ſecunda particula ſyllogiſmo ordinato in ſecunda figura tali; vt notat Philoponus. Appoſita ſenſorijs non ſentiuntur; ſed appoſitis tactilibus carni, ſentiuntur; ergo ſenſorium non eſt. declarat maiorem; ſi quis album corpus ſupra oculum ponet; ſenſationem non faciet: vel, ſi in interclusо auribus aere ſonus ponatur; non ſentietur: vel poro caruncularum odorem ponat quis, vt ait Themiſtius, odoratus ſenſum non faciet. Quare. In hac tertia duo facit: primò concludit finalem, quam intendebat, concluſionem: ſecundò redit ad rationem explicitam magis pro carne, ut medio. Auerroes circa textum digreditur. at, priuſquàm ad illam deſcendamus, cognoſcendum primò eſt; quomodo teneat propoſitio illa; Appoſita ſenſorio, non ſentiuntur; quia contra hanc inſtatur à proteruis ſic, ſtante præſertim fundamento Auerrois, quòd ſenſibile extra materiale habet eſſe; in ſenſu verò omnino ſpiritale: neceſſarium itaque eſt medium inter illa eſſe, quod ſapiat utrunque: ſenſibile in re, habet eſſe reale; in medio, ſpiritale: ergo inter medium illud, & obiectum dabitur medium: ſecundò. Magis diſtat obiectũ materiale à propria ſpecie, quàm phantaſmata ab intelligibilibus: at in iſtis medium non requiritur; ergo neque in illis. Ad hæc dicendum cum Philoſopho 74. quòd obiectum extra habet materiale eſſe; in medio ſpiritale; non tamen tale, ut requiritur in organo: non enim anima cum quauis ſpecie concurrere poteſt ad ſenſationem: at certa requiritur ſpiritalitas, vt ſenſationem pariat. Ad primum dicendum, quòd in medio cum non ſit tanta ſpiritalitas ſpeciei, quanta eſt in organo; ob id medio medium non indiget. Ad ſecundum dicendum, quòd phantaſmata habent eſſe ſpiritale; quare cum intellectu agente poſſunt ſine medio mouere.

T.c.116

mouere. in digreſsione tria facit; primò oſtendit medium in quocunque ſenſu neceſſarium eſſe; ſecundò adducit rationem Alexandri, quam retro pollicitus fuerat, 108. tertiò peripateticorum, primò ſentire per medium conuenit illis tribus, vt ſenſui palam eſt: vel itaque, quia obiecta ſunt à ſenſorijs remota; & hoc non; quia ſequeretur tunc, quòd appoſita ſenſorijs ſentirentur vel potius contingit hoc; quia impoſsibile eſt, quòd ſenſus ſua recipiat ſenſibilia, niſi priùs in medio fuerint. tunc ſic; Quandocunque accidens aliquod pluribus eſſentialiter attribuitur, & non vni per alterum; tunc illis competit ratione cuiuſdam communis naturæ; ſed ſentire per medium, eſt tale; ergo &c. at natura talis communis alia non eſt, quàm iſta, quòd ſenſus ſunt; ergo conuenit eis in eo, quòd ſenſus ſunt; ideo in eo, quòd ſenſus, tactus etiam, & guſtus per medium ſentiet. addit Auerroes; quòd talis tranſitus veritatem habet in pluribus contrariorum, ſcilicet, in contrariis poſitiuis, magis, & minus ſuſcipientibus. Notandum tamen, quòd tranſitus ille per medium in realibus, ſi eſſentiale intelligatur, erit albedo remiſſa, ab albedine ſcilicet, ad nigredinem; in accidentalibus verò erit per colores omnes intermedios. carpit, deinde, in ſecunda parte Alexandrum; qui uolebat ſenſus egere medio ob remotionem ſenſibilium; quia ſequeretur, quòd appoſita ſenſorijs ſentirentur magis. ratio, qua Alexander mouebatur, erat: quòd, ſi caro medium eſſet; tunc intra carnem eſſet aliquid, quod ſenſorium diceretur: ſed hoc nihil eſt; ergo, &c. inquit Auerroes, quòd poſt Ariſtotelem tempore etiam Alexandri fuerunt nerui inuenti per anatomiam, & deprehenſum, quòd habent in ſenſum, & motum introitum: quare ſenſu comprobatum eſt, quod tetigit Philoſophus ratione, vt 108. dixit Auerroes. At dictum hoc Auerrois non videtur tutum pro Ariſtotele, quandoquidem determinauerit, & ratione, primo animæ 79. quòd nerui non ſentiunt, dicens; partes terreæ, vt oſſa, pili, nerui, omnino non ſentiunt. ſed per illud, quod intus ſentit, voluit intelligere Ariſtoteles, vt Simplicius exponit, cor ipſum. Non video etiam, quo modò iuſtè Alexandrum damnet Auerroes; cum expreſsè dicat Alexander nō eſſe ſufficiens ſignum, quòd carnem vocemus ſenſorium; quia tacta, ſentit; neque dicenda eſt medium, vt aer; & aqua in alijs: ſed caro dicitur organum; ſimiliter viſui oculus; & auditui, auris; & olfactui, naris: addens intus eſſe corpus illud, in quo ſenſitiua tactilium vis repetitur: addens & hoc eſſe ſubiecto vnum commune omnibus ſenſibus. & obijcit ſibi Alexander non ob id ſequi, quia tacta carne ſit ſenſus tactus; quòd appoſita ſenſui tangibilia ſentiantur. addit, Poſitum eſt non eſſe in carne virtutem ſenſitiuam. Clarè itaque loquitur Alexander, quia verum ſenſorium in vnoquoque ſenſu eſt; in quo & ſenſitiua uis reperitur. non excludit itaque præter carnem quodcunque ſenſoriū Alex. at de hoc in quæſtione dicetur. Quod dixerunt peripatetici, Alexander. ſ. dictum eſt.

Quæritur in hoc loco, quid ſit organum in ſenſu tactus? In hoc quæſito tria proponimus facienda; primò declarare titulum; ſecundò opiniones in hac materia diuerſas examinare; tertiò, quid tenendum deponere. Pro introductione primi notandum, quòd pars illa animalis quæritur, ſiue corpus, in quo ſubiectiuè reperiatur ſenſatio; quæ dicitur tactio; vt, ſcilicet, cryſtallinus humor, in quo ſit viſio: ſecundò, ſuppoſito, vt palàm apud Philoſophum legitur, quòd tale organum ſit intimum, vt inter omnes conuenit exponentes, & Philoſophus in hoc 116. & ſecundo de partibus animalium cap. decimo. Caro non eſt organum tactus; ſed quid intimum. de quo intimo, quid nam ſit; eſt inter exponentes diſcordia; quare de illo quærendum in hoc à nobis erit quæſito. ſecundum in ordine eſt examinare opiniones in hac materia diuerſas: quas numero quinque eſſe collegimus. prima quarum aſcribitur Philopono de Græcis, quòd ſcilicet, organum tactus ſit ſpiritus: at, cum ſpiritus trifariam dicatur; & anima, & animæ vehiculum, & pars ſanguinis tenuiſsima; voluit ſecundo modo acceptum eſſe ſpiritum, corpus ſcilicet, ſubtile; quod ſecum tenet etiam anima; cum ab hoc craſſo corpore liberatur: & quia fluxibile eſt, poteſt per quamcunque diametrum extendi. Hiſpanus eſſe inquit purum figmentum in peripatetica doctrina: & primò, quia corpus animatum compoſitum eſt ex quatuor elementis; & ſit corpus fixum, vt ſecundo animæ 11 t. præterea Philoſophus dixit, quod organum tactus, & guſtus eſt circa cor: debet itaque corporeum eſſe, & non fluxibile. At quid quid ſit de vehiculo animarum, cum in præſentia diſputationis huius locus non ſit; dicendum tamen non rectè acceptam fuiſſe Philoponi ſententiam; & primò, quia in prologo huius agēs de ſpiritu illo animæ vehiculo, quo animæ mortuorum tumulis apparent; dixit compoſitum eſſe ex quatuor elementis, à prædominio tamen aereum; ideo non ſimplex eſſe voluit. præterea in hoc textu, non ponit ſpiritum eſſe ſenſorium tactus; ſed inquit, ſpiritus eſt commune omnium ſenſorium; quare non tactus ſolùm. opinorque per ſpiritum hic voluiſſe ſanguineum uaporem; ex tenuiſsimo creatum ſanguine; qui naturæ efficacia uniuerſum corpus commeat, & uitalis eſt; per arterias, motum, per venas nutrimentum præſtans. de quo Philoſophus in libello de motu animalium dixit, Quandoque compreſſum, aliquando dilatatum. & in hoc 130. Ignis omnibus communis; quia nullum eſt ſentiens extra calorem. & in reſpiratione dixit, quòd anima exercet opera ſua calido. quare, cum in corde talis reſideat ſpiritus; & omnibus ſubminiſtret vitæ operibus, & intus ſit; potuit omnium dici inſtrumentum. at organum tactus non propter hoc eſt, quod quæritur: tum etiam, quia organum tactus debet eſſe temperatum; ſi qualitates tactiles recipere debet at ſpiritus talis calidiſsimus eſt. ſecunda eſt, quæ attribuitur Alexād. quòd. ſ. tale organum ſit caro;

uel aliquid carni proportione reſpondens. Huic uidetur fauere Ariſtoteles ſecundo de partibus, capite primo, quinto, octauo. & primo de hiſtoria animalium, cap. quarto. Medicorum quidam limitabant hoc dicentes, quòd caro ſubcutanea, neruis temperata organum eſt; cutis verò medium. Hanc autem fundamentum Ariſtotelis demolitur; quia remota cuti, ſi tangibile tunc appoſitum ſit carni, ſentietur: non ergo caro illa organum erit. Præterea Philoſophus ſenſorium dixit eſſe circa cor. & ſecundo de partibus, capite decimo dixit; Neque caro, neque huiuſmodi pars aliqua organum tactus eſt; ſed quid intimum. Tertia in ordine eſt, quòd organum tactus eſt cor. & fuit ſententia Simplicij, & Themiſtij. At opinioni huic videtur oppoſitum, quod dicit Philoſophus, primo de hiſtoria, cap. tertio. Senſus vnus tactus communis eſt omnibus animalibus: quapropter pars talis nomine vacat. & in eodem, capit. quarto; Senſus tactus eſt in parte ſimilari: at cor ſimilare non eſt: nominatum tamen eſt. præterea 117. inquit; De ſenſorio tactus, quod ſcilicet, potentia, eſt qualitates primę: at cor ipſum omnium partium calidiſsimum eſt. præterea, in qua parte animalis eſt potentia viſiua; in eadem eſt potentia tactiua: ergo, vt ibi eſt organum viſus; pariter & ibi organum tactus eſſe debet. Quarta fuit, quòd neruus eſt, quod intus eſt, & tactus organum. & fuit opinio hæc aſcripta Auerro. & Alberto. Auerroes tamen, quid voluerit; non ſatis conſpicuum legitur; quandoquidem in de ſenſu, & ſenſili teneat, quòd caro ſit organum tactus; & ſecundo colliget, capit. tertio, octauo. quòd caro temperata neruis, ſit organum. Videtur itaque dubius ita, vt teſtimonio Hiſpani inconcordabilis eſſe uideatur. Hanc autem opinionem penitus deſtruit Ariſtotelis ſententia primo de anima, 79. cum dicat; Quæcunque terrea ſimpliciter ſunt, non ſentiunt, vt oſſa, pili, & nerui. præterea neruus eſt ſummè frigidus, & ſiccus; quare remotus valde à temperamento: non poteſt itaque dici organum tactus. Vltima opinio fuit; quòd caro neruoſa ſit in tactu organum: & fuit ſententia Auicennæ ſexto naturalium de anima, ſecunda parte, capite tertio. & uidetur ſententia Galeni tertio artis paruæ 54. cum dicat neruos, & chordas maximè ſentire. At non uidetur opinio hæc ſtare cum Ariſtotele, ſi quidem dicat ſecundo de partibus, capite primo. quòd omnis ſenſus conſiſtit in parte ſimilari: non itaque erit compoſitum ex carne, & neruo. præterea dens ſentit; & ibi caro non eſt. Pro determinatione huius dubij, tria faciemus: primùm determinabimus; ſecundò concordabimus; tertiò ſoluemus in oppoſitum dubia. Pro primo ſit notandum, quòd Arabes, ut notauit Albertus, cognouerunt tactum non eſſe potentiam quandam ſenſitiuam particularem; ſed eſt forma, per quam aliæ potentiæ ſunt: nam animal, per tactum animal eſt; & reperitur in quacunque alia potentia propria ſenſus: & ideo tactus in uniuerſo animali operatur; ſicuti forma in uniuerſa materia: oportebat enim, ut notat Alexander, quæ perfectiora ſunt animalium; quę ſibi præſentia occurrunt, diſcernere, nocua, ſcilicet, & innocua: facit etenim maximè ad ſalutem animalis; cum obiecta tactus illa ſint, ex quibus conſtent animalia. Sint modò tres concluſiones, ueritatem determinantes. quarum prima; Organum tactus adæquatum, eſt id uniuerſum animalis, quod ſimilare eſt; informatum ſenſitiua anima: ſecunda concluſio; Quælibet pars huius totalis organi in animali, eſt organum tactus ſecundùm partem, & inadæquatum: tertia concluſio; Organum primum in tactu, primum ſimilare eſt, tali informatum anima: Prima concluſio confirmatur Ariſtotelis dictis, ſecundo de partibus capite primo; & primo de hiſtoria animalium, capite quarto; uoluit organum tactus eſſe ſimilare; ut tamen anima informatum ſenſitiua deducitur; quia ſenſatio eſt paſsio coniuncti: ab hac non recederet Galenus, cum uoluerit neruum ſentire, dentem quoque ſentire. & ob id non erit inter eos differentia in maiori, ſed in minori: tametſi primo de uſu partium dixerit tactus organum neruoſam carnem eſſe, ſimiliter Auicennæ, ut dictum eſt. nam Ariſtoteles omnino negat ſenſum neruis, atque oſsibus. quòd, ſi dens ſentiat; id erit ratione carnis, dentem ambientis; in qua eſt dolor: nam non alia ratione negauit ſenſum plantis; niſi, quia intemperatæ: at magis oſſa intemperata ſunt; pariter neque ſepum, neque pinguedo, organum tactus eſſe dicitur, ut colligitur ex ſecundo de partibus, capite quinto, & decimo. non itaque neruus ſentiet apud Ariſtotelem primo animæ 79. & ſecundo de partibus, capite decimo. tale itaque organum totale in tactu, informatum ſenſitiua anima, caro erit; quia nullum tale in animali reperitur præter carnem, quod ſentiat: & nulla eſt pars carnis, quæ non ſentiat: ergo, &c. & per hanc habentur notæ & duæ ſequentes; altera, quòd inadæquatum organum eſt quælibet pars carnis ſentiens ſeorſum accepta; reliqua, quòd caro cordis ſit primum organum; in quo talis ſit ſenſatio: nam cor eſt principium animæ altricis, & ſenſitiuæ, Philoſophus in libello de iuuentute, & ſenectute. Cor principium naturæ, ſecundo de generatione animalium capite quarto. cor itaque eſt organum primum. non intelligendum autem eſt, primum, quo modo dixit Philoſophus eſſe principium omnium ſecundo de generatione animalium, capite quarto; ſed proprio quodam modo, tactus; quatenus caro eius, eiuſdem ſpeciei eſt cum alia carne: quare caro erit organum uniuerſum. quòd uerò ſit temperata neruis; hoc accidens carni eſt, ut talis: nam Auerro. in Paraphraſi cap. ſecundo inquit, quod fortè reperitur animal aliquod, in quo non eſt cerebrum, nec quidquam proportione reſpondens, neque neruus, neq; quid proportionatum; & tamen ſentit. Secundum propoſitum eſt concordare dicta Philoſophi, ut ueritas hęc firmetur magis. duo itaque uidenda: ſuppoſito

in primis

in primis, quòd Ariſtoteles loquatur de primo, ac vero ſenſorio tactûs: alterum eſt, quòd ſit quid intimum: reliquum verò, quòd illud intimum, ſit caro cordis, quæ propriè non dicetur cor; cum illud membrum officiale, atque organicum ſit; ſed, quòd iuxta ipſum eſt; vt ſe determinat in libello de ſenſu, & ſenſili, cordis ſcilicet caro. primum itaque determinauit Philoſophus 107. in quo mouet quæſtionem. vtrum ſenſitiuum tangibilis ſit caro, & in alijs proportionale, aut aliud, quod intus eſt. & 109. remouet ſolutionem. Poſſet quis dicere, quòd caro eſt organum tactus; quia appoſita carni ſentimus. inquit, ob id carnem non eſſe organum; quia etiamſi apponatur pelliculæ, ſenſus fiet, & hic 116. ſoluit, cum dicat; Senſitiuum autem tangibile eſt, quod intus eſt. & probat; Quia appoſita ſenſui, non ſentimus. caro itaque medium eſt, non organum. quòd verò tale, quod intus, ſit cor, ſiue magis caro cordis, dixit in libello de ſenſu, & ſenſili; Senſorium tactus, & guſtus iuxta cor. & in libello de ſomno; Principium ſentiendi in ſanguineis pars illa eſt, quæ circa cor. & de iuuentute, & ſenectute dixit tactum, & guſtum præcipuè, vt ad primum ſenſorium, ad cor tendere. deinde primo de hiſtoria 3.4. dixit; Tactus communis omnibus animalibus: quare ea pars, in qua eſt vis ſentiendi, nomine vacat. addens; Quibuſdam, eadem; aliquibus verò, proportionale. & diſiunctiuè addens, Aut caro, aut aliquid talium. & eſt pars ſanguinea: talis cor erit; quia concludit partem iſtam eſſe; in qua tria illa principia, ſen. nutri. aug. & ſecundo de part. capite 5. dixit; Sanguis non habet vim ſentiendi; caro autem habet. dixit, quod caro ſentit. non tamen determinauit ipſam, organum. & capite octauo, diſiunctiuè. pro ſecunda parte verificatur conformis 116. quòd ita ſe habet caro, & lingua ad tactum, & guſtum; vt aer, & aqua ad alios. ſic itaque intelligendum eſt carnem eſſe medium coniunctum organo. & diſiunctiuè loquutus eſt, duplex innuens in tactu organum, vniuerſum ſcilicet, & primum: quod ſecundum expoſitionem Themiſtij clarè depoſuit 115. quòd, ſcilicet, medium tactus ſimul ſentit cum organo, de quo ſecundo de partibus capite decimo dixit; Organum tactus bipartitum non eſt; quia organum eius intimum eſt. Auerr. inter exponentes tametſi varius in hac materia eſſe videatur; ita vt ab Hiſpano haudquaquam concordari poſsit; poterit tamen reduci & ipſe ad hanc veritatem. uidetur in de ſenſu, & ſenſili tenere, quod caro ſit organum; ſecundo collig. 8. 13. quòd caro neruoſa; hic verò, quòd neruus. At dicam pro Auerroe cum Auerroe, ſecundo de part. capit. de carne; quòd caro eſt inſtrumentum tactus, & non neruus, contra Galenum, & duo adducit media: tum, quia paſsim caro ſentit; non tamen per vniuerſam carnem neruus eſt: ſecundò neruus eſt frigidus, & ſiccus; maximè ideo intemperatus ad ſenſationem tactus: pro qua requiritur corpus homogeneum maximè temperatum in qualitatibus primis. addit prætera; Quia, ſi non reperitur neruus in cunctis animalibus, vt de ſpongia videtur; neruus tunc erit melioris notæ gratia. Sic etiam dicere potuit carnem neruoſam, inſtrumentum eſſe. Præterea addit reperiri in animali commune membrum; in quo eſt vis ſentiendi prima: & inquit cor eſſe. addens; Et ideo fuit carnoſum; quia eſt principium ſenſus: ex eo verò, quod eſt principium actionis communis toti animali; oportet ipſum eſſe organicum. & infra addit; Patet quoque cor eſſe carnoſum; cum ſit principium ſenſus tactus. Ex quibus verbis clariſsimè patet, dari duo inſtrumenta in ſenſu tactus, vt dictum eſt. Auicennas quoque videtur eadem ratione, qua Auerroes, carnem neruoſam, non autem neruum eſſe inſtrumentum tactus. tetigit deinde primum; cum dicat 6. naturalium capit. tertio ſecundæ partis; Si verò principium fuerit; in illa erit ſentiens per ſe ipſam; quamuis ſit caro ſicuti eſt cor. Græci quoque eandem ſententiam voluerunt. Simplicius, Themiſtius, & clariùs doctius que hoc Alexander, cum dicat; Neque dicendum in carne eſſe nim ſenſitiuam, neque medium, vt in alijs aer, & aqua; ſed ſenſorium ſimile oculo in viſu, differenter tamen ab eo; quia hoc proprium habet, quòd tacta ſentit; quia qualitates recipit reales: ſed intus eſt corpus, in quo eſt ſenſitiua uis, idem ſubiecto in omnibus exiſtens ſenſibus; ita vt motione facta in carne, ſicut in oculo; in illo denique perficiatur ſenſatio. dixit & Philoponus hic carnem eſſe, & medium, & ſenſorium. Reliquum modò eſt, pro tertia parte, vt argumentis ſatisfaciamus: & primò, quòd caro non poſsit dici aliquo modo ſenſorium; quia tacta ſentit: nec valet; ſi hoc attribueretur cuti; quia & illa remota, adhuc ſentit caro. Dicendum, quòd requiritur in tactu medium, reſpectu primi ſenſitiui, quod intrinſecum eſt. qua ratione ab alijs medijs differt aliorum ſenſuum; & ob id dicitur, & organum, & medium. Ad illud de temperamento organi, quod requiritur; dicendum, quòd eſſe denudatum à qualitatibus, contingit duobus modis, uel omnino, vel ab excellentijs earum tantum: primo modo, non; quia eſt pars animalis: at bene ſecundo modo. Ad argumentum dicendum; Quamuis in corde ſit maxima caloris copia; temperatum tamen per cerebrum, redditur tale; vt in eo uita conſeruari poſsit, quæ cum excellentijs tactilium nõ ſtatet: & præſertim temperata eſt caro cordis. & hęc ſint dicta à nobis in præſentia: & Maieſtas diuina Laudata.

Tametſi eſt damnauerit Tho. vt quõ ſuſpicatur organum tactus non tetigerit, cum debuiſſet determinare tactus pprium ſenſorium, ſicut viſus oculum, & nõ dare inſtrumentum omnibus commune; nõ recte, vt opinor in Alexan. Them. quandoquidem Alex. organum ſenſus communis, ſimul & organum tactus tetigiſſe videtur; cum Ariſt. in de ſomno, & vigilia dicat, Sẽſus cõis cum tactu eſt.

Tangibiles quidem. Auer. text. non introducit. Sueſſanus carpit in hoc, Themiſtium, & S. Tho. cum dixerint Philoſophum uelle in hoc oſtẽdere ſenſorium tactus, eſſe corpulentum. At meo quidẽ iudicio, non rectè accepit expoſitores iſtos: & primò S. Thom. nihil de corpulento; Sed dicit intentionem eſſe agere de organo tactus: & doctè quidem tetigit finem intentionis; quia primò agit de tactilibus qualitatibus: &, per illas determinatas, determinat, quale organum eſſe debet in T.c. 117

 tactu.

tactu. Themiſtius & ipſe ait, ſenſorium eſſe corpulentum, à qualitatibus, quæ corpulentę ſunt; non tamẽ pro principali, ſed pro excerpto ab his, vt obiectum ſunt; & ab illo, vt ſenſorium tale. Text. duas habet partes; in prima ponit obiectum, & declarat; in ſecunda organum, quale eſſe debet. inquit in prima, quòd qualitates tactiles, ſunt differentiæ corporis in eo, quòd corpus. dictio illa, verè, eſt reduplicatiua, quæ infert vniuerſalem, ideſt reperiuntur in omnibus corporibus: nullum enim corpus eſt, quod iſtas effugiat. limitauit autem Simplicius; Non omnia abſolutè intelligenda ſunt corpora; ſed elementa, & in quibus elementa ſunt. quod accepit Auerr. dum dixit corporibus generabilibus, & corruptibilibus. determinauit etiam ſeipſum Ariſtoteles declarans qualitates illas, calid. frigid. humid. & ſicc. de quibus dixit in libris de elementis, ſcilicet de generatione, & interitu: à quibus cœlum, corpus quintum, abſoluitur, notauit Simplicius hoc vnum genus qualitatum tetigiſſe: nam enumeratæ ſunt plures qualitates tactiles, præter has, aſperum, læue, durum, & molle, graue, & leue: at vt rectè Philoponus, qualitates dictæ communiſſimæ ſunt; & ad quas aliæ reducuntur; & hoc fortè, vt poſito vno obiecti genere, haberetur facilè etiam vnitas ſenſus. Reprehendit hic Auerroem Hiſpanus; qui dixerit graue, & leue ad has communiſſimas reduci qualitates; inquiens, quòd grauitas, & leuitas priùs competunt elementis, quàm qualitates primæ; non tamen prioritate temporis; ſed prioritate naturæ; quia ſunt formæ ſubſtantiales ipſorum, vt credidit Alexander, quia dixit, quòd primæ hæ ſunt per ſe tangibiles: quòd, ſi alia tangibilia dicantur; meritò iſtarum dicuntur. At, pace eius, dixerim; hoc non dixit Alexander, quandoquidem in hoc loco præcipuè dicat; Primæ qualitates, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas. addens; His determinantur prima corpora; & aliæ oppoſitiones tactiles in primas iſtas reducuntur. & Philoponus hic ſimiliter Alexandro inquit; Leue, & graue, qualitates tactiles ſunt; & ad dictas reducuntur, & Auicennas hic 6. naturalium dicit; Primæ iſtæ ſunt ſecundùm ſe tactiles; & non per alias. Senſitiuum autem. In hac parte agit de organo, cum dixiſſet de obiecto; inquiens, quòd eſt potentia tale, quale eſt obiectum actu. declarat Auerroes, ideſt, quod eſt aptum perfici per has differentias: nam ſecundùm ſpeciem cognoſcibilis ſemper fit actu cognitum. utrum verò hæ differentiæ, quas corporum conſtitutiuas eſſe dixit Philoponus, ſint in elementis differentiæ de genere ſubſtantiæ, corpora illa conſtituentes, vt videntur quidam velle, malè intelligentes Philoſophum; non eſt præſentis ſpeculationis: hoc tamen vnum non ſilebo, quòd dixit eſſe differentias corporum, vt corpora ſunt, naturalia ſcilicet, non mathematica, quæ cum motu, ac qualitatibus ſenſibilibus reperiuntur; quare competunt corporibus omnibus per naturam communem: non erunt itaque formę tales. & de hoc ſatis.

Sentire enim in quodam pati eſt. Auer. ſimiliter Græcis text. introducit: nam, cum in fine text. dixerit ſenſitiuum tale potentia eſſe, quale ſenſibile actu; intendit modò hoc declarare. Tex. in duas diuiditur particulas: in altera concludit; in reliqua ponit corollarium: inquit in prima; Sẽtire eſt quoddam pati. cum enim ſenſitiuum non ſit per ſe ipſum ſentire ſufficiens; eget aliquo, à quo moueatur; quare tale mouens, quod ſcilicet obiectum eſt, actu eſſe debet tale; ſenſitiuum verò potentia, cum debeat moueri, & potentia tale, quale actu eſt ipſum mouens: cum verò ab illo paſſum ſit, redditur tunc actu tale, quale fuerat ſenſibile mouens, propter factam ab eo in ſenſorio, vt inquit Simplicius, ſpeciei ſimilitudinem. & addit; Vis autem iudicatiua, & perfecta ſpeciei conſtitutio, & firmitas, intus, & ſecundùm rationem ſenſibilium ſubſtantialis. Vnde Ponit corollarium, & ratione confirmat: pendet autem ab hoc; quia ſenſorium corpus naturale miſtum eſt; quare in eo hæ reperiuntur qualitates; non tamen extremæ; quia in miſto; refractæ itaque, & mediæ; beneficio iſtarum, & ipſum ſenſibile eſt: non patitur autem à ſimilibus in gradu per rationem; quia & ipſum tale actu eſt; quod, ſi paſſibile; tunc potentia tale eſſe deberet; æqualiter itaque calida, aut frigida, non ſentimus, ſed qualitates redundantes; quia reſpectu illarum organum medium erit potentia tale: nam iudicium ferens ſenſitiua virtus in medio ſuæ, quam ſentit, oppoſitionis conſtituitur: nam mediocritas illa, vel reſpectu organi intelligenda; vel reſpectu ſubſtantiæ ſenſitiuæ, quę illi ſubijcitur craſſo, vt notat Simplicius; & non ſolùm æquè calidum non ſentit ſenſorium, quod intus eſt; ſed neque caro media, vt benè Themiſtius. notauit ſubinde Themiſtius mediocritatem illam non pariter intelligendam eſſe, atque illam dixerit Philoſophus, ſecundo ethicorum de virtutibus, vt liberalitas eſt inter prodigalitatem, & auaritiam: nam per æquè diſtare ab vtroque extremo vitio, media dicitur: hic uero, quia vtrumque extremum potentia continet. T.c.118

Dubitatur, vtrum æquè calidi, ſenſatio fiat: & videtur, quòd ſic per locum à ſimili: nam oculus oculum ſibi ſimilem cernit; necnon, & eandem alterius oculi quantitatem, & figuram recipit: ergo & tactus à ſimili poterit obiecto immutari. Confirmatur; quia, ſi obiectum realiter ageret in ſenſum; dictum Philoſophi eſſet verum: at immutatio ſenſitiua, eſt immutatio ſpiritalis; quare recipere poteſt ſimile. probatur per caſum; ſi ſint duo vitra omnino ſimilia, & ordine ponantur; certum eſt, quòd alterum per reliquum videtur; & non poteſt negari, quòd alterum in reliquum illud ſpiritaliter agat: cum itaque in virtute tactiua actio ſpiritalis fiat; proculdubio ſequitur poſſe à ſimili immutari. Pro reſolutione huius dicti duo ſunt notanda: alterũ, ꝙ datur in ſenſibus latitudo quo ad eſſe materiale; & ſpiritale. ſunt illorum aliqui, qui omnino ſpiritales

ritales non ſunt; ſed partim etiam reales, vt auditus, & olfactus. obiectum ſiquidem multiplicatur realiter in medio; in ſenſu verò, ſpiritaliter, vt ſatis de illis dictum eſt. eſt vnus, qui ſpiritalis ſolùm eſt, & reſpectu medii, & reſpectu organi; vt reſpectu viſibilis, viſus, ſunt & qui materiales oino ſunt, vt guſtus, & tactus; quippè qui realiter immutātur priùs; mox ſpiritaliter: quare, & ſecundò notatur ex ſententia Auic. 6. naturalium cap. 3. de anima, quòd nō fit immutatio ſpiritalis in tactu, niſi præcedat realis. cum dicat; Calidum enim, quandiu non caleſecerit, non ſentietur: erunt itaque ad ſenſationem tactus, duæ immutationes neceſſariæ: principalis eſt ſpiritalis, ſenſationis cauſa; realis uerò eſt tanquam cauſa, ſine qua non. poteſt hoc & per dicta Philoſophi uerificari; cum dixerit in aliis tribus ſenſationem fieri poſſe à remotis, & per aliquam diſtantiam; in tactu verò non, niſi tāgendo: cum itaque, ſi fieri debeat immutatio ſpiritalis, neceſſariò præcedat realis; ſequitur immutationem ab obiecto ſimili in tactu fieri non poſſe. quare negata ſimilitudine ruunt argumenta. At diceret adhuc aliquis; cum æqualiter calidū nunquam poſsit in ſenſu fieri; nunquam etiam poterit intelligi: deficiēte ſenſu, deficit & illius ſciētia: primo poſt. & tunc intellectus non erit poſsibilis omnia fieri: cuius dixit Philoſophus oppoſitū, 3. aīę 5. 17. Dicēdū, ꝙ ſenſus ſentit redundans; uel id, quod deficit, illius obiecti: quare ſat eſt ītellectui, ut diſcurrat ꝑ apprehēſum, ut octauo & cognoſcat, quæ in illo continentur. & de hoc ſatis.

T.c.119 Et oportet, ſicut. A ſimili quoque, quod dictum eſt de mediocritate tactus, affirmat: nam, ſicut alii ſenſus, ſi ſua debent recipere obiecta, & iudicare; neceſſe eſt, ꝙ ab eis denudati ſint, ut uiſus ab albo, & nigro; & auditus, à ſono acuto, & graui; ſic & tactus, ſi recipere debet redundantes qualitates tactiles, operæprecium eſt, ut ab illis denudatus ſit. conuenit itaque inter omnes ſenſus, ꝙ, ſ. tales potentia ſint; qualia eorum obiecta ſint actu; differenter tamen ſe habent; quia alii tres ſic ſunt à ſuis obiectis nudi, ut nullo prorſus modo, obiecti particulam teneant, & denudati à toto genere, ut ait S. Thom. Viſus omnino à colore, non ſolùm ab albo, & nigro; tactus uerò non à toto genere. tactus enim, tametſi ſine exceſsibus ſit; medias tamen ſecum tenet qualitates; quia ſenſorium illius primum corpus naturale eſt; ergo per qualitates: ſunt etenim illæ, quibus corpora, ut corpora ſunt, eſſe dicuntur: patitur autem ab extremis ſenſorium illud, quatenus alteri extremorum cōparatum gerit alterius oppoſiti uicem, ut tepidū reſpectu intenſè calidi, frigidum eſt. Ex hoc textu notat Auer. ꝙ mediocritas, quæ eſt in ſenſorio huius ſenſus, eadē ēt intelligitur in medio illius; quare ſic & caro, cū tēperata ſit, mediū erit; & non vt plures voluerunt, ſ. carnem eſſe ſenſorium: quia qualitatibus temperata eſt. & exponunt Moderni ly, plures, vt Auicennas fuit, & Alexander: quod, ſi intelligat Auer. tunc de Alexandro rectè dictū nō erit; ſiquidem Alexander ita voluit carnem ſenſorium eſſe; quod etiam medium diceretur; quid quid ſit de Auicenna.

T.c.120 Amplius autem. Introducens, & rectè, Auer. inquit; Cum dixerit de tactu, de natura tangibiliū & quomodo tactus fiat, & per quod; in præſentia ponit quoddam, quod omnibus ſenſibus commune eſt, ſcilicet, quòd ſenſus apprehendit obiectū, & ſui obiecti priuationem. In textu duæ ſunt particulæ: in prima, quod dictum eſt: in ſecunda diſtinguit intangibile. dicit in prima à ſimili; Sicut viſus, eſt viſibilis, & inuiſibilis, & reliqui; ſic, & tactus tangibilis, & intangibilis. poſuit Auer. in cōmento ly, Quoquo modo, fortè ob duas cauſas; altera; quia priuatio ipſa non cauſat ſpeciem; reliqua; quia ad apprehenſionem priuationis nō ſolùm concurrit exterior ſenſus, ſed interior: & ideo dixit, quòd non eodem modo comprehendit habitum, & priuationem. notauit & Philoponus nō eſſe omnino ſimile, quod dictum eſt de viſu, & de tactu: nam in viſu, & auditu eſt vera priuatio, vt tenebræ, & ſilentium; at in tactu non vera; ſiquidem nullum ſit naturale corpus, quod illis qualitatib. careat omnino. Intangibile. Diſtinguit, & duo intangibilis ſignificata ponit: alterum, quod vix; alterum, quod nimis: primum, vt aer, in quo animalia naturaliter locantur; cuius qualitas vix percipitur; cum ferè ſimilis locato ſit: reliquum verò, ut ignis, & glacies; quippè quæ ob eorum intenſionem corrumpunt.

T.c.121 Secundum vnumquenque. In præſenti parte intendit agere de omni ſenſu, vt inquit Auer. & ponit idem, quod dictum, S. Thom. quòd, ſ. intentio ſit in præſenti parte agere de ſenſu, ſcilicet in eo, ꝙ ſēſus; ꝙ eſt de omni ſenſu. cui videtur aſtipulari & dictum Alexandri: qui ponit ſenſationū iudicium in ſenſu communi: ad quem demum per proprios demandantur ſpecies; & ſic redditur vnus, & plures, vt ſuo dicetur loco; & rectè dictum, quoad finalem huius partis intentionem; in qua eſt agere de ſenſu communi, ſiue de ſenſu, vt ſenſus. At reſpicientes alii exponentes ad huius textus intentionem propriam, inquiūt intentionem eſſe agere de his, quæ omnibus ſunt cōmunia ſenſibus: Simplicius verò breuibus vtranque compoſuit, cū dicat; Speculatus de ſingulo ſenſu, quæ propria ſunt, communem de omni reaſſumit ſermonem, aſsignans, quod determinabit ſenſum, ut ſenſus eſt: hoc autem commune, quale ſit, determinat magis Philoponus, cum dicat; Senſus quilibet cum patiatur ab obiecto ſenſibili, vt potentia eſt, ab eo, vt actu, fit deniq; tale, quale ipſum eſt, actu. Hoc in ſingulo determinauit Ariſt. ſed quomodo hoc fiat, ibi non, ſed in hac parte declarat. Moderni dubitant, cum hic de communibus uideatur nō ſeruaſſe ordinem; quādoquidem communia ſemper præcedere debent. Hoc autem admittendum eſt, quando communia ſunt, vt confuſa quædam, & indiſtincta; determinanda poſtea magis per propria: at, ſi communia fuerint talia, vt eorum notitia dependeat à propriis, vt ſunt, quæ conſequuntur propria, in notitia diſtincta; ſermonem de propriis ſequi debent. Textus diuiditur in duas particulas: primò colligit, quæ dicta ſunt: ſecundò vnā

ponit

ponit concluſionem. in prima, vt continuet magis inquit; Secundum vnumquenque ſenſum dictum eſt typo, figuraliter ſcilicet: quia de ſenſu, & ſenſili determinatè diceret magis: nunc autem vniuerſaliter de omni agendum. Quòd autem ſenſus. Ponit concluſionem: & à ſimili exemplo declarat inquit, ꝙ ſenſus ſuſceptiuus eſt ſpecierum ſenſibiliũ ſine materia. declarat Auerro. ducens ad inconueniens. ratio ſtat in hoc; Recipit ſenſus ſine materia; quia ſenſus cognoſcit, & iudicat: impeditur verò iudicium, & cognitio per materiam. deducit; Si eas cum materia reciperet; idem haberent eſſe in anima, & extra animam: quare, ut reales ſunt, & materiales, haberẽt eſſe cognitũ; quod incõuenit. videtur autem hoc commune eſſe etiam his, quæ in materia ſunt; vt ſine materia recipiant, vt bene dicitur; quòd agens agit per ſuam formam, & non per ſuam materiam: quare patiens omne, recipit ſine materia. Reſpondet ad hoc S. Thom. ꝙ, tametſi commune ſit cuicunque patienti. vt ab agente formam recipiat: differentia tamen eſt in modo recipiendi; nam agentia, & recipientia naturalia habent diſpoſitiones materiales, quibus ſuam illam retinent formam; atque in illis communicant: quare non fit in illis receptio ſine materia; & ſi illa numero non ſit in patiente, quæ in agente eſt: dicitur tamen eadem; quia eſt ſecundùm diſpoſitiones ſimiles: cum verò in patiente recipiatur forma, quę in agente eſt; non tamen cum illis diſpoſitionibus; tunc dicitur recepta eſſe ſine materia; quia ſola forma in recipiẽte reperitur; quomodo dicitur eſſe in ſenſu. approbat hoc Themiſtii, & Philoponi dictum; notantes naturale agens ſecundum ſe totum agere in paſſum, vt ignis ſecundùm ſe totum agit: & quamuis dicatur forma agere; eſt illa, vt agendi ratio; ipſe tamen totus agit; vt caliditas, quę realis eſt, agit in carnem; quia totum calidum agit; non tamen à prima virtute ſenſitiua, de qua in præſenti textu ſermo eſt; ſic realiter recipitur; neque in illam ſic realiter agit: ſed caliditatis, ſiue calidi, ſola forma eſt, quæ in ſenſum agit: & ſola recipitur, quæ & cognoſcitur, & de illa fit iudicium. exemplo manifeſtat per veſtigium impreſſum in cera; recipit ſiquidem cera veſtigium, ſiue imaginem ab anulo aureo, ſiue ferreo; non tamen aurum ipſum, ſiue ferrum recipit. At fortè diceret iuuenis; Exemplum non videtur ad propoſitum: nam figura illa, quæ in cera recepta eſt, realis èſt, & materialis; & eſt de quarta ſpecie qualitatis. Dicẽdum, quo ad hoc eſſe ſimile exemplum; quia figura, quæ eſt in anulo, recipitur in cera ſine materia anuli. Addit Auerro. ꝙ, ſi ſenſus pateretur à ſono, vt ſonus, aut à colore, vt color; contingeret, quod eſſet color, aut ſonus; quia denominatio fit à forma ultimò ſecũdũ proprias ſuas diſpõnes inducta in materia: at in ſenſu nõ recipitur, vt color, ſed coloris in repræſentatiuum. At contra adhuc arguitur, & difficilius: nam ſenſus ſpeciem illius obiecti, ſiue repræſentatiuum recipiens, informatur tali ſpecie: ſequitur ergo, ꝙ ab ea, quamuis ſit ſpiritalis, denominari debeat. Dicẽdum ad hoc, ex præcepto Themiſtii, quòd ſenſus non concurrit, vt materia ſenſibilium; ſed eſt, quod frequenter diximus, & dicemus; ſuſcipit formam ſolum; & in iudicium terminatur; materia verò non iudicat. At longè diuiniùs declarauit hoc Simplicius, vt in quæſtione dicemus. conuenit itaque omni ſenſui recipere ſine materia propria, ſpecies; materia tamen præſente.

Dubitatur vtrum ſenſus ſit receptiuus ſpecierũ ſine materia. & arguo, ꝙ non, argumento Io. Gandau. Si ſic; aut ſenſus reciperet ſenſationẽ mediãte ſpecie ſenſibili; quia receptiuũ duorũ diuerſorũ, ſi recipit vtrunque, recipit vnum, altero mediante vt palam eſt: aut ſenſationem non recipit. hoc impoſsibile eſt; quia non recipitur ſenſatio, niſi in ſenſu, nec primum, ad miſſo nunc; ꝙ ſenſatio, & ſpecies ſenſibilis differant: quia, ſi mediãte ſpecie, ſequeretur, quòd ſpecies ipſa non eſſet principium per ſe actiuum, & receptiuum reſpectu eiuſdem actus. In oppoſitum eſt, quod dicit hic Ariſt. In hac difficultate tria ſunt conſideranda; primũ, quid ſit recipere ſpeciem ſine materia; ſecundũ, quomodo conueniat ſenſui; tertium, an hoc ſit ita ſenſui commune, vt ſibi vniuerſaliter inſit, & primò. Pro declaratione primi varia ab expoſitoribus dicuntur. primo modo videtur hunc ſenſum habere, ſcilicet, ꝙ paſſum recipit, abſque quo materiã agentis recipiat. Hoc autem eſſe non poteſt; quãdoquidem & hoc omnibus aliis paſsis commune ſit. ſecundus modus dicendi eſt, ꝙ paſſum non recipit modo materiali: hoc autem nõ eſt; quia ſenſus non abſtrahit à conditionibus materiæ; cum recipiat cum hic, & nunc: ergo cum materia recipit: tertius; quia ſcilicet, recipit in inſtanti. & hoc non; quia ſic immaterialiter reciperetur lumẽ in medio. eſt & quartus modus dictus à ſancto Thoma; quòd ſcilicet, alia diſpoſitio ſit in ſenſu patiente, reſpectu ſpeciei; quàm ſit in obiecto ſenſibili, reſpectu formæ. Hanc verò damnat Sueſſanus, inſtãs, ꝙ ſequeretur. vt materia formã aliquã à ſtellis recipiens, reciperet ſine materia; quia nũquã diſpoſitio materialis, ſimilis eſt ſtellarum diſpoſitionibus. poſuit poſtea & ipſe ſuam cum Simplicio, & Themiſtio, inquiens, quodlibet ſenſorium dupliciter capi poſſe; altero modo, ut ſubiectum, & materia ſenſibilium eſt; altero modo, vt illorum eſt iudicium: primo modo ſenſorium recipit ſpeciem cum materia, i. materiali diſpoſitione: oculus. n. quia miſtus eſt; & coloratus eſſe dicitur, & ſic colori comparatur. ut ſubiectum: ut uerò iudicium ſenſibilium; ſic recipit ſpeciem, nulla prorſus diſpoſitione præuia. At doctor iſte in magno extitit errore, ni fallor; tum cõtra Thom. tũ pro Græcis. primùm, quia non dixit Thomas, ꝙ ſẽſoriũ debeat diſponi diuerſa diſpõne à diſpõne agentis; nec quòd omnino pro illa ſpecie recipiẽda, requiratur aliqua ĩ ſenſorio diſpoſitio; ſed uoluit notare diuerſitatem modi recipiendi in vtroque, ſcilicet, obiectum ſic diſpoſitum in materia formam recipit: ſenſorium uerò, quia tale eſt pro ſenſatione inſtrumentum à natura, eſto, quòd ſpeciem non reciperet, ut ſpeciem ſolam, non realẽ

formam recipiet: ideo poſuit propoſitionem illam S. Thomas; Recipiens recipit, quo modo recipiens eſt. Quòd malè etiam Græcos acceperit: namque diuinè digrediens Simplicius, inquit hoc eſſe proprium ſenſui, ꝙ ab obiecto moueatur; cũ non ſit, vt aliæ eminentiores virtutes, quæ cognoſcunt, quæ per ſeipſas cognoſcunt, & à propria perficiuntur eſſentia, vt mens eſt; atque eis ita ſpeculantibus ſua deſeruiunt organa: at ſenſus, quæ vltima cognoſcitiuarum eſt, ob eius imperfectioné eget, vt ab obiecto, quod extra eſt, moueatur, ita: vt priùs fiat in ſenſorio paſsio; deinde ab ea iudicium; & ſic in ſpeciem agat, non factiuè, ſed indicatiuè; declarans, organum cum ſit ſenſitiuè viuens; habeat paſsiuum actum; quæ verò organo vtitur, ſine paſsione operetur, proportionali operatione illi, quæ in organo paſsiuà eſt; ſitque proijciens, cum quibus ſimul eſt, ſenſibilium rationes intus: at dicitur ſpecierum ſuſceptiua, & pati à colore, vel à ſono; quia ſenſorium illius eget, vt moueatur à ſpeciebus, occaſionemque inde ſumat, vt iudicatiua anima ſimul iudicet, & cognoſcat, non patiens, neque extra ſpecies recipiens. hæc omnia cum dicta ſint à Simplicio, errorem illius hominis claræ oſtendunt in vtroq; mébro de ſenſorio. in primo, quia de eo nihil dicit, vt corpus miſtum eſt, & coloratum; ſed de illo, vt à ſpeciebus ſine materia mouetur: in reliquo, quia, vt fert iudicium, nullo modo ſpeciẽ recipit. Pro declaratione huius partis ſciendum, quòd ſenſatio operatio eſt; quare, vt in aliis, ſic & in iſta, tria conſiderari debent, agens ſcilicet, & patiens, & agendi modus: primum, patiens quandoque ſibi vniuerſum paſſum aſsimilat; vt cum ſecundùm ſe totum agit; ſic ignis ex aere ignem generat: quandoque verò, ſecundùm quid; vt, cum illius forma ſola agit, & ſpeciem ſui producit in medio, & in organo: quare autem in medio ſola ſpecies, vtputa coloris, & non color, ratio eſt; quia diſpoſitus aer diuerſa diſpoſitione ab illo materiali, ſcilicet per diaphaneitatem, & lumen; ſic eſt aptus recipere, & nõ aliter. Per hęc dicta, ratio etiam habetur ab agente, vt dictum fuit, ex ſententia Græcorum, cũ, ſcilicet, totum agens non agat. reſpectu quinetiã modi habendi patet; quia per aliud eſſe reperitur in ſenſorio ſenſus; & dicitur ſpecies; per aliud verò in materia; & dicitur forma. Quo verò modo reperiatur in ſenſu, quod ſecundò modò quærebatur, per ea, quæ retro à nobis determinata ſunt, & per dicta ſuper iſto textu Simplicii, iam conſtat: nã diximus, Græcorum ſententia, ſenſorium eſſe animatum; & ſic anima eſt illi forma; & ſic à ſpecieb. mouetur totum. quas cum receperit, ſecundùm illarum ſimilitudinem, excitata virtus, quæ tũc ſenſorio vtitur, vt inſtrumento per rationes ſenſibiliũ illis ſimiles, quas virtute continet; in iudiciũ promit; & ſic cognoſcitiuè, ſiue iudicatiuè agere dicitur. ſic dictus fuit à nobis ſenſus agens. in tertio verò dicto laborat Io. Gand. quia non uidetur, quòd hoc ſit proprium ſenſui in eo, ꝙ ſenſus; quia & intellectus, & cogitatiua recipit ſpecies ſine materia. Duo ſunt conſideranda; alterum, ſecundùm mentem quorundam, qui tenere videbantur hoc prędicatum verificari de ſenſu, vt de primo vniuerſali; quia competit ſenſui, ſecundùm quòd ſenſus. Et tunc pro ſalute huius opinionis dicendum eſſet, quòd conuenit hoc primò quinque ſenſibus in eo, quòd ſenſus: ſed debet intelligi propoſitio, vt hic exponit Albertus, ſine materia, ſed non ſine præſentia materiæ; quod aliis non conuenit uirtutibus. & ſi obiiciatur de medio, ut Io. Ganda. obiicit; non eſt tamen eadem ratio; nam, tametſi in medio ſpecies ſit ſine materia, & ſecundùm hoc aſsimiletur organo; non tamen eſt receptiuũ ſpecierum medium, vt ſubiectum; ſed, vt per quod fiat tranſitus, & ratione naturæ communis, vt diaphaneitas, ſiue dioſmos, vel diiche. ꝙ, ſi velimus in eo, quòd ſenſus, includere omnes ſenſus, intrinſecos ſcilicet, & extrinſecos; dicemus adhuc prædicatũ illud verificari primò: quare excluditur intellectus: de quo, quamuis dicatur recipere ſine materia; intelligitur tamen ly, ſine materia, ſcilicet, abſtractum; quod neque materiam, neque materiæ conditiones includat, quomodo ſenſus non facit; quia nunquam à cõditionibus materiæ abſtrahit: nihil itaque cum ſenſu commune habet intellectus. At ſecundum mihi uidetur magis ad Ariſtotelem, ꝙ, ſcilicet, ly, vniuerſaliter, non intelligatur primò; ſed illud, ꝙ omnibus inſit exterioribus ſenſibus; non tamen ſolis. Ad argumentum Ioan. in principio dico, quòd ſenſus recipit ſenſationem mediante ſpecie, ſcilicet, occaſionę ſpeciei in ſenſorium agentis; & ueluti cauſa, ſine qua non; ut doctiſsimè terminauit Simplicius, etiam Platonico more.

Senſorium autem. Intentio eſt agere de primo ſenſorio ſenſus; nam, ſunt diſtincta in diſtinctis, vt oculus, auris, naſus, &c. nullum tamen horũ eſt organum ſenſus in eo, quòd ſenſus. Duo itaque facit in textu: primò ponit ſenſorium tale; ſecundò differentiam, quæ inter ipſum eſt, & virtutem; dicit in primo ſenſorium primum, in quo huiuſmodi potentia eſt: id dicit eſſe, in quo potentia ſenſitiua reperitur. notauit S. Thomas hoc Ariſtotelem dixiſſe; quia priùs poſuit ſenſum ſuſceptiuũ eſſe ſpecierum ſine materia; ne fortè quiſpiam opinaretur ſenſum ſeparatum eſſe, ut eſt intellectus; cum & intellectus ſpecies recipiat ſine materia: ideo dixit ſenſum ſenſorio idem eſſe. At puto non hac de cauſa hoc poſitum eſſe à Philoſopho; quãdoquidem in pleriſque locis pateat inter utrãque uirtutem differentia. retro etiam dixit ſenſum eſſe uirtutem materialem; cum non dubitauerit in diffinitione animæ, niſi de intellectiua; vtrum ſit actus, ut nauta naui: quare ſermo in præſentia erit de primo organo; vt ſtet in his, quæ ſenſui communia ſunt. commune autem organũ appellauit uitalem ſpiritum Simplicius cum Philopono. ex quo loco patere poteſt, de quo ſpiritu Philoponus retrò intellexerit: illo ſiquidem euecta ad oculum anima, fit niſio; ad auditum, auditio; & ſic de reliquis. concludit per hoc, ſenſoriũ cum anima idem eſſe. Pro quo notandum, ut diuinè Simplicius notat; ꝙ anima duplici munere in T.c.122

ſen-

ſenſorio fungitur: alterum eſt, quòd ſenſorium informat; &, vt ſic, dici poteſt vnum, vt indiuiduum vnum dicitur ex corpore, & anima: alterum verò; quia organo illo vtitur: & ſic etiam idem dicitur, quod ex organo, & vtente reſultat: eſſe tamen inter ſe differũt; ſcilicet ratione. Magnitudo. In hac ſecunda tangit; ſimulatque tacitam declarat differentiam: nam ſenſitiuum duas habet cauſas; materialem alteram, vt magnitudo eſt; formalem reliquam, per quam ſenſorium viuens eſſe dicitur: & eſt anima, forma, quæ magnitudo non eſt: multo etiam magis, quæ vtitur, nõ eſt magnitudo; ſed ratio, & virtus illius: & propriè dicta eſt ratio; & non forma, vt notat Simplicius; & potentia; quæ motum innuere videtur.

T.c. 123 Manifeſtum eſt ex his. Introducit Auet. tex. & rectè, per modum corollarii: quod primum patebit ex dictis. In tex. duo facit: primò ponit corollarium; ſecundò exemplo illud manifeſtat. inquit in prima parte, quòd ex hoc patet, quòd excellentia ſenſibilia ſenſum corrumpunt. Pro quo notandum cum Simplicio, quòd ſenſitiua vita, cũ cognoſcitiua ſit oppoſitarum ſpecierum; & ad ambas ſimiliter ſe habeat; mediocritas quædam ſit, neceſſe eſt; non tamen ex vtriſque conſtituta, ſed circa vtrunque operatrix; quare in organo ſimiliter ſe habente reperitur, ſuſcipiente ab vtriique ſimilitudinem: quare & ipſum erit in mediocritate quadam recipiente. ſi itaque fiat talis paſsio, vt contingit per vehementiſsimum motum in ſenſorium, deſtruitur ſenſorium, vt ſenſorium eſt: nã duas patitur ſenſorium paſsiones, vt eſt Philoponi ſententia; alteram, vt naturale corpus; alteram verò, vt ſenſorium eſt: vt corpus; à corpore patitur, ſicuti oculus ab igne; vt ſenſorium verò, ab actu ſenſibilium; non tamen ſpecierum ſpiritaliũ; quia à ſpecie coloris nullo modo ſenſorium diſſolui poteſt; ſed ab eo, quod illi vnitum eſt, reali obiecto tactili, vt à forti lumine, vtputa ſolis, in oculum demiſſo, & à forti aeris motione facta cum ſono ad aurem. quo deſtructo ſenſorio, deſtruitur etiam ratio, quæ per ſenſorium illud ſuſtinebatur: & ipſum per illam ſic in vita figurabatur, ut nõ ſit amplius ad uſum illius organum. Sicut. In hac perſuadet ab exemplo ſumpto à ſymphonia chordarum; nam in bene proportionatis chordis harmonia reperitur: at, ſi contingat, vt plus iuſto intendantur; deſtruitur repentè harmonia: &, quamuis chordæ maneant; in eis tamen ſic diſpoſitis, non percipitur harmonia. excellentiæ corruptiuæ ſunt eorum, quæ in ſymmetria quadam diſpoſita ſunt. Videtur autem ſibimet oppoſitus Ariſtoteles; quãdoquidem primo huius 55. deſtruxerit opinionẽ illorum; qui volebant animam eſſe harmoniam: & modò animam harmoniam eſſe determinat. Concordat, & rectè, Philoponus declarans, in quo exẽplum hoc fit ab anima differens; cum dicat, & rectè, ꝙ ratio illa non eſt harmonia componentiũ, ſicut in chorda illa ſymmetria reperitur: ſed rationem dico eſſe formam, quæ huic ſymmetriæ ſupereminet: ꝙ ſymmetria ſi deſtruitur; & forma illa deſtruitur: at in chordis ſymmetria harmonia eſt.

Et propter quid plantæ. Intentio eſt reddere T.c.124
cauſam alterius corollarii. Duo ſunt in textu; corollarium alterum; reliquum verò illius corollarii cauſa: in primo interrogatiuè dubitare uidetur de corollario ex dictis, ꝙ eſſet; Plantæ ob hoc non ſentiunt. firmans dubium duobus fundamentis; tum, quia plantæ habent animam. nutriuntur, augentur; tum, quia recipiunt qualitates tactiles, frigent, calent, humectantur, atque exiccantur plantæ. Cauſa. In hac duo facit: primò reddit cauſam tum ex parte materiæ; tum ex parte formæ, ut rectè Simplicius: ſecundò obiectum ſoluit. inquit in prima parte; Cauſa eſt non habere ꝑ mediotatem, per medietatem, ſenſorium intellexit, vt exponit Philoponus; & eſt fundamentum dictum in ſuperiori textu, à quo ſequitur corollarium: nam in plantis, neque uniuerſum corpus, neque illa particula corporis, in mediocritate illa tactilium qualitatũ reperitur, ſicuti in animalibus caro eſt; uel aliquid carni proportionale; ſed nutat magis ad oppoſitorum aliquod illarum corpus: terreſtres. n. ſunt plantæ; quare imbecilliores ad uiuendum, quàm animalia ſunt: non ſentiunt itaque plantæ; neque huiuſmodi principiũ habent, quo ſentire poſsint, & alterum deducitur à reliquo: nam, ſi plantæ non habent mediocritatem; non habent ſenſorium, in illa qualitatum ſymmetria: quare neque uirtutem habent, quæ reſultat ab illa ſymmetria; & eſt ſenſus. addit deinde reſponſionem ad fundamẽtum; cum dictum ſit plantas pati à qualitatibus ſenſibilibus; quòd patiuntur plantæ cum materia: non enim ut ſenſorium tactus patitur a forma, ſed cũ materia: ideſt ſecundùm propriam materiã patitur planta; quatenus alteratur, & tranſmutatur. humectatur planta introgrediente humido cum materia: idem de frigido, cum frigeſcunt, ut rectè Themiſtius: at in ſenſu, ſubiectum ſenſibilis non intus; ſed extra manet: introgreditur itaq; in plãtis humidum, uerbi gratia, cum materia, agẽs: quare plantæ non ſentiunt. Addidit & cauſam à fine Themiſtius: non enim in plantis eſt aduerſa fugere, & propria ſequi, ut in animalibus apparet: quia ſemper in eodem loco manent radicibus affixæ: quare, ſi tactum haberent; fruſtra haberent; nihil autem fruſtra facit natura: &, quamuis ſingula proprium attrahat ſuccum, non diſcernit tamẽ; ſed à natura ſic directa, operatur: neque etiam in plantis ſpiritus reperitur, qui eſt commune organum omnis ſenſus. Plato tamen in Timæo uoluit in plantis reperiri ſenſum ſuauis, & triſtis. non defuerunt etiam, qui in plantis poſuerunt tactum, & guſtum; non rationabiliter tamen: nam, tametſi à tangibilibus alterentur; non ferunt ſuper illis tamen indicium: & ideò potius à natura, quàm ab anima dirigi uidentur, ut Galen. primo de uirtut. natural.

Dubitabit autem. Auerro. in calce commenti dicti introducit textum hunc inquiens; Cum dixerit aliquòd pati à tangibilibus: quod tamen tãgibilia non ſentit; oſtendit oppoſitum in aliis ſenſibus reperiri: ꝙ eſt dubitare, utrum, quę ſenſum non habent, pati poſsint ab aliis ſenſibilibus. & ſic. T.c.135

dubi-

dubitauit Ariſto. cuius occaſio dubii, vt ex Simplicii dictis colligitur, fuit ob varios patiẽdi modos: nam tribus modis pati contingit; ſimiliter ei correſpondens agere: vel, quando ita patitur, vt recipiens ſimul alteretur paſſum; quod eſt recipere cũ materia, ſicut diximus plantas humectari; & ſic in illud, agens totum, vt compoſitum eſt, ſecundùm ſe totum agit. Secundo modo dicitur per traditionem formalis actus ab agente; quo modo dictum eſt ceram pati à ſigillo; atque etiam modo magis ſpiritali, aerem vt mediũ, beneficio qualitatis alicuius cõis à colore, vel à ſono, vel ab odore: at mediũ eſt, in quo nulla fit operatio; ſed dũtaxat eſt delatiuũ ad ſenſoriũ; in quo poſteà fit iudicium. dicitur autẽ hoc pati, in cera; quia extra capit, à quo perficitur; at, cũ proprius determinatur actus per receptionem ſpeciei obiecti extra; tunc & pati dicitur: in quo modo ſolùm paſsionis ſenſus reponitur; & dicitur paſsio ſenſitiua. Cum itaque hæc diſtinxerit Philoſoph. dubitat hac de cauſa: an poſſit & paſsio iſta fieri, in quibus ſenſus non eſt. In textu duo facit: in prima parte dubitat; in ſecunda dubium ſoluit, vt Philoponus cum Them. exponit; quamuis, ſecundùm quoſdam, rationem duntaxat ponat ad dubium. In prima dubitãs, inquit; An patiatur aliquod ab odore; quod tamẽ olfactũ non habeat; vel à colore; ꝙ videre non poteſt. Rectè expoſuit Auer. ſecũdùm quòd eſt odor, ſiue color, ſiue ſonus; quia, vt rectè animaduertit Themiſtius, à tonitruo interdum ſcinduntur arbores; parietes corruunt; non tamen inquantum ſonus; ſed quia aer, in quo ſonus eſt, cui commotus, etiã eodem ſeruato impetu, ſimul totus ferit. Exponit deinde Auer. ly, Et in aliis, quòd voluerit etiam intelligere guſtum. at infra dicet, ꝙ patitur aliquid à ſapore, quod tamen ſaporem non ſentit. & relinquit locum dubium. at Græci intelligũt dictum etiam de ſapore manifeſtum; cum dicat Themiſtius, patitur veſtis à ſalſo humore; non tamen, ut ſapidus eſt; ſed, quia totum illud corpus ſua qualitate veſtem infecit. idem & Philoponus. Si autem. In hac ponit ad dubium rationem, ut S. Thomas cum Auer. & cum Græcis, ſoluit. Dicimus nos Philoſophum dubium hoc dubitatiuè ſoluere. & unũ declarat Auer. nam, ſi intentio, per quam odor dicitur olfactibilis, ab odore non diſtinguitur, patebit quòd odor ſecundùm ſe, & per ſe erit odorabilis: quare non poterit odor comparari alteri, in quo non ſit olfactus. Fundamentum huius dicti eſt; qa per ſe includit reſpectum; relatiua verò ſunt natura ſimul: quare, ubi odor, ibi & olfactus; & contra quare ſic capietur conuertens, & conuerſa; ut, Omne, quod patitur ab odore, ſit olfaciens. & omne olfaciens patiatur ab odore: ſequitur deinde ex his cõtrapoſitionem, quòd omne illud, in quo nõ eſt olfactus; etiam ab odore non patitur. Notat deinde Auer. ſecundum Philoſophum, differentiã inter obiecta hæc, & tangibile: uoluit tangibile primò qualitatem primam eſſe; cui deinde accidat eſſe tangibile; ita vt primò, per ſeque agat, vt qualitas calida, uel frigida, in ſuppoſito, ſic per illam affecto, in paſſum ſibi conueniens; ſecũdò verò, & per accidens ſentiatur à tactu: contra uerò ſunt hæc; quandoqnidẽ odor primò agit, ut odor; & ſic per ſe agit in ſenſum odoratus; & ſic ſemper, cũ agit, ut odor, ſentitur. In textu verò nõ poſuit, niſi poſtremum conſequens, ut notat Auer. & tacuit propoſitionem illam; quòd omne, quod patitur ab, odore, eſt olfaciens. Elicit deinde Auerro. quòd hic eſt dubitatio magna. uidetur Philoſopho opinari, quòd ſenſuum quidam ſint in capitulo relationis; quidã verò in genere actionis. At cõtra dicta inſurgit dubiũ, q̃a tangibile, uiſibile, odorabile, audibile, oĩa iſta qualitates ſunt: ergo ſi qualitatib. primis accidit eſſe tãgibile; & colori accidet eſſe uiſibile; & ſono eſſe audibile; qa iſti reſpectus nõ ſunt de eſſentia qualitatũ. Preterea relatio non eſt accidens relatiuis; ſed ſibi eſt proprietas naturalis. Pro horum determinatione notandum, ꝙ qualitates omnes ſenſibiles ſunt principiũ operationum; differenter tamen; quia aliquæ ſunt tales, quæ ad proprium determinantur patiens: & ſunt ſic determinati reſpectus, vt color, odor, & ſonus: aliæ uerò ſunt non ſic determinatæ; ſed magis ſub quodam uniuerſali comprehenduntur reſpectu. & tales uoluit Auerro. comprehendi ſub genere actionis. Ad argumẽtum, Negandum eſt, ꝙ, ſicuti accidit tangibilibus reſpectus; ſic quoque accidat colori, & aliis; quia color, quatenus eſt ſuæ operationis principium, refertur determinata relatione ad ſuam potentiam uiſiuam; ideo ſibi reſpectus per ſe ineſt: at actiua qualitas prima non habet determinatum paſſum cognoſcitiuum, in quod agat: ea ratione potiùs ponitur in genere actionis; &, ſi tangibilis dicatur; hoc ſibi accidit.

Similiter autem manifeſtum eſt. Idem exemplo declarat ſimiliter dictis. Duo in textu: primò declarat, imò manifeſtat dictum: ſecundò, quæ agãt qualitates, rurſus determinat. inquit in prima parte, quòd neque lumen, neque tenebra, neque color quidque agit in res inanimatas. dixit lumẽ; quia eſt, quo uiſibile uidetur. non agunt itaque, ut talia ſunt; ſed, quia agunt cum materia: nam uidetur tonitruum ſcindere ligna; & illuminatus aer calefacere; & aer odorabilis: at nõ ut talia; ſed reſpectu admiſti: aer, n. in quo ſonus eſt, ligna ſcindit, non ſonus: pariter & aeris qualitas calida calefacit, non autem lumen; ſic odoratus aer eſt reſpectu ſecum admiſtorum uaporum odorabiliũ: ſentire enim non propriè pati dicitur; ſed in ſenſorio ſpeciem receptam eſſe ſine materia: at illa omnia cum materia agunt; non itaque, quatenus ſenſibilia ſunt. Sed tangibilia, & ſapores. In hac ponit, q̃ agunt qualitates, & ſunt tangibiles ab eis; ſiquidẽ corpora, ut corpora ſunt, patiuntur; nam ab his ſit uera paſsio, ut notat Themiſtius; quia talibus patiens, non ut ſenſorium; ſed, ut receptiua materia comparatur: ſit enim patiens propriè materia agentium. humectantur, areſcunt, calent, frigent; non tamen in iudicium terminantur, ſed in tranſmutationem: ideò poſuit illas Auerro. magis in genere actionis, quàm relationis. Dubitauit autẽ Auerro. de ſapore, utrum agat in corpora non habentia guſtum. Ariſt. ponit tangibilia, & ſapores T.c.126

agere:

agere:& confirmat hoc ratione;quia, ſi inanimata à qualitatibus non paterentur;dubium quandoque eſſet,ne inalterata manerent,& impaſsibilia; quod maximè repugnat.Idem videtur in Timęo& Plato ſentire;cum dicat ponticum ſaporem exaſperare;vnctuoſum autem lenire corpora inſenſitiua:inſuper calefaciunt corpora,ſapores,atq; infrigidant:verũ hæc agit ſapor,vt coincidit cum tactu.Sed,quod dixit Plato,videtur tenere de ſapore,vt ſapor eſt:quæ Gale.laborat exponere. Auer. tamen hoc dicit eſſe conſideratione dignum. ſoluit deinde,quantum pro negotio ſatis ſit,inquiẽs, ꝙ ſapor eſt modus tangibilis; quare,ſi agit;agit, vt,tactile quoddam eſt: quod & S.Thomas determinat;quia ſapor nunquã aget in ſenſoriũ, ut ſentiat à guſtu,niſi ſpiritaliter:nã,ſi ſapor poſſet agere realiter;maximè ageret in guſtũ:qđ cũ eſſet;ſenſorium guſtus temperaturam mutaret; quia ſapore illo afficeretur reali,ſimulatque alteraretur.At diceret aliquis;Idem ſequeretur de caliditate;ut obiectum tactile eſt;cum agat in carnem;alteraretur caro.Dicendum,quòd imò alterabitur, & calefiet.&ob hoc dixit Them.Caro,Ariſtotelis ſentẽtia,ſenſorium tactus non erit.

T.c.127 Ergo ne &c. Intentio eſt quærere,vtrum ſimiliter inanimata corpora patiantur à colore, ſono, & odore,ut à qualitatibus tangibilibus.conſequẽter oſtendit differentiam paſsionis inanimatorũ corporum ab iſtis qualitatibus. quod uoluit eſſe pro principali intentione,Auerroes.In textu duo facit:ut ẽt dubus facit ſatis dubiis. dubium eſt; utrum ſimiliter agant & tria illa ſenſibilia, nõ omne corpus paſsiuum ab odore,& ſono. Vult Philoponus,quòd reſpõſio ſit ad differentiã tactiliũ qualitatũ;à quibus corpora oĩa patiũtur; quia ab iſtis tribus duntaxat interminata patiuntur, aer ſcilicet,& aqua.& hanc fermè omnes ſecuti ſunt ſentẽtiam,& Auer.cum dicat; Sola interminata ab his patiuntur:aer ſi quidem recipit;at nõ corpora terminata, ut ſunt;quæ à tactilibus patiuntur qualitatibus. At ſolutio iſta mihi uidetur ſuſpecta;nam, uel intelligitur,quòd color agat in hęc corpora per formam ſine materia; uel cum materia: ſi primo modo, etiam qualitates primæ non agunt in omnia corpora; ſed duntaxat in medium,& ſenſorium determinatum:ſi uerò intelligitur ſecundo modo,& realiter; tunc color non modò aget in corpora interminata, ſed terminata,& fixa;paries ſi quidem ſic colorari poteſt quocunque colore,cum materia ſcilicet,& non ſolus aer:quare mihi placet magis, ꝙ elicitur ab Alberto;quòd ſcilicet ſolutio ſit in hoc; quòd non omne paſsiuum eſt ab odore,& colore, ut ſunt intentiones ſenſibiles;ſed ſupple determinata ſenſoria. Et,quia poſſet quiſpiam dicere; Aer etiam recipit colorem:ea propter, ueluti cuidam tacito faciens ſatis dubio,dicit, quòd talia corpora indeterminata ſunt;& non manent:propriũ enim inanimatorum,ut Philoponus notat, eſt in ſeipſo nõ manere;cum non habeant propriam figuram:proprium ſi quidem aeris eſt celeriter diſponi;atque receptam diſpoſitionem quàm citiſsimè abiicere, quare non uerè,& phyſicè ab illis patiuntur; ſed tranſeunt per ea ad ſenſus.Quid autem. Soluit in hac parte ſecundum dubium.cuius fundamentum erat;quòd odorare,eſt odorem recipere:quare ſequeretur,quòd aer,odorem cum recipiat,ut dictũ eſt,odoraret.Soluit Philoſophus,cum dicat, quòd olfacere eſt ſentire:nam tametſi, & ſentientia, & non ſentientia.v.g.patiantur ab odore;diuerſa tamen in utriſque paſsio eſt:in aere eſt receptio abſque ullo ſenſationis iudiclo; at in ſenſorio non modò paſsio fit,cum recipiat;ſed actu ſenſatio in illo fit:operepręciũ itaq; eſt nõ ſolũ ſpeciẽ ſenſibilẽ recipere;ſed in ſe quoq; uirtutẽ habere,qua fiat actu ſenſatio; q̃ in inanimatis nõ reperitur: relinquitur itaq;, ꝙ aer,cũ receperit colorẽ,odorẽ,ſiue ſonum,ſenſibilis, non autem ſentiens fiat.

LIBER TERTIVS DE ANIMA

SECVNDVM GRAECOS

HIC INCIPIT.

T.c.128 QVOD autem non ſit. In hac parte videtur inter exponentes controuerſia.uolunt Græci omnes, & cum illis S.Thomas, quòd hic ſit initium tertii de anima. Albertus uoluit eſſe in tex.commẽ. 150. Auerro.ibi;De parte autem animæ.Cõfirmãt Gręci;quia,expeditis his, quę de anima nutritiua, & ſenſu,ut in mortalibus reperitur, dicta ſunt; præcipua intentio erit agere de rationali, quæ omnium præſtantiſsima; de qua in tertio libro propoſuit agere.uerùm,quia nonnihil commune habere videtur cum ea parte ſenſus, quæ quammaximè proxima intellectui eſt,ut nõ defuerint etiam,qui intellectum, ſenſum eſſe uoluerint; ea de cauſa incepit hic à ſenſu,ut faciliùs duceret nos ad intellectũ: prius cognita differentia,quæ inter ſenſum, & intellectum capitur. Præterea,ut inquit Simplicius,& practicus intellectus vtitur ſenſu.Præterea, quia intellectus eſt ſpecierum omnium cognoſcibilium receptiuus;conducit hic agere, quo modo ſenſus,quod ſuum eſt,obiectum recipit, ut uiſus colorem, ſimulque nouit, ꝙ ſentit;differentet tamen ab intellectu;tum,quia determinatum obiectum ſentit,ac ſenſu cognoſcit; intellectus uerò quodcunque intelligibile.tum etiam,quia ſenſus particulariter;intellectus autem uniuerſaliter Poterit perſuaderi & opinio Alberti per idẽ fundamentum:ut ponat ſcilicet, differentiam inter ſenſus illos interiores,& intellectum. & erit opinio

nio

nio vera magis; quia videbantur ſenſus illi magis habere intellectus rationem. At opinio Auerro. mihi magis ad mentem Ariſtotel. apparet: nam Ariſtoteles, cum poſitiuè, ratione ſcilicet, ſumpta ab obiectis, quinque ſenſus numero eſſe ſtabiliuerit; cumque non ſatis hoc eſſet arti, cuius ſemper ſtudioſiſsimus fuit; ideo, vt doctrinam perficeret, vſus eſt etiam loco (quod impoſsibile ſit plures numero ſenſus eſſe) oſtendente; quam artem obſeruauit etiam primo phyſicorum; cum ſatis probaſſet principia naturæ tria eſſe, in quinquageſimoſexto, confirmat ſufficientiam illam, cum dicat non poſſe eſſe plura tribus. præterea conſueuit ex arte Ariſtoteles, cum velit aliqua aliis comparare ꝓ prius comparanda ſecundùm propriam rationem determinare: nam & ſecundùm Græcos in ſexto phyſicorum, qui eſt liber de motu, multa repetit eorum, quæ in quinto dicta ſunt, non tamen eadem intentione; nam in quinto prius illa ſecundùm ſe declarauit; mox in ſexto illa capit, vt ad notitiam illorum, quæ in octauo ſunt, ducant: quare, priuſquam ageret de hac differentia, quæ eſt inter ſenſum, & intellectum, operæprecium erat, ut prius ageret de ſenſu, vt talis eſt, communis ſcilicet, & imaginatiua; mox oſtenderet, quo modo ab his differat intellectus, Præterea Ariſtot. in tertio, ſecundùm Auerroem, tangit differentiam inter ſenſum, & intellectum tex. tertio: ubi uidetur notare differentiam in pati, in ſenſu; & intellectu: & tex. 6. vbi ponit differentiam, quòd ſenſus vtitur organo; intellectus autem non vtitur; & tex. ſeptimo, vbi nótat ſenſum ſentire non poſſe debile; ſi forte ſenſibile receperit; intellectus autem contra: & de obiecto, differentiam ponit 9. 10. 11. & ſic rectè obſeruauit artem, cum declaratis de ſenſu in ſecundo, vtatur poſtea pro notitia intellectus traditi in vero tertio ſecundum Auer. & dictum Ariſt. manifeſtat, ꝙ ibi ſit principium tertii de intellectu, cum dicat; De parte autem animæ, &cæt. Rationibus tamen adductis ſuſtineri poteſt, Græcos rectè dixiſſe: nam differentia inter ſenſum, & intellectum, de qua agitur in tertio, ſupponit declaratos eſſe ſenſus, ē hos, cum quibus magis communicare videtur, quales interiores ſunt: verùm, cum iſti commodè ſciri non poſſunt, niſi prius habita aliqua particulariũ ſenſuum notitia, arte factũ eſt hic, ubi de ſufficientia ſenſuum agitur, de anima tertium determinaſſe. Tex. in duas diuiditur partes: in altera proponit; in reliqua probat: inquit in prima, & clarè ſatis; Credet ex his aliquis, quod non ſit ſenſus præter quinque. & illos enumerat. Fundamenta fidei duo ſunt, & dicta: alterum eſt; quia, cum enumerauerit ſenſus; dixit tactum eſſe neceſſarium; & ob id reperiri in vnoquoque animali; immo appellatur animal per ſenſum tactum; ita ut talis poſsit eſſe ſine aliis; quare alii potius ad melius, ac perfectum eſſe animalis, dicti ſunt, & præcipuè uiſus: cum itaque animal, quod perfectiſsimum eſt, his determinatum ſit ſenſibus ob illius perfectionem; patet, quòd non ſit dabilis alius ſenſus; patebit & ratione organi. Si igitur. Hæc in duas; quia duabus rationibus hoc confirmat: inquit in prima; Si omnis, cuius eſt ſenſus tactus, & hunc habemus ſenſum: nam qualitates, quæ, vt tangibiles dicuntur, ſunt ſimplices, vt primæ, vel ex his miſtæ: at, cum primas omnes, vt tactiles ſunt, ſenſu tactus recipiamus; conſequenter cæteras recipimus. & per hoc dictum voluit innuere, vt ex Simplicio colligitur, quòd talis ſenſus tactus ſic omnium qualitatum apprehenſiuus in perfectis reperitur animalibus. voluit & idem per hoc innuere; cum dicat de tactu; nam, ſi tactus, cum ultimus ſit ſenſus, nihil amittit, quod tangibile ſit; quanto magis hoc facient, qui illo perfectiores ſunt ſenſus? hypotheticè autem dictum eſt; quia hæc antecedentia ſupponit; Si ſenſus aliquis defuerit; deerit quoque ſenſorium illius ſenſus. Pręterea; ſed non deeſt ſenſorium alicuius ſenſus; ergo neque ſenſus. At ratio iſta demonſtratione eget; tum ratione primæ conſequentiæ; tum etiam aſſumpti ſecundæ. primam conſequentiam notam facit Philoponus tribus rationibus: prima per locum à relatiuis; nam ſenſus per ſenſorium fit, & dicitur; & ſenſorium ſenſus ſenſorium eſt; quare altero poſito, ponitur & reliquum: ſecunda, quia ſenſorium eſt, quo vtitur ſenſus; quare ſenſus non erit, organo non exiſtente: & Ariſtotelis eſt primo animæ. 65. Si ſenex haberet oculum iuuenis, uideret ſicut iuuenis: tertia; quia ſenſibile appoſitùm ſenſui, ſenſationem non parit: quare, ubi ſenſus; ibi & ſenſorium eſſe neceſſe eſt. probat inſuper & aſſumptum ſecundæ conſequentiæ, quia ſenſorium uel eſt aliquod ſimplex vel mixtum ex ſimplicibus, ut talis reddatur ſenſus. ex quibus poſsibile eſt ſenſoria fieri, & illa facta ſunt, quare ſenſorium ullum non deeſt. inductiuè probatur; Non fit ex cœlo; quia æternum: non ab igne; quia deſtructiuus: non à terra; quia inepta ad actionem, ſi ſola ſit: relinquitur aer, qui deſeruit olfactui, & auditui; in anfractibus enim auris, & naſi reperitur; & aqua, quæ uiſui; cum criſtallinum pariat humorem; terra uerò, ut cum aliis, & dominans reddit ſenſorium tactus, & guſtus, qui terreſtres ſunt magis. dubium tamen adhuc eſſet de inſufficientia rationis; nam plura ſunt ſenſoria, quàm ſenſus: ergo ratio ad aliquid, nulla: nam in pedeſtribus, ac uolatilibus deſeruit in olfaciendo, aer; in aquatilibus uerò, aqua. Præterea argumentum illud à perfectione animalis adductum à Simplicio, non ſaluat Ariſtotelem; quandoquidem poſsit eſſe adhuc animal perfectius homine, ut Demones ſunt, & cœleſtia. quibus antiqui ſenſus attribuebant. Ad primum dicendum; quòd, tametſi in diuerſis animalibus, ob eorum diuerſam naturalem temperaturam, diuerſa ſortiri organa uideantur; cum tamen tota ratio pendeat ab eo, quod inter animalia perfectiſsimum ſit animal; negandum tunc erit, quòd in tali perfecto hæc duo organa reperiri poſsibile ſit. Ad ſecundum, quod

Ratio verò tota eſt ratione medij non autem ratione organi.

fuit propter opinionem magni Iamblici, reſpicit, & rectè, Simplicius, conſeruans quinque ſenſuum ſufficientiam in perfectis, vt dictum eſt; quòd, quamuis in illis, quæ perfectiora homine ſunt, infint ſenſus, quòd longè diuerſâ lege iſtorum ſunt, de quibus Ariſtoteles meminit: ſi quidem nihil patiantur illi, cum ſentiant; neque extrinſecus obiecta capiunt; ſed ſufficientiſſimi ſunt, vt ex ſeipſis in has exeant operationes; quinimo neque liceat iſtos illis cœlicis comparare, niſi vt cauſata cauſis: quare Ariſtotel. ſermo demonſtratiuus intelligatur in mortalibus viuentibus vita perfecta, non in monſtroſis, vt rectè Simplicius notat, neque in his, quæ præter naturam ſe habent: ita vt non fide accepta ab inductione, ſed à natura ſenſitiuorum organorum, confirmauit dictum. quapropter non concluderet, ſi obiiceret quiſpiam, quòd poſſibile eſt organum eſſe; non tamen in illo ſenſum, vt in viſu quandoque contingit. dicendum, quòd ſermo eſt de perfectis, omnes habentibus ſenſus enumeratos: ita vt ſit ſenſus, quòd in talibus non datur organum vltra dicta, ſextum, ſcilicet; quare non datur etiam ſextus ſenſus; vt rectè expoſuit Simplicius. & ſic ſermo intelligi non debet de monſtroſis, ſiue imperfectis, dictum eſt.

T.c.129 Et quæcunque quidem. Cum dictum ſit, ſi quis deficiat ſenſus, quòd ſimul quoque deficiet ſenſorium illius ſenſus: &, ſi deerit ſenſorium, deerit & ſenſus. deinde protulit; At ſenſorium non deeſt; quia ſenſibilia omnia per ea, quæ habemus ſenſoria, ſentire poſſumus: ergo non datur ſextus ſenſus. At, quia illud aſſumptum non eſt ſic in veritate clarum; ideo probare intendit hoc triplici via, vt notat Auerro. prima ſumpta à medio, ſecunda ab organo: & duo iſta ſunt, veluti materia: tertia verò eſt à ſenſibilibus ipſis; & talis eſt à fine: nam ſenſibilia, cum fuerint in eſſe cognito; ſunt fines ſenſationis. Text. in duas partes: in altera ponit rationem ſumptam à medio: in reliqua vel ſoluit dubia tacita, vt uult Philoponus; uel perficit magis rationem ſumptam à medio. Ratio ſupponit, quæ retrò declarata ſunt, ut notat Simplicius: nam, quoniam ſenſus uita eſt cognoſcitiua corporum, quæ extra ſunt; intus tamen, cum ipſa maneat in ſenſorio per ipſam formato; recipit per medium aliquod in ſenſorio; cum tranſitus ſpeciei per uacuum non fiat: &, quamuis tactus non uideatur fieri per medium, ſed per carnem, quæ ut primum tacta ſentit, & ſenſorium uidetur: quod, & ſi à nobis conceſſum ſit; non tamen primum illud ſenſorium eſt, in quo fit tactus, ut rectè inquit Simplicius; quia primum illud per mediam carnem recipit; & ſic omnino per medium fiet: ſit itaque à medio ſumpta ratio talis; ſenſatio omnis, quæcunque illa ſit, per medium fit, aut coniunctum nobis, aut ſeorſum à nobis. Patet, quia ſenſibile ſupra ſenſum non ſentitur, ut dictum eſt: ſed quæcunque ſenſibilia ſint, omnia per medium, ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum ſentimus; cum per talia media ad hæc, quæ habemus, ſenſoria deferantur, ut clarè inquit in littera Philoſoph. per tactum ſenſibilia tactus percipimus; percipimus & alia obiecta ſenſibilia per media, quæ extra ſunt, ſimplicia ſcilicet, quæ duo ſunt, aer, & aqua; ſi in animalibus ſic ſentientibus fuerit illorum alterum, uel utrunque. Notauit inſuper Simplicius, quod addit Ariſtotel. cum dicat; Dico autem, quale aeri; & aquæ; quia non modò contingit per hæc duo ſimplicia talis fieri ſenſus, ſed & per his ſimilia: quæ tametſi mixta ſint; habent tamen eorum alterum, à quo prædominium ſit. Dubium autem contingit in hac parte; quia ſermo Ariſtotel. de medio, uel tenet pro materiali, ut aer, quatenus aer eſt; & caro, ut caro; & tunc imperfectum animal, quod duntaxat tribus uiuat ſenſibus: poterit ſic per omnia media ſentire, quod, ſcilicet, tactum, guſtum, & olfactum poſſideat: at, ſi medium capiat pro formali, ut aer ratione naturæ illius communis, diaphaneitatis, ſcilicet, colorem recipit, & aliarum alia ſenſibilia, & caro per aliam qualitatem, caliditatem, & frigiditatem; per aliam, humiditatem, & ſiccitatem: tunc Philoſophus in minori peccat; quia dicam ego; Sunt & aliæ qualitates, utputa in aere pro formali, per quas deferri poſſunt ad ſenſus alia ſenſibilium genera. Dicendum pro Ariſtotele, quòd non poſſunt dari aliæ; quia dato, ſequeretur, quòd darentur ſenſus alii; quare & animalia perfectis perfectiora de generabilibus. Verùm hoc non ſtat cum fundamento Philoſophi; quia uoluit non poſſe reperiri ſextum ſenſum in animalibus perfectis; quia non ſentiunt per alia media pro formali, quàm per iſta, ut rectè notauit Themiſtius. idem etiam retrò dixit Simplic. nam, quare non uidet talpa? quia ad eius uitam tuendam, cum imperfectum ſit animal, hoc non erat conducibile: expleuit itaque in illa natura ſenſoriorum numerum, pellicula tamen oculos obtexit. Habent autem. In hac ſecunda duo facit: ſicuti, & duobus tacitis uidetur ſatisfacere dubiis, ut Philoponus introducit: nam diceret aliquis: Non requiritur ſenſibilibus determinatum medium; quandoquidem per idem prorſus medium duo ſenſibilia, & genere diuerſa, ad ſenſoria deferri poſſunt, ut color, & ſonus, per aerem duntaxat medium: ſecundò quinimo, & idem ſenſibile prorſus per duo diuerſa media defertur, ut ſonus, & per aerem, & per aquam: quare ſequi uidetur, quòd habens tale ſenſorium aquam, ſcilicet, uel aerem, uel tale à prædominio, ut ſenſibilia recipiat genere omnino diuerſa. At diceret aliquis; Quare non audit purpura, habens ſenſorium, quo odorat, ſit aer, uel aqua? Dicendum, ut rectè Simplicius, Ariſtotelis ſermonem tenere in perfectis. cum itaque per duo hæc media coniunctum, & extraneum, ſcilicet, reddantur ſenſibilia ſenſibus; poterit & talis formari ratio à mediis

diis ; Tot ſunt ſenſibilia , & non plura ; quot poſſunt reddi per hæc media : ſed hæc omnia ſunt quinque ſolùm. habet autem rationem minor iſta , ſumptam à perfectione animalium , vt dictum eſt. Si itaque per idem medium duo illa deferantur obiecta, ſtante etiam ſenſorii vnitate , quæ modò ſupponitur , vt Simplicius notat , percipientur ambo. Si autem. Soluit ſecundum dubium , ut Philoponus introducit : nam idem ſenſibile , vtputa color , per duo media differentia , ad ſenſorium deferri poteſt : quare deberet arguere etiam ſenſoria plura ; nam color per aerem , & aquam deferri poteſt. ſoluit apponens veritatem : nam media illa vtraque diaphana ſunt ; quare deſeruint ratione naturæ illius communis, quæ potentiæ uiſiuæ adeſt.

T.c.130 Simplicium autem. Intentio eſt eandem concluſionem probare , ratione ſumpta ab organis ſenſus . Textus tres habet particulas : in prima ponit rationem dictam ; in ſecunda confirmat illam excluſiuè ; in tertia concludit. Aſſumitur ratio organorum à mediis : nam iam per dicta conſtat duo duntaxat eſſe media ſimplicia , aerem ſcilicet , & aquam ; quæ cum non reperiantur in pluribus , quàm tribus ſenſoriis , auditu , viſu , & olfactu ; ſufficienti ratione probatum erit tria eſſe ſenſoria, quæ per extrinſecum medium recipiunt . Argumentum ſumptum fuit à mediis ; quia , cum media duo illa ſint, quæ illorum ſpecies recipiunt; cum & ſenſoria ſic & ipſa obiectorum ſpecies recipiant; debent aliquod illorum in ſe habere , uel ſaltem in miſtura prædominans : eade cauſa dixit ; pupilla , aquæ . quod ſigno credi poterit , ſi pungatur oculus , aqueus humor egreditur : quòd, ſi eſſet ignis , vel lux , ſpecies diuaricarentur , vt contingit in ſpeculo luci oppoſito : ideo natura ſagax circunſepſit oculum ſuperciliis , fouea , ac humore nigro , vt vnita magis ſpecies viſibilis oſtendatur . addidit Philoſophus ; Auditus , aeris ; olfactus , alterius horum eſt. Philoponus bifariam exponit : uel, quòd ſenſorium olfactus vtrunque participat , & aerem , & aquam ; vt in nobis , Aerem ; in aquaticis , aquam ; uel alterius tantùm ; ut aeris. ſi ſecunda hæc ſtaret ; non differret ab auditu ; quippè qui & aeris ipſe eſt . nec prima ſtare poſſe videtur ; quandoquidem ſenſorium olfactus ſitum ſit in parte cerebri anteriori ; vbi magis putandum eſt eſſe frigidum , & humidum : ideo dicit Albertus, quòd non debet intelligi hoc de organo ; ſed, quòd actus olfactus in quibuſdam fit per tactum aeris ; in aliquibus verò , per tactum aquæ : & videtur cum Auerroe , & Simplicio dicente ; Aut tanquam in omnibus, utreque mediante. Ignis . In hac ſecunda excluſiuè quodammodo confirmat. quòd ſint duo duntaxat illa ſimplicia , à quibus dependeant organa ; quia neque ignis , neque terra, poteſt eſſe talis : non ignis ; quia ignis deſtructiuus. & addit ; Aut communis omnibus . exponit Philoponus ;

Pupilla eſt humor oculi, quo intervius videmus. Ariſt. primo de hiſtoria, cap. nono.

Nam, vbi fit ſenſus , ibi quoque celebratur concoctio; cum ſingula pars , quæ ſentit, nutriatur etiam : & concoctio fit à calido, quarto meteororum. ergo calor innatus eſt omnibus communis . At melior eſt Auerro. ſententia : qui trahit ad ſenſationem. cum quo & Themiſtius inquit ; nullum abſque inſita caliditate ſenſitiuum eſt . ſic & Auerroes dicit habito fundamento , quòd per frigidū non expediuntur operationes uitæ; quòd proportio ad aliud præter ignem, eſt ad materiam; at verò ad ignem , eſt ad formam. quam ſententiam dixit etiam ſecundo colliget capite nono, dum probaret aduerſus Galenum , quòd cor erat uerè princeps operationum, tum nutritiuæ; tum etiam ſenſitiuæ : cum vnicuique membro colorem delegaret ; quippè qui ueluti forma erat ; calor autem innatus, ueluti materia : ſunt itaque , qui geniti ſunt in corde, ſpiritus , organis ſenſuum omnium deſeruientes : percipientes itaque obiectum per extrinſecum medium, tribus duntaxat determinantur organis, & non pluribus. addit deinde , terram excludens, quòd ſcilicet, illa nullius eſt. intelligi debet ſimplex ; quia inepta ualde ad operationes ; in miſtura admittitur prędominans , ut in tactu, & guſtu : non tamen uſque adeo in prædominio excedens ; quia tunc ſenſationem non admitteret , vt oſſa ſunt ; ſic rectè Simplicio exponente , & pili. Et , ſi dicat aliquis ; etiam in ſenſoriis aliis , miſcetur cum cæteris elementis ; cum purum non detur ſenſorium . Dicendum , quòd ; quamuis miſceatur ; non tamen , ut prædominans dominans eſſe dicitur : prædominatur autem carni ; quia partes animalium ſolidæ eſſe debent . Quare relinquitur. In hac tertia concludit , non dari ſenſorium extra aquam , & aerem : & per duo hæc , vt per extrinſeca media , tria habentur ſenſoria ſenſibus deſeruientia . quòd , ſi daretur ſextus ſenſus, vt inquit Auerroes, daretur quinetiam quintum elementum. Tenet ex ſuppoſito, quòd ex illis duobus tria illa fiant , & non plura : deinde neque ex igne , & terra, vt dictum eſt. Notat Simplicius, quod innuit & Philoponus, concluſionem hanc referri ad prędicta; verùm non ad omnia, ſed duntaxat ad illa , quæ ſine tactu fiunt, vt aer , & aqua.

Hoc autem & tunc. Concludit modò Ariſtotel. omnes quinque ſenſus in animalibus perfectis reperiri. & notat Simplicius concluſionem iſtam referri ad ea omnia, quæ ante dicta ſunt, ſcilicet, & per medium coniunctum ; ſiue intrinſecum, & extrinſecum . Diuiditur textus in tres particulas : in prima ponit vnam propoſitionem; in ſecunda concluſionem ; in tertia tacito dubio facit ſatis, vt rectè Philoponus. in prima inquit ; Quædam animalia hoc habent. dictum hoc propter ea, quæ vſque adeò imperfecta ſunt, vt Zoophita , in quibus nullus eſt ſenſus , qui per medium extra fiat; quare non omnia talia ſunt ; vt vndequaque ſentiant, ſed illa duntaxat , quæ perfecta ſunt . Concludit in ſecunda, quòd omnes T.c.131

quinque ſenſus in animalibus reperiuntur; quæ neque imperfecta ſunt, neque orbata; prima, vt lapidibus affixa; ſecunda, vt, quæ à natiuitate monſtroſa ſunt, vt à natiuitate cęca; vel, ſi ſurdus naſceretur homo; deficeret in perfectione illa generica; non, quia homo: ſed, quia occaſionatus. Notat ſubinde Auerroes naturæ ſolicitudinem; quæ non modò in neceſſariis animalium cognoſcitur; ſed & in his, quæ ratione melioris ac dignioris eſſe. colligitur itaque ex dictis Auerrois quòd, cum natura diligentiſsima ſit, & in entibus perfectiſsimæ generationis, maximam oſtendat ſolicitudinem; ſi daretur ille ſextus ſenſus; dubio procul dediſſet illum natura perfectiſsimo animali, homini ſcilicet: cum verò non dederit, liquido conſtat ſenſum talem non dari. Declarans Philoponus, quæ ſint animalia perfecta, inquit, quæ loco mouentur: addens, quòd motus eſt ſenſu perfectior. quare habens, quod perfectius eſt; ſecum retinet etiam, quod imperfectius eſt. At expoſitio iſta ſuſpecta eſt: non enim videtur, quòd vbi motus loco; ibi ſint omnes ſenſus: nam Philoſophus nono de hiſtoria capite 40. inquit; Apes an audiant, incertum eſt. & tamen mouentur loco, & muſceliones, & ſimilia: quare meliùs dixit Simplicius; cum dixerit ea perfecta eſſe, quæ ordinatè mouentur: quod opinor etiam hic voluiſſe Philoponum. imperfecta verò ſunt, non ratione propriæ ſpeciei; quia vnaquęque perfectiſsima eſt ſecundùm gradum ſuũ; ſed reſpectu ſui generis, vt quatenus animalia; qa ſenſus non datus eſt, vt tale animal; ſed vt animal. Videtur. In hac tertia particula dubio ſatisfacit tacito: nam talpa mouetur loco, & ordinatè mouetur, ergo omnes quinque ſenſus habere debet; & tamen talpa non uidet. Soluit inquiens, quòd ſub pelle talpa oculos habet. Auer. dicit, quòd talpa non videt ob duas cauſas: altera, quia oculis non eget in maiori parte, ſcilicet, vitæ; quandoquidem talpa ſub terra viuat; ac inibi ſua venatur pabula: altera, quia materia illa non eſſet apta recipere lumen, vt videret. At diceret aliquis; Talpa oculos habet; & non videt; ideo fruſtra ſunt. Reſpondet Simplicius, quòd non ſequitur, fruſtra eſſe: quia talpa videt, cum oculos habeat; tametſi clarè non videat; ſed per pellem illam pilis tectã videt: vt, & nos, ſi clauſis oculis per palpebras videremus. Videtur & in hanc cadere Philoponus, cum dixerit naturam oculos talpæ muniuiſſe; ne terram fodiens de facili obcæcaretur. Themiſtius tamen cum Auerro. negat viſum talpæ. Ariſtote. primo de hiſtoria capite nono negat talpã habere oculos, & videre; cum dicat; Cum omnino quidem nec videat; nec perſpicuos habeat oculos. & quarto de hiſtoria capite octauo dixit; Talparum genus laceſsitum eſſe; cui viſus deeſt. & addit; Non enim oculos in aperto id habet. propter quas Ariſtotelis auctoritates aduerſatus eſt Simplicio Zimara in tabula ſua magna, littera T. & ad argumentum; Quo motus Simplicius conceſsit talpæ viſum? quia, cum habeat oculos, niſi etiam videret, natura fruſtra fuiſſet operata. Reſpondet; quòd tametſi, quæ à natura operantur, ſint propter finem; rarò tamen, & caſu exeunt ordinem, ſecundo phyſicorum octuageſimoſecundo. Sanctus Thomas videtur & ipſe negare viſum talpæ. Ad argumentum. ex dictis ipſius ſolui poteſt, quòd habet ſenſoria quinque ſenſuum; quare & oculos; quia eſt de numero perfectorum animalium. & modo doctiori ſaluat talpam habere oculos; quia, vbi motus in loco; ibi omnes ſenſus; ſiue meliùs, ſenſoria: at quia eſt animal ſub terra degens, non videt. quare diceretur pro Sancto Thoma, quòd fruſtra ſunt ratione ſpeciei, non autem generis, cum ſit de genere perfectorum. At contra vtrunque ſic inſto; & primò, quòd monſtruoſitas, quæ fit caſu, vt Philoſophus ſecundo phyſicorum quadrageſimooctauo, rarò contingit: deinde, tunc monſtroſitas fieri dicitur, cum natura intendens finem aliquem producere, commiſſo caſu aliquo peccato, ſecundo phyſicorum octuageſimoſecundo, à fine auertitur: ſed generatio talpæ non dicitur caſu; quia, vel ſemper ſic generatur; uel frequenter, vt conſtat. ergo nec natura poteſt dici erraſſe. Fortè diceret Zimara, caſum eſſe in paucioribus reſpectu generis, ſ. animalis; tunc erit in talpa, ut in paucioribus animalibus, & præter intentionem naturæ intendentis generare animal; at non tale. Contra; quia animal, vt animal, eſt ſenſu tactus ſolo; at perfectum animal dicitur, vt tale: d. natura nunquam intendit generare animal, ſed tale animal; cum actus, & generationes ſingularium ſint. Aduerſus Sanctum Thomam arguitur: nam, ſi habere quinque ſenſoria arguit in genere perfectionem, opus eſt, quòd hæc non modò ſint reſpectu neceſſe eſſe; verum etiam reſpectu melius eſſe; ergo & reſpectu generis. ſi habet oculos; habet etiam potentiam videndi. probo; quia pars illa animalis, quæ non poteſt in ſuam operationem; æquiuoca eſt; & nomine tantùm diceretur talis, ſeptimo metaphyſices primo. quare illud inſtrumentum nullam arguet perfectionem maiorem, quàm, ſi æquiuocum eſſet, & lapideum. quarto meteororum Philoſophus. præterea perfectio animalis, vt animal, genere non eſt, quòd videat; ſed, quòd ſentiat; & ſi duntaxat tactu ſenſerit; in libello de ſenſu, & ſenſili: quapropter dicerem ego cum Simplicio, quòd talpa videt, vt dictum eſt: & ſic ſaluabuntur duo Ariſtotel. fundamenta: alterum, quòd, vbi motus ordinatus in loco; ibi ſenſus ſint omnes: alterum, quòd natura ſolicita non fruſtra fecit oculos talpæ; verum tamen eſt, quòd talpa laceſsita dicitur; non, quòd ſit monſtrum; ſed, quia non ita exquiſitè videt, vt alia. & fortè ab hoc non fuit remotus Ariſtotel. primo de hiſtoria animalium capite nono negans oculos talpæ; non enim dixit omnino quidem non videre; ſed, ſupple, valde imperfectè videre. & addit, nec perſpicuos habere oculos. quare non negat penitus habere oculos; ſed non perſpicuos. & clarius quarto de hiſtoria capite octauo, cum dicat, non habere oculos in aperto.

Quare

T.c.132 Quare, ſi non aliquod. Iutentio eſt formare tertiam demonſtrationem ad eandem concluſionem. & rectè dixit Simplicius, quòd ſequitur hoc, tanquam concluſio ex ſupradictis; nam ly, ὥστε, ſignum concluſionis eſt. & hæc demonſtratio tertia eſt cæteris ualidior. & dat cauſam Albertus, cum dicat conuenientiſsimè probari numerum propriorum paſsiuorum, ex numero propriorum actiuorum. In textu duo ponit, deſtructionem conſequentiæ ab oppoſito conſequentis; & concluſionem principalem. tacuit autem præcedens, primam, ſcilicet, conſequentiam; vt ſic ſenſus eſſet; Si daretur ſextus ſenſus; daretur etiam aliquod aliud corpus à dictis, ſcilicet, atque alia paſsio. deinde deſtruit. & eſt prima pars textus. ſed non datur alterum corpus, neque altera paſsio. Exponit Philoponus, alia corporea paſsio, ut excludat corpus quintum; nam plura, quàm quinque non dantur corpora: nam, quod facit ſenſorium; paſsibile eſſe debet: at quintum corpus impaſsibile eſt. expoſitio hæc Philoponi, magis videtur ſumpta eſſe ab organis; at ſecundùm Simplicium, eſt à ſenſibilibus. vt ſit ſenſus, Non ſunt niſi quinque corpora, vt dictum eſt primo cœli; ergo niſi quinque ſenſus; quia ſubſtantia horum, intellectu cognoſcitur; paſsiones uerò tales dico, ut inquit Simplicius, quæ ſunt poſt ſubſtantiam, ut figuram, magnitudinem, motum, colorem, lonum, odorem, & ſimilia: & ſic cœlum non excluditur: relinquitur itaque, quòd nullus ſenſus deficiat: nam, ſi alia corpora ſunt; ex primis illis mixta ſunt; in animali itaque perfecto, vt homine, nullus ſenſus deeſſe poteſt. & tangit fundamentum Themiſtius aliquo modo, cum dicat; Natura manifeſtum, quòd vbique imperfectiores poteſtates, perfectioribus ſubiiciantur ante: quare, ſi quidem in homine ratio, & mens; omnes in eo prius ſubiecti ſunt ſenſus: nanque ſenſus, vt notat Albertus, trifariam animalibus comparatur; vel ratione ſubſtantiæ, quia dat eſſe; vel ratione nutrimenti, quia conſeruat in eſſe; vel ratione diſciplinæ, quia conſeruat, imò facit ad perfectionem eſſe, & animæ humanæ, ſcilicet. in primo ordine, tactus eſt; in ſecundo, guſtus, & odoratus; in tertio auditus, & viſus: quare nullus deeſt. Dubitat Sueſſanus: quia ratio non videtur ſtare; quòd, ſcilicet, ſi daretur ſextum corpus; daretur ſextus ſenſus; quia cuiuslibet elementi, tanquam vnius obiecti eſſet vnus ſenſus: ſed non eſt ita; quià tactus vnus eſt ſenſus; & tamen eſt plurium corporum. Reſpondet per diſtinctionem quandam ſecundùm materiam, & ſecundùm formam; quæ ad propoſitum non eſt. quare ad dubium dico, quòd Philoſophus non ſic accepit, quòd quinque ſunt ſenſus; quia quinque ſunt corpora; & ſinguli ſingulum; ſed, quòd obiecta, quæ à quinque his ſenſibus, vt ſenſibilia ſunt, apprehenduntur, plura non ſunt; neque alia, quàm, quæ in his repetiuntur corporibus: & ſic non inconuenit, quòd vnus ſenſus plurium ſenſibilia recipiat; ſicuti dixit, dum ageret de mediis: quòd, ſcilicet, nihil interſit, ſiue per duo media unum ſenſibile, ſiue duo per idem medium deferantur.

At verò neque. Intentio in hoc eſt, adhuc oſtendere, quòd, præter prædictos quinque ſenſus, non datur ſextus, occaſione ſumpta ab his, quæ ſexageſimoquarto, ſexageſimoquinto dixit, quòd præter ſenſibilia propria, dantur etiam & communia. Quare diceret aliquis, quòd illa ſenſum habent, præter quinq;, à quo iudicantur: ideo intentio erit, ueluti inſtantiæ ſolutio, vt Simplicius notat. rō in textu eſt; Si ſenſibilia communia ſunt ſenſibilia à ſexto ſenſu; ſequitur, quòd talia ſenſibilia ſunt à quinque illis per accidens; ſed ab illis non per accidens ſentiuntur; ergo non datur ſextus. probatur, quòd non per accidens; quia motu, à quinque ſenſibus ſentiuntur. In textu tria facit: primò arguit ab oppoſito conſequentis; ſecundò ratione illud confirmat; tertiò rationem illam ferè inductiuè demonſtrat: inquit in prima, quòd ſenſibilia communia ſentiuntur à quinque ſenſibus per ſe, non autem per accidens. prima conſequẽtia videretur fidẽ habere per ea, quæ ab Auer. dicta ſunt; quòd, ſcilicet, alteri per accidens; alteri per ſe ineſt. verùm non ob id fortè poſitum eſt; quia conſequentia illa patet, vt videre eſt in quolibet exteriorum ſenſuum: quippè qui, cum ſuũ obiectum per ſe capiat; ſimul cum illo alterius ſenſus offeratur obiectum; illud per accidens cognoſcet; vt viſus cum colore mellis, dulcedinem: nam per accidẽs bifariam dicitur: quod & patebit, vel reſpectu huius ſenſus, in quantum talis ſenſus; vel reſpectu ſenſus in eo, qđ ſenſus: primo modo obiectum alicuius ſenſus proprium eſt, reſpectu ſenſus illius, cuius obiectum non eſt, vt dictum eſt; ſecundo modo, vt ſubſtantia eſt; quæ à nullo ſenſu per ſe cognoſcitur; intelligitur autem per accidens primo modo. quare rectè dictum eſt; ſi daretur ſextus ſenſus, qui per ſe illa cognoſceret; alii quinq; per accidens, & nõ per ſe, illa iudicarent. At verba Auer. voluerunt innuere, quòd conſequens illud ſine illo antecedente ſtare non poteſt; quoniam per accidens ſupponit ſemper, quod per ſe eſt: ſenſibile itaque commune, per ſe ſenſibile eſt. duplex per ſe ſenſibile, ut dictum eſt; vel, quod per ſe ipſum, & primò ſub ſenſu cadit; vel, quod ſecundò, & veluti cauſam ſequens; operans & ipſum in ſenſoriũ, vt inquit Simplicius, ſed cum alio omnino præcedente. Hæc enim. In hac particula cauſam ponit illius oppoſiti conſequentis, cum dicat; Hæc omnia motu ſentiuntur. Sed quiſpiam dubitaret; Cũ quies inter communia illa ſenſibilia annumerata ſit; quomodo motum faciet, vt cognoſcatur? Reſpondet Plutarchus, referente Philopono, quòd motus diſpoſitio quædam eſt; & omnis diſpoſitio, eſt veluti paſsio quædã. quare & conuenit, ut dicamus, quòd à quiete etiam diſponitur ſenſus: quare per motum, idem voluit, quòd immutationem, ſiue impreſsionem, in ſenſibus factam. Auer. expreſsè cum Simplicio inquit, quòd communia ſunt apta ſentiri per aliam motionem. Ex quibus colligitur dictis, quòd & communia mouent per propriam

ſpeciem; &ſi non primò. Deinde dixit Auer. figuram qualitatem eſſe in quantitate:& ideo notauit Philoponus, quòd Ariſtoteles non dixit figuram, & magnitudinem idem eſſe; ſed quòd ſemper conſequitur magnitudinem figura. Quòd etiam magnitudo agat; probant à ſigno Græcitum, quia, ſi ſparſa fuerit magna niuis quantitas, in uiſione oculus lęditur; à paruitate quoque literarum offenditur viſus: à maiori cadente lapide, maior percipitur ſonus. Itaque & figuram. In hac tertia inductiuè quo quo modo declarat. numerus & ipſe, qa iam de figura dictum eſt, cognoſcitur ſenſu p priuationem coutinui: veruntamen notandum, quòd non ſic offertur priuatiuè, vt tenebra; ſed ex ſe ipſo etiam ſenſum mouet: quare bifariam voluit & Philoponus, quòd numerus cognoſcatur; altero modo per priuationem continui, quia continnũ maximè mouet ea ratione, qua vnum: at numerus niſi collectiuè dicetur vnus; quia ex plurib. cõſtat vnitatibus: at offertur numerus cum ſenſibili proprio; vt, cum decem alba, decem pallida, decẽ rubea ſentiantur: & ſic altero modo cognoſcitur & non ſolum priuatiuè: numerus itaque, vt vnum quoddam collectum, ſentitur. & addit Philoſophus; Vnuſquiſque ſenſus vnum ſentit, vt retro dictum eſt. Dixit Auer. ꝙ quies ſentitur eſſentialiter non quòd per ſe primò; ſed ad differentiam illorum, quæ per accidens ſentiuntur. de quibus in ſequenti determinabit.

T.c.134 Quare manifeſtum eſt. Cum oſtenſum ſit, ꝙ ſenſibilia hæc communia eſſentialiter ſentiantur à quinque ſenſibus; patebit, quòd dari non poterit ſextus ſenſus; quia non eſſentialiter illa, ſed accidentaliter cognoſcerentur, vt introducit Auer. In textu duo præcipua facit; primò ponit concluſionem, quæ ſequitur ex dictis; ſecundò illam ſub alia repetit ratione. in prima parte adhuc duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò probat: inquit in prima, eſſe manifeſtum, quòd impoſsibile eſt quemcunque ſenſum dari; qui proprius eſt, vt hæc recipiat communia; qualis motus eſt, commune ſcilicet, ſenſibile. Sic enim. Probat in hac deducens ad oppoſitum eius, quod determinatum eſt; & habet vim hypotheticæ conſequentiæ, ut ſenſus ſit; Si haberent ſenſum proprium, aliũ ab iſtis quinque, ſequeretur; cum & ab iſtis hæc communia cognoſcantur; quòd cognoſcerentur per accidens; cuius oppoſitum determinatum eſt. deducit per locum à ſimili: nam, ſi ſint duo proprii ſenſus; quorum alter, viſus ſcilicet, flauũ cognoſcat mel; alter verò, vt guſtus, mel idem cognouerit dulce; ſi contingat, vt fiat inuicem concurſus horum duorum viſui. Dicemus, quòd viſus per ſe flauitiem; per accidens verò, dulcedinem cognoſcet; quia aliquando fuit ſimul cum guſtu: tametſi concurrat ad hoc & virtus interior collatiua harum intẽtionum. quare à ſimili; ſi motus, ut ſenſibile commune habeat ſenſum aliquem proprium præter quinque dictos, à quo per ſe ſentiatur; cum & à quinque aliis ſentitur; continget, quòd per accidens ſentiatur. tenet hoc; quia, cum habeat proprium ſenſum, non amplius ſenſibile dicetur commune, ſed proprium; quare continget, quod de proprio dictum eſt. quòd, ſi forte non erit ſic per accidens vt reſpectu determinati ſenſus; erit tunc per accidens in eo, quod ſenſus; ſicuti ſubſtantia eſt, quæ à nullo per ſe ſenſu ſentitur, ſicuti filius Diari, uel Cleonis: quippè qui, vt Albus, per ſe fuit à ſenſu viſus cognitus, per accidens tamen vt illius filius, cũ nunquam ſub ſenſu viſus fuerit illius ſubſtãtia; neque alio modo cognita, quàm per albedinem. Cõmunium autem. In hac ſecunda repetit concluſionem vt magis firmam; cum pendeat à modò facta ratione; cum dicat, quòd communium eſt ſenſus communis, non virtus illa, de qua dicturus eſt, quæ eſt & vna, & plures: ſed volens innuere, quòd communia iſta ſenſibilia propriè ab aliquo ſenſu non ſentiuntur; quia non ſentirentur ab omnibus per ſe. dixit illorum eſſe communem ſenſum, ideſt, ſenſationem communem, non propriam: quare non ſecundùm accidens; quia, vt inquit, non ſentirentur per ſe ab alijs; ſed duntaxat, vt Cleonis filius; nam, quæ ab inuicem propria ſunt, per accidens ſentiuntur. addit; Et non inquantum ipſi. quia, ſcilicet, viſus per ſe flauum recipit; & guſtus per ſe dulcedinem. Sed, vt vnus. Declarat Themiſtius; Quando in vnum finiunt, vt, cum uiſui offeratur ſimul cum flauitie, dulcedo, ut dictum eſt: & tunc contingit viſum decipi; quia iudicium duorum ſenſuum eſt, & non vnius. & inquit rectè Themiſtius; Viſus non decipitur, quatenus uiſus eſt; ſed quatenus vnus eſt ſenſus, in quem & uiſus, & guſtus ſimul deſinũt. decipitur, quia duo illa obiecta in uno, & eodem reperiuntur corpore. Contingit etiam peccare circa communia, ut Themiſtius; cum id ad unum ſenſum uertatur, quod à pluribus cognoſcitur, ut uiſus circa figuram; ſiquidem figura obiectum ſit commune uiſui, & tactui, ut dictum eſt.

Inquiret autem. Intentio huius textus, quæ T.c.135
ſit, non eadem apud omnes. Auerroes, & cum eo, de Latinis, Egidius, de Græcis Simplicius, Philoponus, atque, illis referentibus, Plutarchus, inquit intentionem eſſe dare cauſam; quare eſt, quòd ſenſibilia communia non ſentiuntur ab uno tantùm ſenſu, ſicuti ſentiuntur à pluribus ſenſibus? Themiſtius, & cum eo Sanct. Thomas, & Albertus, uult intentionem eſſe, inueſtigare, quare eſt, quòd natura pluribus ſenſibus nos, & plura donauit animalia, & non uno ſolum? Huic ſecundæ uidetur congrua prima particula, cum dicat; Inquiret aliquis, cuius cauſa plures habemus ſenſus? primæ uerò introductioni, conſona magis uidetur ſecunda particula; in qua ſoluit, cum dicat; ut non lateant nos communia ſenſibilia, quæ, tametſi uideatur & alteri poſſe applicari ſententiæ; magis conſona primæ eſt. quæ cum ſolutiua ſit, & ſolutio declaret naturam dubij; magis in ea, quàm in prima confidendum eſt. præterea, cum hic ſit actum de ſenſibilibus communibus, & determinatum, quòd non habent ſenſum proprium; conueniens fuit dubium, propter quid ab uno duntaxat non ſentiantur. præterea & Philoponus, cum utrãque attuliſſet; laudat magis, quæ Plutarchi: idem Simplicius,

plicius, & confirmat: quia, ſi uoluiſſet dare cauſam, quare ſunt ſenſus plures; alias utique dare potuiſſet, ut diuerſam ſenſibilium multitudinem, & partitionem corporis generabilis propriam, ad ſenſationes diuerſas. Text. duas habet particulas: in prima dubitat; in ſecunda ſoluit. Prima ſic introducatur. Quæret aliquis, quare plures habemus ſenſus, & non unum; quibus ſcilicet, ſenſibilia cognoſcimus communia. An. Soluit primò deinde ſolutionem declarat. inquit primò; Ne lateat nos communium ſenſibilium apprehenſio, & notitia: nam, ſi omnia apprehenderentur ab uno ſenſu, uerbi gratia, uiſu, à quo primò, & per ſe recipitur color; tunc numerus uideretur color, ſic motus, ſic magnitudo; &, quam inter ſe differentiam haberent, penitus ignoraremus: at, cum à pluribus recipiantur, nouimus, quòd diſtinguuntur à colore; quippè qui non ab alio, quàm a ſolo dignoſcitur uiſu. meminit dũtaxat de tribus iſtis; quia per motum, intelligimus etiam quietem; & per magnitudinem, figuram; quandoquidem figura ipſa reperiatur nunquam abſque magnitudine. appellauit autem hæc conſequentia, & ſenſibilia, ut notauit Philoponus, non ueluti quædam, quæ minus conſiderata eſſent, & præter intentionem; ſed, quia quæ propria ſunt, concomitantur reddentia illa, & perfectiora, atque intelligibiliora. & addit Philoponus, quòd maximis ſcientiarum ſubiectantur hæc communia; ut motus, & quies, aſtrologiæ, tum ratione ſyderum, tum ratione orbium; & magnitudo figura, geometriæ; numerus, ut immaterialis, arithmeticæ; ut ſonorus, harmonicæ. Declarat & ſolutionem ſic Ariſtot. Quia, ſi unius ſenſus eſſent, omnia uiderentur unum; & non cognoſcerentur diſtincta: modò numerum, uerbi gratia non ſolùm in colore, ſed in ſonis, & ſaporibus dignoſcimus: cum itaque pluribus inſint; ſic & cognoſcuntur facilè communia ſenſibilia; cũ, ut ſic, eorum diuerſitas manifeſta ſit.

Dubitatur, utrum, quæ dictæ ſunt à Philoſopho rationes de ſufficiẽtia ſenſuum, ueræ ſint, necne? & primò, quòd peccet ratio prima, ſumpta à medijs, in petitione principij, cum dicat per illa media multiplicari ſenſibilia, quæ omnia à quinque ſenſibus recipiuntur: nam poſſunt plures eſſe qualitates, quarum nomina non ſunt nota nobis, ut qualitas illa impreſſa ferro, per quam ferrum ad magnetem trahitur; ſic & illa, quæ impreſſa nutrimento eſt, per quam trahitur ad diuerſa membra nutrienda; & illa, per quam pharmacum à circumferentia ad centrum trahit humores: certum eſt, quòd omnes iſtæ qualitates, ſunt naturales: quare non maior uidetur ratio de alijs qualitatibus materialibus, quàm de iſtis, quòd ſentiantur: ſenſibiles itaque ſunt, & non ab aliquo horum quinque; ergo dabitur ſextus. præterea peccat, & ratio ſumpta ab inſtrumento, per quam innuere uidebatur, quòd inſtrumentum, cui aer dominabatur, uel aqua, receptiuum erat cuiuſcunque receptibilis per aerem, & aquam; & cum non ſint plura elementa; non erunt etiam ſenſoria plura; ita ut eiuſdem ſpeciei cum elementis ipſis eſſe uideantur. tunc ſic; Hoc dato, ſequeretur, quòd nõ eſſent miſtorum ſpecies, niſi quatuor; quia eſſe non poſſunt ultra quatuor elementorum prædominia; & ideo cum dominio aeris, ſtat inſtrumentorum diuerſitas ſpecifica. Præterea non ſequitur, quòd, ſi in inſtrumento, ut puta uiſus, dominatur aqua, omne inſtrumentum, in quo ipſa dominatur, ſit inſtrumentum uiſus; & non poſſit eſſe alterius potentiæ: plura enim miſta, quibus aqua dominatur, ſunt diuerſarum ſpecierum. In oppoſitum eſt fundamentum, quod ponit Auerr. 131. de ſolicitudine, naturæ; quæ non modò curat, quæ neceſſaria ſunt; ſed etiam, quæ propter melius ſunt: quare credendum eſt hominem donaſſe omnibus uirtutibus ſenſitiuis, quæ in animalibus reperiri poſſunt; cum ſit animalium perfectiſsimus: quare ſextus ſenſus non datur; quia in homine eſſet. Præterea, ſi daretur iſte ſenſus; ſuum quoque daretur obiectum ſenſibile correſpondens. tunc ſic; tale obiectum ab homine non ſentiretur, quia ſenſum illum non habet; quare neque unquam ab homine intelligetur; cum nihil in intellectu ſit, quin prius in ſenſu fuerit: & ſic intellectus poſsibilis in homine; non erit poſsibilis omnia fieri: cuius oppoſitum ponit Philoſophus 3. animæ 18. Ad dubium itaque primum dicendum, quòd omnes qualitates illæ ſenſibiles ſunt à ſenſibus hominis: quæ tametſi uideantur difficiles; non tamen impoſsibiles: ſicuti etiam delectatio in coitu ſenſibilis eſſe dicitur: & reducitur ad ſenſum tactus, vt rectè dixit Auic. tametſi malè damnauerit Ariſtotelem in hac ſufficientia. ad ſecundum de inſtrumentis, negandum, quòd duo eſſe poſsint inſtrumenta, quibus aer dominetur, ſpecie diuerſa: & ſi poſsint plura eſſe miſta ſpecie diuerſa à prædominio aerea; inſtrumentum tamen, vt puta viſus, talè eſſe debet in miſtura, vt in eo ſic dominetur aqua, & non alio modo. ſunt itaque ſenſus numero quinque diſtincti ſpecie; quia obiecta ſenſibilia, quæcumque ſint illa, non ſunt pluribus diuerſa modis, quàm quinque, vt dictum eſt.

Quoniam autẽ ſentimus. Introducens Auer. ſimul cum intentione notat, & procedendi modum. Cum itaque hucuſque probauerit quinque ſenſuum ſufficientiam; &, quòd nullo modo dari poteſt ſextus ſenſus, cuius obiecta, quæ alijs communia ſunt ſenſibus, vt magnitudo, & reliqua, poſsint illi eſſe propria; modò agere intendit, an detur virtus vna communis ſenſitiua, in quam priores quinque ſenſus terminentur. Philoponus uidetur intentionem inferre, quòd proponat quæſtionem, nunquid ſenſus ipſi quinque non ſint, ſed decem. quæ intentio poſſet per modum corollarij deduci ex prima. at longe melior prima; quam & Latini poſuere. addit Auer. quòd prius incepit dubitare, ſecundùm cõſuetudinem: nanque in re difficili, quæ demonſtratiuè determinari debet, prius ſemper probabilibus ad utranque partem rationibus utitur: mox determinat. Hanc notauit artem Auerr. primo cę. 85. pro exercitatio de ſcilicet; ſic in determinando materiam primam eſſe, phyſic. primo fuit & proceſſus iſte à T.c.136

nobis

nobis notioribus, ab operationibus ſcilicet; & bifariam, vt Sanct. Thom. tum, quia operationem vniuſcuiuſque particularium ſenſuum ſentimus; tum etiam, quia inter ſenſibilia quinque ſenſuum differentiam ponimus. In textu duæ ſunt particulæ: in prima dubitat; in ſecunda arguit ad partes: inquit in prima; Quoniam autem ſentimus, quòd videmus, & quòd audimus, & ſic de alijs. animaduertit Simplicius dicendi modum, quòd ſcilicet, ad humanam animam quæſtionem dirigat; & de hominibus inueſtigãs, ad nos ſermonem habeat; ſic ut oſtenderet abſolutiſsimam vim noſtram ſentiendi eſſe; haud plures ſenſus in perfectis animalibus eſſe dixit; neque dari ſextum in his, cum perfectis communicat animalibus homo; quod verò illi ſoli proprium eſt; vt ſe ſentire ſentiat. dicit itaque Philoſophus, accipiens ex conſenſu omnium, quòd ſentimus, nos ſentire; ſentimus, quòd uidemus; quòd audimus, &c. infert dubium, cum dicat; Neceſſe eſt, aut viſu ſentire, quòd cernimus, aut alio. Non poteſt eſſe virtus alia, quàm ſenſus; cum ſentire ſit operatio ſenſus, non autem virtutis alterius: quare, ſi dabitur altera virtus; illa adhuc ſenſus erit. Sed & idem erit. In hac ſecunda argumentatur duobus medijs, ad alteram partem dubij propoſiti; & eſt, ſi alter ſenſus dabitur, à viſu ſcilicet, qui viſionem ipſam cognoſcit: inquit primò idem erit ipſius uiſus, & ſubiecti coloris. in his dictis notat, & rectè, Simplicius demõſtrationem eſſe ex propria ſenſuum natura, quæ ſcilicet per obiecta ſpecificatur: nam alter ille, qui, verbi gratia, nouit uiſum uidere; neceſſe eſt cognoſcentem uidere actu; quod per uiſibile actu cognitum diſtinguitur, ut & uiſibile ipſum cognoſcat: quare obiectum hoc erit duarum potentiarum idem, tam uiſiuæ; tam alterius illius, quæ uiſionem nouit: non dabitur tunc obiectum alicui potentiæ proprium, vt bene Philoponus, ſed omnia communia erunt, ſaltem duabus uirtutibus, qualis color eſt. ex quo illato alterum ſequitur inconuenientium; aut, quòd duæ virtutes erunt eiuſdem, ſcilicet, obiecti, ut dictum eſt; aut idem eiuſdem: tunc, ut infert Auerr. idem erit agens, & patiens. deducit Albertus: nam, ſi erit idem ſenſus; tunc uiſus cognoſcens viſum uidẽtem, cognoſcet ſe ipſum; quare uiſus erit obiectum viſus: ſed de ratione obiecti eſt, ut moueat; potentiæ verò, vt moueatur. ſequitur inde, quòd idem eſt mouens, & motum; & idem erit ſuiipſius ſenſus. At deductio prima non videtur ad inconueniens ducere; quia in potentijs ſubordinatis, quales ſunt uiſus, & communis ſenſus, non inconuenit, quòd idem obiectum deſeruiat utrique uirtuti: inconueniens planè eſſet, ſi obiectum idem duabus diſparatis ſeruiret virtutibus. Contra quod inſtatur dictum, uno ſuppoſito, quòd potentiæ non dicuntur adæquatæ, niſi propter ſubiecta adæquata; quod eſt ſecundùm rationes formales obiectorum. Tunc arguitur; Intellectus, & voluntas ſunt potentię adęquatæ; idem ergo obiectum formaliter attingũt; & tamen ſunt potentiæ diſparatæ. Dicendum, & ad primum dictum, quòd ob id non tollitur incõuenieus; quia, tametſi uirtutes admittantur ſubordinatæ; non eſſet idem præciſè obiectum formaliter conſideratum, ſed modo diuerſo, quale eſt idolum imaginatum diuerſum formaliter à ſeipſo, vt à cogitatiua cognoſcitur: at color ſic acceptus eſſet idem, & eodem modo formaliter cognitum à uiſu, & à communi ſenſu; quare ſequeretur, ut dicebat Ariſtoteles, inconueniens. Ad ſecundum admiſſo fundamento, negandum antecedẽs: imo altera alteram ſupponit, ut uoluntas intellectum; cum illa uelit id, quod ab intellectu cognitum eſt; non tamen ſub ratione ueri, ſed ſub ratione boni; non eadem itaque erit in obiecto utriuſque uirtutis formalis ratio. Amplius. Secunda ratione ad idem arguit, inquiens; Si alter ſit ſenſus, aut abibit in infinitũ; aut aliquis ſuiipſius iudex erit. deducitur; quia alter ille ſenſus, aut cognoſcet ſe ſentire; & ſic non multi, ſed idem erit, & unus; aut dependebit ab alio cognoſcente. Tunc de illo quærendum, & ſic idem, quod priùs; & tunc proceſſus in infinitum erit; quod patet abſurdum; cum actio compleri non poſsit, quæ ab actionibus pendet infinitis; neque etiam rei vnius eſſe poſſunt infinitæ potentiæ cognoſcitiuæ. dabitur itaque neceſſariò ſenſus vnus, qui & obiectum ſibi proprium ſentiet; nec nõ & ipſum idem ſentire: quod, ſi dabitur; cum non maior ſit ratio de tali, quàm de primo; ergo hoc dandum erit & viſui, & auditui, & aliorum ſingulo. concludebat ergo Philoſophus, ꝙ hoc in primo faciendum erat.

Habet autem. Intendit modò aduerſus alteram partem dubitare; quæ erat, quòd idem ſenſus ſit, vtputa viſus, qui ſentit ſe uidere. Sunt in textu duæ particulæ: in altera ponit duo ſuppoſita; in reliqua ex illis arguit: inquit; Habet dubitationem. Hoc idcirco factum eſt; quia eſt in ratione diſputatiua ad alteram partem. ponit primum; Si, pro quia, viſu ſentire, videre eſt: ſecundum; Videtur autem color, vel colorem habens: nam obiectum proprium viſus, coloratum corpus eſt. in ſecunda arguit; Si videbit aliquis, quod eſt etiã videns. Auerr. in textu habebat; Homo non videt, quod habet, colorem, niſi, quando videt aliquid. ex hoc exponebat; cum non videat ſe videre, niſi quando videt aliquid: verum id aliquid nõ videt, niſi coloratum ſit: cum igitur ſuum videat videre; operatio illa colorata erit. hanc ſecutus fuit & Albertus; at, vt opinor, meliùs Sanct. Thom. qui cum Græcis expoſuit hoc de viſu, & non de operatione. vt ſit ſenſus; Si uiſus videt ſe videre; uiſus uiſum uidebit uidentem: quare uiſus coloratus erit; quod inconuenit; quia ſuſceptiuum coloris eſſe debet abſque colore. At per ly, primum uidens, quid voluerit Philoſophus, non ſatis manifeſtum eſt. Sanct. Thomas uoluit primum uidens id, quod primò coloris ſpeciem recepit; quòd poſtea eſt à ſeipſo viſum. Simplicius bifariam exponit; uel, quod uoluerit intelligere, quod ſenſus, qui à ſe uidetur, primò habet colorem, & non corpus coloratum, primò; deinde ſpecies coloris in uiſu ſecundo: ſed, quod viſus ipſe primo coloratus T.c.137

tus

tus eſt,& realiter,non intentione: & ſic dictum ad differentiam ſpeciei in uiſu; quam & Philoponus accepit: altero modo exponit, & laudat magis, quòd ly,primò,intelligatur ſecúdùm quod ipſum: quoniam guſtabile, & ſi colore affectum ſit; non tamen, ſecundùm quod tale, coloratum eſt; at uiſibile, quod ſecundùm ſe colorem habet. Clarior mihi uidetur prima; quam uoluit Philoponus; & uerbis Ariſt. conſona magis. quæ Sanct. Thom. nimium leuis eſt,& facilis.

T.c. 138 Manifeſtum eſt igitur. In hoc propoſitam quæſtionem determinar ad alteram partem ueram, cum præceſſerint ad utranque rationes. In text. ſunt tres particulæ. in primis duabus duas affert ſolutiones; in tertia ponit propoſitionem vnam, ueluti fundamentum ueritatis. Dictum fuit uiſum non uidere operationem; quia quidquid uidetur, idipſum coloratum eſt: quare ſequi uidetur, & uiſionem ipſam coloratam eſſe. Solutio in prima parte eſt, quòd uiſus operatio multipliciter dicitur. ex quo ſequitur, quòd concluſio illata, ſcilicet, ergo operatio colorata eſt, falſa erit. multiplicitatem declarar, cum uiſus non ſolùm reſpectu coloris ſit, ſed tenebrarum, & lucis, quorum neutrum coloratum eſt. peccat igitur ratio illa æquiuoco per hoc ueritas concluditur magis: nam, ſi in tenebris exiſtentes uidemus; quod non uidemus, & id manifeſtè cognoſcimus: nam, ut Themiſtius, à quo Simplicius accepit; ſenſu ſentimus, quod non uidemus; hoc eodem etiam ſenſu ſentiemus, quod nos uidemus; imò & magis, quod cernimus, quando cernimus, iudicamus. declarat Simplicius, quomodo tenebras cernimus, dũ non cernit uiſus: non dicendum eſt ob id abſque actione eſſe; quia, dum cernit, agit; & tunc cernere nititur; & dum nititur, agit, non tamen inſpectionem, ſed experientiam eſſe dicimus, quaſi experiatur aberrans; ideo, quòd non cernat, iudicat. Amplius autem. Affert modò ſecundam ſolutionem, conceſſo adhuc, quòd viſus ſit coloratus. Sanct. Thom. uoluit, quòd reſponſio prima fuerit ad coloratum, ut habet eſſe extra animam reale; ſecunda uerò, ut habet eſſe in anima intentionale per ſpeciem coloris. Verùm opinio hæc non uidetur cum Ariſtotele: qui ſoluit argumentum de uiſu, quem ratio concludebat eſſe coloratum tam in prima, quàm in ſecunda. melius eſt, ut dicamus uerum eſſe de uiſu actu per uiſibile, quòd aliquo modo coloratus eſt; cum in ſenſorio illo animato coloris ſpecies reperiatur. Pro quo aduertendum, ꝙ non ſequitur, ut uiſus deinde ipſe, cum ſentit ſe uidere, à ſeipſo tunc patiatur; ſed ſenſorium ipſum eſt, quod patitur, dum primò ab obiecto extra animam recipit ſpeciem; & recipiendo, patitur; ſed poſtea uirtus illa excitata iudicat uiſionem ſuam; & ſentit ſe uidere; & tunc non patitur, ſed agit colores uiſus ipſe, ut inquit Simplicius; neque id efficiendo, ſed iudicando facit: qđ uerò patitur, non uis illa; ſed ſenſorium ipſum eſt; ideo quaſi coloratum dicitur. & Philoſophus de illo dicit; Eſt ſuſceptiuum ſpeciei abſque materia. & confirmat; quia abeuntibus etiam ſenſibilibus, quæ extra ſunt, adhuc manent ſenſus, & imaginationes; quia manent adhuc ſpecies illæ, per aliquod tempus, ut inquit Themiſtius. Auerr. uerò, quia litteram non rectam habebat, ſed legebat; Et ideo, cum fuerint ſenſibilia abſtracta, erunt ſenſus, & imaginationes. coactus fuit ad hãc expoſitionem dicens, quòd ſpecies receptæ in ſenſu, non habent eſſe reale, ſicuti in corporibus extra animam, ſed ſpiritale; & tunc ſunt ſenſus, & imaginationes. ſuper non recto textu; neque recta fuit talis eius expoſitio. Sẽſibilis autem actus. In hac tertia, ut colligitur ex dictis Simplicij, uult declarare, quomodo ſenſorium ſpecies recipit ſine materia, uel potius, ut uidetur Themiſtio, qui dicit inconueniens eſſe, cum coloratum per uiſum recipiamus, cognoſcamusque illud uidere; & hoc non ſit per uiſum; quia ſenſoriũ recipiens, ut inquit Simplicius, non perinde atque inanimatum quoddam, uel planta recipit. Sed ut potentia cognoſcitiua. Intendit modò oſtendere, quòd receptiua, & cognoſcitiua eſt eadem ſubiecto, ratione tamen diuerſa. Inquit Philoſophus; Senſibilis actus. Exponens Auerr. notat dictum hoc, ſecundùm proportionem eſſe: ut, ſicuti uiſibile actu, ſenſorium uiſus mouet, & perficit; ſic ſenſorium actu mouet uirtùtem ſentiendi: intelligit autem illam communem ſenſum eſſe. Expoſitio autem talis deficit; quia ſequeretur tunc, quòd uirtus illa communis, ſcilicet, ille ſenſus pateretur, ut patitur ſenſorium motum ab obiecto extra ſenſibili: quod falſum eſt; quia ſenſus ille iudicat: agit ergo, non patitur. Sanct. Thom. primò exponit uerba text. đ. elicit, quod intelligere uidetur Philoſophus: primò inquit, quòd ſenſibile, ut actu tale, ſimul eſt cum actu ſenſus: ſonus planè cum actu talis, ſcilicet, audibilis ſimul; & auditus ipſe actu cum illo erit: quare ſubiecto unus, & idem actus erit, & ſoni, & auditus; at ratione non idẽ: unde nõ poſſet auditus fieri actu abſque ſono; neque uiſus abſque colore: at, quod eſt potentia audibile, & potentia auditus, poſſunt ab inuicem ſeparari. eſt ſanè habens auditum, non audiens; & audibile; quod tamen non auditur. modò elicit S. Thomas; Cum igitur uiſus percipiat ſenſibile, atque eius actum; & actus uidentis ab actu ſenſibilis non differat ſubiecto; conſequenter ſequitur, quòd uiſus ſuijpſis actum uidebit, & non potentia alia ſenſitiua. At, quod elicit Sanct. Thomas, non eſt undequaque tutum; quia actus ille ſenſus, uerbi gratia, uiſus, tunc fit, cum ſenſus actu patitur à proprio obiecto; ergo ſi tunc uiſus actum ſuum uidere diceretur; idem tunc eſſet patiens, & agens; quod inconuenit, ut retro dictum eſt. ea propter dicendum cum Simplicio, quòd actus ille primus eſt animati ſenſorij actus; quem d. uirtus ipſa, ueluti excitata, iudicat. Virtutem iſtam diffiniens Alexander in libro de anima capit. 23. inquit eſſe animę potentiam per ſenſoria quædam ſuſcipientem, & iudicantem ſpecies ſenſibilium abſque materia. & addit paulò infra; Neque alia uirtus eſt iudicatiua differentias colorum, præter uiſum; neq; ſonorum, præter auditum; & ſic de alijs. Albertus

Simpl. Non intelligẽdus eſt ſonus agẽs, vt ſonus ſimpliciter; ſed vt ſonus ſenſibilis; quoniã contingit ſonũ eſſe, & non audiri.

etiam

etiam doctiſsimè dicit, quòd ſentimus nos uidere, & nos audire, & alia per ſenſum communem & declarat; Sunt ſane ſenſus omnes vnum in forma uirtutis ſenſitiuæ; quæ fons eſt virtutum ſenſuum particularium; qui particulares ſunt, veluti riui ex communi illo fonte manantes; quorum iudicium ſenſus communis facit. ſed de hoc dicetur in dubio. At circa textum dubitatur; quia ad differentiam ſenſus, & ſenſibilis actu, dixit Philoſophus ſenſibile, & ſenſum potentia non ſimul eſſe: nam, ſicuti ſenſibile actu, & ſenſus actu, quia relatiua ſunt, ſimul eſſe debent; ſic tali ratione &, quę potentia ſunt, ſimul eſſe debent. Cui optimè facit ſatis Philoponus, concedens argumentum: quia lex eadem relatiuorum vtrique ſeruit; neque in hoc differentia eſt: nam, poſito ſenſibili, potentia; ponitur & potentia ſenſus; & demitur, dempto: at differentia eſt; quia ſenſus actu eſt ſenſibilis ipſius actus: at ſenſus potentia, non eſt ſenſibile potentia: neque enim hic eſt, quod ea vniat, ſimulque coaleſcere faciat: at in his, quæ actu, ſpecies ſenſibilium cum ſint; in operatione ſenſus quodammodo congenerantur, ſimulque coaleſcunt, & faciunt ſenſum, idem; quod ſenſibile eſt. Concludit modò Philoſophus; quare actum illū auditionem eſſe; illud verò ſonationem. Simplicius per auditionem, intelligit actionem illam, audiendi vim habentem; per ſonationem, illam; quæ audiri ualet. repetens clariùs diuinum modum ſentiendi, vt puta videndi actum: nam, quod actu eſt, perfectius eo eſt, quod poteſtate; & viuum non vino: neque fieri poteſt, vt, quod poteſtate eſt, producat, quod actu eſt; neque imperfectum perfectius; quare neque potentia viſibile actu viſionem: vndè ſentiendi actus perficitur à potentia illa, ſentiendi uim habente: nanque ipſa ex ſeipſa excitata, facto priùs motu à ſenſibili in ſenſorio; quia vis hæc ſentiendi non agit extra, ſed ad uiuacem illam affectionem, quæ in ſenſorio fit, ſuam expromit rationem.

T.c.t 39 Sin autem eſt motus. Cum poſuerit, ut introducit Auerr. quòd ſenſibilis actus, pariter, & ſenſus idem prorſus ſint ſubiecto, tametſi ratione diſtinguantur; vult hanc identitatem, ſiue ſenſationem actu in ſenſu eſſe manifeſtare, argumento accepto ab his, quæ de motu dicta ſunt tertio phyſicorum, 20. quòd, ſcilicet, actio, paſsio, & motus in eodem ſunt. in textu duæ ſunt particulæ; quæ debent exponi: in altera, & prima, format vnam conſequentiam hypotheticam: in ſecunda ad illam rationem adducit, ſyllogizans. aſſumptum capit ab his, quæ de motu: & infert conſequentiam ad propoſitum. prima ibi; Quare & hic manifeſta, quòd, ſcilicet, motus, actio, & paſsio ſint in eo; qđ patitur. concludit, neceſſe eſſe ſonum, & auditum actu, in patiente ſenſu auditus reperiri. Actiui. Ratione confirmat; quia actus agentis, & paſsi in patiente reperitur; quia agens ex ratione agit, vt, quòd in patiente potentia eſt, ad actum deducatur; patiens itaque actionem agentis in ſe recipit: cum itaque ſenſibile in ſenſorium agat; nam ſenſorium, vt Simplicius, corporatam aliquam affectionem pati, opus eſt, at non pati, veluti aliæ inanimata, ſed agendo pati, & ab ipſo ſenſibili moueri; vt inde potentia ſentiendi vim tenens, ad actum excitetur. Fit ſecundum actum ſenſus, ubi ſenſibile actu reperitur; ideo in paſſo ſentiente ſenſatio erit; cum ſenſatio motus quidam ſit; nā motus in mobili reperitur: at, in quo motus eſt; in eo & actio, & paſsio eſſe dicitur; cum ſubiecto non diſtinguantur. notat tamen differentiam inter motum, & actionem Philoponus: quia, vbi motus, ibi actio; at non conuertitur; nam in agente immobili actio eſt; in quo tamen motus non reperitur. & uidetur dictum hoc pro ſcotiſtis facere, gloſſantibus dictum Philoſophi hic de actione pro re acta: talis ſanè in patiente inuenitur. ſed de hoc abundè diximus in tertio phyſic. Sequitur Philoſophus in textu; Vnde non omne mouens in mouendo mouetur. ſonus itaque actu erit in audito, qui primò potentia erat. Aduertendum; quod corollarium hoc ueritatem habet ſolum in phyſicis quorum materia vna, eademq; eſt: in qua motus per cōtraria ſiunt. ſic & Philoſophus tertio phy. 8. dixit; Omne mouens phyſicè, mobile eſt. non autem ſimpliciter mouens, dixit; nam in ſpiritalibus iſtis ſenſibile mouens eſt, non tamen motum. concludit ex hac poſita ratione; Actus igitur ſonatiui, aut ſonus, aut ſonatio eſt; auditiui autem auditus, aut auditio. Notat Philoponus differentiam inter auditum, & auditionem: & inquit, Auditus eſt actus, ſiue operatio; auditio verò eſt apprehenſio; ſic & ſonus ſtrepitus eſt: at ex ſtrepitu illo, affectio dicitur ſonitus. Vltimò ponitur diſtinctio de ſono, & auditu. vtrunque ſanè eſt, & potentia, & actu, vt priùs dictum eſt.

Notandum, q corollariū hoc ſummo hic artificio poſuit Philoſophus, vt oſtenderet, q in prima illa receptione ſenſorij, ſolum ſenſibile ipſum agit; & tunc nihil patitur; quia pro illo inſtanti ſenſus non producit uſlam ſupra ipſum ſenſibile cognitionem.

Dubitatur, vtrum particularis aliquis ſenſus ſuā cognoſcere valeat operationem. & pro negatiua arguitur. nam dictum eſt in hoc ſecundo, quòd viſus, & tactus nō percipiunt ſenſibilia propria, niſi ſimul recipiant & communia. modò, ſi viſus uiſionem uidet; aut recipit illam, ut obiectum propriū; uel, ut obiectum commune: non commune; quia inter illa tales non numerauit operationes Philoſophus: nec proprium; quia ſimul & magnitudinē reciperet, & figuram: ſecundò ad idem; Si uiſus, uerbi gratia, ſuam cognoſceret operationem; ſupra ſe uidentem reflecteretur, nam ſecus fieri nequit, at hoc eſt impoſsibile in uirtute, quæ ex materia eſt educta; cum talis corporea ſit, & extenſa; quare ad reflexionem inepta. In oppoſitum arguitur: nam, quòd ſentiamur uidere, audire, nec non & aliæ operationes, manifeſtū eſt; & quilibet experitur in ſe, vt dixit Philoſophus: ſed à qua uirtute fiat hoc, dubium eſt: ſi non à propria uirtute; ergo fiet à ſenſu communi; cum ab alia eſſe non poſsit. Probatur, quòd non Ariſtot. nam, ſi ſenſus communis cognoſceret, uerbi gratia, uiſionem; cognoſceret etiam colorem; quia coloris uiſibilis actus, uiſio eſt: ergo duæ potentiæ diuerſæ, ſimul, & ſemel idem cognoſcerent obiectū. In hac materia iuniores quidam tenent partem negatiuam; & hanc ex conſenſu Latinorum, Arabum, & Græcorum. Latini, Cum Ariſtoteles dicit, quòd

per uiſum cognoſcimus viſionem; non viſum propriè intelligit, ſed communem ſenſum. hoc idem ad verbum affirmat Auer. commento 145. dicẽs; Virtus ponens differentiam inter duo obiecta viſus, puta, album, & nigrum; non eſt uiſus, ſed alia à viſu: ſicuti & virtus cognoſcens videre, eſt alia à uirtute viſiua. Themiſtius etiam in hoc 148. determinat aliam eſſe virtutem, quæ & audire auditus, & uidere viſus cognoſcit. Ariſtot. quinetiam in de ſomno, & uigilia determinat, quòd eadem prorſus eſt potentia, quæ inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum differentiam ponit; & illorum operationes cognoſcit. At poſitio iſta non eſt ad Ariſtotel. ut retrò dictum eſt; quia, ſi illa virtus operationem ſenſus cognoſceret, cum ſit virtus ſenſitiua, ab operatione illa, veluti à proprio obiecto, immutaretur; quare & uirtus illa pateretur; & tamen cognoſcit; ideo ſimul, & ſemel agit, & patitur. Pro reſolutione notandum, quòd inter animæ vires humanæ, quædam communicat cum eſſentijs abſtractis, qua homo particeps diuinorum fit; ea propter intellectus appellatur: altera, qua ſtirpibus communicat, & naturæ magis, quæ vegetatiua dicitur (quam Gal. naturam appellauit) caret ſanè quacunque cognitione. inter has media ſenſitiua eſt; quæ partim ſupremam, partim infimam imitatur; ſupremam, quia & ipſa cognoſcit; infimam, quia ſui cognitione in ſubſtantiam non penetrat; vt, quæ inſtrumenis ad ſenſationes vtitur exteriores: ſecus autem de cogitatiua eſt. ſenſitiua itaque ea parte, qua intellectiuam imitatur, poterit & ipſa ſe modo aliquo cognoſcere. ob id Simplicius ſuper 136. determinans difficultatem iſtam, inquit; Senſus, cum ſentit, quodammodo ſeipſum cognoſcit; hanc ob cauſam in ſeipſum conuertitur; ipſeque ſuijpſius eſt: noſter itaque ſenſus rationis particeps eſt. & Iamblicus; Senſus totus in ſeipſum colligitur; non tamen, vt intellectus, uel ratio; neque enim ſenſus eam habet vim, ut ſubſtantiam cognoſcere queat; ſed ſuam duntaxat actionem cognoſcere valet. Ex his dictis colligitur ſenſum in ſe redire; non tamẽ perfectè; cum non tranſeat ſuam operationem: contra verò intellectus perfectè redit; cum nõ ſolùm ad operationem; uerùm & ad potentiam, atque ad ſubſtantiam denique redeat. Albertus & ipſe ſuper 138. dicit; Reflectitur ſenſitiua uirtus ſuper ſe, cum iudicat de ſeipſa. fuit & hæc ſententia Ariſtotelis: nam, cum ad utramque partem dubitauerit, ſoluit, quæ probare uidebantur, quòd altero ſenſu ſentimus; non ſoluit autem, quæ probant oppoſitum. Ex his dictis conformibus ſententiæ Alex. elicitur, quàm malè damnauerit Philop. hic Alexandrum, cum dicat; Concedo uerum eſſe, ſenſum actu idem, cum ſenſibili actu, ſubiecto. At hoc non eſt uerum, ſi apprehendat actu ſenſibile; ꝙ ſe etiam cognoſcat: non enim, ut idem cum ſenſibili actu, cognoſcit; ſed, ut diuerſus eſt à ſenſibili habitudine, ut ſcilicet patitur, & ſenſibile agit. quod etiam ò Alexander ſi tibi conceſſero, quòd, ut idẽ actu cognoſcat; eſt tunc ſubiecto idem. Quid eſt ſubiecto idem? Species ipſa. quare ſpeciem, non autem ſe cognoſcet, uel ſuam operationem. Pace huius dicam, non intellexit huius rei ueritatem, ut illi, Simplicius, ſcilicet & Alexander. Modò pro ſolutione argumentorum notandum, quòd ſenſitiua uis ex doctrina uera Simplicij, poteſt bifariã conſiderari; uel, ut ſuiipſius ſenſorij forma; &, ut ſic, reddit ipſum animatum, dans illi ſubſtantiale eſſe: altero modo, quatenus ſenſorio illo animato utitur: primo modo, mouetur ab obiecto ſenſibili extra per ſpeciẽ, & ſic ſolummodo patitur: altero modo excitatur ſimul ab illa motione & uis illa utens; & actum ſenſationis perficit, eundemque iudicat, & cognoſcit. Modò ad argumenta in oppoſitum; & ad primum dicendum, quòd obiectum proprium illud eſt, quod mouet ſenſorium animatum, ſimul atque perficit, ut in uiſu coloratum: at uirtus utens à ſe excitata, non tanquam nouum obiectum, ſed illum ipſum actum perficit, & cognoſcit: non autem mouetur ab illo; neque oportet, ut actus ille ſpiritalis ſit; oporteret ſanè, ſi reciperetur, & rectè: at reflexè uis ad illud ſe habet, & cognoſcit, non paſſa. Ad ſecundum reſponſio manifeſta eſt; quia non reflectitur uirtus ſenſorij; cum forma ratione corporis ad hoc munus inepta ſit; ſed uis illa utens reflectitur; cum ob eius perfectionem munus hoc à Deo poſſideat. vtrum uis vtens, communis ſenſus ille ſit; reſolutè admodum affirmatiuè determinat Albertus; cum dicat; Sunt omnes ſenſus vnum in forma virtutis ſenſitiuæ, quæ fons eſt virtutum ſenſuum particularium. & hoc modo reflectitur virtus ſenſitiua ſupra ſe: ſenſus enim communis, qui formalis eſt, reflectitur ſupra particularem, & iudicat. at de hoc meliùs infra dicetur.

Eadem autem ratio. Simplicius applicat ſermonem hunc diſtinctioni dictæ, tum de obiecto T.c.140
tum de potentia ipſa ſenſitiua: nam vtrunque duobus dicitur modis, actu ſcilicet, & potentia, vt oſtẽdat, ꝙ, v.g. auditus; tum, qui poteſtate; tum, qui actu, reperitur in eo, quod ſentiendi vim habet; at ſonus nequaquã, niſi ſcilicet, qui actu eſt; ſed, qui poteſtate eſt, extrinſecus manet. In textu ſunt tres particulæ: in prima ponit vnam quandam propoſitionem vniuerſalem ſenſibus omnibus: in ſecunda confirmat per rationem dictam: in tertia notat quandam diuerſitatem in ſenſibus, & ſenſibilibus: prima ex ſe manifeſta; cum ſit quoddã, quod ſenſus, quatenus ſenſus ſunt, conſequitur neceſſariò; quia in ſingulo reſpectu ſui obiecti, ſit reſpectus mobilis à mouente. Quemadmodum. In hac ſecunda eadem vtitur ratione, oſtendens, quòd actio agentis in mobili reperitur: ex quo ſequitur, quòd ſenſibile, actu cum fuerit, in ſeipſo agẽte nõ eſt, ſed in ſenſorio patiente: nã actio quo quo modo in agente, & aliquo modo in patiente eſt; in agente, vt per ipſam denominatur agens; in patiente verò eſt forma ipſa, quę ab agẽte in ipſum fluit; & hoc modo actiui, & paſſiui eſt actus idem; ſic & de ſenſu iudicium faciendum eſt: quod dicens Auer. his verbis vtitur; Actio ſenſuum, & ſenſibiliũ ſunt in primo patiente; cum ſenſibilia ſint virtutes agentes, & patientes: primum autem ſentiens,

eſt

eſt patiens tantùm. Exponunt & malè Auerr. quidam Auerroiſtæ: nam per ſenſum agentem, & patientem intelligunt ſenſum exteriorem quemcunque; per patientem ſolùm, intelligunt ſenſum cõmunem, quatenus comparatur exterioribus; quia à ſenſibili patitur exterior ſenſus: qui deinde in primum agit, communem ſcilicet. Verùm hoc malè fuit acceptum; quia ſenſorium animatum eſt, quod patitur ſolùm; neque ab eo mouetur cõmunis; quia ſimul pateretur, & ageret; quandoquidem communis ille ſit, qui cognoſcendo, iudicat. Meliùs itaque dicendum, quòd idem, quod Simplicius, voluit Auerroes, quòd, ſcilicet, per ſenſus agentes, & patientes, voluerit totum ſenſum, vim, ſcilicet, ſenſitiuam cum ſenſorio, tam vt informantem, quàm vtentem; quia, quod patitur, ſolum ſenſorium eſt; quod eſt à ſenſibili, primum ſentiens: in tertia notat; quam Auerroes introducens, inquit; Quia latet, ſenſibilia ſcilicet, eſſe virtutes agentes, & ſenſus patientes, propter nominationem: nam in aliquibus duobus illis actibus ſua impoſita ſunt nomina, vt ſonare, & audire, reſpectu ſcilicet, obiecti, & potentiæ; in aliquibus aliqua deſunt nomina: &, quæ poſita ſunt pro paſsione; actionem ſignificare videntur, vt in viſu paſsio viſus nominatur; at nomen illud nõ paſsionem, ſed actionem videtur ſignificare: verùm actio ſui ſenſibilis, quod eſt color, nomine vacat, vt actu tale dicatur; idem in guſtatiuo guſtatio; at obiecto, vt actu tale, deeſt nomẽ: nec dicendum, ꝙ Græcè obiectum diceretur, χύμωσις, à ſucco ſcilicet, deriuatum nomen. dicit Philoponus, quòd tale nomen ad coquos pertinet: neque, ſicut dicimus viſionem, ſic dicere debemus colorationem; quia obiectum non ſignificaret, ſed coloratum corpus ex eo, quod alium colorem habet.

T.c.141 Quoniam autem vnus. Intentio eſt per modum corollarij duo determinare: at Sanct. Tho. vult, quòd intentio ſit duas ſoluere quæſtiones; quarum primam in textu præſenti: Græci verò corollaria tenent; quod & Auerroes ſequi videtur. In textu duæ ſunt particulæ declarandæ: in prima infert primum corollarium, dicens; Quoniam actus ſenſibilis, & ſenſitiui idem; eſſe verò alterum: hoc dictum eſt; ex quo veluti aſſumpto corollarium elicitur conſequens, quòd ſcilicet ſenſibile tale, & ſenſus talis ſimul deſtruuntur, & generantur; ſunt ſcilicet, & non ſunt: ſequitur ex hoc; quia actus vtriuſque idem; non autem, quia ſecundùm eſſe diuerſa: nam ſecundum hoc ſequitur, quòd talia ad aliquid referantur. corollarium. itaque manifeſtum; cum nunquàm ſenſus actu dicatur prius, quàm ſenſibile cognoſcat actu; & contra. Dicta autem. Secundum, quod elicitur eſt; quòd, ſi ſecundùm potentiam dicantur, hoc ſcilicet, potentia ſenſibile; illud autem ſentiens: quòd non ſequitur, vt corrumpantur ſimul; neque ſimul fiant. Iuniores quidam valde dubitant de hoc; quia ſenſibile potentia referri uidetur ad ſenſum in potentia; quare idem & de his dicendum erit. nunquam ſanè dabitur, vt potentia vna paſsiua ſine actiua ſua reperiatur; quia referuntur. ob id dicunt; quòd, ſi ſenſibile inueniatur in potentia, vt poſsit ab aliquo ſentiri; quòd neceſſariò de neceſsitate formali reperitur & ſenſus in potentia ad illud ſentiendum; quia referri dicuntur. At hoc non voluit Ariſtoteles, ſed ſic; ſi ſenſibile non pro formali, ſed pro ſubiecto accipiatur; tunc non de neceſsitate formali ſequitur. At hoc videtur contra ſententiam Philoſophi, cuius ſermo eſt de ſenſibili, & ſenſu pro formali: idem & in 138. & ſic exponunt Græci omnes: quare dicendum cum Philopono, vt retro dictum eſt: quòd ſcilicet non eſt neceſſe ſenſum, qui in potentia eſt, idem eſſe cum potentia ſenſibili.

Sed priores. Intentio eſt ex determinatis oſtendere antiquorum phyſiologorum defectum. qui autem fuerint, Philoponus voluit prothagoreos. quos Plato in dialogo illo damnat. Simplicius opinionem Democriti eſſe voluit. In textu duæ ſunt particulæ: in prima ponit iſtorum opinionem: in ſecunda manifeſtat, quod rectè dictum eſt; &, quod non rectè. Opinabantur ſanè iſti ea ſolùm entia eſſe, quæ ſenſibus talia viderentur; hoc, verbi gratia, album, dici; quia tale ipſum iudicauit viſus; & hoc dulce, quia tale iudicauit guſtus, & ſic de alijs: vndè affirmabant, nullum dari ſenſibile ſine ſenſu, vt nullum colorem abſque viſu, neque ſaporem ſine guſtu, & ſimilia: & hoc abſolutè pronuntiarunt: quia, vt inquit Auerroes, opinabantur hæc ſimpliciter relatiua eſſe. Partim. Oſtendit, quid ab eis bene dictum fuerit; inquiens rectè dictum, ſi actu ſimul eſſe intelligantur, vt dictum eſt; quòd, ſi potentia, non rectè. committebant itaque fallaciam, ſecundùm quid ad ſimpliciter; & errabant. T.c.142

Dubitatur ob dictum Philoſophi, quòd ſenſibile, & ſenſus actu ſimul ſunt; quia ſenſibile actu in ſenſum agit; & agentis, & patientis vnus eſt actus: etiam ſecundo animæ 51. Sentire in quodam pati conſiſtit. quod non alia ratione eſt, niſi, quia ab obiecto ſenſibili patitur. & 59. dixit, quòd actiua huius operationis ſentire, ſunt extra, ſcilicet, viſibile, & audibile. vtrum uirtus illa ſenſitiua ſit, quæ per ſe recipiat actionem illam, necne? quod, ſi non per ſe recipiat; vtrum ſenſorium, ſolum abſque uirtute illa recipere valeat. ſunt, qui ad primam dicunt cum Philoſopho, quòd ſenſus, & generationes compoſitorum ſunt. & confirmatur, per dicta in decimo huius; quòd viſus non videt, ſed oculus. & primo huius 64. Qui dicit animam iraſci; dicit ipſam texere, vel ædificare. Ex quibus dictis concludunt, quòd anima per accidens à ſenſibili moueatur: ad ſecundum dicunt; quòd ſic: ſtat enim, quòd ſit oculus cæci, in quo potentia uiſiua non reperitur, & ſit dyaphanus multùm: poterit tunc recipere ſpeciem uiſibilem; & tamen ibi potentia uiſiua non erit; perinde atque aer medius recipit. Pro reſolutione huius notandum; & primò, quòd dictum Philoſophi de ſenſu, & ſenſili actu, intelligendum non eſt, quòd anima ipſa ſenſitiua, cum in ſe ſenſibilium

ſibilium rationes contineat; ſenſilia occurrentia cognoſcat; vt Empedocles affirmabat animã terra, v.g. terram cognoſcere. ſed, quod ſenſus actu ad ſuſcipiendas formas facilis ſit; eſt planè anima tabellæ non pictæ ſimilis valde. Aduertendum tamen ob dictum Philoſophi, quòd ſenſus, & ſenſile, actu ſimul, ſe deſtruunt, & generant; quod arguit reſpectum in cauſa, & cauſato; quod in fieri intelligi debet, non autem in facto; quia in facto potentia, non actu eſſe dicerentur; vt Themiſtius in expoſitione tex. 34. ſecundi phyſi. dixit ædificatorem potẽtia non ſolùm eſſe ante perfectionem ædificii, ſed tale quid etiam, perfecto ædificio. Verùm, cum ſenſus actu ſit; videtur & ſentire actu, & factum. Dicendum, quòd fieri in hoc dicitur; quia in conſeruari ab obiecto actu ſenſato dependet: notandum & ſecundò; quòd ſenſorium duplicem habet habitudinem; cum ſenſibilis formam recipiat; tum ab ipſo ſenſibili, quod ipſum ſenſorium mouet; tum à vita illa ſentiendi vim habente, quæ ipſo vtitur; ita vt ipſum ex vita, quæ in ipſo eſt, per quam viuax inſtrumentum dicitur; à vita eo utente perficiatur. hæc ex Simplicio dicente. His notatis, dico dictum illorum vtrunque falſum: Tum primum; quia ſentire operatio eſt; ideo ſupponit agens, & patiens; quare pro notatis, ſenſorium patiens eſt; ergo in eo ſpiritalis ille motus repetitur ſubiectiuè; ergo per ſe patitur; quod verò agit, vita illa eſt; cum dicat rectè Simplicius; Formam ſenſibilis, abſque materia à vita illa recipit; id autem eſt, actionem, quæ illius cognoſcendæ nim obtineat. Non ideo diuidenda eſt uis illa animæ, quæ forma ſenſorii eſt, à ſenſorio: neque de ea pronuntiandum eſt aliquid, niſi ut principium, quo ſenſorium ipſum patitur; & ſic per ſe concurrit; quia per ſe illius eſt actus. falſum & ſecundum dictum eſt; quia oculus cęci non amplius oculus eſt, niſi æquiuocè dictus: nam æquiuoca illa ſunt, quæ in propriam non poſſunt operationẽ. 7. meta. 35. 37. 4. meteo. vltimo. quapropter dubium illud non erit de oculo; ſed, vtrũ diaphanum aliquod, lucidum cum ſit, poſsit colorem recipere: de quo tunc difficultas non eſt. & hæc dicta ſufficiant.

T.c.143 Si autẽ ſymphonia. Auer. introducens, inquit intẽtionẽ eſſe dare cauſam pluriũ accidẽriũ in ſenſu. In textu tres ſunt particulæ exponendæ; in prima format vnam conſequentiam; cuius aſſumptum tria continet declaranda; in ſecunda elicit unum corollarium; in tertia, ſecundum. ſyllogiſmus in prima eſt; Sin vox ſymphonia; vox autem, & auditus unum. ratio autẽ ſymphonia, ponit conſequens; Neceſſe & auditum rationem quandam eſſe. Conſiderant Græci, Simplicius, & Philoponus, particulam illam primam, εἰ δ', & cum Plutarcho tenent concordes, quòd ly, ὁ ſecunda ſyllaba; articulus nõ eſt, ſed cõiũctionis pars nõ poteſt autẽ articulus eſſe; quia cũ prædicato coniungitur; nam concentus, vt prædicatum accipitur; non iũgitur autem articulus prædicato: Primum itaque dictum eſt, ꝙ vox eſt conſonantia; nam ex tempore lõgo, & breui fit rithmus; ex acuto, & graui, harmonia; ex articulata uoce dictio. Pro quo notanda duo ſunt: alterum, ꝙ id conſonantia dicitur, quod ex graui, & acuto ſono inuicem temperatis reſultat: alterum eſt, quòd uox ea ratione dicitur talis; quia audibilis; vt autem audiatur, temperatũ eſſe neceſſe eſt: nam inter agens, & paſſum cadit proportio, ut inde ſequatur actio: cum autem ſenſus ex miſtione fiat, in qua extremorum harmonica vnio reperitur; debet quin etiam & ſenſibile mouens, temperatum eſſe, & conſonantiam habere: ſecunda ex hac ſequitur. Vox, & auditus ſic vnum. Retro etiam pòſita eſt, quòd, ſcilicet, ſonus, & actu auditus, ſubiecto ſint idem; non idem tamen ratione; quia ex proprietate diuerſa ſunt: ſymphonia de vtroque actu verificatur; quo modo facilè intelligitur; ſi fuerit intenſa nimis vox, uel remiſſa nimis, non audietur; quia altera auditum corrumpet; altera verò non mouebit; referuntur itaque inter ſe ſymphonia ſoni actu, & auditus actu, ob id Auer. dixit Ariſtotelem hic declaraſſe, quo modo actu auditus, relatiuus ſit: & ob id dicit Auerroes temperans, & temperatum relatiua ſunt. exponit deinde Auerroes tertium. Ratio autem eſt ſymphonia. Pro proportione illa vocum, ex qua ſymphonia reſultat. Simplicius rationem eſſe dixit ipſum concentum; cum iuxta rationem quandam perficiatur, ex quibuſdam ſcilicet differentibus, ſed vnius cuiuſdam abſolutionem coeuntibus. oportet ſanè aliquam præcedere cauſam, quæ determinet; ſi vnũ ex pluribus perfici debeat; vel naturale fuerit; vel artificiale. concinna planè ædium conſtructio ex determinata ratione eſt, quæ artis compos. addit quinetiam Simplicius; Omnis ſenſus, qui ſubiecto idem eſt cum ſenſibili, ratio erit; & terminus, iudicandi poteſtatem habens. & ſic ratio cum ratione erit: ſic & ſenſibile actu, cum ſine materia ſit, & in id, quod impartibile contrahitur, propriè magis ratio, quàm forma dicendum erit: & anima ipſa tunc ratio dicitur. Aduertendum tamen, quòd ob id concentus ille non intelligendus eſt, ut ſenſibilis forma ſit animæ ſentientis temperatura; ſed ut onus ad geſtantem humeris habet proportionem; ſic & ſenſibile ad ſentiens proportionem habere dicitur, vt Philoponus notat. Ex dictis ponit conſequens Philoſophus; Neceſſe & auditam rationem quandam eſſe. Auerroes exponit ly, Aliqua proportio, & non dixit ſimpliciter proportio; quia exiſtimatur, quòd proportio iſta, & ſi in capitulo relationis ſit, de cuius ratione non eſt agere; retinet tamen animæ potentiam; quæ qualis eſt; eaque ratione agit: nam proportio temperaturæ ſenſorii eſt; animæ uerò uis, ex temperatura reſultat; & eſt, quæ agit. Simplicius uoluit dictum eſſe, quædam, ob intellectum; quippè qui ſimpliciter ratio dici poteſt; ſenſus verò, cum ab iſto cadat, ratio quædam dicitur ob actionem ſuam quæ remiſſa eſt, & una cum corpore exiſtit. Longè melius Auerro. quia hic agitur de ratione, quæ conſonantia eſt; &, quæ ex miſtione reſultat: at ratio

Ex dictis horũ Græcorũ habetur, ꝙ ſymphonia prædicatum eſt, ideo ſubiecto communicatur: quare & de voce, & de auditu erit intelligenda ſymphonia.

de intellectu dicta, æquiuocè intelligitur cũ iſta: & aliud tunc in conſequente concluderetur, quàm in aſſumpto poſitum fuerit. Cum itaque firmauerit (vt ſenſus actu cum ſenſibili fiat) neceſſe eſſe illam vtriuſq; proportionem eſſe; modò elicit primum corollariũ, quòd ſenſibile excellens ſenſum corrumpit. deſtruitur ſanè proportio illa, qua ſentiebat; perinde atq; in numeris contingit; quod & Philoponus notauit. nam quatuor ad duo diapaſon conſonantia eſt; ſi addatur terminus vt quinque ad duo, vel ad tria, ſi vtrique addatur, non amplius illa erit; ſed prima dupla ſexqui altera, ſecunda ſuperbipartiens tertias; pariter, & ſi diminuatur per additionem, vel remotionem termini vnius: nam, cum agens non ſit proportionatum paſſo, ut ſonus intenſus, agit ad interitum ſenſorij temperaturæ: & cum ex illa vis animæ reſultet, deſtruitur & ipſa anima: ſic & viſus à luce intenſa corrumpitur, pariter & ab intenſa obſcuritate. argumento ſunt, qui diu in carceribus detenti, lumẽ amittunt: cauſa eſt, vt ponit Albertus, quia viſiuus ſpiritus per opticum neruum decurrens repellitur à tenebris, qui & calidus eſt; tunc frigiditas inualeſcens porum obdurat, quò lumine priuatur oculus; perinde atq; ſanitas ipſa, quæ, vt Auer. in determinata quatuor qualitatum proportione reperitur: quæ ſi deſtruatur, corrumpetur ſanitas: ſic de vnaquaq; vita dicendum; quę ex commoderata elementorum miſtura naſcitur, vt Simplicius affirmat: quæ ſcilicet effingit inſtrumentum viuũ; atq; eo viuo utitur. Quapropter. Elicit modò & ſecundùm corollarium. Hac itaque ratione ſuauia ſecundùm miſturam extremorum debitam menſuram ſunt, ideo delectant. Dubitauit Ammonius referente Philopono, cur Philoſophus ab harmonia ſenſilis actu, aſcendit ad harmoniam ſenſus actu; cum tamen in ratione dicta conſonantiæ inuicem referantur. Reſpondet, & rectè quidẽ; quia concentus propriè per vocem exprimitur; & illa ſenſile obiectum eſt; ideo ab ea incepit; quã non ſub nomine ſenſilis, ſed vocis hac ratione nominare voluit. dixit ideo Philoſophus id eſſe ſenſile, vt dulce: ꝙ cum purum, & immiſtum fuerit, non manet tale: verùm ad miſturam proportionatam ductum ſit; ſecus dulce non eſſet: dulcedo planè, veluti medietatem, ſequitur. Notat Auerr. ꝙ media ſunt abſtracta à materia magis. Dicendum intellexiſſe hoc, reſpiciens in actiones; cum extrema intenſiùs, & fortiùs agant, quam media: hac ratione voluit hæc materialia minus. Temperata igitur in ſonis ſuauia nobis harmoniæ ſunt, & concentus: idem & in guſtu, & viſu, & alijs dicendum: ob id artes inuẽtę ſunt delectabiles, vt Philoponus cum Themiſtio affirmat; muſica ſcilicet auditui, pictura, viſui; vnguentaria, olfactui; guſtui, coquinaria; lauacra, tactui. Ob id in tactu non dixit calidum, & frigidum; ſed, quod calefaciendi, aut infrigidandi vim habet. Concludit Philoſophus dicens; Senſus autem ratio eſt: excedentia verò afficiunt mœrore. Themiſtius; Senſus actu cum ſenſili, ratio dicitur; quia idem efficitur ſenſui ſenſile, quod ratione tale eſſe excedentia verò, ſi intenſè, corrumpunt; ſi diminutè, non mouent.

Dubitatur, vtrum ſenſibile excellẽs, ſenſum corrumpat. & videtur, quòd non, ſtante fundamento ex textu 138. quòd ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierũ abſq; materia: ergo ſenſibile in ſenſum materialiter, & realiter non agit. præterea paſsio ſenſitiua eſt paſsio perfectiua, non corruptiua; ergo. &c. aſſumptum ex Philoſopho elicitur 3. animæ 2. aſsimilauit quoquomodo ſenſui intellectum in pati. Alex. cap. 23. inquit; Exceſſus corrumpũt ſenſus; quia corporis deſtruunt ſymmetriam: cuius potẽtiæ ſenſitiuæ formæ ſunt. quare ſymmetria corrupta, corrumpitur & forma, quæ in illa reperitur: deſtruitur autem ab excellẽti motu, vt chordæ, ſi plus iuſto pulſentur, deſtruunt harmoniam. Oppoſitũ legitur in litera. Notandum, quòd in corruptione ſenſus, duo contingunt; alterum, quod per ſe deſtruitur: & talę quid, eſt ſenſus ſenſorium: quod ea ratione deſtruitur; quia etiam compoſitum eſt, & temperatum ex cõtrarijs elementorum qualitatibus: alterum eſt, quod ſecundò corrumpitur ad inſtrumenti, ſcilicet, corruptionem; & eſt ſenſus ipſe, exempli gratia, uiſus in oculo; & eſt Philoſophi primò de anima 65. Intellectus in fieri, non autem in corrumpi, corrumperetur maximè ab ea, quæ in ſenio debilitate; ut uiſus; ſi ſenex haberet oculum iuuenis; uideret ſicut iuuenis. & Scotus 4. ſent. diſtin. 43. concluſione 2. dixit; Excellens ſenſibile corrumpit ſenſum per accedẽs; quia corrumpit organum: cum itaque ſenſorium reipſa corrumpatur; dabitur etiam in eadem communicans materia, realiter corrumpens. Auer. ſeptimo metaph. 31. Sicut immiſtum patitur ab immiſto; ſic & miſtum à miſto: ergo ſpecies ſpiritalis non erit illa, quæ ad interitum agit: odor, uerbi gratia, ſi intenſus fuerit, quia qualitas ſecunda eſt ex primis reſultans, nõ ut odoris ſpecies ſpiritalis aget; quia à temperato, & moderato eſſet; ſed aget virtute qualitatis alicuius primæ, per tactũ deſtruẽs, cum realiter agat: idem de intenſo uiſibili, quod lumen eſſet, ageret realiter, tangens, & ad intenſionem ducens aliquam illarum qualitatum, quæ in ſenſorio uiſus temperatæ erant; ſic & tactile. differentia tamen eſt, cum alia obiecta tangant deſtruendo; quia aliorum ſingulum poteſt proprium deſtruere ſenſorium; at tactile uniuerſam potentiam tactiuam; quare & uniuerſum animal perdere. modò ad primum, quòd non ut ſpiritale, ſed ut reale realiter agit: ad ſecundum dicendum, quòd illa perfectiua eſt merito animæ, quando ſentit actu: at excellens iſta corruptiua eſt merito ſenſorij, ut dictum eſt.

Vnuſquiſque quidem. Repetit Auer. quę retrò dicta ſunt omnia, ut præſentem literam introducat. & poteſt elici; quia propoſitum fuerat determinare, dari communem ſenſum; idque fecit primò dubitans, quænam illa uirtus eſſet, qua uidemus, & qua etiam nos uidere ſentimus. Modò intendit, ut doctè admodum Simp. introducit, per comparationẽ iudicij, quod fit in ſingulo particularium ſenſuum reſpectu ſui proprij ſenſibilis, & dĩæ inter ſpecies illius; elicere illum, qui non T.c.144

hoc,

hoc, uel illud dererminatè iudicat; ſed omnium particularium ſenſibilium differentias nouit. In texru ſunr duæ particulæ; in prima iudicium particularis ſenſus; in ſecunda, exemplo, idipſum cõprobat: in prima dicir duo; &, quòd ſingulus ſenſus eſt ſubiecti ſenſibilis; qui in ſenſiterio, in quãtum ſenſiterium: ſecundum, & diſcemit illius differentias. Auerroes non ad rem; quia diuerſam habuit litteram. Simplicius longè meliùs, quia ſenſus propriè in ſenſorijs reperiuntur animatis; ideo, vt ſenſoria ſunt talem, ſcilicet, vitam poſsidentia, quibus, vt ſic, inſtrumentorum vicè, vera vita, quæ ſenſus eſt, vtitur: ſenſus itaque, vt ſic, inſeparabilis eſt à ſenſorio; at non, ut ſic, iudicat; imò ſenſorium elaborat; & vnà cum corpore patitur; atque à pura illa cadit actione: ſecundùm dictum, reſpicit animam, quæ vera vita eſt, & ſenſorio vtitur: iudicat planè talis; vtpotè viſus, non ſolùm album, & nigrum; verùm etiam inter vtrunq; differentiam. Aduertendum tamen, quòd ſenſus hanc relationem non iudicat; ſed album duntaxat à nigro differens eſſe; differenriam autem illam, quatenus habitudo eſt, cogitatiua cognoſcit. Animaduertit Simplicius puram illã actionem ipſius animæ iudicium appellari. actio iſta impartibilis eſt; & fir in indiuiſibili: nec repugnat, ut actio talis duorum contrariorum ſimul ſit, vt notat Simplicius; ſed pati duo ſimul contraria eſt impoſsibile: quare (vt Simplicius) vita illa ex ſe excitata tanquàm ſine corpore exiſtens agit: nam iudicare ſimul oppoſita imparribilis cuiuſdam eſt. Et notandum, quòd per ſubiectum, quod iudicat, id eſſe voluit, à quo ad ſenſum multiplicatur obiectum: ideo in exemplo dixit. album quidem, & nigrum viſus, & non ſpecies albi. uel dicendum, & meliùs, cum Auer. quòd per ſubiectum voluerit intelligere genus, quale color eſt, reſpectu uiſus; qui iudicat differentias contrarias, in eo exiſtentes, vt auditus in ſono, graue, & acutum, & media, & ſic de alijs.

Beatus Tho. trahit hoc ad ſenſibile, quod in ſenſorio ſit, in quantũ ſenſorium, & malè; cum tenuat de ſenſu, ut etiam Philopo. & Alexã. ait; Senſus exiſtẽs in ſenſorio, non quatenus corpus eſt, ſed, ut habet talem potentiam, eſt ſubiecti ſenſibilis.

T.c.145 Quoniam autem, &c. Modò ex dictis aſcendit paulatim ad ſenſum communem aperiendum, eodem argumento, quo vſus in particulari ſenſu: vt ratio ſit; Cognoſcimus differens eſſe album, à dulci, & nõ per viſum, ſupple, vel per guſtum; ergo datur ſenſus alius. In textu eſt, veluti vna cõſequentia; cuius aſſumptum eſt; Quia dulce ab albo differens, cognoſcimus; & ſic ſenſibilium aliorum vnumquodque, cùm inter illa comparamus, & differentias etiam illorum cognoſcimus, vt dicit Alexander, per ſenſum. Dicendum, quòd, ut relatio eſt, per ſenſum fir interiorem, vt dictum eſt, ex quo apparet, vt notat Auerroes; quòd talis virtus ſit alia à viſu; ſicuti, & quæ ipſum iudicat videre. ponit conſequens; Neceſſe eſt ſenſu, vt ſcilicet, talis notitia fiat. Confirmatur accepta ab obiecto ratione; ſenſibilia enim ſunt. modò talia non referuntur ad aliam potentiam cognoſcitiuam, præter ſenſum: non enim intellectus ſenſibilia, vt talia, cognoſcit. confirmat Philoponus; quia canis, qui cum irrationalis ſit, iudicat differentiam inter album, & dulce; ſiquidem, non quoduis album aggreditur comedendum, vt lapidem, verbi gratia, ſed illum, me hercle, qui ſuccoſus eſt, & delectabilis guſtui.

An, & manifeſtum. Intentio eſt ex dictis manifeſtare ſenſum communem eſſe, & dari. In textu ſunt tres particulæ: in prima corollarium ponit: in ſecunda probar eſſe neceſſe, vt illa diuerſitas ab vna duntaxat virtute cognoſcatur: in tertia, quòd etiam in eodem inſtanti temporis iudicium illud fiat. dicit in prima; Er manifeſtum, quoniã caro non eſt ultimum; quia tangẽdo iudicaretur. Auer. uoluit per carnem ſenſorium tactus particulare, quaſi inſerens, quòd; quicunque particularis ponatur ſenſus ille iudicans, ſiue tactus ſit ille, ſiue uiſus, non poterit differentiam illam iudicare; quia talis eſt inter ſenſibilia diuerſarum potentiarum ſenſitiuarum; ideo ab vna ſolùm cognoſci nõ poterit. hanc ſequutus fuit Albertus; addẽs, quòd, ſi per tactum iſta ſentiremus, cum nihil per illum ſciatur, niſi per contactum; ſequeretur, quòd tactus tangeret dulce; quod inconuenit. S. Thomas norat rem hanc tactui Ariſtotelem applicuiſſe: quia primus eſt ſenſus, atque omnium ſenſuum fundamentum. & addit, quòd non attribuitur tactui hoc, vt ſenſus particularis eſt; ſed ſecundùm, quod eſt fundamentum omnium, & propinquus ſe habens ad formalem radicem omnium, quæ ſenſus communis eſt. Simplicius cum Philopono nolunt hic accepiſſe carnem pro ſenſorio tactus, quodcunque illud ſir, vel ſpiritus, vel quid aliud; ſed accepit carnem pro corpore; quia in nulla ſui eadem particula ſimul contrarias paſsiones corpus ſentit, ſed in alia, atque alia. ſic Philoſophus per carnem corpus intellexit; & per ſenſorium, ſenſum eſſe voluit: vt Philoponus oſtendens vltimum ſenſum corpus non eſſe, dixit vltimum, vitam illam, in quam denique ſenſibile deſinit; & illa eſt, quæ iudicat, non tamen alia, atque alia parte, ſed in indiuiſibili iudicat, vt Simplicius: & hũc vltimum ſenſum, vt dicit Philoponus, eſt audire communem ſenſum; eo quòd ſenſus in eum terminantur: quippè qui, ſi corpus eſſet, neceſſariò tangendo iudicaret. Auer. quoque ſententia haud imperita eſt. quam & Themiſt. ſuſtinuiſſe videtur. Neque ſeparatis. In hac ſecunda oſtendit, quòd nõ poteſt ab diuerſis fieri virtutibus iudicium tale; ſed ab vna ſola fieri neceſſe eſt. non dicere poſſumus, quòd ab vna, verbi gratia, potentia iudicamus dulce; ab alia iudicamus album; quia hæc ab inuicem differentia non cognoſcerentur; neque illorum differentia iudicaretur: perinde atque duo cum fuerint homines intelligentes; quorum alter rem vnam intelligeret; alter verò alteram, ab illa quam maximè differentem; neuter illorum differenriam illam cognoſceret: ſic & de duobus ſentientibus; non enim ſentio, quod tu ſentis; quare non poſſum ferre iudicium, quòd ſenſatum meum ſit à tuo diuerſum: cum itaq; inter ſenſibilia talis differentia cognoſcatur; neceſſe erit, vt ab vna dũtaxat hoc fiat virtute. Neq; in ſeparato. Oſtẽdit in hac tertia, ꝙ tale iudicium fit ẽt in inſtanti; atq; eodem; ſicuti aliquis nouit malũ T.c.146

aliud à bono eſſe, in inſtanti iudicat: quòd, ſi alterum ſolum in inſtanti cum ſit differens, in illo eodem cognoſcitur, & reliquum differens; cum alietas relatio quædam ſit, vt Auerroes notat. Addit Philoſophus, Non ſecundùm accidens. vt, ſi quis dicat nunc diuerſum id, quod iam fuit diuerſum, per accidens dicit; quia non in eodem nunc fit, & profertur: at ſi bellum nauale nunc fiat, ſimulatque in eodem nunc dicatur, & proferatur; per ſe id dictum erit: ſed, ſi de præterito multis iam annis nunc ſermo fiat; erit per ſe ſermo nunc; ſed per accidens reſpectu belli præteriti nunc illud erit: at, cum ſenſus neque præterita, neque futura cognoſcat, ſed à præſentibus moueatur ſolùm; id, quod per accidens eſt, in eo locum non habet; ſed, ſi memoria acceſſerit; protinus per accidens ſubibit. Auerroes notat, quòd inſtans per ſe, eſt, cum uirtus intrinſeca iudicat in illo inſtanti differentiam, datur ſanè ratio intrinſeca; & eſt animæ virtus iudicatiua: datur & extrinſeca, vt illa eſt, qua aliquid probamus eſſe tale: modò iſta fit in inſtanti per accidens; quod eſt breuiſsimum quoddam tempus: at, quod omnifariam indiuiſibile eſt; id inſtans per ſe eſt. Meliùs, vt puto, Græci dixerunt. Concludit modò Philoſophus, complectens ſimul vtrumque caput; Quare inſeparabile. Indiuiſibile, ſcilicet, quod videlicet, iudicatiua virtus non per partes diuerſas iudicat, vt de corpore dictum eſt; ſed ipſamet indiuiſibilis cum ſit, iudicat. amplectitur alterum, cum dicat; Et in inſeparabili tempore: nam alietas relatio eſt, quæ in momento vno duorum ſimul eſt ſecundùm rem; iudicium verò animæ ad rem refertur: nam actio indiuiſibilis, vt Simplicius, eſt ipſum iudicium.

T.c.147 At verò impoſsibile. Introducens Auerroes, inquit; Cum iam oſtenſum ſit in omnibus ſenſibus, quòd ſit uirtus eadem; quod ferè idem eſt ſenſum agentem dari. vult nunc inueſtigare modum, quo virtus talis ſit, eadem ſcilicet, & vna, quæ iudicat contraria omnia in eodem tempore. Et videtur Auerroes in hac introductione non diſcordare à Simplicio; qui non proponit hanc per modum dubij; ſed, vt ex declaratis oſtendat Philoſophus, quòd virtus illa, quæ iudicat, non poteſt à duobus ſimul contrarijs pati; impediretur ſanè iudicium, ſi hoc fieret. alij verò omnes exponentes per modum dubitationis introducunt. vtra harum melior fuerit, determinatio Philoſophi manifeſtabit. In textu ſunt duæ particulæ: in altera dicit impoſsibile eſſe idem indiuiſibile, atque in indiuiſibili temporis moueri ſimul à contrarijs. Duo planè ſunt, quæ in hoc difficultatem faciunt: alterum eſt, quia indiuiſibilis virtus eſt; nam, ſi diuiſibilis, vt corpus, impoſsibile non eſſet, quòd ſecundùm vnam ſui partem ab altero pateretur contrario; & ſecundùm reliquam, à reliquo: reliquum, quod auget, eſt indiuiſibile temporis; quia impoſsibile non eſt, vt eadem corporis particula fiat & alba, & nigra; non tamen in nunc temporis; ſed in alia, atque alia temporis parte. modo lingua ab amaro mouetur, & dulci, non tamen iuxta eandem particulam: at, cum ſecundùm diuerſas particulas, hæc patiatur; ſenſus guſtus, qui indiuiſibilis eſt, iudicans diuerſis linguæ particulis, ſimul adeſt totus, vt inquit Simplicius. Iudicium de vtroque ex ſe facit. Coniungit Ariſtoteles ſenſum intellectui; vel, quia vterque iudicat, & uterque contraria ſimul; vel, quia nondum diſtinxit inter ſenſum, & intellectum: &, vt notat Themiſtius, inconueniens magis eſt in particulari ſenſu, quàm in ſenſu communi; quia communis iudicat diuerſa, vt album diuerſum à dulci: at particularis non ſolùm diuerſa, ſed & contraria; vt, ſi ſcriptam chartam inſpexerimus, viſu & album, & nigrum chartæ ſimul apprehendemus; ſimulatque inter vtrunque differentiam. Sed dubium eſſe videtur; quia cum ſit maius impoſsibile in ſenſu particulari, quàm in communi; debebat hoc de particulari dicere, non autem de communi. Reſpondet, & rectè quidem, Philoponus, quòd ea ratione dictum eſt de communi; quia, quod iudicat particularis, iudicat & communis; ſed non è conuerſo: in ſecunda dicit; Nunquid igitur. Qui uoluerunt in prima dubium mouiſſe; volunt, quòd in hac ponat ſolutionem quandam, non ueram tamen ad illam, quæ in hoc conſiſtit; quòd uirtus illa eſt una ſubiecto; &, ut ſic, iudicat contraria ſimul; & eſt ſecundùm eſſe diuerſa; &, ut ſic, ſimul recipit contraria: ut diuerſæ ſunt intentiones; ſic & uirtus iſta diuerſa efficitur: ut uerò iudicat; eadem eſt, & unico iudicio. & ſic uidetur diſſoluta quæſtio, ut Auerroes notat. Simplicius uult, quòd in hac ſecunda dubitet Ariſtoteles, poſtquàm dixerit, quòd idem indiuiſibile manens, nunquàm contrarijs moueatur motibus: dubitat modò nunquid, quod non eſt omnino indiuiſibile, ſuſtineat contraria nam id eſt unum, & indiuiſibile, quod tamen contraria recipit per facultates diuerſas, quæ habent vim contrariorum receptiuam: nec tamen ob id impeditur, quo minus contraria ſimul iudicare ualeat; cum ſit ſecundùm ſe ſubiecto unum; tametſi rationibus diuerſis diuerſum ſit. Auerroes comparauit tale indiuiſibile pomo; in quo color, odor, & ſapor reperiuntur maximè inter ſe diuerſa. Poterat & hoc clariùs ſolui, ſi diceretur contraria tunc illa eſſe, & dici, quæ in materia ſunt: eadem tamen, ſi à materia remota fuerint; non amplius contraria erunt; qualia in ſenſu ſenſibilia ſunt, vt ſoluit Alexander, primo animæ capite de ſenſu communi: & manifeſtat hoc idem in aere ipſo illuſtrato: in quo, duæ quando ſimul contrariorum ſpecies reperiuntur; cum quis recta utranque inſpiciat; utranque ſimul uidet; quòd neutra alteri impedimento eſſe poteſt: quinimò altera per alteram in aere quandoque ad uiſum tranſit, ut per album nigra; neque ob id ſentitur diuerſa. Notauit, inter Latinos & Albertus talem reſpōſionem dari poſſe. uerùm, quia intēdit perfectè determinare, quomodo ſenſus communis ſit unus, & non unus; ob id hac alia ſoluit ſolutione; ut palàm fiet.

An haud poſſibile eſt? Intentio eſt oſtendere, T.c. 148

dere, quòd ſolutio data ſit non uera. In textu tres ſunt particulæ: in prima ponit fundamentum, in quo fuerunt decepti; in ſecunda manifeſtat exemplo; in tertia concludit: in prima dicit, quòd dictum illud poſsibile non eſt. & reddit rationem, quòd ſcilicet, potentia, idem eſt contrariorum ſuſceptibile, & diuiſibile, & indiuiſibile; actu verò minimè: vt recipit contraria, diuerſis rationibus diuiſibile eſt; ſubiecto autem, & loco, indiuiſibile: in ſecunda oſtendit exemplo: nanq; impoſsibile eſt idem albū, nigrumq; ſimul eſſe; ſic calidum, & frigidum actu; at potentia, im poſsibile non eſt: quod, ſi & actu dicatur; contingit illi, quatenus diuiſibile eſt; vt hæc particula ſit alba, vel calida; illa verò frigida, vel nigra: ideo verum erit, quod potentia, habens contraria; ſic dici poteſt de ſubiecto indiuiſibili, ſicuti de ſubiecto diuiſo: at actu habens contraria ſolùm de diuiſo ſecundùm ſubiectum, non autem de indiuiſo. Quare. In hac tertia concludit, dicens, quòd talis virtus neceſſe eſt, vt non recipiat formas ſenſibilium contrarias; ſi talis eſt virtus ſenſitiua, vt ſoluebant, vnica, ſcilicet, ſubiecto; & in eſſentia, plures, vt Auer. At voluit Ariſtot. concludens dicere, quòd ſenſus, & intellectus recipiant non ſenſilia, ſed eorum ſpecies, vt notat Simplic. non tamen poſſunt ſimul illas contrarias recipere; ſi vtriuſque eſt, vt recipiat. imò notat Auer. ſimul cum ſenſe poſuiſſe intelligere; quia vtrunque ſit receptione. documentum Auerrois, in ſequenti declarabitur.

T.c.149 Sed, quemadmodum. Cum dixerit eſſe impoſsibile, ut hæc uirtus ſit vna ſubiecto, & multa virtutibus; quod, ſcilicet, perſuadebat falſa ſolutio; incepit dare modum, vt inquit Auer. ſecundùm quem virtus talis eſt & vna, & multa: quod eſt bonam afferre ſolutionem. notauit ſubindè Auerroes procedendi modum, qui eſt ab exemplo, quo utimur pro rebus difficilibus explicandis. In textu ſunt tres particulæ: ponit exemplum in prima; in ſecunda concludit in virtute; in tertia epilogat: in prima ponit exemplum de puncto; quod centrum circuli ſit; dicens eſſe unum, & non vnum; diuiſibile, & indiuiſibile: nam id punctum, ſecundùm ſuam eſſentiam, vnum eſt; quia indiuiſibile eſt: at, cum ab eo ad circumferentiam prodeant lineæ multæ; rurſusque à circumferentia in ipſum redeunt; & per ipſum terminantur: ſi vt omnium terminus, ſic vnum eſt; ſin uerò, vt ad plures illas referatur, plura ac diuerſum eſſe dicit. r. puncto ſimilis anima eſſe dicitur; quæ ſentiendi uim habet: nam & iſta indiuiſibilis eſt; & ſenſorijs utitur; & perinde, ac centrum, in medio quinque ſenſuum eſſe uidetur; in quam ſenſibilia omnia extra, quæ per ſenſoria hæc deferuntur animata, in ipſam; ueluti in centrum, terminantur: ipſa uerò ex ſe in actione quadam collocata eſt, quæ iudicandi uim habet; quæ tamen uel omnino à corpore ſeparabilis exiſtit: quæ uerò contingit in ſenſorio contrariorum paſsio, quæ ſit ſecundùm diuerſas animati ſenſorij particulas; cum in illam virtutem terminetur; non inde patitur illa, aut mouetur, vt rectè Simplicius, neque recipit extrinſecus; ſed indiuiſibilis actio intus proueniens, quæ non efficiendorum, ſed cognoſcendorum ſenſibilium facultatem habet; nam, cum indiuiſibilis ſit, indiuiſibiliter operatur: omnis ſanè motus, atque affectio omnis in diuiſione poſita eſt. Inquantum. In hac ſecunda, vt Auerr. incipit diſtinguere opus eius, ut diuiſibilis eſt, pariter atque indiuiſibilis; vt, ſcilicet, uirtus hæc per uarios ſenſus diffunditur, diuiſibiliter operatur; & ſic nihil prohibet, quominus multa iudicet, ut ſeparata eſt; cum tamen ipſa, ſecundùm ſe, una ſit, ut Themiſtius, eſt planè ſimul una, & multa: ſic, ut terminus, diuerſis ſeruiens ſenſibus, diuerſa iudicat iudicijs diuerſis, ut Auerroes. ſecundùm uerò, quòd una, iudicat res diuerſas unico iudicio. Laudat deinde Auerr. ſupra datam ſolutionem hanc, dicens meliùs eſſe, ut uirtus primi ſentientis dicatur forma, una, & multa, inſtrumentis cum ea copulatis; per quæ tranſeunt ſenſibilium motus; quàm dicere ipſam unam ſubiecto, eſſe; & multa, ſecundùm formas: quia, cum non ſit eadem intentio propter formam; non poterit iudicare diuerſa eſſe diuerſa. Iudicium, ut Auerr. debet attribui huic, ut eſt actus; receptio uerò ſenſibilium, ut potentia eſt. & concludit Auerroes; ut, de iſta uirtute, ſic & de rationali eſſe, differenter tamen; quia uirtus hæc eſt intentionum materialium; illa uerò non miſtorum cum materia. in tertia epilogat. De principio. Non credendum ob hoc animal plura habere principia; ſed de illo intelligit, per quod animal eſt animal; & eſt ſentiendi principium.

Dubitatur utrum ſenſus communis ſit ſenſus unus. In hac difficultate, quod quæſitum, quot ſint, ſupponit quæſitum, an ſit. quod tamen non ſatis conſtare uidetur; quia, ſi talis datur; ea potiſsimùm ratione dabitur, qua differentias exteriorum ſenſuum particularium cognoſcere poſſit; cum hoc facere non poſsit particularium ullus: nam uiſus coloratum cognoſcit; guſtus, dulce aliquid: at, quid inter coloratum, ac dulce illud interſit; neuter illorum cognoſcet; quia cognoſcens differentiam inter aliqua duo, neceſſe, ut illorum utrumque cognoſcat, t46. ſed in aliquo animali talis operatio non reperitur; ergo non neceſſe eſt in quocunque animali hunc ſenſum dari. animal ſanè, quod lapidibus uiuit affinem, ſolumque ſenſum tactus poſsidet; non habet, quo ponatur inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuū differentia; cum in eo non inueniantur: ſecundò, non cognoſcit talem differentiam; ergo non dabitur; cum, deſtructa operatione, ſit & eſſentia deſtructa. Probatur maior; Cum ſenſitiua uirtus ſit; debet cognoſcere obiecta, quæ ſenſibilia ſint: modò differentia non eſt, quid ſenſibile; cum neque proprium, neque commune ſit; ergo. Philoſophus uerò in tex. 145. per hoc, quòd cognoſcitur differentia inter album, & dulce, quæ non cognoſcitur à ſenſu particulari; neceſſum eſt, ut ab alia uirtute cognoſcatur: & quia illa talia ſenſibilia ſunt; oportet,

vt virtus illa cognoſcens ſit ſenſus ; &, cum non particularis; erit illa communis; non quidem in prædicando,vt,ſcilicet,de particularibus dicatur; quia de illis non dicitur eſſentialiter, ſed communitate iudicandi ; cum omnium particularium obiecta iudicet. Themiſtius hoc idem diligenter affirmat, dicens auditum non in auribus, neque viſum in pupilla, & ſic de alijs ; ſed ſenſus omnes in prima illa ſentiendi vi ſedem habere . quod, ſi dicatur nos quinque ſenſus habere; intelligendum quinque ſenſoria eſſe ; & quinque eſſe ſenſitiui ſpiritus,canaliculos, veluti à fonte uno per talia organa diſtributos: ſenſum uerò illũ dicimus, qui hiſce vtitur inſtrumentis : cuius veluti Regis, ac Principis,vna ſedes eſt; in qua iudicium præſtat : at,quæ extrinſecus offeruntur,in ſenſorijs,veluti in domicilijs, reponuntur. Pro reſolutione huius dicendum, neceſſariò dari communem ſenſum; & illum eſſe, qui inter obiecta diuerſorũ ſenſuum differentiam ponit. confirmant hoc ipſum Arabes : nam Algazel ſecundo de natura humana tractatu quarto dicit; Si enim nihil eſſet in nobis,in quo coniungerentur albedo,& ſonus ; neſciremus hoc album eſſe illud, cuius audiuimus ſonum. Auic. ſexto naturalium,parte quarta capit. j. Si non eſſet hæc uirtus, quæ comprehenderet coloratum,& tactum ; nos inter illa diſcernere non poſſemus : præterea,neque animal,quod videret ; ſibi commodum pabulum opinaretur : non enim daretur vis illa,quæ coloratum,& ſapidum iudicaret. quæſitum itaque, ſi eſt; de tali ſenſu manifeſtum eſt. Modò ad primum in oppoſitum dicendum ; quòd illa animalia, quamuis ſint imperfectiſsima, cognoſcunt tamen conueniens ab inconuenienti; quia ſuper primum dilatantur; à ſecundo contrahuntur: & in talibus ſenſus communis imperfectus eſt; ſicuti & in illis eſt imaginatiua imperfecta. ad ſecundum dicendum, quòd iudicat,differens hoc obiectum ab illo, atque illorum differentiam ; quæ & ipſa ſenſibilis, & reducibilis ad ſenſibile proprium. Vtrum uerò ſenſus proprij ſit differentiam cognoſcere ; & uidetur,quòd ſic ; quia uiſus ponit differentiam inter album,& nigrum. Dicendum(quamuis iuniores aliqui concedunt totum)quòd uiſus differentiam hanc non cognoſcit;ſed communis eſt ſenſus,qui in eo inſtrumento talem perficit operationem. hoc uidetur innuere Simplicius 144. cum dicat; Cõis nanq; ille propè uiſum ſtat, quemadmodũ & propè guſtum. neque ob id dicendum, quòd differentia illa, & ſi relatio quædam ſit; ꝙ, vt relatio à communi ſenſu cognoſcatur;quia talis cognoſcitur à cogitatiua; quæ intentiones decem omniũ prædicamentorum nouit : idem dicendum erit & de differentia ſenſibilis proprii à communi. Alex. primo ani. cap. de ſenſu communi,inquit; Quemadmodũ diuerſi generis ſenſibilia,ita inter ſe eiuſdem generis differentias ſimul iudicat;dubiũ eſt, à quo differentia ſenſibilium communium iudicetur. Dicendum cum Alexandro ibi,ꝙ non eſt ſenſus particularis;quia viſus non ſolùm cum colore recipit magnitudinem ; ſed auditus ẽt cum ſono : viſus communia ſenſibilia non iudicat;ſed hęc ad communem ſenſum functio pertinet. Secundum dubium in hac materia eſt,de vnitate talis potentiæ. Duæ habentur poſitæ ab Ariſtotele opiniones altera,ꝙ ſit vnus ſubiecto;& plures, ſecundùm formas: altera, ꝙ eſt vna, ſecundùm formã;& plures, ſecundùm ſenſoria recipientia. Aduerſus primam demonſtrat ratio Philoſophi ; quia tunc non iudicaret illam differentiam;nam,cum per vnam formam haberet ſenſibile viſus;per aliam, ſenſibile auditus;ſecũdùm neutram de altera iudicare poſſet. Gandauenſis ſuſtinens ſecundam, declarat illã ad mentem Ariſto. quòd ſit, ſ. virtus vna eſſentialiter. dicit,quòd eſt aliquo modo plurificatus; quia recipit diuerſorum ſenſibilium ſpecies;aliam planè ſpeciem à colore,aliam à ſapore recipit. & confirmat per dictum Philoſophi in exemplo de puncto; ſiquidem punctum,& vnum eſt, & plura, reſpectu linearum ab ipſo ad circunferentiam prodeuntium ; vt ſit diuerſarum terminus: ſic & communis ſenſus,vnus eſt eſſentialiter;plures verò, ſecũdùm eſſe,quæ recipit à diuerſis ſenſibilibus. At,pace huius viri,dicam; Malè Ariſtotelem intellexit, & in re,& in exemplo: in re primò;quia ſenſus communis agit,vt retro dictum eſt;quia iudicat;& in indiuiſibili iudicat: modò, ſi reciperet ſenſibilia ſimul ſecundùm idem ageret, & pateretur ; ꝙ inconuenit;quia,vt indiuiſibile,iudicat : quod verò diuerſa recipit, & contraria, & non ſecundùm eandem particulam,ſenſorium animatum eſt. errat etiam in exemplo;non enim voluit punctum diuerſa eſſe; quia diuerſas lineas recipiat;ſed quia ad illud, quod circuli centrum eſt,veluti ad vnum terminũ multæ concurrunt lineæ. qua itaque ratione multarum linearum finis, eſt multa, vt inquit Alexander;qua verò ratione lineæ omnes inuicem cogũtur in centro, vnum: ſic & vna eſt virtus , quatenus ſenſuum omnium terminus eſt;quę ad omnes ſentiendi differentias arbiter eſt ; neque ſibi impedimento eſſe poteſt, quominus multa iudicare poſſit ſeparata;& tamen vnam eſſe;cum ſimul vna, & non vna ſit. &,vt rectè concludendum videtur, notandum;quòd anima,cum ſit ſupra naturam ; influit in totam naturam ſuas impreſsiones,abſque quo in illa imprimatur aliquid : at natura nõ agit in naturam,niſi & in illam agatur, omne enim mouens phyſicè,mouetur : at anima, cum ſit incorporea,non patitur : vnde primum augens non alteratur alimento;ſic & primum ſentiens, in quo ſaluatur tota ſenſitiua virtus, & eſt ſenſus cõmunis, qui eſt origo ſenſuum propriorum; conſtituit illos;at non conſtituitur ab illis ; ipſaque ex ſe in actione quadam collocata eſt,quę iudicandi vim habet,vt Simplicius,addens; Neque paſsio eſt, neque motus,neque eorum,quæ extrinſecus receptio;ſed actio indiuiſibilis intus proueniens ; quæ non efficiendorum,ſed cognoſcendorum ſenſibilium facultatem habet. pluralitas itaque ratione plurium ſenſoriorum ei attribuitur; in quibus partibiliter recipiuntur ſpecies;vnitas verò, vt omnium ſenſiteriorum,& particularium ſenſuum termino: quapropter non inconuenit,tanquam iudex,partibus

in

in contrarium auditis, iudicium ſimul de contrariis ferre; inconuenit tamen contraria ſimul,& ſecundum eandem particulam recipere. ſenſus autẽ talis,qui communis eſt,ſedem habet in corde,vt in ſenſorio: Ariſto.in de iuuentute,& ſenectute 1 ſecundo de partibus cap. 10. quamuis in cerebro ſe ipſum manifeſtet.

T.c.150 Quoniam Autem. Inter Latinos Albertus,& cũ eo Egidius voluit,ꝙ hic inciperet de anima tertius. & rõ ponitur ab Egidio;quia,in tertio cũ intẽdat agere de intellectu; prius diſtinguere debebat inter ſenſum,& intellectũ; deinde de intellectu agere.diſtinctionẽ talẽ hic aggreditur. At,pace horum,dicam,Non ex propoſito hic de intellectu agere.intendit;conſequenter,neque ſeparare ipſum à ſenſu:ſed intentio erat agere de ſenſibus interioribus,vt de phantaſia; poſtquam ſatis fuerat actum de exterioribus.&, quia opinabãtur antiquorum aliqui in idem cadere cum intellectu; ideo hic inter illas animæ vires differentiam poſuit.&,quòd tota intẽtio ſit de imaginatione agere,manifeſtat Simplicius, dicẽs de imaginatione agere,quæ proxima ſenſui eſt; & iudicandi poteſtatem habet.& determinat primò, quomodo facultas animæ hæc cognoſcendi,non appetẽdi vim habet: in qua vi,quæ ſecundùm locum monet,eluceſcit: ſecundò,quòd haud eadem cum ſenſu eſt, demonſtrat. & Philoponus dicit, quòd repentina mutatio,& in re,& in actione,mala. propter hoc non ſtatim ab irrationali ad rationalem procedẽdum eſt;ſed prius agendum eſt de quadam differentia inter rationalem,& irrationalem. In textu ſunt tres particulæ: in prima ponit vnum,quod retrò determinatum eſt;in ſecunda ponit intẽtum; quòd idem ſit omnino ſentire, & intelligere; in tertia teſtimonio antiquorum hoc idem confirmat:prima pars,quòd anima duabus præcipuè differentiis diffinitur, & ſecundùm locum moueri, & ſentire,atque intelligere.hoc poſuit etiam primo animæ 19. Animatum differt ab inanimato, ſenſu,& motu:quod idem eſt per appetere, & cognoſcere: nam localis motus appetitum; ſenſus verò, intellectusque cognitionem indicant. Vſus eſt ly, Quoniam,quæ uidetur innuere longiuſculè determinari,quòd haud idem ipſum ſentire, & ſapere eſt, vt notat Simplicius.notat etiã, quòd ly, intelligere, accepit pro quacunque cognitione, quæ ex ſeipſa excitatur. Videtur autem. In hac ſecunda ponit conuenientiam ex dictis antiquorũ, qui intelligere cum ſentire confundebant. & addit rationem,cum dicat; In utriſque enim anima iudicat.Propter dictum hoc,quia non ſolùm ſenſu iudicamus; ſed ratione,& dianoea, ut inquit Themiſtius: in quonam iudicia iſta differũt;deinceps conſiderandum eſt. accepit primò ab antiquioribus phyſicis,qui talia confundebant: ideo in tertia particula dicit; Et antiqui. Empedocles ſanè fuit,qui affirmauit idem ſentire eſſe, atque intelligere; hac ratione motus; quia ad præſens augetur in hominibus conſilium. eius uerſus.

Namq; homini certè ad præſens prudentia creſcit.

Pro quo duo ſunt notanda; primum, quòd augetur; ſecundò,quòd ad præſens. Ob id Sciendum, quòd corpus naturale, ſinitur agere, in rem incorpoream minimè agere poteſt; ſiquidem actio ſit per contactum; quare corpoream eſſe neceſſe eſt: Si itaque cœleſtia corpora in nos agant, ſiue animas noſtras; illas corporatas eſſe oportet:anima uerò in nobis quælibet cognoſcitiua, ſuam habet appetitiuam; quippè quæ à cognoſcitiua regulatur; ita ut quanto creſcit appetitiua; tanto continuè creſcat, & eius cognoſcitiua. Notandum deinde eſt,quòd moueri ad præſens, non admittit diſcurſum; ſed ab exteriori uinci motore ſignificat; quomodo dicimus animalia irrationalia duci,cum minus ſint ſuiipſorum domina. his cognitis, dictum Philoſophi patet. augetur conſilium; ideo mouetur; ergo corporea uoluntas in homine eſt; quare & intelligere, cum & ipſum augeatur; eapropter à ſentire non diſtinguitur.hęc collecta ex dictis Sancti Thomæ, & Egidij. At ratio Græcorum eſt clara magis; neque tot indigens, ut ſenſus ſit,ab eo, quod eſt proprium ſenſus; qui à præſenti mouetur ſenſibili, ut Themiſtius.cum autem intellectus & ipſe uideatur ad præſens moueri; hac ratione a ſenſu non diſtinguitur. Dixit augetur,ut Philoponus,quia actus,& operatio auget potentiam; ſicuti & contra,quies lædit. Confirmat etiam hoc Homeri ſententia; cum dicat, intellectum talem in hominibus eſſe; qualem ducit páter hominum,Deorumque. Pater Deorum, Sol; qui cæteris lumina præſtat: pater & uirorum eſt; quia Sol,& homo generant hominem: & Sol in die, per lucem Sol; calores in homine, & alijs excitat. Cum itaque intellectum humanum ab ambiente nos corpore poſuerit alterari; naturam habuiſſe corpoream, & idem cum ſenſu eſſe putauit: corpora tamen cœleſtia in intellectum directè minimè agunt; ſed indirectè non inconuenit; cum apta ſint phantaſiam alterare, quæ corporea eſt; inde per accidens, & intellectus operationem.

Omnes enim hi. Auerroes ponit rationem, T.c.151
quare in hac parte agendum ſit de differentia inter ſenſum,& intellectum,poſtquàm de ſenſu ſatis dixit. & fuit; quia antiqui idem ſentire cum intelligere capiebant. modò, cum hoc dictum ſit, intendit ponere cauſam, quare aberrauerint. In textu ſunt duæ particulæ: in prima dicit antiquorum illorum ſententiam; in ſecunda illam reprobat. inquit in prima; Notat cauſam eſſe; quia intelligere, corporeum eſſe uolebant; quemadmodum & ſentire. Aduertit Simplicius,quòd per intelligere,voluit acceptum pro ea omni vita, quæ, cum cognoſcendi uim teneat, ex ſeipſa actionem promit; at ſapere propriè in vita illa, quæ rationis particeps; cum in ſeipſam conuertitur: atqui ſapere etiam capiunt pro vita ea, quæ iudicat, & cognoſcit,vt aliæ; & ipſum etiam corporeum eſſe affirmant. Et ſentire & ſapere. In hac ſecunda reprobat, & tria dicit.primò oſtendit cauſam, quare in hoc deuenerunt; ſecundò dat inſtantiam;tertiò ponit euaſionem quandam;quam irritam oſtẽdet.Cauſa,quia ponebant cognitionem fieri à ſimili;

mili; volebant iſti, ꝙ anima conſtaret ex omnium entium principiis; & terra, quæ in illa erat, terrā obiectam cognoſceret, & igne, ignem; & ſic de cæteris: &, quia duæ iſtæ virtutes, intellectus, & ſenſus comprehendunt corpus; neceſſariò & ipſæ corporeæ erant. Atqui oportebat. Dat modò inſtantiam; & eſt, quod antiqui, ſicuti poſuerunt cauſam in cognitione animæ; ſic ponere debebant cauſam in deceptione; ea præſertim ratione, qua anima diutius immoratur in ignorantia, quàm in ſciētia. Simpli. Intelligendum ſanè de ea vita, quæ cū corpore eſt: nam, cum ortui, atque interitui obnoxium ſit animal; multū temporis manet, quòd rectas animi actiones, recipere non queat; perturbationibus impeditur multis, & ſolicitudinibus, quæ hominum vitæ contingunt: &, quod omnium grauiſsimum eſt, impetus animæ, qui in corpus vergit; atque illa implicatio cum ortu, quæ remonet à conuerſione, quam facit in ſeipſam, in qua veritas ſecundùm rationalem conſiſtit. Idem aduertit, quòd inſtantia hæc non eſt, vt deſtruat opinionem illam; ſed, vt arguat eos, vti inſufficientes, quia nihil de deceptione dixerunt; & præſertim, cum pluri tempore nobiſcum maneat; cum anima, vt Auer. inueniatur in maiori parte ignorans, quàm ſciens. Vndè. Ponit in hac euaſionem, quæ duobus modis eſſe poteſt: vel dicant nullam dari deceptionem, ſed omnia vera, vt intelliguntur talia, ſcilicet, ſicuti apparent res; ſic & illas eſſe exiſtimant; qualis ſophiſtarum quorundam fuit opinio: altero modo dicunt, quòd, ſicuti res cognoſcitur per contactum à ſimili; ſic per contactum à diſſimili cognoſcitur deceptio: & ſic contraria contrariis impertiunt. Philoponus ex hoc dicto voluit, quòd Ariſtoteles reprehenderit etiam Empedoclem; quia per contactum ſimilis, dicebat fieri cognitionem; & per contactum diſsimilis, fieri deceptionem; quandoquidē contactus propriè ad ſenſum tactus attineat; quaſi tactum intelligentiam dixerit. Reſpondet Ariſtoteli Philoponus; quod cōtactus æquiuocè dicitur de tactu, ſenſu, atque intelligentia. At hoc non ſatis manifeſtum ab Ariſto. habetur; cum dicat, per cōtactum diſsimilis: ubi non contactum, ſed modum hunc cognoſcendi per tactum damnat: neque ullus exponentium eſt, qui cum Philopono teneat. Hoc enim contrarium. Damnat hanc, cum dicat, Deceptio, & ſcientia contrariorum eadem. Auerro. ſic deducit, hoc eſſe impoſsibile; quia error ſit contrariis eſt idem; ſed contingit huic, ꝙ error ſit in proprio contrario. At palàm eſt, quòd error poteſt contingere vnicuique contrario indifferenter; &, quòd vni proprius non eſt. Meliùs cum Themiſtio dicamus, ꝙ vna eſt contrariorum ſcientia; atque vna eorundem ignorantia: nam, qui bonum nouit, quòd vtile ſit; ſimul & malum, quòd nocuum eſt, cognouit: & deceptus circa alterum; deceptus dicitur & circa reliquum. ſic itaque oportebit nos ſimul contrariis aſsimilari, quādo contraria nouimus; vel illis diſsimilari, quando illa ignoramus; quod inconuenit: nam vnum eſt, quod vtrunque cognoſcit, vt refert Simplicius, vnum ſcilicet, ſubiecto; eſſe verò, diuerſum; quia ex diuerſis oppoſitorum rationibus attingit vtrunque. rectè Philoſophus; Videtur & deceptio, & ſcientia una contrariorum.

Quod quidem igitur. Intentio adhuc eſt, oſtēdere, ꝙ intelligere differt à ſentire. & eſt reſpōſio ad dicta antiquorum. credebant ſanè, quia, vt dictum eſt, diſtinguebant animam per motum, & cognitionem; & hanc, per ſenſum, & intellectū; quam omnino eādem eſſe opinabantur: & reſpōſio, vt Auerro. fuit diminuta: propter hoc fortè; quia hic non agit de intellectu; ſed de illo determinabit poſtea: uel, & meliùs, quòd dicta non fuit ſufficiens; quia dixit; Erit ſermo iſte principium. In textu duas format in antiquos rationes: prima; Senſus ineſt omnibus animalibus: intellectus non ineſt omnibus animalibus: ergo. ponit primò concluſionem; mox præmiſſas Ariſtoteles. Notauit ſubinde Auerro. ly, paucis, dicēs; quia plura animalia communicant homini in hac virtute: quod uel intelligendum cum S. Thoma dicente, quòd plura animalia habere uidentur non nihil prudentiæ, ſcilicet, ꝙ rectè iudicant de agendis per æſtimationem naturalem: uel, quòd uoluerit intelligere corpora cœleſtia. Philoponus notat; ab aſinè hic ſapere, quod ad prudentiam ſpectat, accepiſſe; cum per hoc contemplatiuam mentem intelligeret. Simplicius indifferenter dicit, ſiue per prudentiam, ſiue per quamcunque contemplationem, quæ non ſine cauſa fit; illud accepetit. modò talis non competit cęleſtibus; cum illa per cauſam non contemplentur: minus competit irrationalibus; cum talia neque omnino contemplantur. ob id fortè dixit Themiſt. huius homo ſolus particeps eſt: alterius uerò omnia animalia. At neque opinio Themiſtij ſtat cum Ariſto. cum dicat in textu, Hoc uerò in paucis; non ideo ſolus homo intelligēdus eſt; ſed cum Themiſtio adhuc dicendum puto, ut ſit ſenſus; Solùm his animalibus ineſt, quæ rationis participia ſunt; qualis ſolus eſt homo de mortalibus; & neque omnibus hominibus; ſed ex his, perpaucis, ut ait Simplicius. & addit Philoponus; Quibus etiam ineſt; non ſemper ſecundùm actum ineſt; etiamſi ineſt ſecundùm habitum intellectus. & addit; Cuilibet ualde expetendum; ſi uel in ſenectute illi ſapientia acceſſerit. At neque ipſum. In hac ſecunda, ut introducit Simplicius, ſeparat quamcunque cōtēplationem, quæ ſecundùm rationem fit, à ſenſu; cū illam ſeparauerit, quæ recta eſt, & ſecundùm rationem. & ratio uidetur in hoc; Intelligimus rectè, & non rectè; ſed ſentimus ſolùm rectè; ergo. Minor manifeſta eſt, ſeruatis circunſtantiis, quòd, ſcilicet, ſit in debita diſtantia, quòd non ſit impeditus. Pro euidentia maioris, ſciendum, quòd hic accepit intelligere, ut Simplicius, quod eſt ſecundùm rationem agere; quod. ſ. uim teneat rectè, & non rectè agere; ſolùm ut habeat quācūque uim rationalem à ſenſu differre. in idē cadit Themiſtius, cum dicat; Non perturbet, ſi quandoq; mētē, quādoque potentiā rationalem, quandoque intellectionem, aliquando dianoeam appellamus eandem T.c.152

eandem ipſam rem; quia ſolùm intelligimus ſimul iſta (quamuis inter ſe differant) in hoc conuenire, quòd à ſenſu differunt: nam virtutes mentis dicimus opinionem rectam, ſcientiam, & prudentiam; at ſenſus, minimè. & rurſus rationis mēdacia, opinionem falſam, inſcientiam, intemperantiamque. Cognitio, vt rectè notat Philoponus, vel circa quæ extra ſunt, vt ſenſus exteriores cognoſcunt; vel, quæ ſunt intus; & tunc, ſi particulare, erit imaginatio, quæ mens etiam paſsiua appellatur; ſi circa vniuerſale intellectus eſt: qui, ſi melior, quàm qui fit cum diſcurſu, contemplatiuus dicetur, ſecundùm habitum, & operationem ſimul; vel ſecundùm ratiocinium; & talis dianoea appellabitur: quæ per cauſam diſcurrens, ratiocinatur: ſi verò propè terminum illius diſcurſus firmabitur, annitens illi, tanquam vero; opinio erit. Eſt ſanè, vt inquit Simplicius, diuerſa à cogitatione opinio, quamuis ſimul elucescat. Subiungit Philoſophus, quòd ſenſus ſemper verus; in qua re maximè differt ab intellectu: nā ſenſus ob paucitatem obiectorum, & quia non diſcurrit, non habere videtur errandi cauſam: at intellectus, cum in diſcurſu ſiat, & ab vno in aliud percurrat, & copioſiora habeat obiecta; cum circa vniuerſalia ſit, contingit aliquando non rectè intelligere; opinari'ue, aut ſapere; ea de cauſa à ſenſu differt: propter hoc non credendum (quia ſenſus non decipitur) quòd ſit cogitatione veracior, ſiue præſtātior: nam ſenſus, vt Simplicius, & ſi circa obiectū proprium verus, vt circa coloratum, viſio; non tamen cognoſcit ſe verum accepiſſe, ſicuti exiſtimatio iudicat, ꝙ intellectum eſt, verum, vel falſum. Et, ne uideatur ratio iſta imbecillis; cum dici poſſet, intelligere uerum eſſe, ſicuti ſentire, & ab eo non diſtingui; addit; Cogitare contingit etiam falsò, & nulli ineſt, cui non eſt ratio. ex quibus ſatis clarè habetur differentia; quia ſenſus ſuum illud verum cognoſcit primo aſpectu abſque ulla ratione, uel diſcurſu; at cogitatio diſcurrit; & cum cauſa uerum cognoſcit; & in eo aliquando aberrat.

T.c.153 Imaginatio nanque. Particula, Nanque. cauſæ redditiua, diuerſimodè à Simplicio, & à Philopono exponitur. Philoponus uult, quòd ad dubitationem referatur. ut ſenſus ſit; Poſſet quis dicere; Si ſenſus differt ab intellectu; erit ſaltem idem cū imaginatione. ſoluens dicit, quod imaginatio eſt alia. Simplicius uult eſſe referendū ad immediatè poſitum; quia dictum eſt cogitationem in his reperiri ſolùm, quæ rationē participant. reddit cauſam; ac ſi intuliſſet, ꝙ imaginatio eſt alia à cogitatione. ex quo Simplicii dicto accepit Auer. intentionem huius textus, ſic continuans; Cum dixit, quòd diſtinctio eſt in habentibus rationem; incepit declarare, quòd diſtinctio, quæ creditur in irrationalibus, non eſt niſi, quæ fit cum imaginatione; &, quòd imaginatio neque ſenſus, neque intellectus eſt. In textu ſunt duæ particulæ exponendæ: in prima ponit unam propoſitionem; in ſecunda probat illam: inquit in prima; Phantaſia altera à ſenſu, & ab intellectu eſt. & addit Philoſophus, Ipſa non fit ſine ſenſu, neque ſine hac, exiſtimatio: nam in confinio reperitur utriuſque imaginatio; ſenſus, ſcilicet, cum ab ipſo ſenſilia capiat, & exiſtimationis, ſiue ſuſpicionis. Suſpicionem nominauit Themiſtius omnem habitum iudicatiuum rationalis potentiæ: cuius ueluti generis, ſpecies ſunt, opinio, ſcientia, pr. denti.; quæ omnes à phantaſia dependent; phantaſia tamen non ſunt: uerùm, quia cum cogitatione eſt; cū intelligere diſcurſu abſque phātaſia non ualeamus; opinati fuerunt aliqui cogitationem phantaſiam eſſe. Notauit Albertus imaginationem communiter acceptam, eſſe, prout ambit imaginationem & phantaſiam: cuius opinionis fuit Auer. diſtinguēs imaginatiuam à cogitatiua; ſed hæc ſub vno accepit nomine; ideo dixit, Et abſque imaginari non fit conſiliari. Vndè non diſtinguentes illi, ꝙ eſt cauſa, ſine qua non; à principali, dixerunt imaginatiuam, cogitationem, ſiue intellectum eſſe. falſum tamen eſt; quia abſque imaginatiua non fit intellectio, neque abſque ſenſu, imaginatiua: illorum tamen neuter imaginatiua eſt. Concludit Philoſophus, non eandem eſſe imaginatiuā, quæ ſequitur ad ſenſum; & opinionem, quæ ſequitur ad cogitationem. Hæc quidem. In hac ſecūda probat: & poteſt fieri ratio talis; imaginatiua in noſtra poteſtate eſt: opinio non eſt in noſtra poteſtate: ergo imaginatiua non eſt. maior declaratur à Simplicio; Dicitur eſſe in poteſtate noſtra, non ꝙ ſit de numero illorum, quæ fiunt à nobis, ſemper cum uolumus; quia imaginamur quandoque aliqua uel etiam inuiti; ut, cum à ſenſibilibus exteriori mouemur ſenſu: ſed ea ratione dicitur in poteſtate noſtra; quia imaginari poſſumus etiā, quæ eſſe impoſsibile eſt. ut, ſi montem aureum imaginatus fuero, hitcoceruum, & ſimilia; & aliqua, quæ nūquam ſub ſenſu ceciderunt: & ſic imaginamur quæcunque uolumus, quamuis in re nihil correſpondeat. probat tamen hoc Philoſophus ab exemplo de reminiſcentia: uſus tamen eſt Philoſophus memoria; quam, ut exponit Simplicius cum Alexandro, accepit pro reminiſcentia: ut, ſcilicet, cum reminiſci uolumus, & applicare imagines idolis; quamplurimas imagines fingemus à memoria acceptas; quę etiam diſsimiles ſunt rei, quam quęrimus: ſic & per imaginationes ante oculos conſtituimus, ac ſi extra, aliquo modo eſſent. probat deinde minorem, cum dicat; Opinari antē non in nobis. cauſam ponit; quia neceſſe eſt nos uerum, uel falſum exiſtimare. accepit ſanè opinari pro exiſtimare: at uerum, & falſum in ipſa rerū conuenientia, uel inconuenientia reperitur: res enim in poteſtate noſtra non ſunt: quinimo, (ut inquit Themiſtius, Sed ipſa rei ueritas, quæ apertiſsima eſt, aſſentiri nos cogit) nemo ſanè rem ipſam manifeſtè falſam eſſe pronuntiaret. Quis. n. fateretur bis duo quinque producere; qui & fatuus non eſſet? nam, quæ euidentiſsima ſunt, rapiunt repugnantem animum ad aſſenſionem.

Dubitatur, utrum phantaſia ſit idem cum ſenſu. In hac difficultate, cū ſit de ſenſu interiori, occurrunt quatuor conſiderāda; primum, in quibus

organis

organis ſenſus iſti repoſiti ſint: ſecundũ de numero talium ſenſuum; tertium de illorũ operationibus, & obiectis; quartum vtrum iſti omnes reperiãtur in quocunque animali, quantumuis imperfecto: de primo, differentia eſt inter Medicos, & Philoſophos. tenent Medici, ꝙ cerebrum ſit ſedes horum ſenſuum. Auic. 6. naturalium, primo can. Gal. 7. de decretis, 8. de vſu partium: vbi dicit, ſenſuum organa propè cerebrum. & 2. de loc. affect. & alibi. firmant quinetiam ſuam hanc ſententiam rationibus: & prima; læſo cerebro læduntur tales virtutes; & ſaluo, ſaluæ ſunt; ergo. & declarat aſſumptum; quia læſa prima parte cerebri; læditur ſenſus cõmunis, atq; imaginatiua; ſimiliter de media ac de cerebri poſtrema parte: ſecũda; Vel cor, vel cerebrum erit ſubiectum iſtarum; non cor, quia læſo corde, vt patet in febriente; virtutes illæ non læduntur: ergo cor non erit; quare cerebrum. Oppoſitum ſentit Ariſt. cum in libello de iuuentute, & ſenectute dicat; Senſiterium commune in corde eſſe neceſſe eſt. & in de ſomno, & vigilia; Senſus communis eſt ſimul cum tactu. & ſecundo de partibus capite decimo. Senſuum principiũ cordis locum, & ſecũdo de partibus capite primo. In corde eſt ſentiendi vis. confirmatur & ratione, hoc ſuppoſito; ꝙ cor eſt primum, ꝙ generatur, vt in de iuuentute, & ſenectute. & ſecundo de generatione animalium capite quarto; Sequeretur, ꝙ cor; ut primum genitum eſſet, non ſentiret. Et, quia Gal. negaret fundamentum; uideretur & ratio ſequẽs deſtructa: cum dicat in libello de formatione fœtus; ꝙ hepar primũ eſt, ꝙ generatur. & redarguit, qui uolebant cor primum eſſe tale. At hoc condonemus illi: rationem tamen non effugit; quia & Gale. in eo libro voluit cor ſecundò generari, tertiò cerebrum. quo ſtante, in illo priori temporis cor adhuc genitum eſſet; non ſentiret tamen, ut ratio concludebat. Præterea cerebrum expers cuiuſcunque ſenſus eſt. 2. de partibus cap. 10. & experientia comprobatur; quia, ſi illius ſubſtantia ſtilo perforetur; patiens non ſentit: ergo in cerebro ſubiectiuè non poteſt ſenſus eſſe. In hac materia dicendum cum Auer. 2. col. cap. 20. ꝙ ſenſus iſti interiores; omnes ſunt in corde, & in cerebro: in corde, vt in radice; in cerebro, ſiue in cameris eius ſunt, ut proprias manifeſtẽt operationes. ob id dicitur imaginatiua in prima cerebri camera; & eſt, quæ retinet ſpeciem ad illam, à communi ſenſu tranſmiſſam; cogitatiua verò in media; in poſtrema operatur memoria. Fundamentũ utriuſque dicti; & primò, ꝙ in corde eſt; quia virtutes iſtæ non operantur, niſi cum calore innato; & talis non fit, niſi cum calore menſurato: quare datiua huius uirtus in corde manet; ideo uirtutũ iſtarum exiſtit radix: &, quia operatio imaginatiuæ eſt ſignum, ꝙ remanſit de ſenſatis, quæ in ſenſu cõmuni fuerant; ideo in eodem loco imaginatiua erit cum ſenſu communi: atque in eodem & cogitatiua reperitur; cum cogitatio non eſt, niſi cõparatio rerum imaginatarum. patet & ſecunda, ꝙ in cerebro operantur: neque facit argumentum ꝙ læſa cerebri parte, læditur & illius uirtus: quia, læſo diaphragmate, uirtutes iſtę læduntur; non tamen in diaphragmate poni debent. Secundũ quin etiam non concludit; quia uirtutes illæ ſi penitus non læduntur, læſo corde; ſignum eſt, quòd cor parum læditur: ſicuti, à ſimili, uõ amittitur viſio, quacunque læſione facta in oculo, ſed forti. Secunda difficultas eſt de virtutum iſtarum numero. & in hac ſunt opiniones diuerſę: prima, quæ Temminiſtis attribuitur, ꝙ unica tantum interior uirtus ſit, & ea ſit; quæ aliarum omnium operationes expediat; & non differat, niſi ut ſpiritale magis operatur. & fuit iſtorum fundamentum; quia fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri poteſt. Sunt & alii tenentes duas ſolum dari virtutes: quarum altera apprehenſiua eſt; altera retentiua. fundamentum; quia in apprehẽſiua dominatur humiditas; in retentiua, ſiccitas: modò in eadem re humiditatem, ac ſiccitatem reperiri, impoſſibile eſt. At neutra iſtarum eſt ſecundùm Philoſophum; quia in hoc ſecundo, poſtquam ſenſum communẽ determinauit; aggreſſus eſt ſermonem de phantaſia præterea tertio de anima 57. diſtinguit de phantaſia, & alteram nominat deliberatiuam, quæ in homine eſt; irrationalem reliquam, quæ in cæteris animalibus reperitur: deinde in libello de memoria, & reminiſcentia Philoſophus dicit; Cum de phantaſia determinatum ſit. modò determinare proponit de alia uirtute interiori, quæ reminiſcẽtia dicitur, ſiue rememoratiua. Græci exponentes, tres ſolùm uirtutes interiores admittere uidẽtur, communem ſcilicet ſenſum, imaginatiuam, & memoriam. Arabes quinque ponere uidentur. Auicen. 6. naturalium cap. 1. addit cogitatiuam, & & æſtimatiuam. Algazel idem ſentit, ſecundo de anima humana cap. 4. & exponit uſum æſtimatiuæ. & eſt apprehẽdere, ꝙ non eſt ſenſatum, de ſenſato; ut ouis, inimicitiã lupi. cogitatiua in medio eſt; & componit, & diuidit. Albertus inter Latinos ſecutus fuit ſententiam Arabum: & de æſtimatiua dicit, ꝙ eſt actiua magis, quàm imaginatiua; quia non ſolùm apprehenſiua; ſed etiam motiua eſt: & inquit, quòd tres iſti ſenſus in omnibus animalibus reperiuntur. Ponit Albertus & cogitatiuam, quam phantaſiam appellat: cuius opus eſt & componere, & diuidere. S. Thomas in quæſtionibus diſputatis de anima quæſtione tertiadecima, de his quinque & ipſe mentionem facit: uerùm ab his differt; quia uoluit æſtimatiuam eſſe in brutis; & in illis perinde ſe habere; atque in homine, cogitatiua: & in illis apprehendit, quæ ſenſus nõ apprehẽdit, ut nociuũ, & utile. ponit deinde in hoĩe cogitatiuã, dicẽs; In hoĩe eſt uis cogitatiua collatiua intẽtionũ particulariũ: undè & rõ particularis dr̃, & intellectus paſsiuus: imaginatiua uerò cõſeruat idola, à ſenſu communi recepta; ut etiam abſentia illa, ueluti præſentia imaginetur. Auer. & ipſe idem cum S. Tho. ſentit; cum ſecundo coll. cap. 20. dicat; Cogitatiua non reperitur, niſi in homine, & animali bruto conceſſa fuit æſtimatiua loco illius. de cogitatiua dixit 3. ani. 6. 7. 20. 33. Dicendum cum iſtis, ꝙ uirtutes iſtæ interiores ſunt numero quatuor; ut uidetur ex uerbis Philoſophi

colligi

colligi poſſe: nam Philoſophus hic de communi ſenſu, vt prima determinauit; deinde de phantaſia quam poſtea diſtinxit 3. ani. 57. in rationalem, & irrationalem: & primam voluit eſſe homini propriam, & concurrere ad actionem cum intellectu practico: quare poſuit iſtam diſcurſiuam; cũ per ipſam formetur propoſitio minor: ideo illa eſt, quę cogitatiua dicitur: in libello de memoria, memoriam appellauit. Auic. tamen voluit eſſe quinque. Græci eaſdem cum Ariſtot. voluerunt. Quòd verò quatuor iſtæ uirtutes ſint inter ſe diſtinctæ realiter, perſuadetur experimentis: & primò de memoria: amittitur memoria in oppreſſo lethargico morbo: ſecundùm alias tamen virtutes operatur, ac ſi ſanus eſſet: ſecundò, ꝙ cogitatiua diſtincta ſit, per caſum Medici cuiuſdam; qui laborabat apoſtemate in medio cerebri ventriculo: nam talis optimè ſenſatas ſpecies cognoſcebat; at, quę non ſenſatæ erant, minimè: nam, cum vidiſſet vaſa argentea, iubebat illa proiici extra. bene planè ſentiebat, ſed male eliciebat. alius fuerat, qui perverſe admodũ; ſentiebat bene tñ eliciebat. Iuſsit is tubicines de thalamo expelli; qui lędebãt ei caput: nõ rectè ſentiebat; quia ibi nõ aderãt tubicines; bene tñ eliciebat. & talis, affectus fuerat apoſtemate in parte cerebri anteriori; ĩ qua ſenſus cõmunis cum imaginatiua reſidet. ex quibus manifeſtum eſt iſtas inter ſe, re diſtinctas eſſe. Tertium in ordine eſt de operationibus iſtarum uirtutum. Modò de ſenſu communi inter omnes conuenit; ꝙ cognoſcit ſenſibilia ſenſuum particularium; ſimul atque inter illa differentiam ponit. at de imaginatiua, non eſt apud omnes opinio eadem. Auicen. 6. naturalium parte 3. & 4. videtur uelle, quòd virtus imaginatiua, non ſit cognoſcitiua; quæ opinio ſuis firmatur rationibus: & prima; Si cognoſceret; nulla differentia haberetur inter ipſam, & communẽ ſenſum; quia eadem cognoſceret, quæ ſenſus communis, ſenſibilia: quare, cum ſit idem obiectum; erit & eadem operatio; quare & uirtus eadem: ſecundò, fruſtra fit per plura, ꝙ fieri poteſt per pauciora, & æquè bene. Sed poſita imaginatiua, quæ & cognoſcat, & retineat; fruſtra ſenſus communis poſitus erit: tertio; Sequeretur, quòd imaginatiua ſemper actu cognoſceret; quia ponitur ab omnibus conſeruatiua ſpecierum; quæ à communi ſenſu capiuntur: ideo, cum illa actu retineat; actu quoque cognoſcet; cum agens naturale ſit debitè proximum paſſo, atque non impeditum. In oppoſitum eſt uia communis. Sãctus Thomas prima parte quæſtione 78. Auer. in de memoria, & reminiſcentia, & 3. ani. 6. ponit ordinem inter virtutes iſtas; & primò ſenſum communem, à quo mouetur imaginatiua, à qua, cogitatiua, & ab hac poſtremò memoria. & uoluit ordinem hunc ſic procedere ratione maioris ſpiritalitatis; ita ut motum ſit ſuo mouente ſpiritalius: quare à ſenſu communi diſtincta eſt. ſententia quinetiam Ariſto. manifeſta: nam 153. dixit imaginari eſſe ſecũdùm uoluntatem noſtram, non autem opinari: & differt à ſenſu; quia etiam abſentibus ſenſibilibus imaginamur; hoc autem abſque cognitione eſſe non poteſt. præterea imaginatione & verum, & falſum imaginamur, ut 155. ita ut per hoc non uideatur differens ab opinione, ut inquit Alexander quæ & ipſa quandoque vera; aliquando uerò falſa eſt; ergo cognoſcit. dicendum itaque, quòd imaginatiua & ſi à communi ſenſu ſenſibilia recipiat, eaque retineat; etiam illa cognoſcit, ut dictum eſt; cum inſit & animalibus perfectis; imperfectis uerò nequaquam: nam oſtreacea, uermes, & huiuſmodi, ut inquit Alexander, ſunt huius uirtutis expertia: ꝙ, ſi ſolũ retineret, & nõ cognoſceret, eſſet cõis omnibus; ſicuti cõis ſenſus omnibus cõis eſt. Modò ad argumẽta in oppoſitum; & ad primum; Negandum argumentũ; quia uerum nõ eſt, ꝙ imaginatiua habeat eandem operationem, neq; idẽ præciſè obiectum cum ſenſu communi: nam põt imaginari montem aureum, quem non poteſt cõmunis ſenſus. ad ſecundum; minor negatur; cũ diuerſæ ſint ſenſus communis, atq; imaginatiuæ operationes: ualeret, ſi in eandem ordinatæ eſſent, vt cognoſcitiuæ ad vltimum; non valet, Idola ſunt in illa actu; ergo actu cognita; quia operatio illa impediri poteſt; vel, quia ſpiritus animæ uehiculum ad partem illam cerebri progredi non poſſet: uel, quia homo eſſet ad alia fortiùs intentus; ut contingit etiam, quòd, quæ præ oculis nobis ſunt, non uideamus. ultimum uerò, an omnibus animalibus inſit. ratiò determinatum fuit in T.c. 30. de imaginatiua imperfecta, quæ in omnibus eſt; & de perfecta, quæ non in omnibus; quia non omnia mouentur loco ad nutrimentum accipiendum, vt affixa lapidibus ſunt, & ſimilia. Reſtat tamen diluere, quo modo ab opinione diſtinguatur. Alexãder manifeſtè ſatis declarat, inquiẽs uidentur eædem; quia quandoque veræ; quandoque falſæ ſunt: at diſsimiles; quia ad opinionem ſequitur fides; nam, ubi quis opinatur, ibi & quis prorſus credit, quòd ita res ſe habeat: nihil eſt aliud opinio, quàm aſſenſus cum ratione, & iudicio: at non omnibus imaginatio cum fide eſt: irrationalia quadam imaginatione funguntur; fidem tamen ad illam non habent. ex quibus dictis uidetur manifeſtum, quòd credere in poteſtate noſtra non ſit; cum ad opinionem ſequatur, quę in facultate noſtra non eſt; quandoquidẽ uera illa, uel falſa ſemper eſt: at ueritas, & falſitas in rerum conuenientia, uel inconuenientia ſunt: res uerò, ut Simplicius, in poteſtate noſtra non ſunt. impoſsibile ſanè eſt ad manifeſtè falſum aſſentire. nemo planè hominem, quadrupedem affirmabit. quod, ſi dixerit, ut ait Themiſtius, Id ſolùm lingua proferet, opinabitur autem ſic, minimè. undè mentiri, uel uerum dicere in nobis eſt, at non opinari, uel ſic eſſe. uerum itaque eſt, ꝙ fides, quę pro aſſenſu ad rem opinatam ſequitur, in facultate noſtra non eſt: ſicuti ſi intellectus axioma aliquod intelligat; id dubio procul in facultate noſtra non eſt, ut non credamus uerum, illique aſſentiamus: utrum uerò uoluntas poſſit etiam reſpectu duorum limitare intellectum; non eſt, ut hoc in loco aliquid dicatur; extra propoſitum ſanè eſſet.

T.c.154 Amplius autem. Intentio eſt aliam ponere ratiocinationem ad eandem concluſionem, ꝙ. ſ. imaginatio alia eſt ab exiſtimatione. In textu duę ſunt particulæ exponeudæ; in altera format rõnem ſyllogiſticã; in reliqua de his dicturũ in alia ſe tranſmittit. ratio in hoc cõſiſtit: ad exiſtimationem ſequitur motus in parte appetitiua; ad quam & in corpore ſequitur alteratio; ſed ad phantaſiã hæc non ſequũtur; ergo differens eſt. dicit in maiori; Cum opinamur horrendum quid; confeſtim vnà patimur, ac ſi horrendum illud præſens eſſet: quia in fide opinamur, aſſentimus ſanè illi, quod ſic eſſe opinamur: nam res per earum ſpecies ſunt in nobis, & cognitæ: ſunt tũ uolitæ; & appetuntur, vt ſunt in ſe: nam, quæ opinamur, credimus in re ſic eſſe; quapropter ad horrendum aliquod repente timore afficimur, & corpore alteramur, cũ uel tremuli, uel pallidi ſimus effecti, vt inquit Themiſtius. Minor verò & ipſa manifeſta; quia perinde in imaginatione afficimur, atque illi, qui in pariete aliquo imagines conſpiciunt: quarum ſi etiam immaniſſimam viderent, leonem. ſ. tigremne; nihil tamen inde afficiuntur, nihil timent, habemus nos ſanè ad imagina: a idola, ueluti ad ea, quæ in re non inueniuntur neceſſariò: quinimo imaginatio minus hẽt de veritate rei, quàm in pariete ſit; ſicut ſictum, minus verum, quàm depictum exiſtat ut inquit Albertus: in ſecunda deinde principali Ariſto. dicit, quòd exiſtimationis differentiæ ſunt, ſcientia, opiniò, & prudentia: de quarum differentia alius ſermo erit. Auer. tranſmittit hoc ad librũ de ſenſu, & ſenſili: cum quo ſimul intelligit etiam, qui de memoria eſt, & reminiſcentia; cum ibi determinabit de ſenſibus his interioribus; quõ ad memoriam, & ad reminiſcentiã conducuntur. Latini uolunt ad ſextum ethic. ſermonem hũc traductum eſſe, & hunc voluit Simplicius, in ethicis ſcilicet. Philoponus voluit, ꝙ de his agatur in ea, quę deinceps ſequitur, contemplatione. Dubitatur ad huc, quomodo teneat ab inferiori ad ſuum ſuperius negatiuè; vt imaginatiua non eſt opinio; ergo non eſt exiſtimatio. Dici poteſt, ꝙ valet à fortiori, ut ſit ſenſus; Si non eſt opinio; neque ſciẽtia erit, neque prudentia. uel dicendum, & meliùs, ꝙ accepit hic opinionem pro uniuerſa exiſtimatione, ut notauit Simplicius: quandoquidem unicuique exiſtimationis particulæ commune ſit, tum fides, tũ, ꝙ haud in nobis, ſed in rebus ipſis ueritas poſita eſt; tum etiam affectiones, quibus excitamur, ac ſi res ipſæ ueræ eſſent. hac de cauſa exiſtimationem diuiſit, ob communitatem illam. Prudentia eſt ratio agẽdi cum cauſa, & cognitio. Sciẽtia, contemplatio eſt. Opinio utraque ex parte, cũ cauſæ ſit expers. hic tamen accipitur opinio uera; cum in eadem acie cũ ſcientia, & prudentia ponitur, ut Simplicius.

T.c.155 De eo autem, quod eſt. Auerro. intentionem eſſe uoluit; cum compleuerit de ſenſu, intentionẽ habere de imaginatiua uirtute: nam dicebatur quandoque intellectus, imaginatio; ideo de hac agendum, uidendumque, quomodo à ſenſu diſtinguatur, & ab intellectu. Dubitatur tamen, cum præcipua in hoc tertio (ſecundum Græcos) ſit intentio de intellectu; quare dederit differentiã inter partes, ſiue potentias irrationalis animæ, ut inter ſenſum, & phantaſiam. Reſpondet, & rectè Philoponus, hoc factum eſſe, ut perfecta maneat oratio; ne quid intactum omittat. vel dicendũ, & meliùs, ꝙ determinatam inter intellectum, & phantaſiam, differentiã ponere non potuiſſet, niſi priùs diſtincta ſecundùm ſe phantaſia eſſet; quæ diſtingui non poterat; niſi priùs haberetur à ſenſu diuerſa, & ab aliis. In textu duæ ſunt particulæ exponendæ: primò proponit; ſecundò probat: inquit in prima, quòd intelligere diuerſum ſit à ſentire; & ab hoc aliud phantaſia, aliud opinio eſſe uidetur: nam ad ſenſum ſequi uidetur phantaſia; ad intellectum uerò opinio. manifeſtum propè eſt ſentire diſtinctum eſſe ab intelligere: at quòd intelligere ab imaginari, non ſatis patet. Cum non defuere, qui idem prorſus opinabantur eſſe; ideo priùs, quàm dicatur de intellectu, dicendum erit de imaginatione; deinde de altero dicetur, id eſt de intellectu: in ſecunda probat, cum dicat; Si phantaſia non metaphoricè accepta eſt, ſecundũ quam phantaſma aliquod nobis fieri dicimus; eſt vna quædam potentia, uel habitus horum, ſecundùm quem diſcernimus uerum, & falſum. Aduertendum, quòd phantaſia bifariam capitur; metaphoricè, quomodo per illam ſenſum, uel intellectum quandoque ſignificamus, vt Themiſtius; altero modo propriè; & tunc rurſus bifariam; vel quæ in poteſtate noſtra eſt; vt, cum imaginamur montem, & aurum; deinde hoc totum montem aureum: eſt & altera, quæ nobis etiam contingit inuitis, vt colligitur ex Philopono; & hæc ex viſis, ſiue ſenſilibus pendet; & tunc non, quod volumus, imaginamur, ſed quadam iudicatiua facultate falſum, vt falſum; & uerum, vt verũ. Phãtaſia planè, vt inquit Alexander, iudicandi facultate prædita eſt: erit itaque una ex uirtutibus, quibus uerum dicere, & mentiri ſolemus. Virtutes, ſiue habitus iſti, quatuor dicũtur modis; ſenſus, v.g., opinio, ſcientia, & intellectus: erit itaque phantaſia iſtorum aliquid; uel ab his aliud. ꝓbabit, quòd horum, nullus ſit. aduertendum tamen, quòd per intellectum hic intelligere non uoluit animę potentiam; ſed habitum intellectus illum, qui melioris diſpoſitionis eſt, quàm ſit ſciens: talis principiorum habitus eſt. Sed dubium eſt, cum plures iſti reperiantur habitus, ut prudentia, & ars; quare de his nullam fecit mentionem. Sanctus Thomas dicit, quòd alia ab his, quæ ad cognitionem attinere uidentur; non erant tempore ſuo perfectè ſcita. Valde irrationabile mihi uidetur hoc cum Ariſtotel. ſexto ethicorum ſatis ſuperque de his omnibus determinauerit. meliùs dicendũ cũ Alberto, quòd ars, prudentia, & ſapientia, nihil habent commune cum phantaſia; ea de cauſa nihil dixit de illis: nam ſapientia de altiſſimis eſt, & primis diuinorum; quæ idola non pariunt; ars deinde principium factiuum cum ratione dirigẽte; prudentia, actiuum: at phantaſia non dirigit; ſed potiùs directionem impedit. opinio de his eſt

quæ etiam poſſunt aliter ſe habere : ſcientia ſyllogiſmus cum cauſa. imaginatio de cognoſcitiuis eſt. & verum dicit, ſi ſpectrum rei ſimile iudicat: contra verò, ſi diſsimile. cuiuſcunque facultatis cognoſcitiuæ, ut inquit Simplicius, verum dicere, proprium eſt : licet & ad illam mentiri pertineat. Notauit ſubinde in textu Simplicius, Poteſtas, & habitus. per poteſtatem intelligens eam omnem formam, quæ ſubſtantialis eſt; per habitum verò eminentem illam diſpoſitionem. ſubiungit deinde; At imaginatio eſt ſubſtantialis poteſtas quædam, atque eminens diſpoſitio: iuxta quam aut uerè, aut falſò, aut abſque ordine, & via effingimus.

T.c.156 Quòd quidem igitur. Intentio eſt propoſitis potentiis illis iudicatiuis, remouere ab illis imaginationem: & primò remouet illam à ſenſu; nam, quamuis imaginatio nunquam ſit ſine ſenſu; non tamen ſenſus eſt; quia poteſt ſenſus ſine imaginatione eſſe. In textu ſunt tres particulæ: in prima probat, quòd phantaſia non ſit ſenſus actu, neque in potentia; in ſecunda, quòd non ſit ſenſus in potentia; in tertia, quòd non ſit ſenſus in actu. in prima ponit diuiſionem vnam de ſenſu, quòd ſcilicet actu, & potentia dicitur: ſecundò probat, quod intendit: nam phantaſia actu eſt, non exiſtente ſenſu actu, uel potentia; ergo, & cætera. aſſumptum probat per ſomnia; nam contingit tempore ſomni phantaſiam actu eſſe: multa ſanè ſomnia tunc imaginamur; & tamen ſenſus actu tunc non eſt; cum ibi ſenſibilia minimè ſint præſentia; quæ neceſſariò requiruntur, ut ſenſus actu fiat; non eſt etiam ſenſus in potentia. Dicunt aliqui non eſſe intelligendum, quòd in dormiente omnino ſenſus non ſit; ſed non eſt qualis; ſed non eſt in potentia proxima, qualis in uigilia contingit; & apud eum, qui in tenebris reperitur. At melius cum Auerroe, quòd, ſcilicet, phantaſia (de hac enim ſermo eſt) non eſt ſenſus in potentia; quia in ſomniis ponitur eſſe phantaſia actu; nam ſenſus nobis experrectis, ac vigilantibus ſolùm ineſt; hæc uerò nobis oſcitantibus, ac dormientibus, ut inquit Alexander. Opinio autem Auerrois uidetur melior; quia diuiſio facta fuit de ſenſu actu, & potentia: quare membra hęc diuidentia de eodem ſenſu intelligi debent. ſecunda ratione id ipſum probat; nam ſenſus ſemper adeſt; phantaſia non ſemper. declarat hanc exemplis Philoponus, dicens; Videmus, quòd nuper editi infantes, ſenſum habent; non tamen ſecundùm imaginationem operantur: nam, ut primùm nati, cuiuſcunque ſugunt ubera, etiamſi ſint bouis, uel cuiuſuis alterius; poſtea matris tantùm: quia ad id temporis deueniunt, ut matris typum cognoſcant. Auerroes, quia in textu ſuo habebat; Senſus eſt præſens; uoluit hanc rationem trahere ad hunc ſenſum; quòd ſenſus ſemper eſt cum præſentia ſenſibilium; imaginatio uerò, non, ſed cum abſentia. prima magis ad Ariſtotel. Format tertiam rationem Philoſophus: nam, ſi phantaſia idem eſſet cum ſenſu actu; ſicuti ſenſus omnibus contingit beſtiis ineſſe; ſic & imaginatio contingeret; ſed non omnibus contingit, ut non formicæ, non api, aut vermi. probat, quòd ea non ſit ſenſus actu, tribus ſumptis argumentis ab ipſiſmet operationibus: & primò, quòd non omnibus ineſt, quibus tamen ſenſus ineſt: non imaginatur formica, & cætera. At hoc ualde dubium eſt; cum talia animalia maxima prudentia prædita eſſe uideantur. Reſpondet Sanctus Thomas, quòd talia animalia operantur naturali potiùs inclinatione, quàm quòd prudentia ſint; & ſi de futuro prouidere uideantur; ut colligere grana propter hyemem futuram; non eſt, quòd futurum præſentiant; ſed mouentur à ſenſibilibus, cum imaginantur, & præſentibus, naturali potiùs inſtinctu mota, quàm apprehenſione. Egidius aduerſus hoc replicat: quia api ineſt memoria, qua ad ſua redit aluearia; formicæ quinetiam, qua per eandem uiam ad collecta iam grana redit: &, cum memoria ſit abſentium, poterunt imaginari, & apprehendere, quod præſens non eſt. concludit tamen cum Sancto Thoma: ſed aſſerens talia animalia non habere phantaſiam determinatam, dicit, quòd talis reperitur ſenſibilibus non præſentibus (determinata ſcilicet) neque præſentibus his, quæ ad illa ordinantur ſenſibilia; tunc contingit de illis imaginari: apes itaque & ſi habent phantaſiam de loco; eſt, quia ſunt in continua exercitatione; & ſic circa præſens aliquod negociari uidentur: quòd, ſi aliquantulum detineantur extra exercitationem; vtique priuarentur memoria. At, pace huius, dicam; malè redarguit beatum Thomam: nam diu memorari, uel parum memorari, non tollit de præteritis memoriam: quare neque phantaſiam determinatam. ea propter tutiùs uidetur Auerroes dixiſſe; qui concedit apes, & formicas omnino imaginari propter eorum opera: & ad Ariſtotel. dicit non eſſe curandum de exemplo. Albertus concedit cum Auerroe talia animalia habere phantaſiam; cum artificiosè operentur: tum, quia prouident de futuro: tum etiam, quia agunt in commune. aliter tamen ad Ariſtote. dicit: & uoluit uitium interpretis fuiſſe; qui litteram uitiauit; & non Ariſtotelis. At, pace eius, dicam; hæc non potuit eſſe ratio; quia Græci, de quibus maximè credendum, quòd ueram litteram habuerint; ita legunt; Apes, & formicas intelligentes. Themiſtius tamen in expoſitione uidetur in concluſione cum Auerroe, & Alberto; & ſecundùm ſuam expoſitionem, etiam in ratione cum Alberto: cum dicat; Phantaſia quibuſdam ineſt; quibuſdam uerò, non; formicæ quidem fortè, & api; & multò magis cani, & equo ineſt; muſcellionibus uerò, non. Alexander de formicis, & apibus non meminit; ſed inquit; Oſtracea, & vermes non habent. littera tamen græca legit, vt dictum

Marci Ant. Gen. ſuper Anima. X eſt

eſt : & eodem modo Philoponus exponit, & Simplicius. ob id ad dubium de formicis reſpondens Philoponus, inquit; quòd imaginatio duplex; altera recordatiua; altera verò, quæ doceri poteſt; qua nos docemur. & hanc remouet Ariſtoteles à formicis; ſed non recordatiuam, & indiſtinctam: & hoc voluit Simplicius; Formicis non determinati alicuius adeſt imaginatio; ſed communior quædam, nutritionis ratione: quòd, ſi & huic imaginatio adhibeatur: non tamen huius floris erit, atque huius determinati indiuidui. Galenus primo de uſu partium inquit; Cætera animalia natura magis, quàm ratione artem aliquam exercere videntur; apes aluueolos fingere; theſauros, & labyrinthos, formicas. quod argumento ſenſato comprobauit de tribus ouis: quorum vnum aquilæ ſit; ſecundum, anatis; ſerpentis, tertium. tria hęc calore modico ſi foueantur; animalia tunc ex illis diſrupto putamine naſcentia, egredientur: quorum illa volare conabuntur alis, priuſquam etiam volare poſsint; hoc ſerpere affectans, quamuis fuerit adhuc inualidum: cum uerò poſsint operari, tunc in ſublime volabit aquila, anas in paludem, ſerpens in cauernis terræ latebit. concludendum erit itaque, quòd animalia hæc phantaſiam non habeant; uel imperfectam, valde; & qua naturales illas operationes nullo conſilio impedire poſſent, quominus eodem modo ſemper fiant. & ſic agunt imaginantia, vt naturali inſtinctu agere uideantur. ponit deinde aliam rationem ab operibus acceptam, quo ad ueritatem, & falſitatem: nam ſenſus actu; ſi ſeruentur conditiones, circa proprium ſenſibile non errabit; ſed verus ſemper erit; ſi debitè proximus; ſi non impeditus; ſi non læſus: at imaginationes frequenter falſæ ſunt. hanc etiam differentiam ſenſus actu ab imaginatione, alia ratione probat: nam, ubi exquiſitè ſe habet circa ſenſibile, ſenſus; ibi non valet imaginatio: nemo ſanè dicet, ſi pręſentem Socratem habeat, vt inquit Themiſtius quòd illum imaginetur. at, ſi contra fiat, vt ſenſu perfectè res ipſa non apprehendatur; tunc multum poteſt imaginatio. Philoponus introducit hoc per modum dubii: vt ſenſus ſit; Cum eminus aliquem inſpiciamus; & exilem ſenſationem illius habeamus; tunc dicimus imaginari: ex quo uideretur imaginationem exilem ſenſum eſſe. Ad hoc Philoſophus negaret ſimilitudinem, vel potius identitatem illam; quia ſenſus eſſet, non ſolùm exilis; ſed exactus etiam imaginatio foret: alii verò; non vt reſpondeat dubio; ſed ratione ipſa accepta à perſpicuitate, & obſcuritate ſenſationis differentiam illam confirmat; ut Simplicius, Alexander, Auerroes, voluere. poſtremò oſtendit non idem eſſe ſenſum, & imaginationem; quia non cooperantur ſimul; cum dormientibus operetur imaginatio; & appareant idola.

T.c.157 ¶ At verò neque. Cum hucuſque poſuerit imaginationem à ſenſu differentem; nunc eandem ponit differre ab aliis rationalis animæ uiribus. In texto duæ ſunt particulæ; in altera differentem oſtendit imaginationem à ſcientia, & intellectu; in reliqua, ab opinione: in prima format rationem à ueritate, ut ſenſus ſit; Intellectus, & ſcientia ſunt ſemper ueri habitus; imaginatio non ſemper uera, ſed frequenter falſa; ergo & cætera. Maior nota; primò, de intellectu, qui de primis principiis eſt; circa quæ non contingit mendacium: de ſcientia; quia eſt per cauſam, quæ uerè cauſa eſt, & ſubſtantia: qua poſita neceſſariò ſcientia ſequitur: minor iam retrò patuit: in ſecunda ſeparat ab opinione: &, cum duas afferat cauſas; duæ quinetiam particulæ erunt exponendæ. prima ratio ſupponit conuenientiam; & probat differentiam: nam hoc commune eſt imaginationi, & opinioni; quòd quandoque ueræ, quandoque falſæ; at differentia ſyllogiſmo in ſecunda figura, ut Philoponus notat, concluditur; Quæ habent opinionem; habent & fidem: irrationalia non habent fidem; ergo neque opinionem: plura autem irrationalium imaginantur; ab opinione itaque differt; omnis nanque uita rationis expers, ut Simplicius inquit, in id ſolùm tendit, quod extra collocatum fuit; & ſolùm, quæ extrinſecus ſunt, appetit; neque illa tanquam bona; ſed tanquàm ſuauia ſolùm; neque illa tanquam uera cognoſcit (id planè ſolius uitæ munus eſt, quæ in ſeipſam conuertitur) ſed ſolùm, vt ſenſibilia ſunt. ſecunda ratione confirmat idem: nam quæ credunt, perſuadentur; ad perſuaſionem verò ſequitur ratio: irrationalibus autem ratio non ineſt; quibus tamen ineſt imaginatio; ergo ab illa diſtinguitur. maior uera eſt: quia opinio, vt Simplicius, in duobus conſiſtit; tum in rerum intelligentia, quæ non admodum penetrat; tum in ea comprobatione, quæ tanquam uera ſit. minor etiam patet; quia irrationalia non perſuadentur. Sed contra hoc; nam & leo, & equus manſueſcunt; ergo perſuadentur. Pro quo notandum, quòd aſſenſus, ut notat Philoponus, eſt commune genus perſuaſioni, & aſſueſactioni: quare dicendum, quòd neuter perſuadetur; ſed aſſueſcit vterque: nam aſſueſactio fit quadam animalis inclinatione; at perſuaſio fit cognitione: perſuadetur itaque qui credit: credit autem, quod opinatur; cum non poſsit non credere, quæ ſibi apparent ſic eſſe: perſuadet autem ratio. & ſic Auerroes concludit, quòd neceſſe ſit omne exiſtimans rationem habere. quæ cum in brutis non inueniatur, differentia patet.

Manifeſtum igitur. Plato, vt Simplicius notat cum Philopono, tum in Sophiſta, tum in Philebo; voluit imaginationem compoſitam eſſe ex opinione, & ſenſu. intentio modò Philoſophi eſt, cum remouerit imaginationem ab opinione, & ſenſu ſeorſum, remouere quinetiam T.c.158

etiam

etiam ab vtriſque compoſitis ſimul. In textu ſunt tres particulæ: in prima ex dictis concludit, veluti manifeſtum quoddam in ſententiam Platonis: in ſecunda corollariè ponit alterum manifeſtum: in tertia concludit. in prima dicit manifeſtum eſſe: & tria dicit; primò, quoniam neque opinio eſt cum ſenſu; ſecundò, neque per ſenſum; tertiò, neque copulatio opinionis, & ſenſus, eſt phantaſia. Manifeſtat vniuerſam propoſitionem Auerroes à proprietatibus: nam, ſi phantaſia talis eſſet, haberet, vel proprietatem ſenſus, uel opinionis; quia ibi reperiuntur, vbi ſenſus, & opinio: ſed iam per dicta, phantaſia, neque opinio eſt, neque ſenſus ſeorſum, acceptus; quare, & cætera. Patuit ſanè per viſa, quæ apparent in ſomniis, quòd neque ſenſus actu, neque potentia eſt: deinde in poteſtate noſtra phantaſia eſt; in qua opinio non reperitur. addit Auerroes. Compoſitum ex aliquibus neceſſe eſt, vt in ſe habeat quoquomodo, componentia. Notat pro hoc Alexander, quòd non eſt idem compoſitio, & miſtio; nam miſtum ex his eſt, ex quibus miſcetur; ſed non illa: at compoſitum illa eſt, ex quibus conſtat, compoſitione tamen quadam, & ordine: in his itaque, quæ ſine corpore ſunt, miſtio, non admittitur; ſed pura ſeruantur, atque illeſa ſaluarent: itaque ſuas proprietates ſenſus, & opinio, quæ in phantaſia non cernuntur. quid autem per tria illa dicta voluerit, exponit Philoponus & duo prima dicta refert ad effectiuam cauſam; tertium ad materialem: & primum adhuc bifariam; vel ad æquè efficientia; vt, cum dicit, neque opinio cum ſenſu, vtraque effectiua ſint imaginationis, veluti duo medici ſanitatis; neque per ſenſum; vt opinio effectiua cauſa ſit imaginationis; ſenſus verò inſtrumentalis: ut Medicus ſecans venam, & ſtilus, quo operatur ad ſanitatem. cum verò dicit, neque complexus opinionis, & ſenſus, tangit materialem cauſam imaginationis. & notat differentiam Philoponus inter hoc, & duo priora, inquiens, quòd per illa duo in genere cauſæ efficientis vtrunque ſaluabatur, tam opinio, quàm ſenſus: at in hoc tertio, cum miſceantur, non manent. At pace eius dicerem, talia miſceri non poſſe, cum incorporea ſint, ut dictum eſt, & notauit Simplicius, & Alexander; & eſt ratio; quia illa miſceri dicuntur, quæ alterabilia ſunt corruptiuè, ex ſententia Philoſophi primo de generatione, & corruptione; Miſtio eſt alteratorum unio. ob id dicendum; quòd Ariſtoteles non reſpexit productionem imaginationis ad cauſas; neque opinionem, & ſenſum conſiderauit in ordine cauſarum; ſed, quomodo ſe habeat utrumque, ut dici poſſit imaginatio. quæ uarietas his tribus modis contingere poteſt; uel, ut opinio præcedat; uel ſenſus: & his duobus modis illorum operationes ſeorſum maneant; uel & tertiò ſint ſimul ambo; non uia miſtionis, ut rectè Simplicius; ſed, ut ex eis una quædam communis actio fiat, manente utraque parte illæſa; quatenus alterum totum per alterum totum pertranſeat. Non credendum tamen eſt ob has rationes Platonem malè ſenſiſſe: non enim putauit imaginationem eſſe ex ſenſu, & opinione, ueluti medium, in quo duæ iſtæ particulæ componentes inueniantur: ſed admiſtionem illam Plato intelligit, quæ per affinitatem extremorum rationem medii ſaluat; cum inter ſenſum, & opinionem media reperiatur phantaſia. Propter hæc. In hac ſecunda adhuc corollariè declarat incommodum; ut ſit ſenſus; Si imaginatiua eſt connexio illa ſenſus, & opinionis; non oportet, quòd ſint de diuerſis rebus, ſed de eadem; & non ſit opinio de bono; & ſenſus de albo: neque etiam, quòd ſint de eodem ſubiecto, ſecundùm tamen aliam, atque aliam partem; ut, ſi fuerit idem ſubiectum bonum, & album: & opinio de illo ſit, quòd bonum; & ſenſus, quòd album: tunc enim ſecundùm accidens de ſubiecto illo erunt ſenſus, & opinio: oportet itaque de eodem, & ſecundùm idem connexionem illam fieri: nam imaginatio eſt eiuſdem rei: modò, ſi eſt illa connexio opinionis, & ſenſus; oportet, quòd utrunque ſit eiuſdem rei eſſentialiter, & non accidentaliter. concludit hoc in tertia parte Philoſophus; cum dicat, apparere aliquid ſecundùm phantaſiam, eſt opinari, quòd ſentitur, non ſecundùm accidens.

Apparent autem. Cum connexionem illam T.c.159
dixerit eſſe debere de re eadem, & ſecundùm idem; dicit etiam, quod non ſit in ea ulla uirtutum repugnantia, ut ſenſus, ſcilicet, rem illam eandem uno modo; & opinio alio modo ſentiat, uel cognoſcat. In textu ſunt duæ particulæ; in altera ponit unam propoſitionem; & illam exemplo manifeſtat: in ſecunda format ex illa vnam conditionalem: inquit in prima, quòd ſenſus, & opinio pugnant; cum ſenſus falſum indicat; & opinio uerum, ut exemplo patet: nam ſenſus iudicat ſolem unius pedis eſſe; quem tamen maiorem uniuerſa terra ualde, opinio ſentit; & uera eſt; ſenſus autem falſus: qui ergo fieri poteſt, ut ex duobus his, uero altero; altero autem falſo, unum fiat, quod dicatur imaginatio? Accidit. In hac ſecunda format conditionale conſequens diſiunctiuum; quòd, ſcilicet, uel oportebit ueram abiicere opinionem; uel eandem ſimul ueram, & falſam eſſe. Notat Philoponus, quot modis lædi poſsit opinio; & dicit tria; ſeruantem, ſeruato, & ſeruata; primum ad opinantem refertur; ſecundum ad opinabile; tertium ad ipſam opinionem: læditur aũt, aliquo iſtorũ læſo. Modò uel contingit mutari opinionẽ, & cõcordem eſſe ſenſui; vt ſcilicet, ſit opinio falſa, ſenſu exiſtente falſo; & hoc, inopinabile eſt, manente eodem opinante, & opinabili; nec factus ſit decredens primæ opinioni veræ; aut, vt & prima remaneat, vt Auerroes, & ſic opinabitur ſimul duo contra-

ria. Philoponus trahit hoc ad imaginationem; vt ſit ſenſus; Si remanſerit opinio eadem; tunc phantaſia, quæ poſita eſt, connexio illa ſimul erit vera, & falſa. & huic ſauet Themiſtius; cum dicat; Aut ſimul cum opinione retinere etiam iudicium ſenſus. & hoc pariter impoſsibile eſt; quia, ſupple, ſequeretur phantaſiam ſimul ueram, & falſam eſſe; vel etiam phantaſiam non ſtare cum opinione; ſi imaginabitur ſolem bipedalem; cum veſtigium, atque idolum ſenſus, phantaſia ſit: quinimo, vt excluditur ab opinione, ſenſus; excludetur, & phantaſia. Sed falſa. Declarat Philoſophus, quomodo falſa eſſe poſsit opinio: & notat Simplicius, quòd duobus contingit modis; aut, quia opinans diſſuaſus eſt, vel oblitus; uel, quia res, eo inſciente, mutata fuerit; vt cum quis opinetur Socratem ſedere, & uerum dicat: mox ſurgat Socrates; & lateat opinantem; erit illa opinio falſa. Notat Simplicius dictum illud, Apparere, pro eo, quod eſt Imaginatione concipi, acceptum eſſe: quod & verum, & falſum ſimul erit.

T.c. 160 Non ergo vnum. Cum dixerit imagiuationem nullam prædictarum eſſe virtutum; & fuit, declaraſſe illam per quid non ſit; modò intendit, vt inquit Auerroes, demonſtrare ſubſtantiam, atque eſſentiam eius, quod eſt declarare ipſam, quidnam ſit. oſtendit in hoc neceſsitatem Themiſtius; quia ualde conuenit cum intellectu; tum, quia in nobis eſt phantaſiari, quando volumus, pariter & intelligere: tum etiam, quia vtraque uirtute poſſumus & uera, & falſa cognoſcere, diffinienda itaque eſt ſeorſum vniuſcuiuſque eſſentia, vt differentia cognoſcatur manifeſta: & in primis, quid ſit phantaſia. In textu ſunt tres particulæ; in prima concludit dicta; in ſecunda præponit unum pro notitia diffinitionis; in tertia diffinit: prima manifeſta eſt: in ſecunda aduertendum, ut Philoponus, quòd in entibus datur mouens tantum; mouens motum; &, quod mouetur ſolùm: quod ſolùm mouet; ſenſile eſt; quod mouetur, & mouet, ſenſus; motum ſolum imaginatio à ſenſu actu eſt; uerum eſt his ſolum inter ſe comparatis: quòd, ſi vlterius aſcenderemus; phantaſia, cum adhuc moueret opinionem, mota, & mouens eſſet. Verum hoc non ignorandum aliquos fuiſſe, qui ſimulacra illa à ſenſibus accepta imaginationem eſſe; & falſo imaginabantur; quandoquidem, ſi eſſet, ſequeretur, quòd ſimulacrum aliquod habens, quamuis non imaginaretur, in imaginatione tamen eſſet; ſequeretur etiam, quòd in eodem puncto temporis multæ in nobis eſſent imaginationes. ob id ſciendum, ut notat Alexander; quòd perinde in imaginatione eſt, atque in ſenſu, & intellectu; cum primò ſenſile ipſum ſit; mox ſenſibilis uis; tertiò functio illius poteſtatis, quæ circa ſenſile ipſum ſit: ſic & imaginabile eſt aliquod, & eſſe poteſt ex actione ſenſuum intro genita, & relicta reliquia, quæ rei ſenſili analoga eſt; mox uis imaginatiua; tertio imaginationem, quæ ſenſationi analoga eſt, & circa res imaginabiles illius poteſtatis functio: in tertia diffinit dicens; Phantaſia uidetur motus eſſe aliquis, & non ſine ſenſu; ſed in his, quæ ſentiunt, & quorum ſenſus eſt. Quatuor ſunt particulæ, ex quibus componitur hæc diffinitio. aduertit Auerroes ſermonem hunc dictum eſſe per modum antecedentis; cuius conſequens in ſequenti, ut manifeſtum ponetur, dixit in prima, motus, ſiue motio quædam, non ob id credendum phantaſiam motum eſſe; cum ſubſtantia, & uis animæ ſit cognoſcitiua; ſed per motionem, ueluti per quoddam notius nobis, uoluit Ariſtoteles manifeſtare ſubſtantiam ipſius, ut Simplicius, ab actionibus, ſcilicet, in ſubſtantiam prouehimur: unde potuit dici potius deſcriptio, quàm diffinitio; cum per poſteriora habeatur accidentia: ſecunda, & non ſine ſenſu. At contra inſtatur; quia, ut ſic, imaginatio non uidetur differre à communi ſenſu; nam & communis ſenſus eſt facultas ſuſceptiua ſenſibilium per medium ſenſum, dicitur diſsimile eſſe; quia communis ſenſus nouit differentiam albi, & dulcis, ſimul cum ſenſibus illis operans, & non per medios illos. Contra; anima ſine uiſu non cognoſcit album, neque dulce ſine guſtu; ergo per medios ſenſus. Reſpondet Philoponus, quòd phantaſia eſt ſuſceptiua formarum per omnem ſenſum medium, communem ſcilicet, & particularem; communis autem ſenſus, per ſolùm particularem medium. At contra ſolutionem Philoponi ſtat ratio de ſenſu communi retro habita; nam, ſi particularis ſenſus moueretur à ſenſibili; & inde motus communem ſenſum moueret; ſequeretur, quòd idem eſſet mouens, & motum. dicendum itaque eſt, quòd ſenſus communis non mouetur à particulari; ſed ſimul cum particulari operatur: mouetur ſanè ſenſorium proximè à ſenſibilibus, non ſolùm, quia patiatur; ſed, quia agat, ut inquit Simplicius; quia uiuax eſt, excitatur planè in ea, quæ uim habet agendi; ita ut motus ſit affectio illa, quæ in ſenſorio à ſenſibili fit: appulſus autem ille, ſiue terminus propè ſenſibilis formã; nõ motus, ſed impartibilis quædam actio eſt; ob quã excitatur imaginatiua; cum illi proxima ſit, atque eodem vtatur inſtrumento; format, atque effingit ex ſe ipſa figuram. At diceret aliquis; Cum ſenſus imaginatiuam moueat; uidebitur imaginatiua perfectior. Cui dicendum, non mouere, vt principale; ſed, vt ſeruus, imaginatiuæ deſeruire; eſt itaque hac ratione motus, & mouens ſenſus, cum moueat imaginatiuam: cuius natura eſt idola, ſiue ſimulacra ſibi à ſenſu tradita in ſe ipſa continere; & abeuntibus ſenſibilibus, etiam illa venari, & imaginari. adhuc non apparet; quòd imaginatio per ſenſum fiat; quandoquidem imaginemur, quæ nunquam ſub ſenſu extitere, vt hircoceruum, montem aureum, & ſimilia. Cui optimè facit ſatis Philoponus, inquiens,

quiens, quòd etiam, quando talia effingit, principium capit à ſenſu. accipit ſanè ſeorſum à ſenſu hircum, & ceruum; deinde illud effinxit compoſitum. Tertia particula in his, quæ ſentiunt; Auerroes uoluit in animalibus, quæ perfectum ſenſum habent: nam retrò dictum eſt dari phantaſiam imperfectam; & talem reperiri cum tactu in imperfectis, & Zoophitis; perfectam alteram; & hęc eſt in habentibus ſenſum perfectum. quarta, & quorum ſenſus eſt; dixit ob illos, qui non fuerunt ex natiuitate cæci, ſed viſum amiſerunt, vt exponit Philoponus, circiter ſecundum annum, priuſquam imaginati ſint: hi enim de coloribus imaginari non valent. concludit deinde Philoſophus; Eſt autem, vt moueatur à ſenſu actu; quia imaginatio, vt Auerroes, non eſt, niſi per intentiones ſenſibiles actu, in ſenſu exiſtentes: poteſt tamen abeuntibus ſenſibilibus, imaginatiua operari: & ſic cognoſcetur manifeſta inter ſenſum, & phantaſiam differentia, vt notat Themiſtius; quia ſenſus non niſi præſentibus operatur ſenſibilibus: at contingit, vt ſenſus ſentiat præſentibus ſenſibilibus, & ſimul etiam imaginetur phantaſia; & tunc difficile eſt cognoſcere, quomodo differant; cum in eodem tempore, ac circa eadem operentur ſenſibilia. Dicendum, quòd tunc etiam differunt; quia non eodem operantur modo; ſed ille circa extrinſeca, hæc intrinſeca.

T.c.161 Et hunc ſimilem. Intentio eſt ex dictis, per modum aſſumpti, vt notauit Auerroes, concludere conſequens, quod ſubiicuit. In textu tres ſunt particulæ; in prima, quod dictum eſt; in ſecunda ponit quædam conſequentia imaginationem diffinitam. & hanc puto veram eſſe huius textus intentionem; &, quæ dicta eſt, non eſſe principalem, ſed eſſe ob hanc, quæ principalis eſt, poſitam: cuius intentionis ratio, eſt diffinitionis munus, vt primo animæ vndecimo, manifeſta tradere, quæ diffinitũ ipſum conſequuntur. in tertia denique concludit priùs habitam diffinitionem ob maiorem confirmationem. in prima inquit, concludens, & hanc eſſe ſenſui ſimilem: nam, vt exponit Alexander, vis imaginatrix ſubiecto vna, eademque eſt cum ſenſibili, ratione tamen differens: nam conceptum deforis à ſenſu, imaginationi ſubiectum efficitur. exemplo hoc manifeſtat Themiſtius. Fingamus anulum, qui ſuam in cera expreſſerit imaginem, vt ſenſibile, ſcilicet, in ſenſum; deinde à cera ſic intimè celata Ambiens, figuretur aer; mox remota cera, atque anulo, effigiem illam remanere in ſolo aere, vt remanet idolum ceſſante ſenſu, ac ſenſibili in imaginatiua: rectè itaque dictum eſt, ſenſui ſimilem reddi. eadem planè habet imaginatrix ſenſibilia, quæ habet & ſenſus, communia ſcilicet, propria, & per ſe, & per accidens. addit neque ſine ſenſu motum talem contingere; habet illa, quia vis corporea eſt, vt patiatur, & moueatur à ſenſibili facto in ſenſu, eſt ſanè commune hoc imaginationi, atque viris alijs, quæ rationem participant, haud ſine ſenſu fieri. Habet autem hoc proprium imaginatrix, vt ſit, quorum ſenſus eſt, cum ſine corpore non ſit, ſed permanet in diſtantijs, & figuris illis, quæ corporum formam referunt. addit neque non ſentientibus ineſſe; quæ duo eſſe poſſunt viuentia, & animata; prima, quia imperfecta, & ſenſus perfectionem non attingunt, vt ſtirpes; vel, quæ ſenſum excedunt, quales intelligentiæ ſunt. in ſecunda particula textus tangit conſequentia, ex hoc ſcilicet, quòd eſt motus factus à ſenſu; contingit & multa ſecundum ipſam facere, & pati; facere, quia ex ſe excitata imaginatrix animalia mouet ad illud conſequendum, quod iam imaginatione conceperunt, dixit multa; non enim omnia faciunt animalia ſecundum talem imaginationẽ; non enim colligunt formicæ grana æſtiuo tempore. addit quinetiam, quòd imaginatrix, & uera, & falſa eſſe poteſt: nam imaginatrix uirtus cognoſcitiua eſt; &, cum diſtinguatur ab illis, quæ veræ ſemper, vt ab intellectu, & ſcientia; relinquitur, quòd ipſa & vera, & falſa ſit; eo præſertim argumento, quòd ſenſus, à quo vis iſta dependet, quandoque verus, aliquando autem falſus ſit: non tamen circa propria ſenſibilia contingit ſenſus decipi, niſi fuerit vitio inſtrumenti ſentientis, vel medij, vel obiecti; cum non fuerit in diſtantia debita: at circa per accidens ſenſibile errat; & adhuc magis circa communia ſenſibilia; conſequenter & imaginatio. verùm Philoſophus imaginationem dicit circa propria ſenſibilia, ueram ſemper eſſe; at ſuperiùs non ſemper veram eſſe, ſed aliquando falli determinauit. diſtinguit de imaginatione Philoponus, reſpondens dubio: altera eſt, quæ formas tantum recipit; altera, quæ effingit, ac depingit, quod vult: prima ſemper uera, & circa propria ſenſibilia: ſecunda uerò, quandoque uera, quandoque falſa; ut, quando ea, quæ non ſunt, effingit: ut Alexander affirmat, dicens; Neque ſe in mouendo exhibet eiuſmodi, cuiuſmodi habentur; quales in ſomnijs contingunt, & in deſipientibus. ſecundò dubitatur, quo contingat magis errare in ſenſibilibus cõibus, quàm in his, quæ per accidens ſunt: cũ ſenſibilia per accidens ſubſtãtiæ ſint, & nullo modo ſub ſenſu cadãt: at communia per ſe ſenſibilia ſunt, & ſentiuntur: diſtinguit de per accidens ſenſibili Philoponus, vel eſt, vt ſubſtantia indiuidua; quæ medijs ſuis accidentibus ſenſu cognoſcitur; & circa talia minus verus eſt ſenſus, quàm circa communia: altero modo per accidens, vt obiectum vnius ſenſus, puta, ſapor; quod ab altero ſenſu, vt à viſu cognoſcitur: circa hoc minus contingit errare, quàm circa communia: ratio, quia eſt proximum magis uero, quàm ſenſibile commune: Probatur; quia neutrum obiectum, cum proprium ſit, à materia ſeparabile eſt; at ſenſibilia communia ſeparabilia ſunt; & de eis ſunt ſcientiæ mathematicæ. At reſolutio iſta Philoponi patitur inſtantias; & primam de ſenſibili per accidens; vt, quod ab alio ſenſu ſentitur: nam ſenſibile alterius, vt dulce guſtus, non cognoſcitur ab aliquo

alio

alio ſenſu particulari, verbi gratia, viſu; cum ſit obiectum diſtinctum contra obiectum uiſus. at; ſi album aliquod, dulce, cognoſcatur ſenſu; hoc non erit ſenſu exteriori, ſed interiori. præterea falſum eſt, quòd ſit etiam proximum; maximè verò, quia in materia ſenſibili ſit; cum & communia accidentia, quatenus ſenſibilia ſunt, non abſtrahant à materia; quinimo ſunt proxima magis vero ſenſibili, ſcilicet, proprio; cùm illi ſubijciatur commune, & per proprium ſentiatur. dicendum itaque cum Simplicio, quòd verba illa textus; Circa quæ præſertim iam licet decipi; non ſunt intelligenda de communibus tantum, vt malè accepit Philoponus, & ideo dubitauit; ſed de vtriſque, de ſenſibili per accidens, & de ſenſibili communi. Appellauit Auerroes ſenſibile commune, ſenſibile per accidens, vt diſtinguitur contra per ſe primò. committitur itaque error in ſenſibili per accidens, quod eſt indiuiduum ſubſtantiæ; nam ſenſus circa proprium non errat, ſi ſit in debita diſtantia; quia ſenſibile eſt agens in ſenſum, producens formam; quæ fit actu ſenſus; & circa illam non contingit error; neque tunc mota imaginatio errat; quia ſenſibile præſens eſt: at, cum excitatur imaginatrix etiam circa propria ſenſibilia; quæ tunc præſentia non ſunt; errat: hinc variæ in illa fiunt illuſiones: ſenſus itaque circa album non errat; ſed, quòd illud, uel hoc, vel illud ſit, errare poteſt; pariter & circa communia, cum ab vno tantùm ſentiuntur; quia ab vno tantùm ſenſu exactè non dignoſcũtur communia illa ſenſibilia. declarant hoc nauigantes, qui putant terram moueri, nauigium autem ſtare. errabant & circa motum, & circa quietem; quia ſolo viſu vtrunque diſcernebant: circa figuram, & magnitudinem, vt quæ quadrata, & magna ſunt; iudicantur rotunda, & parua. cum autem ab his tribus ſenſationibus moueatur imaginatrix; ideo in duobus errat, ut ſenſus: errat & circa proprium; cùm præſens non ſit actu ſenſum mouens. Dicit Philoſophus. Motus, qui ab actu factus, differt à ſenſu. Exponit Auerro. quòd motus factus à ſenſibili in ſenſum actu, eſt uerus; ſed poſtea, cùm aberit ſenſibile, poterunt illius accidentia in ſenſu uariari; & tunc in imaginatiua error continget. Philoponus, & cum eo Latini dicunt, quod motus ab actu factus, eſt imaginatio ipſa, quæ à ſenſu actu fit: talis differt a ſenſu; qui tribus illis modis contingit fieri. & aduertit Sanctus Thomas, ut effectus à cauſa; & quia talis maximè remouetur à ſenſibili; ideo minus uerè operatur, quàm ſenſus. & inquit Auer. Iam apparuit ex hoc, quòd cauſas omnium apparentium in ea, poſſumus reddere, ſecundùm quòd eſt motus à ſenſu; &, quòd eſt impoſsibile reddere eas per aliam uirtutem. Si igitur. In hac tertia parte ex omnibus dictis concludit, & confirmat diffinitionem imaginatiuæ. Si itaque nihil aliud habet, quæ dicta ſunt, quàm imaginatio. Nam imaginatio planè eſt, quæ habet, quæ dicta ſunt: quæ, ut Philoponus, diffinitionem eius perficiunt. concludit; Phantaſia erit motus à ſenſu, ſecundùm actum. Propter duo hanc accepit diffinitionem Auerroes: propter alterum quia, cum illa ſint intellectus, ſcilicet, ſcientia, opinio, & ſenſus; uel compoſitum ex illis; aut motus factus à ſenſu; & cum ad alia omnia ſequatur impoſsibile; ad hoc uerò nouiſsimè dictum, ſequatur nullum; erit ergo motus factus à ſenſu: propter reliquum; quia, cum maximè dependeat in omnibus à ſenſu, & cum ſenſibilibus ſit; non erit difficile reddere cauſam accidentium in illa. Notat Simplicius, quòd motus eſt rationē corporum; &, quia afformatur ſpiritus, dum excitatur imaginatio; quæ cum ſenſui ſimilis, à corpore eſt inſeparabilis; & in ſenſibilibus permanet imaginibus: & facit; quia appetit, & erubeſcit, atque palleſcit; quod ad ipſum pati refertur.

Quoniam autem viſus. Inter Latinos Egidius introducens dicit, intentionem eſſe declarare aliam particulam in diffinitione poſitam; & eſt per ipſam facere, & pati. &, pace illius, dicam; malè accepit Ariſtotelem; quia de his egit vt de conſequentibus phantaſiam. Auerroes non ponit alio modo intentionem, ſed exponit uocabuli etymologiam. Dicendum, & melius (quia in diffinitione illa dixit; Phantaſia eſt motus à ſenſu) intentionem eſſe hanc confirmare, argumento ſumpto à uiſu, qui inter ſenſus eſt nobiliſsimus: à quo uſque adeò dependet imaginatio, ut non modò ab eo accipiat, quod imaginatur; ſed nomen ipſum à uiſu accepit ob maximam affinitatem, quam tenet cum ſenſu imaginatio. In textu ſunt tres particulæ; in prima ponit etymologiam huius nominis, phantaſia: ſecundò oſtendit, quòd habentes phantaſiam, multa contingit per illam facere, & pati: tertiò epilogat. inquit in prima; Quoniam uiſus maximè ſenſus eſt. nam in prologo metaph. dixit Philoſophus; hic ſenſus maximè cognoſcere nos facit & multas differentias demonſtrat. hic ſanè ſenſus eſt, quo potiſsimum ſcientias acquirimus: olfactu minimè; cum imperfectum ſatis hunc ſenſum poſsideamus; ideo rariſsimè in ſomniis odores imaginamur: tactum uerò & ſi exquiſitum habeamus; ſeruat tamen magis qualitates in corpore, quàm intentiones illarum in anima: ideo rarò quis ſomniat frigus, uel calorem, niſi frigeat uel caleſcat corpus interius: at colores, & figuras maximè ſomniamus; quia ſpiritales magis ſunt, ideò facilè tranſeunt ad phantaſiam. addit Philoſophus; Et nomen accepit à luce: nam oculi luminaria dicuntur; & uiſus, lumen illorum luminarium. ab hoc phantaſia denominata dicitur; nam, ut Simplicius exponit, lumen à Græcis, φῶς, dicitur. Et, quoniam. In hac ſecunda incepit narrare, ut introducit Auerroes, utilitates, quę ob hanc uirtutem animalibus contingunt, cauſam ſcilicet finalem: & elicitur ex prima; quia ſcilicet inſequitur præcipuè uiſibilia. & inquit; Quando ſenſationes illæ figuntur, & manent, & ſimiles

T.c.162

ſenſibus

ſenſibus ſunt; multa tunc per illas animalia faciunt. imaginantur ſanè animalia in abſentia illorum ſenſibilium, ac ſi præſentia eſſent; & mouētur multis modis ad illa, uel quærendo, quod vtile eſt; vel fugiendo nocua; & actio eorum quælibet in ſenſibilibus eſt, & appetitio ita, ut animalia nō priuantur ſenſibilium utilitate; quamuis præſentia non ſint. tangit deinde actionū principium in animalibus; & inquit tale eſſe imaginationem; cum nihil in ſeipſis habeant præſtantius. ea propter dicitur, quòd animalia ducuntur. Ex his liquidò patere poteſt, ꝙ ponat, quinimo confirmar differentiam inter phantaſiam, & ſenſum; cū acceperit illum, qui maximè cum phantaſia coincidere uidetur, uiſum ſcilicet: à quo differt; quia ille præſentia ſolùm; at phantaſia, & abſentia: ob id poſuit particulam de agere, & pati. tāgit & differentiā inter eam, & intellectum; ſiquidem illa abſque conſilio, & electione mouet; intellectus verò cum conſilio, & electione. atque, ut notat Alexander, quando depoſitio, ſiue Aſſenſio circa ſimplicia in eo, quòd ſunt, uel non ſunt; in nobis actio iſta non eſſe dicitur; ſequitur planè ſenſum, & phantaſiam: verùm, qui in rebus agendis fit; vtrum agi debeat, nec ne; à ratione proficiſcitur, & in nobis eſt; quia conſilio, atque electione deducitur. & hoc affirmat Simplicius, cum dicat; In ipſis uerò hominibus intellectus ille eſt, qui actiones ordiuit: qui agendi uim obtinet; cum ſecundùm rationem agimus. at quandoq; & nos imaginatione agimus: uerùm contingit hoc, cū aliquando tenebris intellectus ille obtegitur: quod manifeſtè in ſomnijs contingit: tunc abſq; ratione imaginatio inordinatè tractat. cōtingit & hoc in animi perturbationibus, ut in immoderatis illis cupiditatibus, indignationibus, doloribus, timoribus; cum anima ratione tunc nō utatur: idē in morbis, ut in deſipientibus fit. Et aduertit Philoponus dictum hoc Ariſto. de intellectu, obtegi. Propter quod maximam fidem facit, quod intellectus eſt immortalis; quia non dixit illum in infirmitatibus pati, ſed obtegi, vel obnubilari, vt in ebrietatibus contingit: quod etiam Philoſophus dixit primo animę 66. Intelligere marceſcit, quodam interius corrupto; ipſum autem impaſsibile eſt. Tertiò epilogat, inquiēs, dictū eſſe quid, & propter quid phantaſia ſit. notauit Simplicius per, quid, uoluiſſe phantaſiæ diffinitionem; per, propter quid, cauſam: quid ſignificans eſſentiam; propter quid ſuorum omnium conſequentiam: nam uis iſta cognoſcitiua eſt, & quandoque vera; aliquando falſa; ideo horum habet cauſas; vel effectiuam, vt ſenſum actu; vel finem, quo animalia multa faciunt, & patiuntur. & hæc ſint dicta.

LIBRI SECVNDI FINIS.

M. ANTONII GENVAE

Exactiſsimi

IN LIBRVM TERTIVM ARISTOTELIS DE ANIMA

COMMENTARII.

PRINCIPEM totius vniuerſi unũ eſſe uoluit Ariſto. 12. primæ philoſophiæ; quia pluralitas principatuum mala, ac deteſtanda eſt; quandoquidem non habentes, quo conuenire poſsint; perpetuò diſcordes maneant, atq; inteſtina malorum principia reuocant. cum itaque Princeps ille unus ſit, per quem, & à quo omnia dependent in eſſe, ut unitas in entibus; quæ pẽdent ab illo, ſaluaretur; illiq;, veluti unitati numerus, commodè unirentur; operæprecium fuit, ut entia omnia diuerſis per uniuerſum perfectionibus diſperſa, ita in unum ordinata redigerẽtur, ut idem, & unũ exemplatum eſſet, quod maieſtatem ſui exemplaris manifeſtaret. ea ratione factum eſt, ut prima omnium materia, quę nouiſsimum in ordine entium locum tenet; putaturque magis extra latitudinem illorum eſſe; in elementis primò reperiatur; elementa in miſtis; & eorum, quæ imperfecta ſunt, in perfectis; quæ, ut perficiantur magis, denique ſubſeruiunt animæ, & omnium primò imperfectiſsimæ altrici, per quam uiuunt ſtirpes; mox illa, ſenſitiuæ, per quam animal in lucẽ editur; & hæc rationali; qua homo, ut homo eſt, prudenter uiuit, atque operatur: hinc rectè uiuendi initium ſumitur: hinc ratio, per quam & concupiſcibilis, atque iraſcibilis in nobis moderatur animasquæ, ſi dimiſsis habens luxuriant, in deteſtanda uitia nos præcipites deducunt: ſic & ciuitates ordinantur; cum tria hæc & in ciuitate, quæ in humana anima, reperiantur. Dixit Plato in quarto de republ. ciuitatem ſapientem eſſe, quo modo & priuatus ſapiens eſſe dicitur ſua ratione: dicitur fortis; ſi qui in ea ſunt ciues, iraſcibilem partem ratione, ut priuatus temperauerit; ſic enim iraſcibilis animus, non aduerſus rationem, ſed illi obtemperans, pro ſeruanda ratione pugnabit; idem & concupiſcibilis obſeruabit: qua de re temperata ciuitas erit, ut priuatus; & iuxta, quæ omnia ut fiant, & inuiolata obſeruentur, etiam ab illis, qui brutorum inſtar uitam ducunt, genio, & gulæ magis, quàm rationi ſeruientes, quibuſdam legibus, ueluti frenis diuerſi immites compeſcuntur equi, cogi ſapientes uoluerunt: ut, ſi liberi hominum uitam negligant; coacti pęnis, ac ſupplicijs, ui illorum uitam uiuant. hinc ciuiles leges prodierunt; ut, quod ſuum eſt, unicuique reddatur illæſum. hac ratione Philoſophi primi, ſpeculationibus altiorum entium uacantes, aliis hominibus, ut ab omnibus obſeruarentur, leges tradiderunt; & ad quod ſuum erat munus, quodque longè etiam optabilius eſt, totum conuerterunt animum; ut, non modò prudentes, ſed ut etiam ſapientes cognoſcerentur. uerùm, cum ſapientia ſit altiſsimarum cauſarum profunda cognitio; &, quæ omnino

æternę ſunt,& à ſenſu,atque ab omni remotæ materia; difficile, ac fermè impoſsibile videbatur, quo modo natura hominis,quæ ſi ponatur vniuerſa materialis, ac corruptibilis, poſsit illis vniri entibus, quæ æterna ſunt, & abſtracta penitus: quod, &ſi fieri admittatur; non minor erit difficultas, qua via natura hæc materialis, immateriali ſubiecta vniatur; ita vt omnia vnum fiant; atq;, vt dictum eſt indiſtincta ſeruetur, cum exemplari, exemplati vnitas: nempe, ſi vita hominis, vt homo eſt, per quam etiam, vt homo viuit, conſiderabitur ſola; nulla tunc poterit ratio vnitatis adhiberi inter naturam materialem, & quæ penitus abſtracta eſt; non in his, quæ infra hominem ſunt animalibus vniuntur; cum penitus corruptibilia ſint; neque in his, quæ ſupra hominem ſunt; cum omnia æterna, ac ab omni ſeparata materia ſint, vt Deus, & Angeli. reliquum itaque eſt, vt regnum hoc ad diſſolutionem non relinquatur; quòd in homine ipſo duæ hæ naturæ connectantur: erit itaque in homine mens, & intellectus; quippè qui cũ ſuperioribus eandem legem ſeruat naturæ: ad quẽ cæteræ, quæ in homine ſunt, materiales vires ordinatæ ſunt: ſic conſueuit ſolicita ordinare entia, natura; vt ſemper, quæ imperfectiora ſunt, perfectioribus ſubordinentur, vt Themiſtius ſecundo de anima t 34. ea itaque vita viuens homo; non qua homo eſt, ita uiuit; ſed, qua diuinum quoddam in homine reperitur, vt Philoſophus ethicorum decimo. qua ratione dicendum à Deo differre hominem; quandoquidem Deus in ſe omnia continet; & ueluti omnium principium eſt: homo uerò omnia in ſe continet, vt omnium mediũ eſt: in Deo omnia gradu perfectiſsimo atq; eminenti: in homine, inferiora, nobiliori conditione ſint; ſuperiora verò degenerent: quapropter hominem plaſmauit Deus, nexum, vtriuſque naturæ viſibilis ſ. atque inuiſibilis, ut Damaſcenus ſecundo orthodoxæ fidei cap. 12. In homine ſiquidem quatuor humores, quatuor ſcilicet correſpondẽtes elementis; miſtum corpus, quo inanimatis cõmunicat; ſtirpibus, altrici; ſenſu irrationalib. brutis; per rationalem verò, incorporeis, atque intellectualibus naturis coniungitur: neque primo ſui ortu, quam habet aſsiſtentem, intelligentia operatur; ſed primò quæ poſsibilis eſt, in eo perficitur huius intelligentiæ uirtus; mox, quæ in habitu; poſtremò, vt actu eſt, operatur: & per illam diuinus, nõ amplius humanus appellatur. De qua quidem intelligentia cum propoſitum nobis primo ſit agere, atque de illius gradibus diuerſis, vero Doctore mentes noſtras illuminante; in primis pro faciliori aditu ad hæc, quæ difficillima ſunt; quatuor prælibabimus, intentionem ſcilicet, utilitatem, ordinem inter ſe partium animæ, & doctrinæ modum. Intentio itaque in hoc tertio agere de duobus animæ gradibus, intellectiuo ſcilicet, & ſecundùm locum motiuo: quandoquidem tres ſint animæ, uegetatiua, ſenſitiua, & rationalis. Quatuor erunt gradus, ſi præter dictos ſuperiori lib. quartum addiderimus, motiuũ ſcilicet, ſecundum locũ; potentię quinque, ſi his ẽt appetitiua addatur. Cauſa uerò intentionis huius fuit animæ vnitas, non ſecundũ unã, ac eandẽ rõnẽ; ut, quidquid de ea ſecundũ diffinitionẽ dictũ eſſet in cõi; ſatis dictum, quo ad eſſentialia, fuiſſet: ſed ſecundũ rõnes diuerſas, dictas tamẽ ordine quodã, ut in illo cõi analogiæ vnitas ſalua ſit: ueruntamen tali genericæ unitati, neque una ex reſpondet natura, præter eam, quæ in ſpeciebus ſub illa ordinatis reperitur. cum itaque ea communi diffinitione, animæ partes non ſatis notæ fuerint; ſingulam rurſus propria diffinitione declarandam ſtatuit. quam cum & in uegetatiua parte, pariter & ſenſitiua in ſecundo obſeruauerit; conſequenter in hoc tertio idem faciendum eſſe de intellectiua, ac loco motiua curauit. Vertitur autem in dubium hic, & difficile ſatis ob diuerſas expoſitorum ſententias; undè libri huius tertii initium capiendum ſit; cum illud Græci cum ſancto Thoma in 128. ſecundi, poſuerint; Albertus in 150. Auerro. in parte præſenti. At reſolutio huius legatur ſuper t 28. à nobis expoſita. Dubiũ autem alterum eſt, & hoc difficilius; cum intellectiua iſta virtus, anima ſit; atque animæ diffinitio ſibi conueniat, ſuppoſita immortali, ut ſecundo huius ſatis dictum eſt; quomodo, quod ex illa, & corpore fit; animatum, atque intellectiuum animal eſſe dicatur. Quod, ſi quis dicat; Id fit per utriuſque miſtionem. At, cum miſtio, alteratorum ſit unio, ut primo de generatione; tunc intellectiua anima alterabitur: quod fieri nequit. Quod, ſi quiſpiam dicat, id contingere, quomodo uinum miſcetur aquæ per iuxta poſitionem minimarum inuicem partium. Quod admittendum non eſt; quia' inde ſequeretur, uel intellectiuam animam diuiduam eſſe per minima; uel, ſi ſtabit illæſa, ea duntaxat particula noſtri animata erit, quæ propè ipſam fuerit. Plato maluit animam dici corpore utentem; & corpus animę, ueluti indumentum, eſſe. Relinquitur rurſus de hac unione dubium; cum non ſatis appareat ex indumento, & induto, quomodo fiat. Reſolutio huius dubii clara legitur apud Ammonium: quem ſequutus fuit Auerro. & Nemeſius de Græcis, q, ſcilicet, intellectus uniatur nobis, mediis intelligibilibus: habent enim naturam talem, quæ intelligibilia ſunt, ut facilè uniantur potentibus illa recipere: ſicuti corpora uniuntur quædam per alterationem mediam: ſic ſpiritali quodam nexu, remota quacunque alteratione, uniuntur intelligibilia, immiſcibilia, incorruptibilia: ſic anima ſimpathia quadam unitur nobis, perinde atque Sol lumine proprio unitur aeri (ut manifeſtat exẽplo Nemeſius) aerẽ ipſum illuminãs; nihil tñ ab illo recipiens; uerũ ita perficiẽs, ut modò dicatur aer illuminatus, qui prius tenebroſus erat: quo ẽt recedẽte lumine, nihil minus, vt prius, aer erit. differẽter tñ ab hoc anima, quatenus ſol corpus ſit, diffuſumq; ſui magnitudine per aerẽ uniuerſum lumẽ: aĩa uerò, cuiuſcunq; molis expers, nõ loco, ſed ibi ſit, ubi operaẽ tota. hac itaq; unione, corporis actus erit aĩa, q̃ intellectiua dr̃. de qua ſecũdũ diuerſos ſuos gradus, ut dictũ eſt,

intentio

intentio erit. Vtilitas uerò huius eſſentiæ, & operationis eius, cum nota fuerit; dicta eſt ſatis ab Auerroe primo animæ commento ſecundo; hoc autem præcipuè; cum ſeparatorum entium, quæ uerè entia ſunt, & quorum noritia maximè expetibilis; haberi non poſsit ulla cognitio; niſi duo hæc nota fuerint fundamenta ſpeculanti; alterum, quòd entia talia ſeparata ſint, quod 8. phyſi. determinatum eſt: alterum, quod entia talia intelligentia, ſiue intellectus eſſe dicantur: quod ab animaſtico vſque ad perfectionem factum eſt. Ordo, vt ad tertiũ deſcẽdamus, ſciet, ſi priùs duos eſſe naturę ordines in præſentia conſiderãdos notauerimus; alterũ rõne dignitatis; alterũ ab eo, ꝙ imperfectũ eſt ad perfectũ: ſi primũ, de intellectiua priùs agendũ erat; ſi ſecundũ, cõuerſo ordine incedendũ erit. qui modus cũ naturæ operanti ſit magis familiaris; qñquidẽ, ab imperfectis ſumpto initio, ad perfectiora tranſeat; ideo hũc, & nõ primũ, in deſcribẽdis aĩæ partibus obſeruauit. Et, ſi quis dicat; Ordo, quo ad nos, dẽt quẽcunq; ordinẽ naturæ præcedere; dicendũ, ꝙ ad ſingulã particulã animæ reperiendã præcedit, ut 2. ani. 33. dixit. Dubiũ tñ eſſe poterit; quare poſtremò egerit de virtute motiua, quæ hac imperfectior eſt. Præterea; quare poſteriùs egit de ĩtellectu actiuo; quippè qui longè imperfectior, quàm ſpeculatiuus eſt. Quibus faciendũ eſt ſatis; ꝙ ea de cã de motiua poſtpoſuit agere; quia videbatur dubiũ, cuinã parti animæ cõuenięter poſſet applicari: ideo, vt hoc dignoſceret, operępretiũ fuit ſingulas prius enumeraſſe diſtincto ordine. & notitia: ſecundò quin etiã dicendũ, Cũ agere ſupponat cognoſcere; cũ nihil prudẽter à nobis actũ ſit, niſi priùs ex conſultatione eligatur; non fiet aũt in nobis conſilium, ignotis illis, de quibus cõſulendũ eſt; præcedit itaque habitua notitia, operationẽ quancunq; actiuã; iurè poſthabita eſt de actiuo intellectu conſideratio: proinde & de ſpeculatiuo agẽs, eũdẽ obſeruauit ordinẽ; qui à nobis notioribus eſt, ab intellectu, ut in ſtatu ĩperfectiori reperitur, ordiẽs, quo modo. ſ. & poſsibilis, & agẽs dr: poſtremò, vt intellectus, & intelligẽtia eſt, ſpeculatur; ſic animaſticus vtriuſq; induit habitũ, & naturalis, & diuini Philoſophi; & eſt artifex medius: nã, qua rõne in homine duæ illæ naturæ ſic vnitæ reperiuntur, quo modo dictũ eſt; eadẽ rõne & ſciẽtia hæc datur media inter naturalẽ, & diuinã; ne immediatus tranſitus fiat ab his, quę penitus materialia ſunt, ad penitus abſtracta: nec ſatis eſt, ut mediæ ponantur mathematicæ; quia hæ ſubſtãtiã non conſiderant. in quo ſenſu dixit Philoſophus 6. met. Si abſtracta nõ eſſent; phyſica eſſet prima Philoſophia. doctrinæ verò modus, qui obſeruari debeat, in ſecundo 33. determinatũ eſt, ab obiectis ad operationes, ac poſtremò ad ipſas uirtutes. qui modus à notioribus nobis eſt; & demonſtratione, quia, declaratur. non omittentur & alii, vt inductio, diuiſio, & ſimiles.

T. c. 1. De particula aũt animę. Intẽtionẽ agendorũ in hoc textu proponit Philoſophus: at, quid in intẽtione iſta uoluerit, ob diuerſas Philoſophorum ſñias, non ſatis exploratum habetur. Duæ itaque videntur in hoc diuerſæ opiniones; altera, quòd ſit intentio de mẽte; reliqua de aĩa tota rõnali: primã tenentes, non eodẽ modo mẽtem ipſam diſtinguebant; nã apud Ariſt. tria ſignificat. At nõ eodẽ modo ſignificata capiuntur; nam apud Alexandrũ, primum eius ſignificatum intelligitur de intellectu, qui potentia eſt; & talis in pueris reperitur: datur & ſecundò intellectus in habitu, qui in prouectioribus eſt: tertium ſignificatum de eo dicitur, qui actu mens eſt: hunc uerò deforis accedere Plato poſuit, quippè qui omnifariam perfectus. Diuerſo modo capiens dicta hæc plutarchus, inquit, primum ſignificatũ eſſe de eo, qui habitu eſt; & talis in pueris eſſe dicitur: uoluit ſiquidẽ in pueris mentem eſſe ſcientẽ oĩa, cum habeat in ſe rerum omnium rõnes: pueri verò, cũ res ipſas ignorent; diſciplina indigent; & ſuum illud addiſcere, recordari eſt. ſecũdũ ſignificatũ eſt, quando habitu eſt; ſimulatq; operari poteſt. tertiũ de eo eſt, qui actu tantum eſt, deforis adueniens, & perfectus. Ammonius, referente Philopono, utrunque damnat. peccarunt primò cõcordes in tertio illo ſignificato, intelligentes perfectũ illũ deforis accedentẽ, quẽ Deum dicebant; cũ clarè admodũ intelligat Philoſophus particulã illã, de qua intentio eſt, eſſe particulã aĩæ: modò Deus aĩæ particula eſſe nequit. peccauit inſuper Alexãder in primo ſignificato; quia per intellectũ potẽtia, qui in pueris eſt, videbatur tenere eſſentiam purè potentialẽ, & materiã ipſam; cũ nullã formã habeat ille; idque, vt formas omnes cognoſcat. cognoſceret tũc aĩa, cũ nihil eſſet: quinimo formã formarũ dixit animã eſſe. peccauit & Plutarchus, cum opinionẽ Platonis de reminiſcentia attribuerit Ariſtoteli. quare dicendũ, ut optimè Philoponus, quòd mens forma eſt: eſt enim mens puerorum forma, potentia ſpecierũ ſuſceptiua, quatenus forma dicitur, potentia non eſt; ut uerò potentia eſt, ſuſceptiua ſpecierum eſt, non habens in ſe rerum rationes, ut uidebatur Plutarcho: quare potentia mens, ad res intelligitur ſuſcipiendas per ſpecies, in habitu, perfecta per illas, ut in ſcientibus perfectis quieſcentibus, & non operantibus. Tertium uerò ſignificatum ponit Philoponus, quando mens hẽt habitus, & operatur, ſecũdùm habitum, & actum; & nõ qui deforis eſt. At in tertio hoc uidetur ſuſpectus Philoponus; ſiquidem intelligentia apud Ariſtot. non datur cum ſpeciebus concreatis: ſed quæcunque illa fuerit; ſemper in illa idem erit intelligens, intellectum, & intellectio: 15. huius tertii, & ſic dixit 19. Subſtantia actu ens. At contra opinionem hanc de intentione Simplicius inſtat; quod, ſcilicet, non ſit de intellectu participato; & primò, cum ſit cęteris nobilior; quare de nutritiua meminit, ac de ſenſitiua: omiſit autẽ animam rationalem; & ad ſummam illã ſui particulã aſcendit. Præterea, quo ordine in alijs animæ partibus proceſsit; ſic in rationali procedere debebat: modò in alijs ab imperfecta magis fuit exorſus; deinde ad pfectã magis, vt à nutritiua ad ſenſitiuam; ſic & priùs de mente poſsibili; ſecũdò,

Notandũ, ꝙ per intellectũ participatũ, Deum intelligebant. et ſic per particulã animæ ipſum intelligebant: alias particulas rationalis animæ, mortales tenebat Alexander.

vt in habitu; poſtremò de illa, quæ actu eſt. præterea agit de parte iſta, ut ſpeculatur, & agit: modò participatus intellectus non dicitur agere; neque per ipſum, vt per principium, agit prudenter anima. Altera autem opinio, & quæ verior, eſt, vt Ariſtotel. intelligat de anima rationali; quæ quidem reſpectu animę totius particula dici poteſt. &, poſtquàm egit de aliis duabus, nutritiua, ſcilicet, & ſenſitiua; hanc poſuit Simplicius, & cũ illo Themiſtius, Philoponus, Auer. & Latini omnes. addit Simplicius; Cum non liceat ad ſupremã ipſius partem, intellectum ſcilicet, aſcendere; immediatè à phantaſia diſcedẽtes, rõnalem animã prętereuntes: quare oportebit & ipſius diffinitionẽ noſſ, vt ſcientificè ipſam cognoſcamus, perinde atque diffinitionẽ hominis habentes, quòd animal ſit rationale, & mortale. hominem ipſum cognouimus in vita, ſecũdũ rõnẽ, ſubſtãtiata; & formã humanã cognoſcimus; ſic & animã ipſam in vita, & ſubſtantia, quæ practica, & ſpeculatiua eſt, cõſiderantes, & aliquando ad ſenſibilia, qñque verò ad intelligibilia cõuerſam; deinde & formale eius principium in indiuidua, & pura ſubſtãtia, & uita. & ſecundũ hanc inſeparabiliter ſibi vnitã diffinitur: quare nõ de participata, neq; de imparticipata parte agẽdum; ſed de rationali vniuerſa anima. Hæc Simplicius. Quem cũ malè accepiſſet Sueſſanus, poſuit ad eius mentem, diſtinctionem quãdã de anima rõnali dicens, aliud eſſe hominis vitam; aliud rõnalẽ animã. quæ neq; ad propoſitum ſunt; neq; Simplicius ſomniauit. Intentio itaq; erit de rõnali anima. At, quid rõnalis anima ſit, dubiũ vr̃. Sueſſ. de mẽte Simplicii inquit, ꝙ per partẽ illam, dianoeticũ intellectũ, intelligit, qui à Simplicio dr̃ participans; quia participans intellectũ noeticum, humanam animã conſtituit. Datur intellectus triplex, vt notat Sueſſanus, dianoeticus, noeticus, & penitus ſeparatus. & inquit Sueſſanus, hoc idẽ Auerroem voluiſſe. & declarans Sueſſanus, quę nam ſit virtus hęc dianoetica, inquit, quòd intellectus nõ eſt, ſed virtus ſenſitiua præſtantiſſima, qua homo ſecundũ Simplicium, & Philoponũ, ratiocinatur; & gręcè appellatur dianoetica. Et, quòd ſit hæc Auer. ſententia, patet; quia dicit per hanc hominem differre à cæteris animalibus: quare determinat apud Græcos, virtutẽ animæ ſenſitiuæ humanæ, quæ ex ſemine traducitur: & hunc intellectum Simplicius dicit participantem; quia participando noeticũ efficitur anima humana. At, eius pace, grauiter errauit Sueſſanus; & primò, quòd de mente Græcorũ, dianoeticus ſit virtus ſenſitiua; cum manifeſtiſsimè in principio primi de anima, Philoponus diſtinguat virtutes; & ponat dianiam virtutẽ intellectus, & manifeſtè à phantaſia differre; qñquidem diania capiat vniuerſaliter, & circa vniuerſalia à præmiſsis in concluſionẽ diſcurrat; phantaſia aũt, particulariter, & ſignatè. Ariſtot. 2. ani. 153. dicit, phantaſia alterum eſt à ſenſu & dianoea. Peccauit & magis, cũ dixerit Simpl. per particulã, hic dianoeticũ illud intellexiſſe: qñquidem exponẽs Simpl. quã habeat dr̃iam iſta particula, dicat; nõ ſubiecto, cum ſit ſubſtãtia vna; ſed rõne, at phãtaſia non põt eſſe ſubſtantia una cũ rõnali, nõ ſomniauit itaq; illud Simplicius; tametſi voluerit, ꝙ nomẽ intellectus ad phantaſiã vſq; extendatur, & talis à Philoſopho dictus eſt paſsiuus intellectus: quod & Philoponus ibi, & Auer. ubique comprobat. peccauit & tertiò, cũ fuerit opinatus mentẽ Auer. ẽt, de particula illa extitiſſe; quia per hãc dixit hominẽ diferre à cæteris brutis: quandoquidẽ exponens Auer. tertium tex. de impaſsibilitate huius virtutis, inquit, ꝙ non patitur, ſicut ſenſus; quia neq; corpus eſt, neq; in corpore virtus: at phãtaſia virtus eſt in corpore. neque ratio illa cogit; quia non accepit differentiã illã Auer. ut à uirtute quæ daret eſſe; ſed ab illa, quæ homini aſsiſtit, & per quam homo operatur: quæ in aliis animalib. non reperitur conſequenter Philoſophi dictis in 1. de partib. animal. dum arguit, nõ eſſe Naturalis de omni anima conſiderare. ſubiungit; Diania in cęteris animalibus ab homine non reperitur. uoluit itaq; Philoſophus hic per rationalem animã, illã intelligere eſſentiã, quæ quandoque potẽtia eſt; aliqñ habitu; poſtremò, actu. notandũ, primò egiſſe de ſpeculatiuo, poſtea de actiuo; quia prius ſciẽtes, ac cognoſcẽtes ſumus, deinde agimus; vltimò de motiuo ſecũdũ locũ; cũ ſupponat actiuum præcipientẽ: neq; potuit ulla de hoc prius tradi notitia. de ſpeculatiuo acturus, primò de poſsibili agit, deinde de in habitu, poſtremò de ꝑfecto; quia ſic aĩa rõnalis in nobis eſt; quæ ob imperfectionẽ progreſſa eſt; at non, quin manens; neq; ſic manẽs, quin ꝓgreſſa, ut ex Simplicio hic habetur; tunc ſeipſam nõ cognoſcit; & hoc uoluit Solomõ in cantica canticorũ, de ea ſic imperfecta dicẽs (O pulcherrima inter mulieres egredere.) Et ad hoc tẽdebat Socrates dicẽs; Noſce teipſum. qñquidẽ homo intellectus eſt. ex canone ſacro, Faciamus hoĩem ad noſtrã ſimilitudinẽ, talis planè eſſe non potuit, ex corpore, & aĩa cõpoſitus. idipsũ ĩ euãg. Ioan. Quæ illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. Iã non uenit in mundũ, niſi qui de foris aduenit; qualis intellectus eſt. In textu ſunt duæ particulæ; in altera proponit, quod intendit, & de quo inueſtigandũ eſt; in ſecunda proponit quęrẽda: in prima, & ſatis nota, inquit; De parte ãt animæ, qua cognoſcit, & ſapit; ſiue fuerit magnitudine ſeparabilis, ſiue rõne. iã, quid per partẽ intelligendũ ſit, conſtat. Qua cognoſcit, & ſapit. Inquit S. Thom. per duo hæc intelligere debemus apprehẽſionẽ intellectus; & per ly, ſapere, iudiciũ. Expoſitio hæc vr̃ diminuta; quia intelligeretur dũtaxat de ſpeculatiuo, qui de apprehẽſis iudiciũ profert: at principiũ hoc nõ modò eſt, quo rõnalis anima ſpeculatur; ſed quo agit; & actiuũ dr̃. quare & melius dicẽdũ cũ Græcis, ꝙ ſ. per cognoſcere ſpeculatiuũ innuit; per ſapere, practicũ, idẽ & Albertus voluit, cũ dicat particulã aĩæ hãc eſſe, quæ format, ac diſtinguit agibilia, & factibilia: & intellectus actiuus dr̃; quippè qui arte, & prudẽtia, perfectus dr̃; & hęc eadẽ nouit prima, & vera; & quæ per prima & vera cognoſcũtur. Notauit Simpl. addidiſſe particulã illam, ſapit, ad aliarũ virtutum ſenſitiuarum differentiam, ſ., quæ & ipſæ cognoſcunt, at non

ſapiunt;

ſapiunt, quandoquidem ſapere profunditatem ſciendi demonſtrat; qualis in illa animæ rationalis perfectione ſumma; vt, cũ non aliunde, ſed à ſe ipſa cognoſcat, & profundiſsimè cognoſcat in ſeipſa manens: quæ eadem, quæ terminus eſt, & veluti forma rationalis animæ, egreditur ad ſecundas viras, & operationes, quib. & ſpeculatur, à phãtaſmatibus accipiens: & etiam actiuè, & factiuè tradit principia & cognoſcendi, & agendi: eſt enim rationalis anima manens, & progreſſa; vt non ſic manens, quin progreſſa; neque ſic progreſſa; quin manens. Siue ſeparabilis, & cætera. Exponitur ab Auerroes cum Latinis, & de Græcis Themiſtio, quòd reſpiciat Platonem; qui ſubiecto eas differre uolebat; quandoquidem rationalem in capite, iraſcibilem in corde, & cõcupiſcibilem in hepate; in Timęo. hoc uoluit & Galenus tertio de locis affectis, & quinto, & ſexto de decre. Plato. & Hippocra. Alii trahunt hoc ad ſeparationem à corpore propter ly, magnitudine; vt ſit ſenſus; An ſeparabilis ſit à corpore, nec ne? Hoc verò ſtare non poteſt; cum Philoſophus expreſsè dixerit in ſexto huius; Vndè neque miſceri rationabile eſt ipſam corpori, & cætera vt arguit Simplicius. At diceret Alexander, quòd verba illa; Immiſtus, impaſsibilis, & ſeparabilis, non arguunt eſſe intellectiuam animam omnino ſeparabilem à corpore; ſed ſic intelligi debent, ut Philoponus refert; immiſtus; quia miſcibilia, priuſquam actu miſceantur, ſeorſum exiſtunt; at anima ipſa ante vnionem, ſeorſum à corpore non eſt; ſed ſimul cum corpore facta: impaſsibilis; quia præparatio ipſa nõ patitur; ſed ſubiectum præparationis, quod corpus eſt, patitur: ſeparabilis, quatenus differt omnino à natura corporis. At expoſitio iſta ſtare nõ poteſt; quia hæc eadem ſecundùm hanc intentionem dici poſſent etiam de uirtute ſenſitiua: & tamen ab ea omnino diſtinguit intellectum; cum ponat illam uirtutem corpoream, & habere organum; intellectũ verò, nequaquam. Præterea, ſi patitur ſubiectum præparationis; neceſſariò patietur præparatio; quod demonſtrat à ſigno Philoſophus 1. ani. 64. Senſus viſus patitur, patiente oculo. nam dicit; Si ſenex haberet oculum iuuenis; videret, ſicut iuuenis: at intellectus nullo modo patitur, ut ibi determinauit: quare expoſitio nulla. Datur & tertia expoſitio, quòd ſcilicet, per magnitudinem, intelligamus ſubſtantiam; & tunc erunt duæ expoſitiones; altera Plutarchi, referente Philopono, ut intelligatur, ſiue ſeparabilis à phantaſiã, & ſenſu; ſiue non; hoc eſt, quòd habeat ſubſtantiam ab illis diuerſam. Neque hæc mihi videtur facere ad intentionem; quãdoquidem ſatis dictum de virtutibus ſenſitiuis; quomodo differunt ab intellectu, in ſecundo. per hãc rationem excluditur etiam Auer. expoſitio cum Themiſtio, & Latinis; quia in hoc contextu non reſpicit differentiam, neq; comparationem vllam cum virtutibus ſenſitiuis. Præterea non eſt præcipua intentio Philoſophi declarare differentiam huius ab aliis, ſed declarare eſſentiam animæ rationalis. in qua cum tres reperiantur portiones, ſiuę potentiæ, poſsibilis, ſcilicet, in habitu, & in actu; innuere uoluit de his tribus, ſi ſint eſſentia diſtinctę ita, ut tres dicantur eſſentię uel potius diſtinctæ ratione cum unitate eſſentiæ. & hoc voluit Simplicius. Conſiderandum. In hac ſecunda duo facit; quia duo proponit cognoſcenda; alterum de differentia; quod eſt per diffinitionem ſingulam cognoſcere; alterum de operatione; quæ eſt intelligere. Auer. primum applicat de differentia ad alias virtutes comprehenſiuas, ſenſum ſcilicet, & imaginationem; de quibus retrò dictum eſt. i. quòd velit modò agere de differentia uirtutis intellectiuæ ab iſtis. & addit, quòd abinuicem virtutes differunt; vel actione, ſi actiuę ſint, vt, verbi gratia, caliditas à frigiditate: vel paſſione, ſi ſint paſsiuæ; vel vtroque modo, ſi & actiuæ, & paſsiuę ſint. & fortè per hoc tacitè tetigit differentiam intellectus; in quo, & paſsiuus, & actiuus reperitur; à ſenſu, in quo etiam, & actiuus, & paſsiuus ineſt: &, ſi ſic differunt; & in modo agendi etiam, uel patiendi differunt. & addit Auer. ꝙ per ſe manifeſtum eſt, ꝙ differt ab aliis animæ uirtibus; cum per hanc homo ab aliis diſtinguatur animalibus. Sed dubium eſt de qualitate differentię, nunquid ſcilicet ſubiecto, an rõne. At in dictis Auer. dubitatur; quia uidetur, ꝙ homo recipiat eſſe hominis ab intellectu; quia per ipſum diſtinguitur ab aliis. ſed hoc ſolutum eſt, tenendo, ꝙ ab illo eſſe non habeat. ſequeretur & ſecundò, ꝙ intellectus qualitas eſſet de ſecunda ſpecie qualitatis: nã uirtus omnis, quę eſt principium operationis, & non dat eſſe; eſt qualitas de ſecunda ſpecie, &c. Dicendum, ꝙ per virtutem non accepit Auer. qualitatem, ſed immediatum principium ad operationem; & tale ſubſtantia eſt, ut in propoſito. hãc eandem poſitionem innuit Ariſtot. 2. ani. 24. Anima eſt principium, quo uiuimus. &c. Secundum deinde determinandum; quomodo quandoque fiat ipſum intelligere. S. Thom. quia uirtutes ſpecificantur per actus. Sueſſanus inquit, propoſuiſſe dubiũ; quia non patet, an fiat de nouo; uel magis ſcire noſtrum ſit reminiſci, vt in Memnone Plato, uel ſit paſſio, uel ſit actio. At hoc ſtare non poteſt; quia conſtat iam per ea, quæ aduerſus Platonẽ de reminiſcentia dixit Ariſt. poſt. primo quare dicẽdũ, & meliùs, ꝙ intellectus non ſemper in nobis perfectus eſt; ita vt cõtinuè operetur, & intelligat; ſed primò imperfectus eſt: &, cũ, vt ſic, operationem habeat à propria ſubſtãtia diuerſam; ideo dicitur quandoque intelligere, & non ſemper intelligere. Intendit modò agere de hac, quæ quandoq; fit, ut, incipiens ab imperfecta, quæ & notior nobis eſt, traducatur ad perfectã. ſic dixit quandoque intelligere. Hęc dicta ſint aduerſus ſic litteram legentes; Quandoque fiat ipſum intelligere. & littera legitur; Quomodo fiat intelligere. Quare referẽdũ ad virtutẽ illã, quę ſapit, qñ intelligat; & à primo ſui intelligendi modo, cũ egreſſa ſit, vt ab imperfecto exordiẽs, ſic ordinẽ ſeruans declaret. & eſt cum Auer. ſententia, eadem hęc: & littera fauere uidetur, quę dicit νοῦν. Hæc operatio mentis eſt, quæ & manet, & egreditur, ſicuti mens ipſa facit.

Dubitat poſtremò Sueſſanus, an ĩtellectus ſit pars animæ: & tandem poſt multa verba inquit, quòd Ariſtote. per illam particulam intellexit virtutem animæ, ſiue partem poteſtatiuam. dicitur particula (& Philoponum adducit) vt Sol, reſpectu totius vniuerſi, cum ſit ipſe pars dignior. At quærendum tunc erit ab illo, quid per virtutem intelligat; vel eſſentiam; & hoc non, quia talis non dicitur pars poteſtatiua; vel potentiam, & tunc non vna erit particula, ſed plures: alia enim dicitur, ut poſsibilis; alia verò in habitu; atque alia in actu. Præterea Philoponus per illud non intellexit poteſtatiuam partem, ſed eſſentiam ipſam rationalem cum Simplicio; cum expreſſè dicat, exponens ly, particulam .i. mentem: quam trifariam diſtinxit: & à ſimili exponens inquit; Vt, ſi quiſpiam uniuerſum mundum annumeraret; poſt omnia nouiſsimum Solem poneret totius particulam eſſe. quare, & cætera.

T. c. 2. Si autem eſt intelligere. Cum propoſuerit, vt continuat Auerro. pro cognoſcenda ſubſtantia huius virtutis, inueſtigare, & declarare actionē hanc, quæ eſt formare per intellectum; & reperire de hac genus, quod præcedit differentiam; primò dubitare cœpit, an ſit de virtutibus actiuis, vel paſsiuis; &, ſi de paſsiuis; vtrum paſsione materiali, veluti corpori cōmiſtum; ut ſenſui contingit, qui in corpore virtus eſt. vel alio modo dicatur paſsio; & ſic inueſtigabitur genus, & differentia; primò ſcilicet; an paſsio ſit; ſecundò an corruptiuè, vel perfectiuè, pro differentia ſcilicet. Latini cum Philopono volunt hic intentionem eſſe, agere de conuenientia intellectus cum ſenſu; quia prima fuit eorum ſententia, quòd intentio eſſet in hoc agere de differētia ſenſus, & ĩtellectus; & T. c. 21. de operatione. quæ non ſtat cum Philoſopho. ut partim oſtenſum eſt; & partim oſtendetur. rectior itaque fuit Auerro. introductio. At, pro euidentiori doctrina, duo contingunt dubia; alterum; quare eſt, cum ſecundo huius dixerit ab obiectis ad operationes procedendum eſſe: & obſeruauit in ſenſu, non idem etiam voluerit in intellectu; quia ab operatione, non autem ab obiecto incipit: ſecundò, quare eſt, cum primò propoſuerit, quam habet differentiam; & ſecundò quomodo fiat ipſum intelligere; quòd priùs exequitur de ſecundo dubio quàm de primo. Ad quæ dicendum; & ad primum, quòd intentio præcipua erat de mē te, ut perfecta eſt, quæ ſeipſam, atque in ſeipſa, uera continet obiecta intelligibilia; quæ quidem vt rectè Simplicius, longè difficiliora ſunt, quàm formare per intellectum. incepit itaque ab hac operatione, utpotè à faciliori; quia per hanc intellectus ad materiam uergens, & imperfectus ad ſuam perfectionem deducitur. Sed fortè rurſus aliquis dubitaret; quare ergo eſt, quòd reſpectu huius imperfecti, non incepit à ſuis intelligibilibus? Dicendum, quòd debet præcedere, ut notior nobis, quomodo talis ſit operatio, uel paſſio, uel actio; & poſtea ſcire poterimus, quem reſpectum habeat cum uirtute obiectum, quem modum procedendi etiam obſeruauit in ſenſu. Ad ſecundum pariter dicendum, noſtram ſeruantes cum Simplicio expoſitionem, quòd ſcilicet primò egit de ſecundo dubio; quia erat hoc notius nobis; deinde & cauſa, quare primum innoteſcet. Declaratur hoc cum Simplicio, quòd ſcilicet, non agat in præſentia de intellectu in habitu; quia talis ſenſui non communicat; quia ipſe poteſt ſeipſum cognoſcere: nullus tamen ſenſus ſeipſum nouit. Præterea non patitur, neque recipit; cum habitus teneat, per quos poteſt quandocunque operari, obiectis etiam non præſentibus: at ſenſus, & patitur, & obiectorum præſentia ſentit: minus communionem habet cum intellectu perfecto; cuius operatio ſubſtātia eſt. relinquitur itaque, quòd Ariſtotel. hic agat de illo intellectu, qui poſsibilis eſſe dicitur; & de eo, quo anima ſapit, & intelligit; quia talis eſt notior nobis, cum nobiſcum priùs operetur; & qui cognitus noſcere etiam nos faciat intellectum in habitu, & poſtremò in actu, facta, & cognita inter operationes diuerſitate. quare per hunc primum nobis innoteſcet dubium; quam teneant inter ſe uires hæ mentis differentiam. In textu ponit Philoſophus unam conditionalem diſiunctiuè concludentem; cum dicat; Si intelligere eſt, ſicut ſentire. Sueſſanus redarguit hoc; cum Ariſtotel. non ponat antecedens, neque conſequens deſtruat: & ly, ſi, pro quia exponit, innuens hanc mentem Auerrois extitiſſe. & in hoc non tenet Græcorum opinionem. At, pace eius dixerim, non accepit fundamentum ueritatis, neque Auerroem intellexit. Simplicius; Si intelligere eſt, ut ſentire, ideſt, ſi illud conſideretur intelligere, quod perinde, atque ipſum ſentire exiſtit: qui ſcilicet ab illa conuerſione in ſeipſum longè abeſt; ſed extrinſecus uergit; tum procul à ſeipſo; tum procul à formis, quæ in ſe ſunt: neque tamen aliud eſt, qui progreditur, qui ab aliis manentibus perficitur, atque expletur. noſtra itaque rationalis anima neque pura permanet, neque omnino recedit: nam in lapſu illo haud ita labitur, quin in ſe ipſam aliquo modo conuerti queat: undè, ut ſenſus à ſenſibilibus; ſic & talis anima ab intelligibilibus, atque ab illo intellectu, qui eiuſdem ordinis cum illo eſt, excitatur, atque expletur: hoc planè modò pati dicitur: quare addita eſt particula, quoddam, illi particulæ, pati, ne credamus pati illud, corruptiuè dictum eſſe: illud, aut huiuſmodi alterum; ut ab affectione illa ſenſus innuat differentiam. magis propriè pati in ſenſu eſt; tum ob inſtrumenti motionem; tum ob diuerſitatem inter ſenſibilia, & ſenſum; quia extrinſecùs illa exiſtunt: at intelligibilia neque foris ſunt; ſed intus reperiuntur: neque corporea fit aliqua motio: undè & inueſtigat anima, tanquam ea, quæ non habeat; & inuenit res in ſe ipſam intuens, tanquam ea, quæ habeat. Primùm dedit idem Simplicius cauſam; quare Ariſtoteles proceſsit hypotheticè: quia intentio hic erat agere de mente materiali, & potentia dicta; ut à notioribus aſcenderet. at hæc perficitur per obiecta intelligibilia, ſicuti ſenſus per ſenſibilia, alium

de

de capiens: ea de cauſa, coniectura ſimilis, & eadem uidetur cum operatione ſenſus, quę huius eſt operatio: &, quia non eadem, ut uidebitur, ideo huic conditionali addidit diſiunctiuam: neque potuit ſtare ly, ſi, pro, quia; cum nondum operatio talis declarata ſit; minus etiam, quòd ſimilis ſit ſenſus operationi. præterea clarè admodũ Auer. hypotheticè exponit, cum dicat; Si poſuerimus, ꝙ formare per intellectum ſit, ſicut ſentire; neceſſe eſt alterum ſequi duorum, &c. hypothetica itaque locutio eſt, & clara. ſi eſt, ſicut ſentire, ideſt, ſi paſsiuè fiat, & ſecundùm receptionem. nam, quæ à ſe ipſa perfecta diſtat mens; non per ſe ipſam, neque à ſeipſa; ſed, ut ſenſus à ſenſibili; ſic & mẽs iſta ab intelligibili, & ab extra; cum ſic ad extra uergat, ſpeciebus repletur. inquit philoſophus; aut pati aliquid ab intelligibili; ut contingit ſenſum à ſuo pati ſenſibili. pati dicitur intellectus iſte; quia potentia eſt. à ſigno, quòd potentia ſit, declarat Themiſtius, quia non ſemper intelligit; & quia de uno ad aliud transfertur intelligibile. at, quia non propriè pati dicitur, ut ſenſus, quippè qui & ipſe non propriè pati dicitur; cum recipiẽs, non corrumpatur, ſed perficiatur magis; eſt tamẽ in corpore uirtus: quare diuerſa ab illo paſsione patitur intellectus. rectè itaq; addidit Philoſophus; Aut huiuſmodi aliquid alterum. Quia intellectus uirtus in corpore non eſt; ſed eatenus pati dicitur, quatenus, inſtar ſenſus, recipit, & ab altero repletur; ita ut anima rationalis, quæ ſubſtantia una, ut rectè inquit Simplicius, ſimul ſaluat ad paſsionem ſimilitudinẽ per introductionẽ aliunde; ſimul etiam à paſsione diuerſus ob eã, quam à ſe ipſo capit perfectionem. addens Simplicius; T Vnde & quærit anima, tanquã non habens, & res ipſas inuenit; cum in ſeipſam, tanquam habens, aſpexerit: ſic huius pati, alterum.

Dubitatur, utrum naturalis philoſophus uia aliqua poſsit probare intellectum paſsiuum eſſe; atque intelligere, pati. uideretur hoc manifeſtum ex dictis philoſophi, cum dixerit hic; Si intelligere eſt, ſicut ſentire. Deſtruit fundamentum hoc Sueſſanus duobus dictis; poſtremò rẽ ipſam principalem infirmat. inquit primò, quòd ſimilitudo illa intelligi poteſt quo ad iudicium; cum ſenſibilia, ſenſus iudicet; & intellectus, intelligibilia, ut Themiſtius exponit. præterea, ſecũdùm platonicos conceditur in utriſque ſimilitudo; ſed negãt, ut in intelligere, ſic in ſentire, pati eſſe; cũ uelint rationes intelligibiles in intellectu; ut ſenſibiles in ſenſu, cõcreatas eſſe; tametſi à ſenſibilibus extrinſecùs excitentur. non itaq; textus ille fidem facit, quòd intellectus paſsiuus ſit. deſtruens deinde rem ipſam, ſic arguit ſecundùm Auer. intellectus eſt ſubſtantia omni ex parte æterna; ergo ſimplex, & omnino à corpore ſeparata; ergo nihil de nouo intelligit; ergo neque patitur. cõfirmatur; quia nulla ſubſtantia æterna agit effectum nouum ex dictis Auer. 8. phyſicorum, comento 15. à fortiori, neque patitur. præterea, cum intellectus poſſibilis, re, ab agente non differat; ſequitur, ꝙ nullo modo poſsibilis patiatur ab intelligibili, ſicuti neque agens. At, pro defenſione huius rei, arguitur, argumento Gandauenſis: nam uirtus, cuius operatio eſt immanens; & actu non eſt, niſi præſente aliquo extrinſeco; paſsiua eſt, & ab illo mouetur; nam, quòd uirtus in propiio ſuo non exiſtat actu; bifariam contingit; uel, quia eius operatio in aliquo recipitur extrinſeco, ut operatio caliditatis in calefactibili; uel, quia uirtus illa ut actu ſit, indiget ab illo extrinſeco recipere: cum igitur operatio huius uirtutis immanens ſit, &, ut actu fiat, eget extrinſeco; conſequenter operatio illa paſsiua erit, & uirtus paſsiua. In hac difficultate inquit Sueſſanus, quòd ſecundùm Auer. intellectus polsibilis eſt æternus ex utraque parte: ſecundò negat intellectum agẽtem eſſe formã productiuam rerum omnium naturalium: quare, ſecundùm Auer. intellectus poſsibilis non patietur ab intelligibili; cum ſit ſubſtantia æterna; neque agens per eſſentiam cognoſcet entia naturalia; cum illorum cauſa productiua non fuerit; non. n. eius eſſentia poteſt eſſe ratio formalis, ſiue cauſalis rerum talium: quare ad mentem Auer. ponentis intellectum omni ex parte æternum, non recipiet niſi obiectiuè: nam recipere fit duobus modis; altero modo, realis; quando in recipiente reali inherens res ipſa reperitur, ut ſpecies lapidis realiter in intellectu eſt, non autem lapis; altero modo intentionaliter; quæ fit per cognitionem; & talis dicitur receptio obiectiua; prima uerò ſubiectiua: ſic lapis obiectiuè per ſpeciẽ in anima erit, ut cognitum in cognoſcẽte. cum itaq; Auer. utraque ex parte ſubſtantiam illam ponat æternam; non poteſt ponere receptionem in illo realem: quare cogitur ponere intellectum recipere realiter, & obiectiuè, non quidem per nouam intellectionem in illo factam; ſed, quia, factis in nobis nouis phantaſmatibus, intellectus illis mediãtibus nobis copulatur. ultimò concludit, quod, ſi Ariſtoteles uoluerit, intelligere eſſe pati de nouo ab intelligibili, ſicut ſentire; oportet dicere, ſecundum ipſum, quòd intellectiua anima ſit de nouo producta. In hac difficultate duo erunt faciẽda; alterum, declarare Auer. ſententiam, quæ eadem fuit cum ſententia Simplicij, quam, pace illius uiri dixerim, penitus ignorauit: & ſecundùm quod duo imponit Auerroi, cõmiſit ipſe duo magna peccata in Auer. alterum eſt, quod à primo pẽdebit, determinare principale quæſitum. ſententia Auer. fuit, quòd intellectus humanus hominibus aſsiſteret, ſiue humanæ naturę, tãquã ſpheræ, ſibi propriæ: &, cum natura illa in indiuiduis duntaxat reperiatur humanis; conſequenter in illis aſsiſtens erit intellectus, ut colligitur commento 5. corollariè ſequitur, quod intelligentia iſtã à ſe ipſa, ut intelligentia eſt, perfectione aliqua diſtet & dicatur à ſeipſa progrediens, ut Simplicius & ipſe innuit in prologo huius, contra quàm alię ſint intelligentiæ. cuius diuerſitatis ratio fuit; quia aliarum ſingula proprium orbem in ea, qua poſsibile fuit perfectione, conſecuta eſt, & æternum: quare, ut intelligentia eſt, operatur ſingula: at humana intelligentia imperfecto fuit ordinata orbi; &,

Anima intellectiua ẽ eſſentia æterna ĩmortalis; ergo abſtracta per eſſentiã; ergo intelligentia; ergo habet orbẽ: & non cælum; quia circa orbẽ lunæ eſt, ut ex Auerro. ĩ epito. met. ergo ſpheram humanã quæ natura humana eſt, quæ cum ſaluatur in indi-

uidetis, quorum nullũ perpetuũ, ut cælum eſt, ad hæc noua genita exſtendi neceſſe fuit; quare ſperfici quod ſuperioribus non contingit intelligẽtijs; quia incorruptibiles orbes habent; ideo ſemper actu ſunt, ac perfectæ ſemper.

bi; &, qui ſucceſsione perpetua manet, duntaxat æternus, ut, uirtutis huius beneficio, caduca æternis, ac mortalia immortalibus unirentur, ut dictũ fuit: inde effectæ, ſiue cognitæ ſunt duæ uires in hac intelligentia; quæ non in alijs, poſsibilis ſcilicet, & agens; de quibus hic frequenter meminit Ariſtoteles: & duæ hæ ſignant in hac intelligentia illam imperfectionem, quæ ab operatione cognoſcitur. quare & ſecundò notandum pro Auer. ut duodecimo metaphyſicæ 17. clarè loquitur, q̃d operatio animæ tũc eſt ab illius eſſentia diuerſa; & per accidens ſic operatur anima: & eſt actio iſta corruptibilis; & corrumpetur; cum intelligẽtia illa perfecta redibit: quapropter primùm oſtẽditur illius peccatum; qui ſecundùm Auer. uoluit intellectum poſsibilem omni ex parte æternum: nam uoluit hoc Auer. intelligens per illam ſubſtãtiam intelligentiæ; ſed non poſsibilitatem illam æternam, merito cuius recipit. confirmatur per uerba eius, cum addat ibi; Si intellectus talis denudetur à potentia, quando perficitur, tunc & hęc actio ab eo deſtruetur; quæ eſt alia ab eo: & ſic expoſuit dictum illud Simplicius, tex. c. 20. Intellectus paſsiuus eſt corruptibilis; vt dicetur: deinde ſecundùm Auer. notandum, quòd, tametſi dixerit Auer. cõmento. 19. huius, quòd intellectus agens nihil intelligit eorum, quæ ſunt hic; voluit innuere, quòd non intelligit modo, quo poſsibilis intelligebat per aliquam in eo potentiam, ut ſe ipſum declarat; ſed intelligit iſta eminenter, & in eſſe cauſali. quod ipſe negauit; & peccauit ſecundò peccato manifeſto: & declaro per ipſummet Auer. 2. tractatu ſui epit. metaphyſici; in quo loco expreſsè inquit; Eſſentiale rebus eſt naturalibus, vt à nobis intelligantur; quod verò eſſentialiter ineſt alicui, prouenit neceſſariò à cauſa efficienti: non euadet itaque ſenſibile, intelligibile; niſi eius generatio fiat ex intellectuali apprehenſione, quamuis extra conceptum ſit cum principiis ſenſibilibus: atque exemplo ſumpto ab artibus manifeſtat; ſiquidem, quę arte conſtãt, rectè & per ſe cognoſcuntur ab artifice; quorum formæ in eius intellectu ſunt. concludit denique, cum dicat; Similiter res ſe habet in natura, & rebus naturalibus. quam eandem ſententiam uoluit Simplicius, exponens textum. 21. huius; Indiuiſibilium intelligẽtia, ut ibi palàm fiet. Ad principale uerò quæſitum, ponatur conſueta diſtinctio de mente, quam Græci ponunt, Simplicius, & Philoponus: tunc dicendum, quòd mens primo modo accepta, cum poſsibilis ſit per iam dictam rationem, recipit: & ſic dicitur perfectiuè pati: at tertio modo accepta, cum ſcilicet, perfecta eſt, nullo modo patitur; ſed tunc agit, vt Simpl. primo animæ 12. 13. neque quidquam de nouo recipit; ſed eius operatio, eius etiam ſubſtantia eſt. [Q]uia autem naturali conſtat poſsibilem intellectũ pati, quia quandoq; operatur; quandoq; non; quia non ſemper intelligit; ergo non ſemper actu eſt; ſed potentia quandoque; ergo patitur. ſic uoluit Philoſophus, cum in hoc textu aſsimilat ipſum ſenſui. Ad id, quod obijciebat; quia utraq;

Hoc diuinè expreſsit Simplic. 2. ani. 6.

eſt uirtus iudicatiua; tranſeat: ſed hoc Themiſtij eſt: at Ariſtoteles comparat, quo ad pati; ſicut ſenſus, à ſenſibili: ſic ab intelligibili, intellectus. Iudicium rem ſupponit præſentem, de qua iudicium fit: in primis ergo intellectus recipit; deinde de recepto iudicium facit: de recipere autem hic agit, quod pati eſt eo, quo diximus modo. Ad dictum Platonis, primò dicendum eſt, hanc eſſe ſententiam Ariſtotelis, quidquid Plato dicat: ſecundò etiam ſecundùm Platonem; Anima omnis eſt immortalis, vt dixit in Phędro. & tamen in Phædone inquit, Anima per corpus tracta, ueluti ebria, uacillat. idem in Timæo; Anima, quando in corpus deſcendit, amens efficitur. præterea in Philebo inquit, animam eſſe libro ſimilem; cũ in ea ſermones recipiantur, & opiniones. deinde in eodem dicit, quòd in anima datur pictor, & ſcriptor. & Ariſt. etiam dixit in hoc tertio, quòd eſt tanquam tabula nuda. patitur itaq; etiam ex ſententia Platonis; Quamuis conuerſa ad mentẽ dicatur reminiſci luminis, ſcilicet, illius beneficio; in quo omnia conſpiciuntur à perfecta anima. Ad aliud fundamentum, dicendum, quòd eſt ſubſtantia æterna ſecundum eſſentiam; ſed ratione habitudinum diuerſarum, uitio quarum recedit à ſe ipſa; noua eſt, & de nouo recipit; quod nõ admitteretur in ſeparata penitus: quod concludebat Auer. dictum 8. Phyſicorum 15. Ad ultimum dicendum, quòd, quamuis realiter non differant, cum ſint eiuſdem eſſentiæ, potentiæ, ſiue uirtutes diuerſæ; formæliter tamen differunt, ut ſententia Philoſophi in hoc textu 18. ubi utrunque diffinit, ratione tamen diuerſa: quare patitur, ut dictum eſt.

Impaſsibilem Autem. Cum propoſuerit inueſtigare operationem hanc, quam formare per intellectum appellauit Auer. an, ſcilicet, actiua, uel paſsiua ſit; modò intendit, vt Auer. deponere, q paſsiua ſit (quare & uirtus, cuius hæc operatio eſt, paſsiua erit) non tamen, q ob hoc ulla contingat tranſmutatio; quia neque corpus eſt, neque in corpore uirtus; ſed ea ratione paſsiua dicitur, quia recipit. tex. tria continet declaranda: quæ omnia ſolutionem dubij manifeſtare uidentur: & tribus quoq; expoſitionibus diuerſimode exponuntur. Auer. & cum eo de latinis Albertus, uerba in propoſitione exponit; & primò ly, impaſſibilem, ſcilicet, intellectus non eſt uirtus tranſmutabilis à forma, quam comprehendit, quia non habet de intentione paſsionis, niſi quòd recipit. At, ſecundùm hoc, non habetur animę immortalitas; quia & uiſiua uirtus, cum ſpeciem recipiat, non patitur corruptiua paſsione; ſed hoc habet ſolùm, quòd recipit. Quòd, ſi dicatur; contingit aliquando uiſum deſtrui, ut ab excellenti uiſibili; dicam hoc contingere ratione organi, in quo reperitur; cum ſit uirtus in corpore. declarat deinde, eum eſſe potentia huiuſmodi, ideſt receptiuus potentia, cum actu ſpeciem non habeat. & hucuſq; ſtat cum expoſitione aliorum Latinorum, Philoponi etiam, & Themiſtij. uerum eſt, quòd Philoponus declarauit propoſitionem hanc ſequi per

T. c. 3.

modum

modum concluſionis propter ly, ergo. & applicat ad illa dicta, Aut huiuſmodi alterum, per modũ aſſumpti: impaſsibileé ergo, &c. At in hac ſecũda exponens Auer. ly, ſed non hoc, diuerſus eſt cũ Alberto ab alijs; qui uoluit, ſed non hoc, i. quãuis recipiat, ut ſenſus recipit; non eſt tamen hoc. i. neque corpus, neque uirtus in corpore; qualis ſenſus eſt. & declarans Albertus; Non eſt materia hæc; quia talis dicitur eſſe merito formæ huius: at intellectus eſt omnium formarum receptiuus; neque forma hæc, per eandem rationem; neque compoſitum tale, & per hanc expoſitionem uidetur innuere differentiam, quæ inter ſenſum, & intellectum eſt, in modo recipiendi, propter quem ſaluare uidetur intellectus immortalitatem. At, pace Auer. dixerim, hæc non colliguntur ex textu; ſed ſua ſunt additamenta; quandoquidem illud, ſed non hoc, quod actum refert, referri debet ad ly, potentia huiuſmodi. modò talis eſt reſpectu formæ, quam recipit; ſic & ly, non hoc. quare meliùs particulam hanc Latini alij cum illis Græcis expoſuerunt; cum dicant intellectum ſpeciei receptiuum eſſe; quare potentia eſſe ſpeciem illam; ſed non eſt ſpecies illa actu, priuſquam recipiat. contra quæ Empedocles opinabatur: qui uolebat in anima reperiri actu omnia; & per illa, à ſimili cætera noſſe. At, quamuis, quoad illud uideantur Latini Auerroe meliùs dixiſſe; tamen effugit Auerroes meliùs unum inconueniens, quod nugationem præſefert: nam, ly, Potẽtia huiuſmodi, ſignificat ſenſum non habere adhuc ſpeciem; ſed eſſe ad illam in potentia. quare addit; Sed nõ hoc, non ne per eſſe in potentia illud intelligebatur? At, ſecundùm ueram expoſitionem, nullum ſequitur incommodum; neque quod Auerrois, neque quod Latinorum fuit. Verùm ſecundùm hanc expoſitionem, non ſaluatur etiam animæ immortalitas; quia & ſenſus eſt potentia ſpecies ſenſibilis; & non ea actu, prius quàm ſentiat; nam & Alexander uoluit intellectum poſsibilem materiam eſſe intelligibilium, & receptiuum: uoluit deinde differentem eſſe, & ualde in bene natis; & aliis non ita ingenuis hominibus. in quibus dictis oſtendit craſim manifeſtam, à qua pendet. Philop. hic Alexãdrum reprehendit: ut qui per dictum hoc Philoſophi, ſed non hoc, uoluit habere, ut ei imponit Philoponus, quòd intellectus forma non eſt, ſed materia. inquit Philoponus; Fũdamentum hoc non concludit hoc; ſed magis, quòd intellectus eſt potentia hoc. i. ſpecies intelligibilis; quia ipſe, tametſi forma ſit; eſt tamen potentia receptiuus formarum omnium materialiũ Simplicius diuiniùs rem iſtam cõſiderans, inquit; Poſito priùs, quòd pati ſit recipere, quòd impaſsibilis eſt intellectus poſsibilis, ſuſceptiuus tamen. Pro quibus ſciendum, quòd anima hæc rationalis noſtra, imperfecta cum ſit, & à ſe ipſa perfecta diſtans, nullo modo ſubſtãtias rerum cognoſcit, ſed accidentia, & quæ ſubſtantiam ipſam conſequuntur; differenter tamen à ſenſu, & phantaſia; quia hæc uniuerſaliter; ille uerò particulariter, & accidentia illa, ut antecedunt, & ut conſequuntur; & ab altero ad alterum diſcurrit, ut mathematicæ diſciplinæ, quæ de accidentibus ſunt: & artes; quæ omnes accidentia, non autem terminos, ſiue ſubſtantias cognoſcunt: quæ uerò ſubſtantiales rationes ſunt, ſine ulla dimenſione ſunt, atque penitus unitæ; degenerant tamen in dimenſiones, ac partitiones remotas ab illis; ſic percipiuntur à poſsibili intellectu; & particeps quoquo modo fit illarum ſubſtantiarum; tametſi illas non recipiat puras, ut ſunt, & indiuiſibiles; ſed ut finiunt in partitiones, & ſpaſsiones; ſic dixit impaſsibilẽ hunc intellectum reſpectu illarum, quę puræ, & indiuiſibiles ſunt, idearum ſcilicet; tanquam nondum habens, ſuſceptiuus tamen, & non ſimpliciter cognoſcitiuus, ſed formæ. dixit; quæ & impartibilis eſt, & ſubſtantialis terminus, & intelligibilis; mens autem illa eſt, quo terminos cognoſcimus. conſequenter dixit, quòd eſt potentia tale; quia intellectus poſsibilis non perpetuò manebit in illa imperfectione, ſed perficietur, cum fiat primò ſpeculatiuus, mox intellectus ipſe: quare, ut ſic, eſt potentia illud; non autem actu illud, ideſt perfectus intellectus. Puto ego duas haſce particulas. Impaſsibile, & potentia huiuſmodi, ſuperiùs dictis, in diſiunctiua, ſcilicet aut pati aliquid, aut huius generis alterum, correſpondere, ut primò intelligat non pati. i. non recipere eo modo, quo ſenſus recipit, ut dictum eſt; recipere tamen & modo longè diuerſo: ideò ſecundò dixit potentia, & receptiuũ uerò, ſed alius, huiuſmodi gñris, paſsionis ſcilicet, ſicut ſenſitiuum. Hanc biſariam exponit Auer. propoſitionem tertiam: primo modo, quòd hæc tertia debeat legi in prima parte textus; quia per hoc, quòd dicit intellectum ſimiliter recipere, ut ſenſus recipit; uideatur innuere intellectum pati poſſe corruptiuè; & ideò ſequãtur aliæ duæ, quæ naturam intellectus diuerſam oſtendant; ut non ſit paſsiuus, ut ſenſus, ſed recipiat, & ſit potentia illud, non illud. Secundò exponit Auer. iuxta litteram, ut iacet. & tunc comparatio illa intelligatur, quo ad modum recipiendi; non autem quo ad recipientia. Simplicius per hanc comparationem notat clarum eſſe ſermonẽ de intellectu, pro illo imperfecto eſſe; cum recipiat, vt ſenſus recipit: qui, cum in ſe ſpecies ſenſatas non habeat; recipit aliunde, & quæ accidentia ſunt: ſimiliter & intellectus, ut talis, cum in ſe formas non habeat, recipit accidentales illas, ut dictum eſt. Senſus enim obiecta materialia, ut in materia ſunt, non recipit, ſed ab illis, quę progreſſa ſunt uſque ad ſenſiteria: ſic, qui imperfectus intellectus eſt, nõ pura illa intelligibilia, quæ in eo manente ſunt, recipit, ſed quæ ab illo progreſſa ſunt. Intereſt tamen inter utrunque; quia ſenſitiua ſunt ſuis ſenſibilibus potiora, cum uiua ſint: at intelligentia talia, ut quæ extra ſunt, ſuis ſubiiciuntur ueris intelligibilibus, quæ ſunt intus. Præterea ſenſitiuum habet ſenſibilia omnino alia; at intellectiuum partim alia; partim eadem: deinde ſenſibilia per medium ſenſorij ſentiuntur; cũ uis ſenſitiua occaſione illorum moueatur agentium in ſenſorium: at intellectiua uirtus immediate

perfi-

Dubitat Simplic. nam, cũ iſtæ materiales formæ, & mathematicæ à ſuis illis quidditatibus fluant,

quæret intellectus, in quo ſunt illæ quidditates; per illas non intelligit iſtas ne quidditates illæ uideantur in intellectu ſuo fruſtra eſſe. ſoluit, quod operabuntur & ſic; at nõ ſunt intelligibilia; quia ſubſtãtiæ ſũt & impartibiles; ſed ut, quæ definiũt in partitionem ſcilicet, & materiã

Eſt tale, i. talis naturæ; quæ adhuc potẽtia eſt. & forſè dixit, tale, propter habitus, qui qualificant. ſed non eſt hoc, quod, ſ. ſubſtãtia eſt & forma:

Simplicius. Non ſolùm .n. intellectus ille, qui lapſus eſt, diuerſus eſt; ſed iuũ quoque cum eo, qui permanet.

perficitnr ab intelligibili: notauit & Simplicius, quod dixit, ſenſitiuum, ideſt potens ſentire, & nõ ſentiens, ſcilicet, actu, ut poſsibilitatis naturam ſeruaret, quæ congrua eſt intellectui, ut tali imperfecto. Dubitaret aliquis pro his, quæ Philoponus in Alexandrum dixit, ꝙ ſcilicet, anima forma eſt, & non purè materia; quia Philoſophus. tex. 5. inquit, ꝙ nullam aliam habet naturam, quàm, quòd poſsibilis eſt; ergo purè potentia. Dicendum, ꝙ potentia illa intellectiua diſtinguitur ab eſſentia animæ; eum illius naturalis dicatur potentia eſſe; & qualitas, quę fundat diuerſos reſpectus ad intelligibilia diuerſa, & uolibilia, ſecus omnia eſſent idem; ut deduxit Philoſophus, tertio phyſicorũ 10. de poſſe ſanari, & poſſe ægrotare. intelligendus itaq; erit Ariſt. textus, quòd, ſcilicet, intellectus pro tali ſtatu imperfecto nullam aliam habet naturam, niſi ſcilicet, naturam, quæ ſubiecta eſt poſsibilitati: & de hoc dicetur meliùs in quinto. Notãdum, ſi, ut ſenſitiuum ad ſenſibilia ſe habet, ſic & intellectum ad intelligibilia; intelligatur de intelligibilibus, quæ in materia ſunt, & fiũt actu in intellectu, ꝙ, ut res eſt, non intelligunt, ſic dicẽtes; quia non dixiſſet; Sic intellectum ad intelligibilia, ſed potius ad ſenſibilia; quia extra in materia exiſtentia ſenſibilia ſunt omnia. At, ſi quiſpiam dicat; fiunt ab intellectu intelligibilia: hoc minus eſſe poteſt; quandoquidem hic comparat intellectum ſenſui, ut potentia eſt ad illa recipienda omnino, non ut in illo iam ſunt, & reddita uniuerſalia, ut aiunt, non uidentes: ea propter ſecũdùm ueritatem dicendum, ꝙ de intelligibilibus intelligendum eſt, quæ in ipſo manente ſunt; quæ ſunt etiam & uera intelligibilia: ad quæ recipienda intellectus iſte; qui imperfectiſsimus eſt, omnino in potentia receptiuus eſt; ut ſenſus ſenſibilium: Deo ſit laus, & honor,

T.c.4. Neceſſe eſt. Cum dixerit intellectum materialem eſſe receptiuum, vt Auer. introducit, dixit ipſum eſſe paſsiuum; &, quia in recipiendo, non tranſmutatur; neque corpus erit, neque in corpore uirtus; intendit modò hoc demonſtratione cõfirmare. in textu ſunt tres particulæ; in prima ex dictis concludit; in ſecunda confirmat auctoritate Anaxagorę; in tertia ponit cauſam: inquit in prima; Neceſſe eſt intellectum, quia intelligit omnia (receptiuè ſcilicet) immiſtum eſſe: differẽter tamen ab Auer. qui immiſtum intellexit cum corpore. ſimiliter cum Latinis Simplicius ſenſiſſe uidetur; differt tamen ab illis; quia illi de ſpeciebus materialibus acceptis extra animam; Simplicius de acceptis in anima. uerùm dicta hæc intelligũtur, ut notat idem Simplicius, de intellectu poſsibili, atque imperfecto; quippè qui, quo ad hoc, redditur materiæ primæ ſimilis, reſpectu formarum materialium. quæ, cum omnes recipere poſsit, ac nullam ſecum teneat; iure omnium immiſta appellari poterit: eadem ratione & qui poſsibilis eſt intellectus, reſpectu formarum intelligibilium, dicetur immiſtus, cum nullam ſecum teneat. & poſsit omnes recipere; intellectus uerò, perfectus cum ſit, actu omnes: hac ratione immiſtus dici non poſſet. Alex. referente Philopono, propter dictum hoc negabat poſsibilem intellectum formam ullam habere, cum potentia ſit omnes. damnat Philoponus, inquiens dici debere potentia eſſe formas omnes, quas cognoſcere debet; at, cum hoc ſtat, & ipſum formam eſſe. Dicerem, quantum ad hoc pro Alexandro, conſeruato diuino Simplicij fundamento, pariter & Alexandri dicto, ſcilicet, quòd intellectus poſsibilis intelligitur, ut egreſſus à propria perfectione uerſus irrationales, ſiue ſenſitiuas uirtutes; ut ſic nullam habet intelligibilem formam; quibus omnibus actu repleta eſt eius eſſentia; neque ipſe formaeſt; ſed magis imperfectio cadens à forma: quare rectè dicta fuit ab Alexandro præparatio; quia, ut ſic, mota à phantaſmatibus apta eſt participare formas omnes; quę in ea ipſa lucidiſsimæ apparent: quare, ſecundùm Græcos, intentio in hoc textu erit concludere ex dictis, & concluſionem confirmare. Auer. uerò ab hac ſententia diuerſus, primam hanc partem aliter exponit, cum dicat; Neceſſe eſt, quia intellectus intelligit omnia, quæ extra animam ſunt; ideò contingit primò, ut annumeratus ſit ĩter uirtutes paſsiuas, imò neceſſarium eſt. ſequitur & aliud, ut ſit nõ miſtus cum corporibus, ideſt neq; corpus. neq; in corpore uirtus. & ſic ly immiſtus, expoſuit non corporeus: hanc eandem ſequutus fuit de Latinis Albertus, per hoc; quia, ſi haberet formam ullam materialem non eſſet materialium omnium receptiuus. Sanctus Thomas magis cum Gręcis, ſed differenter à Simplicio; quia exponit ly, immiſtum, ſcilicet, ſpeciebus intelligibilibus, quas à ſenſu recipit: Simpl. uerò formis ueris; quæ in ipſo, ut manente, ſunt. Videtur autem dubium, quomodo illa Auer. cõſequentia ſequatur; Si recipit omnia materialia, eſt non materialis. Dicendum; ſi nõ ſequitur; detur oppoſitum; Erit itaque materialis; ergo non omnia materialia intelligere poterit; quia non ſe; quia ea ratione, qua eſt omnibus permiſtus intelligibilibus; eſt etiam illis impermiſtus, quo ad identitatem, & miſturam. Sicut. In hac ponit pro confirmatione dictum Anaxagoræ, qui & ipſe impermiſtum intellectum ponebat, ut imperaret tamen: nam ponebat ex parte materiæ in illo chao infinitas omiomerias: deinde ponebat intellectum abſtrahentem, & quodammodo imperantem, ut exirent. quòd, ſi intellectus ille ex ſimilaribus illis, uel ex illarum aliqua conſtitiſſet; tunc non in omnes extrahendas habuiſſet imperium; quia ſeipſum non extraxiſſet ampliùs. addit Philoſophus; Hoc autem eſt ut cognoſcat. Quia medium illud ab imperio nõ erat hic ad propoſitum; accepit, quod conueniẽs erat, ſcilicet, à cognitione; quia, ſcilicet, omnia cognoſcit, cum omnia recipiat; ea de cauſa immiſtus eſſe debet. Intus apparẽs prohibet. Quaſi probat à deſtructione conſequentis, concluſionẽ, cum dicat; Si quædam forma intus appareat. & per hoc intelligebat Auer. ſi ſecum eſſet forma aliqua connaturalis, impediret, quominus alias reciperet extraneas; ut de oculo ictcrici contingit;

quia ad illum uapores aſcendunt crocei; qui ſimul cum oculo exiſtentes impediunt, ne fiat extrinſecus diſtincta aliorum colorum receptio: ſic contingeret in intellectu, ſi miſtus eſſet, & formã aliquam materialem ſecum haberet; tunc omnes non reciperet; ut ex Auer. deducitur: uel, ſi ei ineſſet ratio, ſiue forma de intelligibilibus; tũc non reciperet omnes. Sed modo. In hac parte digreditur Auer. & diuiditur in tres particulas; in prima intentionem ponit, & cauſam, ob quam digreditur; in ſecunda rem ipſam aggreditur; in tertia epilogat: in prima itaque digreditur circa propoſitiones duas illas inferentes concluſiones: altera fuit, quòd intellectus eſt virtus paſsiua; reliqua autem, quòd ſit ſic paſsiua, quòd recipiat ſine tranſmutatione; quia duo hæc principia ſunt eorum omnium, quæ de intellectu dicuntur: quare notat Auer. in his inſiſtendum eſſe Platonis auctoritate, qui dixit, quòd paruus error in principio, eſt maximus in fine. Dicamus. In hac ſecunda duo facit Auer. quia ponit duas illas concluſiones ſuperiores, & primam probat, ponens ſimilitudinem inter ſenſum, & intellectum, quoad duo; tum, quia uterque in potentia; tum, quia uterque recipit: at inter ſe differunt; quia ſenſus cum trãſmutatione; intellectus verò ſine tranſmutatione. ad probandam illam quatuor facit; primò declarat, quid ſit virtus paſsiua; ſecundò, quid actiua; tertiò, quænam ſit conditio agentis; quartò, quæ ſit conditio patientis. quibus expeditis, ſuam deponit concluſionem; deinde unum corollarium; & eſt, quòd intellectus, ut intelligat, conuertatur ad phantaſmata; ſicut uiſus ad uiſibilia. ita ut per hoc poſsit confirmari concluſio; virtus indigens extrinſeco, per cuius præſentiã fit in actu, eſt uirtus paſsiua: &, quia rationalis anima indiget conſiderare intentiones imaginatas, ut ab eis moueatur; relinquitur ob hoc, quòd paſsiua ſit. obijcit autẽ Auer. quia uirtus iſta uidetur potius actiua, quàm paſsiua: nam, cum ad phantaſmata uertatur; moueri non poterit ab eis, cum materialia ſint: datur itaq; mens, quæ aufert illa à materia; ergo actiua erit; quia transfert phantaſmata de potentia intellectis, ad actu intellecta. Soluit Auer. quòd, quatenus ab intellectis mouetur, paſsiua dicitur: ut autem mouet illa, denudans a materia; actiua dicitur; & teſtimonio Philoſophi 17. huius confirmat, cum dicat; Neceſſe eſt & in anima duas haſce ponere differentias. ex quibus uerbis Auer. elici poteſt, quòd intellectus agens, & poſsibilis, vna & eadem ſit res; ratione tamen diſtinguatur. non defuerunt, qui etiam ſecundum Auer. uoluerint iſtas, ſubſtantias eſſe inter ſe re diſtinctas: quod nunquam puto Auerro. ſomniaſſe; ut patebit in quinto; & clarum etiam hic eſt ſatis; cum dicat in anima duas haſce differentias eſſe. & ſubdit, ꝙ utraque pars tam agẽs, quàm poſsibilis, neque generabilis eſt, neq; corruptibilis. videtur peccare Auer. in forma arguẽdi; cum ſit talis; Omnis uirtus materialis, aut eſt corpus; aut uirtus in corpore: ſed intellectus non eſt uirtus materialis. & ſic minor negatiua erit in prima figura. Ad ꝙ dicendum, ꝙ admittitur hoc, quando maior de facili conuertibilis eſt. & tunc erit in ſecunda figura. Contra, tunc non ualebit, quia non omne, ꝙ eſt, aut corpus, aut uirtus in corpore; eſt forma materialis. Dicendum, ꝙ ſic intelligitur; Eſt uirtus materialis, uel habens uirtutem materialem. addit deinde Auer. ꝙ primo textu dictum fuit, quòd, ſcilicet, intẽtio Ariſt. eſt, agere priùs de hoc uirtute paſsiua; quia in doctrina à facilioribus debet eſſe initium: modò facilior eſt operatio intellectus, ut poſsibilis eſt; quàm, ut agens; quia dixit, quòd intellectus non eſt uirtus materialis in illa minori. illam modò probat; Omne recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti in ſpecie: ſed intellectus eſt recipiens formas omnes materiales; ergo denudatus ab omnibus; quare immaterialis erit. minor nota eſt, Auer. inquit. maiorem autem probat per impoſſibile: Nam, ſi recipiens eſſet de natura recepti; tunc res ſe ipſam reciperet, & mouens eſſet motum. eandem quoq; inductiue fermè declarat: Neceſſe eſt, ut uiſus colore careat, cum colorem recipiat; & auditus, ſono; cum ſonum recipiat. Et hæc uera eſt. Ex his ſequitur, quòd intellectus non ſit uirtus materialis: quare neque corpus, neque uirtus in corpore. Et debes. Ponit documẽtũ, ſimulatq; epilogat in hac ultima particula commenti, cum dicat, quòd ſubſtantia illa, cum recipiat formas omnes materiales; neque forma materialis eſt; neque habens formam materialem. fundamentum; quia formæ materiales nõ ſunt ſeparabiles; intellectus verò ſeparabilis: non. n. eſt ex formis ſimplicibus elementorum; quia illę inſeparabiles ſunt, & intellectę in potentia: nam fundamentum huius eſt, quòd omne ſignatè recipiens, uel materia prima eſt; uel habens materiã; cuius beneficio recipit, atque ſignatè recipit, & diuerſa recipit: at intellectus, cum omnino à materia abſtractus ſit; non ſignatè recipit; neque ꝙ receptum eſt, potentia intellectum; ſed actu erit. Verum autem intellectus ipſe ſit forma aliqua, uel formam habeat a materialibus diuerſam; ex dictis non ſatis conſtat: per dicta erit intellectus immaterialis.

Dubitatur de utraque propoſitione: per quas Auer. niſus eſt probaſſe intellectiuam animam immortalem eſſe; quia immaturialem, & ſeparabilem eſſe uoluit. quod dictum poteſt tribus modis intelligi; uel, quòd non ſit cauſatus à corpore; & ſic ab illo dependens: uel ratione operationis; quia ſcilicet intellectus non eſt uirtus organica: vel, quia poſt interitum corporis manet. & ſic ex dictis, Anima erit immortalis. At primò, quòd minor illa non probet, ſcilicet, Sed anima non eſt materialis; quia omnia illa recipit; arguo ſic; Vel uirtus intellectiua ſe ipſam cognoſcit; uel nõ cognoſcit: ſi primum; uel erit tunc à ſeipſa denudata; & tunc intellectus nõ erit intellectus: uel non erit; & tunc eſſe poterit materialis, & intelligere ſe, abſque quo denudetur a ſe: ſi uerò non intelligit ſe; magis habetur, quòd ſit materialis uirtus; quia talis ſeipſam non cognoſcit. Præterea

non

non videtur, quòd omnia poſſit cognoſcere 2.cæ. 16. Auer. quòd intellectus noſcere non poteſt, an polus arcticus ſit perfectior antarctico. Secunda difficultas, & ardua eſt, de maiori, utrum uerum ſit, quòd omne recipiens debet eſſe denudatum a natura recepti. Duo in hac erunt conſideratione digna; alterum de ueritate propoſitionis in ſe; alterum, quomodo demonſtrationi Ariſtotelis ſit applicanda; pro primo, ſit in oppoſitum argumentum; Intellectus immaterialis recipit formas immateriales; & tamen ipſe immaterialis eſt; ergo, &c. quia, à pari, poſſet eſſe materialis ad formas materiales: ſecundò, Cogitatiua recipit omnes formas materiales alias à ſe, & etiam ſe; ergo erit immaterialis, 3.ani.63. confirmatur; quia dicitur, quòd intellectus intelligit formas omnes materiales; ergo & cogitatiuam: ſed hoc non poteſt, ſine cogitatiua: ergo cogitatiua recipit cogitatiuam. Præterea arguitur ex Auer. Nam qualitates quatuor ſunt in manu refractæ: ſint, ut quatuor per tactum; manus recipere poteſt, ut ſex; & ſunt eiuſdem ſpeciei; quia magis, & minus ſpeciem non uariat: etiam, quod realiter eſt tale; idem ſpecie recipit intentionaliter: nam ponatur cryſtallus albus ſupra albedinem; adhuc albedo illa uidetur; ergo illius ſpecies erat in cryſtallo: etiam habens intentionaliter, recipit intentionaliter; ut, ſi ſit aer inter duos parietes albos utrinque ſpeciem recipit: ergo intentum. In hac difficultate varij ſunt modi dicendi. Gandauenſis in quæſtione reſoluit materiam iſtam cum hac diſtinctione: nam eſſe denudatum, contingit duobus modis; aut ſecundùm eſſentiam, verbi gratia, quòd eſſentia recepti ſit alia ab eſſentia recipientis; altero modo ſecundùm ſubſiſtentiam; nam materia, ſecundùm eſſentiam, eſt à forma denudata, non tamen ſecundùm ſubſiſtentiam; cum nunquam ſit ſine forma, materia. hac ſtante diſtinctione, concluderetur, quòd intellectus poſſibilis eſſet denudatus, ſecundùm eſſentiam, à ſpeciebus rerum materialium intelligibilibus; ergo immaterialis. Negatur conſequentia; quia forma materialis eſt ſecundùm eſſentiam diuerſa à ſpecie cognoſcibili: modò, quod recipitur in intellectu poſsibili, non eſt forma materialis; ſed ſpecies formæ materialis: quare ſequitur ipſum duntaxat denudatum eſſe ſecundùm eſſentiam à ſpeciebus. neque dicendum eſt, quòd ſpecies alicuius obiecti, ſit eadem cum obiecto realiter; & diſtinguantur ſolùm ſecundùm diuerſum modum eſſendi. At hoc ſtare non poteſt, quòd res eadem realiter ſit in pariete, in oculo, atque in intellectu; quia ſpecies dicitur quoddam deciſum, ueluti ſimulacrum ab obiecto. At fortè dicerent illi; illud ſimulacrum non diſtinguitur ſpecie ab obiecto; ergo idem ſaltem erit ſecundùm eſſentiam. Hoc etiam admittendum non eſt; quia ſpecies eſt accidens, cum ſit qualitas: quare reſpectu ſubſtantiæ obiecti, non ſolùm erit differens ſpecie, ſed & genere: at in repræſentando, dicetur eiuſdem ſpeciei, non autem in eſſendo. & per hoc fundamentum deſtruitur quin etiam opinio Sueſſani; cum limitet primò hanc propoſitionẽ, uidelicet, ſit denudatum à recepto, tanquam à cauſa, ſiue ratione recipiendi; nam materia prima, cum recipiat formam miſti; non eſt denudata à forma; quia non à formis elementorum, ueluti à cauſa, ſiue ratione recipiendi. addidit ob difficultatem rei aliam limitationem; quia uidebat, quòd oculus denudatus erat à colore, ut à cauſa, ſiue ratione, recipiendi; & tamen coloratus eſt oculus; ideo dicebat, tanquam à cauſa recipiendi, & modo eſſendi illius. Tunc dicam; intellectus eſt denudatus à ſpeciebus rerum materialium, tanquam a cauſa, & à modo eſſendi illarum; & tamen erit materialis; quia ſpecies rei materialis, non eſt realiter eadem cum re materiali. peccauit rurſus Gandauenſis, cum dixerit, quòd cogitatiua cogitatiuam non recipit, ut ſcilicet mea tuam per ſpeciem. quòd ipſa ſeipſam non cognoſcat, cum materialis ſit, rectè fuit dictum; eſt enim uirtus materialis; at primo modo non rectè; quia ſequeretur, quòd cogitatiua nunquam intelligeretur. quòd, ſi dicat, ob propinquum eſſe, quod habet cum intellectu, ex ſeipſa habet, quòd producat in intellectu ſpeciem; non erit rationi conſonum dictum hoc; quandoquidem in ſenſu, qui uirtus eſt intellectu imperfectior; negauit Ariſtoteles materiale obiectum immediatè, ac ſupra poſitum ſenſui, ſentiri: admiſit autem hoc in tactu: quia cæteris materialior eſt, & guſtus: quantò minùs hoc eſſe poterit in intellectu. quare dicendum erit, quòd cogitatiua non cognoſcit ſe per ſpeciem; cum recipiens ſpiritaliter, non debet eſſe tale realiter. At quomodo de cogitatiua potuit Ariſtoteles meminiſſe; ſi penitus ignora ſit? Dicendum ad hoc, quòd à cogitatiua cognita fuerunt accidentia, actus, & operationes; quæ omnia illam referunt. Scotus ſecũdo ſententiarum diſt. 3. q. 8. hanc propoſitionem declarans inquit, potentias animæ organicas per organa diuerſa plurificari: unde ex determinato numero potentiarum organicarum habetur numerus operationum, & obiectorum: & oportet tale organum ſic eſſe diſpoſitum, ut poſſit recipere ſpeciem ſine materia: oportet itaque organũ ſenſus eſſe non tale, ideſt, carere obiecto, & actu, & potentia ſecundùm eſſe reale, & materiale; ſed aliam diſpoſitionem habere; nam ſuperficies colorem materialem recipit per diſpoſitionem tali receptioni conuenientem: at color ſpiritalis, ſiue intentionalis per aliam diſpoſitionem in organo recipitur; ut perſpicuum eſt non terminatum: ſic oppoſitæ diſpoſitiones requiruntur in organo ſenſus, ut recipiat obiectum ſecundùm eſſe materiale, & ſecundùm eſſe intentionale: at intellectus, cum ſit potentia non organica, quod colligitur ex hoc, quia eſt formarum omnium receptiuus; nullam habet diſpoſitionem oppoſitam: quod contingeret, ſi affixus eſſet organo: & ſic non omnia reciperet, ſed duntaxat illa, à quibus denudatum ſuum eſſet organum: quare, tametſi intellectus eſſet per aliquos habitus perfectus intellectuales; poſſet recipere habitus alios infor-

mantes

mantes ipſum realiter; quia reſpectu nullius requirit diſpoſitionem oppoſitam en:i intellectuali reali. quare concludit Scotus, quòd propoſitio iſta, quòd, recipiens debeat eſſe denudatum à natura recepti, non eſt ſimpliciter, & omnino ſic intelligenda; quia intellectus, cum ſit omnium receptiuus; ens non eſſet; ſed ſatis eſt, quòd non ſit materiale, uel organicum, vt ſit omnium capax. At contra Scotum ſtat argumentum de oculo; cum ſit coloratus, colorem recipiat. At dicendum pro Scoto, quòd receptio ſit in parte illa cryſtallina aquea, quæ diaphana eſt; quare, ut in diaphano recipitur. At diceret aliquis; illa colorata eſt; ergo habet diſpoſitionem oppoſitã obiecto uiſibili. Dicendum, quòd lucida eſt; at non colorata. Contra, eſt miſta; ergo. Dicendum, quòd ſapit magis naturam elementi; quare eſt ſibi proprium, quòd omnino colore careat. Contra adhuc; nam pars iſta lucida recipit lumẽ; ergo habens realiter, recipit intentionaliter. Ad quod vltimò dicendum eſſet, quòd eſt magis dicenda diaphana, quàm lucida, ut aqua eſt. Philoponus commento quinto ait, quòd intellectus nõ habet formam ullam actu eorum, quæ cognoſcũtur; quia non omnia accuratè cognoſceret: ut uiſus, ſi, quod eius diaphanum eſt, coloratum eſſet; non omnes colores accuratè cognoſceret. Eliciatur modò ex dictis propoſitionis huius limitatio; Recipiens intelligi debet denudatum à natura recepti, & ſecundùm eſſentiam, & ſecundùm exiſtentiam; ita ut non coexiſtat recepto: nam lingua, cum aliquo fuerit ſapore affecta; alios non recipiet. intelligo autem recipere; quando de recepta re, anima ipſa facit iudicium; vt lingua affecta amaritudine, tametſi alios reciperet ſapores; non iudicaret, ſed omnes ſentiret amaros: hoc autem eſt; quia ſapor eſt linguæ coniunctus, & affectum organum cõtraria diſpoſitione, quàm requiratur pro eſſe obiecti intentionalis. & hæc fuit ſententia Auerrois, cum dixerit, quòd illa propoſitio intelligitur, vt denudatum à natura recepti in ſpecie, non autem ſui generis, & maximè remoti, & maximè dicti æquiuocè; uolens fortè per hoc innuere, quòd intellectus formas omnes materiales recipit; cum tamen & ipſe forma ſit. at forma de intellectu dicta, & de materialibus, æquiuocè dicitur; quia generabili, & æterno vniuocum commune nihil. deinde Auerroes ſoluit dubium de tactu: nam in tactu ſunt qualitates; & tamen qualitates recipit. inquit, quòd in tactu ſunt qualitates refractæ: at, quæ recipiuntur, ſunt intenſæ; medium autem, & extrema, ſpecie differunt. At, quia argumentũ eſt cõtra Auer. cum magis, & minus non uariet ſpeciẽ; dixerunt quidã, ꝙ differentia iſta nõ eſt penes formã; quia ſic einſdẽ ſpeciei ſunt; ſed eſt rõne materiæ, illa ſub intẽſo, iſta ſub eſſe remiſſo. At ſolutio iſta ſtare non poteſt; quia differre ſpecie arguit differentiã formalem: ſpecies, forma eſt, non materia; quinimo genus magis materia dicitur, quàm ſpecies. Præterea ſi ratione materiæ; ergo ratione formæ; quia diuerſitas materierum eſt propter diuerſitatem formarum. quare dicendum, & meliùs, quòd in qualitate remiſſa duæ extremæ intelliguntur refractæ, vt in tepore, caliditas, & frigiditas: quare, ſi ab hac ad caliditatem fiat tranſitus; tunc caliditas, quæ in tepore remiſſa eſt; à caliditate intenſa, ad quam tranſit, ſpecie non differt; ſed duntaxat ſecundùm magis & minus: at acceptus tepor ille ratione alterius qualitatis, frigoris, ſcilicet, in ſe remiſſi; tunc ab intenſa caliditate, ſpecie differt: & hoc modo media à contrariis ſpecie differunt. At contra primum dubitatur: quia, cum tactus ſit per illas ſic refractas qualitates; non poterit temperatura talis ſentiri; cum niſi extrema ſentiantur. Reſpondet Gandauenſis, quòd proportio illarum qualitatum non conſiſtit in puncto; quare percipietur iſta, verbi gratia, ab habente tales qualitates refractas magis. At contra; nam omnino eſt deuenire ad tactum temperatiſsimum. Sit igitur index pars illa, in qua tactus eſt temperatiſsimus: tunc qualitas exiſtens in indice, non poterit percipi ab aliquo animali per tactum: nam quodlibet aliud organum intenſiorem caliditatem habet, quàm ſit in indice; & caliditas remiſſa non percipietur ab intenſiori calido; quinimo, neque percipietur, ſi huiuſmodi qualitates eſſent æquales: erit itaque aliqua qualitas tangibilis, quæ non ſentietur; ergo neque intelligetur: & ſic aliquod erit naturaliter ignotum. Ad hoc dicendum, quòd, & ſi nihil in intellectu ſit, quin priùs fuerit in ſenſu, non ob id opus eſt, quòd quodcunque indiuiduum illius ſpeciei ſentiatur; ſed ſatis eſt, quòd aliqua fuerint in ſenſu cognita: ut caliditas, uerbi gratia, quæ ſit intenſior. Argumentum de medio, Quod habens intentionaliter, recipit intentionaliter; ut multæ ſpecies colorum in medio; dicendum, quòd recipit, ut diaphanum eſt, & per hanc naturam communem: modò, ut ſic, non habet diſpoſitionem oppoſitam illi enti intentionali. & hæc dicta in hac materia ſufficiant.

Quare neque ipſius. Intentio in textu clara ſatis: nam ex his, quæ dicta ſunt, concludit naturam talis intellectus, qui dictus eſt potentia paſsiua; quia receptiua: qui dictus eſt immiſtus tex. quarto, cum nullam ſecum teneat materialem formam; ſed omnium receptiuus ſit: quare ex his ſequitur nullam eſſe ipſius naturam præter hanc, quòd poſsibilis ſit. In hac opinione committitur expreſſa nugatio; nam idem præcisè eſſet dicere, nullam habere naturam, niſi hanc, ꝙ poſsibilis eſt; ac dicere, nihil eſt actu eorum, quæ ſunt, ante intelligere. intellectus materialis eſt, potentia, intentiones omnes formarum materialem, & nulla actu, priuſquàm intelligat. Scotus autem, primo ſententiarum diſtinctione tertia quæſtione ſeptima inquit, quòd intellectus, quia non ſit aliquid eorum, quæ ſunt; dici debet, ut materia; quia, cum habeat potentiam ad intelligendum, & potentia ſit accidens; debet ſundari in aliquo T.c. 5.

exiſtente in actu; ergo intellectus in actu erit; ſed debet intelligi; quia naturaliter primò mouetur à ſpeciebus imaginabilibus, ad hoc quòd intelligat; ideo, ſi debet ſe intelligere; hoc non poterit niſi priùs fiat alia intellectio obiecti imaginabilis. Errauit Scotus in fundamentis bifariam; tum primo contra textum; cum, per intelligere, Ariſtotel. expreſſerit operationem illam, quæ eadem eſt cum eſſentia intellectus. Errauit, & ſecundo; quia, ſi requiritur intentio intellecta, ut fiat actu priùs; & deinde poſsit intelligere; ergo intentio illa erit anima perfectior; tum, quia eſt, ut forma, reſpectu materiæ; tum, quia eſt principium, quo formaliter operatur. Præterea non effugit dictam nugationem; nã & poſsibilis talis eſt. Notat Simplicius, non eſſe ob hoc intelligendum intellectũ talẽ eſſe materiã; quia materia ſecũdũ ſeipſam, in formis eſt; & ſolùm receptiua formarum corporalium; & per ipſas ſubſtantiata: at intellectus, ſicut etiam ſenſus, naturam aliquam habet. dictum autem eſt ipſius nullam eſſe naturam; ſi naturam audiamus intellectualem, & puram; neque enim actu intelligit, neque intelligitur; ſed dũtaxat potentia eſt ad utrunque ante intelligere; quatenus imperfectus eſt: qui, tametſi ſenſibilia cognoſcit; at non intelligibilia, quæ ſunt termini ſubſtantiales: non eſt itaque, ut ſic, ens; neque intellectus; quia, quæ uerè ſunt, intellectualia ſunt; atq; intelligibilium cognitio, intellectus eſt; namque entia bifariam diſtincta ſunt, & ſenſibilia, & intelligibilia. Intellectus itaque potentia erit entia illa ſolùm. Latini verò ſecũdùm ſuam expoſitionem, & cum eis Philoponus ly, potentia referunt, ad ſenſibilia; cum ipſe nullam ſenſibilium naturam teneat. diuina tamẽ magis, quę Simplicii eſt, & ſecundùm ueritatem. Dico. In hac ſecunda declarat, de quo intellectu ſermo ſit, qui naturam vllam non habet. intelligunt Latini omnes cum Auer. & Philopono intellectum propriè dictum: nã intellectus, ſi communiter capiatur, dicitur etiam de imaginatiua: at hic virtus illa intelligenda eſt, qua diſtinguimus res ſpeculatiuas, vt inquit Auerroes, & cogitamus in rebus operatiuis futuris. Philoponus ly, intelligit, notat operationem intellectus, qui dicitur, διάνοια; & per ly, opinatur, δόξα. At expoſitio iſta, quamuis docta ſit, non tamẽ videtur mihi diuinam ſententiam Ariſtote. manifeſtare: non enim intentio eius eſt ponere differentiam inter intellectum, & phantaſiam, vt iam dictum eſt; hoc iam perfectum eſt in ſecundo: ſed intentio eſt declarare tres illas particulas Animæ intellectiuæ, poſsibilem, ſcilicet, in habitu, & in actu. Quare dicendum, vt diuinè expoſuit Simplicius, quòd per ly intellectum, voluit intelligere imperfectum intellectum; cum iam dictum ſit, nullam habere naturam, & c. à quo alia non prouenit operatio (cum ſit à ſeipſo perfecto diſtans) quam θεωρεῖται; cum & ipſe, vt ſic, διάνοια dicatur. & ſic ipſum propriè deſcribens in textu, dixit, ὅ, διανοεῖται. deinde addit, Nihil eſt actu eorum, quæ ſunt. hæc uerè entia intellexit: & ſunt rationes quidditatiuæ, rerum omnium ſenſibiliũ; nam quidditas equi, eſt uerum ens equi; cum verò degenerat in accidentia; tunc cadit in non ens; q. à in materiam, & priuationem. in tex. 3. dixit, Non hoc, ideſt non eſt eſſentia intellectus. Talia verò non ſenſibilia; ſed purè intellectualia intelliguntur, addens [illegible] . . & tetigit propriam eius operationem; quando, ſcilicet, perfectus erit; & mens, ſiue intellectus dicetur: non eſt autem talis, antequam actu intelligat: & ſic uerba textus ſunt ueritati conſona. Et cum iſta diffinitio. In hac parte digreditur Auerro. Cauſa autem huius digreſsionis fuit ob illud, quod de conditionibus diffinitionis tangit ipſe quarto phyſicorum trigeſimoprimo, quod per illam, ſi bene aſsignata ſit; tolluntur omnes dubitationes, quæ diffinito contingere poſſunt. & diuiditur primò in duas præcipuas partes: in prima ponit quædam corollaria: in ſecunda agit de immaterialitate ipſius: prima adhuc quadripartitur, cum quatuor ponat corollaria: quorum primum, quod intellectus materialis differt à materia. ad quòd confirmandum, tres notat differentias: prima; Intellectus eſt potentia intentiones omnes formarum uniuerſalium: materia prima eſt, potentia, omnes formæ ſenſibiles, neque cognoſcens, aut comprehendẽs eas: ſecunda; intellectus recipit vniuerſales; materia particulares, & diuerſas: tertia eſt; quia non cognoſcit. At diceret aliquis; Senſus, cum recipiat & ipſe particulares intentiones; cognoſcit tamen, Dicendum, quòd recipit illas ſpiritales, ſiue intentionaliter; at materia prima realiter, ac materialiter. quartum corolla. quòd neque corpus eſt, neque in corpore uirtus; quia, ſi eſſet, tunc reciperet formas, ſecundùm quòd ſunt diuerſæ; & iſtæ, & formæ in ea eſſent intellectæ in potentia, & ſic nõ diſtingueret formas, vt formæ ſunt: nam, ſi intellectus reciperet, ut ſenſus; tunc non apprehenderet formas, Inquantum formæ: ſi verò, vt materia; tunc non cognoſceret. ex hoc infert adhuc Auer. ꝙ natura iſta intellectus alio modo, quàm materia ſiue prima, ſiue ſecunda, recipit: illæ, indiuidualiter; at intellectus iſte, vniuerſaliter: &, cũ formæ iſtę diuersè ſint receptæ; arguunt quinetiã diuerſitatẽ recipientium. Subiungit Auer. ꝙ hæc natura eſt alia à natura materiæ, & à natura formæ & à natura congregati. & notandum, ꝙ, etſi per hanc differentiam voluerit Philoſophus intellectum diuerſum à materia; non eſt hoc intelligendum per hanc duntaxat differentiam, quæ extrinſeca eſt; ſed intrinſecùs etiam differũt, & à ſeipſis naturis. poſuit autem hæc per extrinſeca, ut per magis nota, Auerroes itaque in hac prima parte, poſita diffinitione intellectus, declarauit naturam eius, & modum operandi, & quid ſit ipſius obiectum.

Quæritur propter ea, quæ ab Auerro. dicta ſunt de intellectu poſsibili, utrum intellectus poſsibilis, ſiue anima intellectiua det eſſe homini; & ſit forma, per quam homo eſt homo? Apud Ariſtotelem ſunt fundamenta pro vtraq; parte: & primò pro parte affirmatiua eſt diffinitio data de anima,

[Margin note:] ... icius, ὡς φύσιν ἀκούομενον, τὴν νοητὴν χώ. & ſic intellectus, vt refert Simplicius, qui potentia eſt, eſt in potentia duplici; tum ad intelligibile, ſcilicet, habitum; tum ad purum, ſcilicet, actũ. & ſic ſubiungit; Neque actu intelligit, neque intelligitur. de quo in textu 8. & hoc modo verè dicitur purè in duplici potentia quod Auer. accepit.

ma, quòd ſit actus corporis, & cæt. &;qnia communiter dicitur, quòd, æquiuocè dicitur ferè de anima intellectiua, Auer. ſecundò ani. 11. Contra; nam operatio alicuius, ut quod, eſt operatio proueniens à forma, tanquam à principio, ut quo. v.g. Animal totum ſentit, ut quod: ſenſitiua uirtus principium erit, ut quo: & eſt, per quod compoſitum illud actu eſt, & poteſt operari: ſed homo intelligit, ut quod 3. ani. primo. Qua intelligit anima. Exponunt concordes Themiſtius, & Auer. i. qua nos intelligimus, ſiue cognoſcimus; & quod ipſa ſit principium, quo, ſecundo ani. 24. Anima eſt, qua uiuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus; quare, & cæt. præterea ſecundo de anima 26. Anima nõ eſt corpus; corporis autem aliquid eſt: & cum eſſe aliquid corporis nõ poſsit, niſi forma; ergo & cæt. pro parte uerò negatiua eſt dictũ Philoſophi 2. ani. 11. cum uideatur tenere intellectum nullius actum corporis eſſe. præterea in hoc textu 4. dixit immiſtum eſſe, ideſt, non coniunctũ corpori; quia, ſi immiſtus; neque corpus erit; neque uirtus in corpore, ut tex. 6. præterea in hoc tex. 5. dixit non eſſe actu aliquid ens ante intelligere. Quæ dicta manifeſtant nullo modo dici poſſe formam corporis. In hac difficultate notandũ, quòd tenentes animæ intellectiuæ mortalitatem; de re iſta dubitare non debent; quia anima illa generabitur, ut quo: &, cum ſit finis generationis; palàm eſt, quod tale genitum dependeat ab illa in eſſe; & ſit, per quã, uerbi gratia, homo eſt, ut cæteræ ſunt materiales formæ. At tenentes animam eſſe immortalem, dubitant: & ſunt duo penitus diuerſa, & oppoſita opinantes: alteri dicũt, quòd non dat eſſe, ſed eſt, tanquam nauta naui, ut Auer. & cum eo Simpl. & Philoponus: alteri uerò, quòd det eſſe: & fuit S. Thomas cum Latinis omnibus. Auer. fundatur opinio in duabus concluſionibus: altera fuit, qnòd intellectus poſsibilis eſſet homini forma, ut nauta naui: non itaque dans eſſe; ſed unita duntaxat per operationẽ: ſecũda concluſio; forma hominis in eo, quod homo eſt, & generabilis, ſcilicet, & corruptibilis; cogitatiua eſt. de hac ſecũda meminit Auer. primo animæ cõmento 2. ubi inquit; moralis capit ab animaſtico finem hominis in eo, ꝙ homo; per quem cogitatiuã intelligit, ut ibi expoſuimus. idẽ tertio animæ commento 20. ubi inquit; Et per hunc intellectum, cogitatiuam ſcilicet, differt homo ab aliis animalibus: & confirmat per impoſsibile; qnia ſequeretur, quòd agens, & poſsibilis, eodem modo & aliis copularentur animalibus. Fundamentum uerò primæ conclnſionis, de qua dubitatur, ponitur in hoc commento 5. ab Auerro. & eſt, quòd intellectus poſsibilis, ſiue humana intellectiua particula animę, una numero eſt in omnibus hominibus: quare per hanc non differt Socrates à Platone: quòd, ſi daret eſſe, tunc Plato haberet eſſe per eſſe Socratis; & è conuerſo: quod maximè inconuenit. diſtinguitur autem indiuiduum ab indiuiduo per intellectum ſpeculatiuum; qui & generabilis eſt, & corruptibilis: quare perficitur homo intellectu ratione operationis; non autem eſſentiæ. perſuadet opinionẽ hanc Gandauenſis, per impoſsibile: & primò; Si anima intellectiua dat eſſe corpori; uel illud eſſe idem eſt cum eſſentia animæ; uel eius accidens: ſi primum, ſequetur, quòd ſeparata, poſt mortem ſecundùm ſuam eſſentiam non erit: ſi accidens, & inſeparabile; ſequetur, quòd poſt mortem adhuc anima habebit ad corpus unionem: ſi uerò ſeparabile; tunc homo ſuum habebit eſſe per accidens ſeparabile; quòd maximè inconuenit. ſecundò; ſuppoſita priùs ratione formæ dantis eſſe; & eſt, ꝙ ipſa ſit illud, quo aliquid eſt; vt ratio eſſendi figurę, illud eſt, quo aliquid figuratum dicitur. tunc ſic; Compoſitum corrumpitur; ergo & ratio eſſendi compoſitum tale; ergo forma illa corruptibilis; ut de figura contingit in figurato. ultimo ſequeretur, uel intellectum extenſum, & materialem; uel idem ſecundùm idem præcisè moueri ſimul, & quieſcere. deducitur; ſi eſt forma extenſa; habetur primum: ſi uerò in qualibet parte tota, & indiuiſibilis; moueatur tunc manus, reliquis partibus quieſcentibus; ergo & anima per accidens ad motum manus; pes tamen quieſcit; ergo & eadem quieſcit: idem itaque, & ſecundùm idem mouetur ſimul, & quieſcit. Opinio uerò Latinorum oppoſita eſt. tenent intellectum poſsibilem dare eſſe. fundamentum huius concluſionis fuit, ꝙ intellectus poſsibilis plurificatus eſſet; & quòd tot eſſent tales intellectus; quot etiam ſunt indiuidua humana. perſuadet hanc concluſionem Sanctus Thom. in quæſtionibus diſputatis de anima quęſtione 2. per impoſſibile ſic; Si non daret eſſe; ſequeretur, quòd ipſa eſſet ſeparata; & tunc in Socrate, v. g. ipſa intelligeret; at non per ipſam, Socrates. deducitur; quia operatio alicuius ſubſtantiæ eſſe non poteſt alterius ſubſtantię, ab ea diuiſæ; niſi dicatur; quãdo una ad aliam ordinatur, ut inſtrumentalis ad principalem: at hoc etiam modo, actio inſtrumentalis non eſt actio principalis agentis eadem numero; cum principale, ſcilicet, inſtrumentum moueat: ergo, ſi ſeparatus erit ab hoc homine; impoſsibile erit, quòd hic homo per ipſum intelligat. Sibi reſpondet reſponſione Auer. quòd, ſcilicet, intellectus continuetur huic homini per ſpeciem intelligibilem, ut ſit ſenſus; Species intelligibilis ſecundùm eſſe intelligibile, eſt in intellectu; ſecundùm rem in phantaſmate: &, cum ſpecies ſit in intellectu, & phantaſia; ſic dicatur & nobis unitus intellectus poſsibilis. Inſtat modò cõtra, Sanctus Thomas; Nam, ſi ſic phantaſmata ad intellectum ſe habeant, ut colores ad uiſum; tunc non erit alia continuatio intellectus poſsibilis ad nos per phantaſmata; quàm uiſus ad parietem per colores: at paries per colorem non uidet, ſed uidetur; quare neque homo per phantaſmata intelligit, ſed intelligitur. præterea ſpecies illa, quæ in intellectu eſt, abſtracta eſt à phantaſmatibus, & actu intellecta; ergo nihil cum phantaſmate: qnare illa non dabitur copulatio. idem confirmat S. Thomas prima parte ſummæ quæſtione 76. articulo primo, cum dicat; So-

crates intelligit, aut ſecundũ ſe totum, aut per accidens; aut per partẽ: his tribus modis motus fit, 5. phyſi. primo: non ſecundùm ſe totum; quia eſſet Platonis opinio; qui volebat hoĩem aĩam eſſe: at, ſecundùm Ariſtotelem anima eſt, quæ cum corpore hominem conſtituit: neque ſecundum; quia homo per ſe intelligit, & non per accidens: relinquitur tertium, per partem, & non per materiam; quia illius eſt pati; ergo per formam: quare anima forma erit, per quam homo intelligit: & pro hac faciunt omnia Ariſtoteles retro dicta. In hac difficili materia ponam duas concluſiones & vnum corollarium, alteram, quòd, ſecundùm Philoſophiam Ariſtotelis, intellectus poſsibilis non dat eſſe corpori; alteram ſecundùm fidem, & ſummam veritatem, quòd ſcilicet, intellectus poſsibilis dat eſſe; & eſt, per quem homo, homo dicitur: corollarium, adhærẽdum de termino magis fidei, in qua ſumma reperitur veritas, quàm falſæ in hoc doctrinæ peripateticæ: prima, quæ peripatetica eſt, ſaluatur in quatuor fundamentis peripateticis: primum, Apud peripateticos creatio de nouo non datur: ſecundum, Datur motus æternus; quare generatio, & corruptio ſucceſsiuè æterna: tertium; quòd à mouente æterno nõ prouenit immediatè effectus nouus, 8. phyſicorum: quartum; quod non eſt æternũ à parte poſt; non eſt æternum à parte ante. at, ſi intellectus daret eſſet; daretur infinitum in actu; quia infinitæ animæ intellectiuæ præceſſerunt. præterea, daretur effectus nouus ab agente æterno; quia ſecundùm illos motus cæli habuit initium temporis, & cœlum, & anima quælibet; quæ tamen perpetuò manebit. quæ fundamenta peripatetica ſunt; & concluſio ſequens ex illis peripatetica, ſ. quòd intellectus non det eſſe. Pro ſolutione autem argumentorum, quæ in oppoſitum ſunt, notanda eſt diſtinctio de forma. quædam dicitur forma; quia dat eſſe ſpecificum: dicitur etiam forma, quæ aſſiſtit formato; & eſt in formato intrinſecum principium operationis; & tale non diſtinguitur à corpore, loco, & ſubiecto; neque dici poteſt in corpore, vt in loco; quia impartibilis eſt: vel ſecundùm Auerroem dicendum; Datur forma conſtituta in eſſe per ſubiectum; & datur non conſtituta, primo cap. de ſubſtantia orb. octauo phyſicorum 52. primo phyſicorum 63. Intellectiua eſt non conſtituta. Sed dubium eſt, utrum ſubiectum conſtituatur per ipſam. Dicendum, quòd non vnitur corpori ſecundùm eſſe ſpecificum; ſed illi dat eſſe nobile; quod in fine, 63. primi phyſi. innuit Auerro. dicens, quòd intelligentia non dependet à cælo; ſed cælum in eſſe ab intelligentia. & 2. cap. de ſubſtantia dixit, quòd cœlum non ſolùm indiget largiente ſibi motũ; ſed æternitatem etiã in ſua ſubſtantia: & ſic, quamuis animæ, & corporis nõ ſit vna actualitas; actualitas tamen corporis dependet ab actualitate animæ. Quòd autem detur forma dans eſſe; palàm eſt in omnibus materialibus. quòd detur forma aſsiſtens; palàm eſt in cæleſtibus: nam Auerro. octauo phyſicorum 78. inquit; Corpora cæleſtia ſunt materiæ ſimplices; & formæ illorum ſunt formæ non in materia; non ſubſiſtunt itaque per cælos; ſed illos duntaxat mouent; ipſis tamen aſsiſtentes. eſt etiam ſententia clara Simplicii 2. ani. commento 4. vbi inquit, quòd anima cæli non habet ad cœlum ipſum inclinationem; neque illo vtitur, ut organo: verùm magis cælum ipſum eſt à ſe ipſo motum, & ad intelligentiam inclinatum: quòd verò intellectus poſsibilis ſit talis, patet per proceſſum factum à Philoſopho ſecundo animæ: nam tex. quarto dixit, quòd anima vniuerſaliter eſt actus primus corporis; & ſub hac continetur anima intellectiua, cum dicat tex. octauo vniuerſaliter dictum eſt, quid ſit anima. quòd verò non ſit dans eſſe, innuit tex. 7. Si quid animæ commune eſt omni, &c. deinde tex. 2. expreſsit magis communitatem illam, quam intelligebat in vniuerſali analogo, cum dixerit; quòd anima intellectiua nullius corporis eſt actus. addit poſtea; Si dicatur actus; quòd immanifeſtum eſt, an ſit, ſicut nauta naui. ad illam autem communem acceptionem ſat eſt, quòd intellectiua, & ipſa dicatur actus. Quòd verò ſit hæc ſententia Ariſto. quòd homo per alteram formam dicatur homo; & per alteram intellectiuè operetur; manifeſtatur 10. ethico. cap. nono, cum deſcribat hominem ſpeculantem; & dicat: Non autem, quatenus homo eſt ità viuit; ſed quatenus diuinum quoddam in eo exiſtit. Quare his ita poſitis, ad primum, quod ex fundamentis Philoſophi òritur, dicendum, quòd anima intellectiua eſt principium, quo nos intelligimus, formale; at non dans eſſe, vt ratio concludere videbatur de ſenſu; ſed vt operans intrinſecum; quia ſic vnitè ſe habet ad corpus humanum ſecundùm naturam; quo modo dicimus intelligentiam mouere cælum; quæ tamen cæli forma dãs eſſe non eſt: & ſic homo intelligit rõne talis partis, ut dictũ eſt: & idẽ ſentit Philoſophus 4. phyſi. 24. Homo ratiocinatur; quia anima ratiocinatur: &, ſi dicatur non eſt ens vnũ; operatio verò ſupponit ens vnũ, quod actu ſit, à quo proueniat dicendũ, ꝙ totũ ſuppoſitũ illud rõnale unum dr̃ per ſubordinationẽ uirtutum aliarũ ad ultimam, quæ forma eſt, & intrinſecus operatur; cũ intrinſecus aſsiſtat: quomodo maximè fieri vnum dicimus ex intelligentia, & orbe: & ſic denominatur homo formaliter intelligens. Ad primum S. Thomæ, dicendum, quòd Socrates denominabitur intelligens; quia denominatio fit à forma, uel dante eſſe; vel intrinſecùs operante. Ad reſponſionem datam pro Auerro. dicendum, quòd illa non fuit Auerro. ſententia, quòd per ſpeciem illam in intellectu pendentem à phantaſmate uniretur Socrati intellectus; ſed fuit ſententia Auerro. quòd intellectus poſsibilis per aſsiſtentiam eo modo uniretur homini; quomodo intelligentia vnitur orbi, unione ſcilicet naturali: quæ quidem in priori natura eſt principium intrinſecum aſsiſtens; deinde operatur in illo. quare ſimilitudo illa de colore ad parietem, nulla erit. Ad aliud argumentum dicendũ, quòd homo intelligit per partem, & per formam; ſed

non

non dantem eſſe, ut dictum eſt. Pro ſecunda cõ-
cluſione, quæ uerisſima eſt, & fidelis, notandum,
ut rectè notat S. Thomas in quæſtione ſecunda de
anima diſp. quòd anima humana eſt forma quæ-
dam unita corpori; nõ tamen, ut aliæ materiales,
penitus comprehenſa à corpore, & ei immerſa;
ſed ſui capacitate, ipſum excedit; & in illo exceſ
ſu ineſt ei, ꝙ potentia ſit omnia intelligibilia; qđ
attinet ad intellectum posſibilem: ut uerò uni-
tur corpori, habet uires illi communicantes; ut
nutritiuę, ut ſenſitiuę ſunt. hoc modo intellectus
posſibilis non eſt potentia fundata in aliquo or-
gano corporali. intelligit autem per ipſum, ho-
mo, quatenus fundatur in anima humana, quę eſt
hominis forma. Pro ſolutione argumentorum
notatur hæc, quæ ex dictis elicitur diſtinctio; ꝙ
formarum quædam ſunt abſtractæ penitus, ut in-
telligentiæ ſunt; quædam immerſæ penitus, ut om
nes materiales; quædam harum mediæ, ut huma
næ animæ: quæ conueniunt cum abſtractis; quia
in eſſe non dependent à materia; ſed dant eſſe ma
teriæ: &, quo ad hoc cum materialibus conue-
niunt formis, ſcilicet, ſimplicium, & miſtorum.
Modò ad primum dicendum, ꝙ illa unio non eſt
eſſentia animæ; requiritur tamen ad hoc, ꝙ ani-
ma det eſſe corpori unio illa: & non eſt præcipua
cauſa; quare anima det eſſe; ſed tanquam cauſa,
ſine qua non; ut contingit de igne, qui unitus cõ
buſtibili, comburit: unio tamen illa non eſt com
buſtionis illius præcipua cauſa; ſed ut ſine qua nõ.
Ad ſecũdum dico, ꝙ totum compoſitum corrum-
pi poteſt; & partes illud tale componentes ſalua-
ri; quia diuiſio partium ſufficit ad totius corru-
ptionem; ſicut unio erat diſpoſitio neceſſaria, ut
anima daret eſſe corpori. Ad ultimum, negatur
cõſequẽtia; & dicẽdũ, ꝙ anima nõ mouetur; neq;
quieſcit; tum, quia corpus non eſt; tum, quia eſt
forma in corpore, quæ dat eſſe. at nõ recipit eſſe.
Ad argumẽtum dicendum, ꝙ uerum eſt, ꝙ anima
reperiatur in parte corporis mota, ut manus eſt;
& in parte quieſcente, ut eſt pes. Ad illud, quòd
daretur infinitum in actu, dicendum, ꝙ hoc non
ſequitur ſecundùm fundamenta ueritatis; in qui-
bus tenetur creatum primum hominem fuiſſe; ac
denique per finale iudicium ceſſare & cęli motũ,
& quoſcunque inferiores motus à primo hoc de-
pendentes. quare ex utraque parte erunt animæ
intellectiuę finitæ. ¶ Et hoc idem induxit Theo-
phraſtum. Hæc eſt ſecunda particula primæ par-
tis; in qua aliquo modo tangit opinionem Theo
phraſti, & Themiſtii; & continet ſex dicta, quæ
oriuntur à dictis Philoſophi de intellectu posſibi
li: & fuerunt tria; primum, quòd ſit impasſibi-
lis; ſecundùm, quòd ſit ſeparabilis; tertium, ꝙ
ſimplex ſit. Occaſione quorum dictorum, moti
fuerunt ponere, quòd ſubſtantia intellectus ma-
terialis non eſt generabilis, aut corruptibilis.
Fundamentum huius fuit; quia intellectus nõ eſt
hoc; ergo non indiuiduatus; ergo non materia-
lis; quia diſtinguitur indiuiduũ à ſpecie per hoc,
ꝙ continet materiam: nam in ſeparatis à mate-
ria indiuiduum nõ differt à quidditate. addit de-
inde, ꝙ hęc eſt intentio Ariſt. ut colligitur ex de-
monſtratione ipſius, & uerbis. demõſtratio fuit
tex. 4. Intellectus, quia receptiuus ſpecierum re-
rum omnium materialium; ergo eſt immateria-
lis; quia recipiens debet eſſe denudatum, & cæt.
ex uerbis; quia dixit ipſum non pasſiuum, ſepara
bile, & ſimplex; quare non eductus de potentia
materiæ. non includit compoſitionem cum ma-
teria; quare non corruptibilis: neque talia dici
poſſunt de generabili, & corruptibili. ſecundum
dictum, quod pendet ab hoc, eſt; Cum posſibilis
ſit talis; agens etiam extrahens de potentia ad
actum, erit tale; &, cum agens ſit, & posſibilis;
datur & intellectus factus; quia agens extrahit ip
ſum de potentia ad actum; & ponit ipſum intelle
ctum materialem; quo modo artifex ponit for-
mas artificiales in materia artificij. uidentes ita-
que intellectum hunc factum pendere à posſibili,
& agente ęternis; concluſerunt ipſum æternum.
At uidetur dubitare Auer. nam, cum ponatur a-
gens; ponatur etiam & factum; uidetur hoc eſſe
in tempore: quomodo itaq; erunt æterni? Soluit
pro illis Auer. cum dicat, ꝙ neq; uerè illud agens
dicitur; neque hoc factum; ſed ſecundùm ſimili-
tudinem. uoluit Auer. innuere; quòd intellectus
agens non eſt uerè agens; quia non cum tranſmu
tatione, atque alteratione; neque de nouo agit;
neque ſpeculatiuus uerè factus; ſed ſecundùm ſi-
militudinem, ut ipſemet 4. cœli primò declarat,
cum dicat; Aeterna habent cauſam efficientem
non propriè; ſed ſecundùm ſimilitudinem: & ta-
le efficiens apud ipſum eſt perficiẽs, & conſeruãs:
& ſic dicitur intelligentia cauſa efficiens orbis:
ſic dicitur intellectus agens reſpectu ſpeculatiui:
& ex arte accepta fuit ab artifice ſimilitudo; qui
imprimit in mteria, quas retinet ideas in mente;
quo modo posſibili unitus eſt agens: dicitur autẽ
intelligentia, cum fuerit in actu; quia tunc ſeipsũ
intelligit: & dicitur ſpeculatiuus æternus; quia in
ſeipſo ideas omnes ſpeculatur; non autem quia
capiat à phantaſia, & in tempore. hac ratione ue
rus, & ſolus ſpeculatiuus dicitur. Quintò uidetur
pro Them. cauſam reddere, cur intellectus agens
quandoque intelligit; quandoque non: ex quibus
dictis uidetur eorum clara ſententia, ꝙ ſit una eſ-
ſentia, quæ ſemper perfecta eſt, & æterna; dicatur
tamen & agens, & posſibilis, & quandoque ope-
rari, & quandoque non, reſpectu noſtri: ideò in-
quit, quòd propter miſtionem cum intellectu ma
teriali. i. quia, ut in nobis uidetur aliquo modo im
perfectus, & posſibilis, & pendere à phãtaſia; ideò
ut in nobis, non ſemper intelligit. & cauſa non
fuit, quòd intellectus posſibilis fuerit poſitus, quia
intellecta ſpeculatiua, genita ſint ab intellectu a-
gente, & recepta in intellectu posſibili. ponit
deinde Auer. confirmationem huius dicti, quòd,
ſcilicet, hoc merito noſtri cõtingat. & ſtat in duo-
bus fundamentis, alterum ex parte ſpeculatiui:
quia talis de nouo fit in nobis, & creſcit, & per
illum in arbitrio noſtro eſt, quandocunque ope-
rari: alterũ eſt ex parte agentis, ſi quidẽ agẽs illud
in nobis abſtrahit de phantaſia; &, ꝙ potẽtia in-

telligibilia ſunt; actu reddit intellecta. & ſic cōcludebāt, quòd intellectus, qui eſt in habitu, eſt ipſe intellectus; ſed accidit ei debilitas pp miſtionē. ſubiungit deinde Auer. Hoc mouit Theophraſtū, & The. & alios ad hęc dicēda, ſecūdū ſniam Ariſt. Et ſuper hoc. Hæc eſt tertia particula huius primæ partis; & diuiditur in duas: in prima videtur arguere contra ſententiam vtriuſque; in ſecunda duas oſtendit difficultates contra ſententiam iſtā arguit primò cōtra dictum eorum tertium; quòd intellectus, ſcilicet, ſpeculatiuus ſit æternus, duobus modis, & auctoritate; ſecundò & ratione. primò accepto dicto Philoſophi t.c.3. ꝙ proportio intellecti in actu ad intellectum materialem eſt, ſicut proportio ſenſati ad ſentiens; ſtabit manifeſta contradictio in dictis Philoſophi; ſi ponatur ſecūdùm ipſum intellectus ſpeculatiuus æternus. ponit ſecundam, cum dicat; contradicere veritati poſitionem iſtam. & probat hoc per tres conſequentias: prima in intentione eſt; quòd ſenſata extra animam eſſent æterna; quare actu intellecta atq; actu intelligētia. hæc vltima deducitur; quia, ſi iſta ſunt æterna; ergo ſine materia; ergo puræ formæ. ergo intentum. prima verò ſic deducitur, duobus ſuppoſitis; altero, quòd phantaſmata ſunt cauſæ ſpecierum intelligibilium in genere cauſæ efficientis; alterum, quòd effectus æternus, qui ſcilicet depender in eſſe, & conſeruari; non poteſt habere cauſam corruptibilem. tunc ſic; Intellectus ſpeculatiuus eſt æternus; ergo imaginationes, à quibus effectiuè dependet, erunt ęternę; ſed tales depēdēt à ſenſatis extra animam in eodem genere cauſæ; ergo & illa æterna erunt. Auerro. autem diſiunctiue illam protulit, cum addat; Aut ſenſationes eſſent intentiones aliæ ab intētionibus rerum exiſtētium extra animam in materia; quia, cum iſtæ in anima ſint æternæ; & effectiuè pēdeant à ſenſatis extra animam; neceſſariò & illa erunt æterna, per poſitum, quòd effectus æternus prouenire non poteſt à cauſa generabili: impoſſibile enim eſt ponere illas aliquando æternas; aliquandò corruptibiles, niſi poſsibile eſſet, quòd natura neceſſaria verteretur inpoſsibilem. Hoc igitur. In hac duobus arguit mediis, quæ eſſe poſſunt pro Themiſtio. & aduertendum, quòd hoc ex arte facit Auerroes quandoquidem eius opinio ab opinione Themiſtii, & Simplicii diuerſa non ſit; vt in quæſtione de vnitate intellectus determinabitur, Deo concedente. eapropter ad vtrāque partem fuit argumentatus. modò inquit; Faciens ſpeculatiuum intellectum eſt æternum: recipiens quoque, ſiue paſſum eſt ęternum: ergo manifeſtè ſequi debet, quòd factum ſit ęternum; & tale eſt intellectus ſpeculatiuus; ergo & cætera. Et etiam. Adducit ad idem ſecundam rationem; quomodo, ſcilicet, poteſt eſſe intellectus in habitu generabilis, & corruptibilis; & producat intellecta, ideſt, intellectiones; iſtæ enim ſunt abſtractæ: modò generabile, & corruptibile non poteſt eſſe cauſa productiua alicuius abſtracti. Et eſt. Vel referatur hoc ad agentem, vt Sueſſanus; quo modo, ſcilicet, intellectus agens, qui eſt æternus, producere poteſt intellecta, ſcilicet, de nouo; cum ab æterno non proueniat actio noua octauo phyſicorum 15. melior tamen prima eſt. Et eſt ſecunda quæſtio. Introducens hanc Sueſſanus, inquit, intentionem Auerrois eſſe probare contra Themiſtium tenentem vnitatem numeralem animæ humanę in omnibus hominibus. At de tali unitate nihil adhuc dixit ſecundùm Themiſtium: quare meliùs puto dicendum, quòd velit modò improbare intellectum poſsibilem eſſe æternum. & primò ſupponit ex diffinitione animę, quòd intellectus poſsibilis ſit prima perfectio: ſecundò ſupponit, quòd intellectus ſpeculatiuus ſit ſecunda perfectio: deinde ſic arguit; Homo per poſtremam perfectionem eſt generabilis, & corruptibilis; ergo & per primam. & aduertendum, quòd ex hoc ingreditur difficultatem de vnitate animę; de qua continuè cogitauit Auerroes: & primò arguit; Si multiplicatus, quia ſic, corruptibilis. accipit itaq; multiplicatum, & dare eſſe; quia actus primus. & ſic ualet illa conſequentia deducta; cuius aſſumptum patet per prędicta. conſequentia deducitur ex ſuppoſito, quòd intellectus poſsibilis ſit actus, & dat eſſe. probat tamen per tres rationes ad inconueniens. quarum prima; tu eſſes per eſſe mei: & ego eſſem per eſſe tui: nam prima perfectio eſt eſſe rei: ſi non erit multiplicata; tunc ſequetur, quod dictum eſt. Sequeretur & ſecundò, quòd homo eſſet ens, antequam eſſet: nam priuſquam ego eſſem; erat pater meus; quare mea prima perfectio; cum vna omnium ſit: ergo intentum. ſequitur & tertium, quòd homo, non vt homo; ſed, vt animal, generabilis erit, & corruptibilis: quia ſemper manet prima perfectio Socratis, verbi gratia, inquantum eſt homo. Exiſtimatur. Ponit deinde ad principale ſecundam rationem; Si prima perfectio eſt hoc aliquid, & numerata; ergo & ſecunda; & èconuerſo. & ſic diſtinguitur indiuiduum ab indiuiduo; vt per primam, ſic per ſecundam perfectionem. quòd, ſi dicatur oppoſitum, quòd, ſcilicet, prima perfectio ſit eadem in omnibus, (deducit ad impoſsibilia) ſequeretur, quòd, quando acquirerem aliquod intellectum; tu illud idem acquireres: &, quando obliuiſcerer ego; tu quoque obliuiſcereris: ſicuti ſi tantùm eſſet una potentia viſiua; tunc uno uidente homine; omnes uiderent: &, uno ceſſante; ceſſarent omnes. ſecundùm hanc itaque uiam continget nobis dicere intellectum poſsibilem numeratum eſſe, & materialem, & generabilem, atque corruptibilem. In oppoſitum uerò habemus demonſtrationem Ariſtotelis; quòd, ſcilicet, non ſit hoc, neque corpus, neque in corpore uirtus. Quid igitur dicendum? quaſi innuens; Eſt ne ponendus intellectus materialis unicus, & conſequēter æternus; uel potiùs multiplicatus, & conſequenter corruptibilis? Alexander autem. Hęc eſt ſecunda pars principalis; & diuiditur in tres partes, ut patebit. elicitur autem opinio hæc ex dictis Alexandri in principio ſui libri de anima

cap.

cap.2. & in tractatu de intellectu cap.9. Si de anima rectè volumus contemplari; primò apparatus corporis, animam poſſidentis, eſt contemplandus; & diſpoſitio concentus illarum partium requirenda. & inde intellectum poſuit ex miſtione qualitatum elementorum confectum eſſe. & ratio ſua ſtat in hoc; quòd proportio qualitatum elementorum poſſit augeri, & diminui ſecundùm nobile, & ignobile: ſecundò, quòd rationalis anima diſtet à forma elementi finitè: tertiò, quòd formę dantur ſecundum merita materiæ. tunc ſic; ſi talis proportio qualitatum ſufficit ad formam elementi; ergo diſpoſitio duplæ nobilitatis faciet ad duplum; quare & ad animam intellectiuam, cum finitè diſtet. perſuadet Alexander à ſimili: nã anima ſenſitiua eſt educta, & generabilis, & corruptibilis; eius tamen præparatio ad ſenſibilia nõ per ſe gener. aut corrupt. ſic & anima intellectiua gener. & corrupt. at eius præparatio nullo modo per ſe; quia talis neque corpus eſt, neque uirtus in corpore: non eſt itaque hoc impoſſibile, quòd talis uirtus, quæ nobiliſſima eſt; fiat ex ſubſtantijs elementorum; quamuis ab illis diſtet perfectione. teſtimonio confirmat, & patet. Cum igitur. proſequitur Auer. ex uerbis Alex. de intellectu innuere; Cum ex miſtione reſultauerit, quòd ſit inſtrumentum intellectus, &c. uoluit innuere, quòd intellectus agens reperitur in omni homine; cum deforis adueniat: quem Deum eſſe uolebat. tunc, exiſtente tali temperatura in materia, ut illa fiat intellectus poſſibilis; intellectus agens, qui ibi erat; incipit operari; & abſtrahit phantaſmata, & cauſat intellectionem. Et iſta opinio. In hac, quæ eſt particula ſecunda, reprehendit Alexandrum; & duo facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò ponit erroris cauſam: in prima parte adhuc duo facit; primò, quod dictum eſt, ſecundò ponit euaſionem. inquit modò Auer. quòd opinio iſta diſtat, & à uerbis Ariſtotel. & ab eius demonſtratione: à uerbis; quia tex. 4. dixit eſſe immiſtum, impaſſibilem, & non habere organum corporale. Demonſtrationi aduerſatur, ut dictum eſt. Alex. Ponit in hac euaſionem Alexã. & erat, quòd intelligebat demonſtrationem philoſophi pro præparatione ipſa; non autem pro ſubiecto præparato, verbi gratia carentia inſcriptionis in charta non eſt, quæ patitur, ſed charta ipſa. At euaſio iſta nulla erit; ſi quidem, quæ dixit Ariſt. ut propria intellectui; propria non erũt; ſed communia cuicunque præparationi, ut ſenſitiuę etiam: & ſic demonſtratio ipſius ex propriis non erit: quod dicendum non eſt. Secundò demõſtratio Ariſt. eſſet in quatuor terminis; uel quòd minor erit falſa. minor erat; ſed intellectus recipit omnes formas: at præparatio, cum ſit ipſa priuatio, non recipit; ſed potiùs in aduentu ſpeciei intelligibilis corrumpitur: quare recipiens erit ſubiectum ipſius præparationis; non autem præparatio; ſed ſubiectum per præparationem, recipit. at, quia ſaluabat de præparatione, quòd neque corpus erat, neque uirtus in corpore; notat Auer. hoc dici quadrifariam: primo modo dicitur de ſubiecto intellectorum; & eſt materialis intellectus: ſecundo modo de præparatione, quæ in materia eſt: tertio modo de materia prima: quarto de intelligentia abſtracta. in ſecundo modo dixit, Eſt ſimilis priuationi. non dixit autem, Eſt priuatio ſimpliciter. nam præparatio dicit tria; primò poteſtatem recipiendi; ſecundò in ea eſt priuatio, quæ ſupponit poteſtatem in ſubiecto priori; tertiò eſt ordo ad actum. Et induxit, & cæt. Hæc eſt tertia pars huius ſecundæ partis. Duæ cauſæ mouerunt Alexandrum ad hoc; altera fuit, ut quæſtiones euitaret, quæ uidebantur concludere unitatem intellectus. minùs ei uidebatur fortè inconueniens ponere intellectum poſſibilem multiplicatum, & corruptibilem, quàm ponere ipſum unum, & incorruptibilem: altera cauſa fuit ob diffinitionem datam de anima; quæ & uniuoca eſſe uidetur; & uniuocè dici de animæ partibus: quare omnes corruptibiles erunt. præterea intellectiua eſt forma; ergo finis: at finis nõ ſeparatur à re, cuius eſt finis: quare deſtruit, quod in primis perfectionibus animæ ſit forma ſeparata, ut nauta cum naui. Et uniuerſaliter. In hac ſoluit motiuum Alex. quia ex diffinitione data, non ſequitur, quòd intellectiua ſit inſeparabilis, imò dicit philoſophus totum oppoſitum; quia talis diffinitio, neque purè uniuoca eſt, neque purè æquiuoca; ſed analoga. & in ſecundo de anima tex. 11. determinauit per illam diffinitionẽ; quod nihil prohibet quaſdam animæ partes ſeparari: Abubaccher. Hæc eſt tertia pars principalis; & diuiditur in duas: in prima ponit opinionem iſtorum de intellectu; in ſecunda reprobat: in prima adhuc duo facit; primò quod dictum eſt: ſecundò redit per accidens ad impugnandam ſententiam Alexandri: in primo ſunt quinque notanda: in quibus conſiſtit eorum ſententia: primò, quòd intellectus poſſibilis eſt imaginatiua, non ſimpliciter, ſed ut priuata: ſecundò præparatio ipſa priuatiua eſt carentia phantaſmatum: tertiò ſunt ibi phantaſmata recepta: quartò intellectus agens emittens ſplendorem illuminat ipſa phantaſmata: quintò illa phantaſmata ſunt facta intellecta in actu. dicunt itaque, quòd imaginatiua, ſecundùm quod habet phãtaſmata actu illuminata; eſt intellectus poſſibilis. dixerunt autem hoc, ut fugerent inconuenientia, quæ ad Alexandrum ſequebantur. & erant; Si intellectus eſſet corpus, aut uirtus in corpore; tunc aut intellectus non cognoſceret; aut ſingulariter: nam, ſi corpus; tunc intentiones in eo eſſent, ut in materia ſunt: & ſic non cognoſceret: ſi uirtus in corpore; ſignatè recipiet. & occaſione huius dicti, redit Auerr. ad impugnandam Alexandri ſententiam: quippè qui uoluit præparationes iſtas, ſiue primas iſtas perfectiones factas eſſe ab elementis, & ſine motore extrinſeco, ut eſt famoſum. quod, ſi eſſet, etiam eſſet poſſibile; ut poſtrema perfectio facta eſſet à ſubſtantia eorundem elementorum ſine motore extrinſeco, ut color, & ſapor. tenet autem conſequentia iſta; quia uirtus potens aliquod ſubiectũ; poteſt & operationem, ſiue paſſionem illius producere.

ducere. tunc omnia cõmittenda erant cauſæ materiali; ut opinabantur illi; qui extrinſecum negabant mororem. ſententia clara tamen Ariſtotelis eſt, quòd producantur ab intelligentia agente. Auer. 2. ani. 59. 12. metaph. 18. & in libel. de ſubſtantia orbis cap. 2. Quare, inquit Auer. non eſt credendum hoc de Alexand. qui fuit uir maioris nobilitatis. Reuertamur. Hæc eſt ſecunda particula huius partis: in qua Auer. reprobat opinionem iſtorum: & format aduerſus iſtos tres rationes: prima ratio eſt; quia intentiones imaginatæ ſunt mouentes, non motæ: at ſecundum iſtos motæ ſunt; cum recipiant intellectus illuſtrationem; & fiant actu intellectæ. & hoc aduerſatur Ariſt. cũ talis ſit proportio ſenſati ad ſentiens; qualis imaginati ad intellectum. ſecunda ratio; Si reciperent intellecta; idem tunc eſſet mouens, & motũ: nam, ſecundùm ueritatem, phantaſmata, ut potentia, intelligibilia; producũt intellecta in actu; quæ non in phantaſia; ſed in alia uirtute recipiuntur, at, ſi in phantaſia ipſa fuerint intellecta hæc actu; tunc idem erit mouens, & motum. tertia ratio; quia recipit intellectus formas materiales omnes; quare non eſt uirtus materialis: at phantaſia, cum ſit uirtus ſenſitiua; omnino materialis exiſtit, & uirtus in corpore. At diceret aliquis; Quomodo dicuntur euitare impoſſibilia, quæ contingebant Alexan. cum ſint in hoc eiuſdem opinionis cum Alexan. Dicendum, quòd non contingit ſibi, ut intellectus ſignatè recipiat, ſiue intelligat; quia intellectum poſſibilem eſſe dicebant phantaſmata illa illuſtrata: quæ, ut ſic, ponebantur actu uniuerſalia. &, cum dicta hæc omnia impoſſibilia ſint, præter quod dicit Ariſtoteles. Circa quod contingunt etiam quæſtiones non paucæ: ideo dicendum; Hæc eſt quinta pars huius digreſſionis: & diuiditur in tres partes; quia mouet tres quæſtiones contra dicta Ariſtotelis: & illas ſoluit, enumerans tres illas omnes quæſtiones in dictis Ariſtot. duæ primæ notæ. tertia erat ponere intellectum nullam formam habere, & tamen eſſe ens; & hoc ponere neceſſariũ eſt; quia ſecus, non eſſet receptio, neque præparatio. hoc ſequeretur, ſi intellectus non eſſet ens; nam, ut ſit præparatio; neceſſaria eſt etiam ad receptionem priuatio, id eſt, quòd, niſi eſſet priuatio; nõ eſſet receptio: quare neque iſtæ eſſent; ſi ſubiectum ipſum non eſſet: intellectus itaque erit: &, cum non habeat formã; uidebitur eſſe materia: & hæc non eſt; quia materia neque cognoſcitiua eſt; neque diſtinctiua. his uiſis aggreditur primam Auer. & eſt; quare intellecta ſpeculatiua non ſunt æterna; ſiquidem agẽs, & poſſibilis ſint uirtutes æternæ: &, ſi ſint æterna; quorſum ponere poſſibilem, & agentem? Illa quæſtio. In hac ſoluit; & tria facit: primò repetit quæſtionem; ſecundò ſoluit, quoad materiam; tertiò, quoad formam. Iſta quæſtio non contingeret. Exponunt quidam, Non ſolueretur: alij uerò, Nõ contingeret, ſcilicet, Themiſtio; niſi cauſa daretur generata; quia ſcilicet, non fieret. modò inquit Auer. Intellecta hæc ſpeculatiua cõſtituuntur per duo; quorum unum eſt generatum; alterum uerò non generatum. & inquit, Quod dictum eſt ſecũdùm curſum naturalem. inquit Sueſſ. quia concordat ſenſatis primo c. 22. At hoc non patet, neque cõſtat ſenſu, quomodo intellecta ſpeculatiua ſint generata; & detur cauſa generata; quia non dubitaſſet Themiſtius, & Theophr. ſed uoluit intelligere ſecundùm ordinem naturalem uirtutum, ordine ſic poſitarum à natura. & comparat ſenſui, quoad dependere à duobus ſubiectis: ab altero ſenſus dicitur uerus; & illud eſt ſenſatum extra animam, à quo dependet in ueritate. & per ſubiectũ hic uoluit obiectum: à reliquo uerò, quod tunc eſt ſubiectum, & materia; habet, quòd ſit forma exiſtens; & eſt perfectio prima ſentientis: eodem modo in intellectu primum ſubiectum, per quod eſt uerus; ſunt intentiones imaginatæ ueræ: ſecũdum ſubiectum eſt, per quod intellecta ſunt unum entium in mundo: & dici poterit etiam in intellectu, quòd ſint prima perfectio; & eſt intellectus poſſibilis; at non, ut poſſibilis; ſed, ut habitu talis; S. Tho. reprehendit Auer. in quæſtionibus diſput. quia intellectio eſt accidens: modò nullum eſt accidens, quod duo habeat ſubiecta. Ad quod pro Auerr. dicendum, quòd accepit illa pro duobus principiis facientibus ad intellectionem: quorũ alterum, ut obiectum; reliquum uerò, ut uerum ſubiectum. ratio quoque Themiſtij non tenet: nã à pari dicerem; Deus, ut agens æternum, & materia prima æterna, fuerunt cauſæ productiuæ Socratis: ergo Socrates eſſe deberet æternus. Non ualet; quia non ſatis ſunt principia remota; ſed requiruntur etiam propinqua: ſic non ſatis erant agens, & poſſibilis, niſi & imaginatiua adhiberetur. Et hoc. Manifeſtat habita occaſione, in quo peccabat Auemp. Opinabatur, quòd motor intellectus, intentio ſcilicet imaginata, eſſet recipiẽs, per hoc fundamentum; quia quãdoque reperitur intellectum in potentia; quãdoque in actu: & hæc eſt diſpoſitio recipientis. & cogitauit in hoc conuerſionem, ſcilicet, quòd omne, quod eſt quãdoq; actu, & quandoque potentia, ſit recipiens. & eſt falſum; quia ignis, verbi gratia aliquando actu comburit; aliquando potentia; & tamen non recipit. Et notat Auer. quòd magna reperitur proportionalitas inter ſubiectum, id eſt obiectum, quod uiſum mouet; &, quod mouet intellectum: primum, ſcilicet, ut color uiſum non mouet; dum eſt potẽtia color; at beneficio luminis, cum factus ſit actu color; mouet: Sic & intentio illa imaginata, cum actu ab intellectu agente illuſtrata fuerit; actu mouet: ob hoc coactus fuit Ariſtoteles ponere intellectum agentem, qui abſtrahat, &c. & reſoluit dubium Auemp. cum dicat à ſimili; Sicuti intentio coloris cognita, & apprehenſa per uiſum, non habet ſubiectum, cui innitatur, colorem illum, qui potentia eſt; ſed uiſum ipſum: ſic & intentio intellecta, non habet ſubiectum, intentionem potẽtia intellectam, ſed intellectum poſſibilẽ. quibus uiſis redit ad principale, ſoluens dubium; cum dicat; Intellecta ſpeculatiua actu, non ſunt corruptibilia ratione ſubiecti, per quod ſunt unum entiũ; ſed, per quod ſunt uera. ex quibus dictis elicitur

ad formam ſolutio: nam argumentum erat; Poſitis agente, & paſſo æternis, factum eſt æternum: ſed poſito intellectu agente, & poſſibili; ponũtur, &c. ergo ſpeculatiuus æternus. limitanda eſt maior: ſi fuerint illius facti cauſæ totales, & adæquatæ; quomodo, minor eſt falſa; quia non ſolùm intellectus agens; ſed intentiones etiam imaginatæ ad intellectionem concurrunt. Dubium contingit propter dicta Auerr. ntrum lux afferat aliquid colori; ut actu moueat: & uidetur, quòd ſic: tum ex uerbis Auer. cum dicat, quòd color, cum factus ſit actu per lumen, mouet: tum etiam ex cõparatione ad phantaſmata, quæ cum & ipſa per lumen intellectus agentis fiant actu; mouent. fiũt autem, quando extrahuntur de ordine ad ordinẽ. oppoſitum tamen dicit Auer. 2. ani. 67. cum expreſsè dicat; impoſſibile eſt, quòd lumen afferat formam, aut habitum colori; per quem uideatur. Dicendum, quòd hic intelligit, actu color, deſt, actu motiuus. Ad comparationem dicendum, ꝙ tenet, quoad hoc, ut oſtendat, quòd obiecta iſta, ut actu ſunt, habent rationem mouendi, & non recipiendi; quomodocunque fiant actu. Quæſtio autem ſecunda. at priùs adhuc dubitatur; nam 8. phyſi. 46. fuit neceſſarium ponere cœlum mediũ inter intelligentias, & hæc inferiora; quia ab æterno non prouenit effectus nouus, niſi cum aliqua nouitate cauſæ mediæ: modò cœlum, quia ęternũ in ſubſtantia, conuenit cum intelligentiis: quia uerò eſt uariabilis per motum, & per diuerſa ubi; conuenit cum inferioribus: inſtrumentum itaq; æterni agentis, æternum eſſe debet: at phantaſmata non ſunt æterna; ergo, &c. ſcilicet intellectus agens non poterit producere ſpecies intelligibiles per illa. Ad hoc dicunt aliqui, quòd ratio eſt diſsimilis; quia intelligentiæ ſunt cauſa omnium generabilium, & corruptibilium: quare, ſi per inſtrumentum corruptibile agerent; idem eſſet ſiui ipſius inſtrumentum: & hæc eſt cauſa non tantũ, quòd intelligentia ſit æterna: at intellectus agẽs non eſt inferiorum omnium cauſa; ſed limitatus eſt ad cauſandas ſpecies ſolùm intelligibiles; ideo potuit cum phantaſmatibus; cum non ſint cauſata ab intellectu agente. At hoc non ſoluit; quia tota ratio de cœlo fuit; quia ab æterno non poteſt produci immediatè nouus effectus, ut ſaluetur productio horum inferiorum, quæ de nouo ſunt ꝑ unum medium, quod æternitatem illius immediatè recipiat; mox agat ipſum, ut nouum. & ſic fuit cœlum datum, quod recipit æternitatem motus ab intelligentia. & eſt diurnus motus: deinde per ſolis motum in obliquo circulo, qui uarius eſt, producit iſtos effectus nouos 2. de gener. & interitu 56. Dicerem autem ego ad argumentum, quòd & intellectus agens habet inſtrumentum æternũ in ſphæra humana, in qua intelligentia eſt, ut phantaſmata ſunt: quòd, ſi numero id ei non contingat; eſt, quia ultima omnium intelligentiarum eſt perfectione: propter quod & ipſi accidit in indiuiduo, aliquo modo à ſe ipſa diſcedere, & habere actionem, à ſua ſubſtantia diuerſam, ut Auerr. 12. metaph. 17. Modò ad quæſtionem ſecundam redeuntes dicimus, quòd eſt ſecunda particula huius partis: & in tres diuiditur; primò ponit quæſtionem; ſecundò arguit ad utranque partem; tertiò ſoluit. ꝓponit in prima, quo modo intellectus materialis ſit in omnibus indiuiduis unus numero, ingenerabilis, & incorruptibilis; intellecta autem in actu in eo; & ſunt intellecta ſpeculatiua, generabilia, & corruptibilia, ut in diuidua humana. Si enim. Probat primò duabus rationibus, quòd ſit unicus: nam detur oppoſitum: ſequeretur, quòd eſſet hoc, uel corpus, uel uirtus in corpore. tenet per fundamentum, quòd multiplicatio ſub eadem ſpecie eſt per materiam quantam, primo phyſicorum com. 6. quare redditur forma hæc, primo animæ 53. ergo erunt intellecta in potentia; ergo erunt mouentia intellectum poſſibilem; & non intellectus motus. patet per hoc, quia intellectum in actu dicitur per abſtractionem à conditionibus materiæ. Si igitur. adducit ſecundam rationem; Si eſſet aliquid hoc, & materiale; tunc reciperet ſe ipſum; & particulariter cognoſceret: & ſic à ſenſu non diſtingueretur. primum patet per dicta in tex. 4. quia poſitus eſt intellectus poſsibilis receptiuus formarum omnium materialium, intentionum; quare & ſui: ſecundum patet; quia recipiens recipit per modum, quo recipiens eſt: tertiũ etiã eſt manifeſtum; quia cõmento tertio poſuit hanc inter utrunque differentiam; quia ſenſus eſt hoc; Intellectus autem non: uel erit uirtus non cognoſcitiua; ut forma elementi eſt. Et, ſi poſuerimus. In hac parte arguit ad partem oppoſitã; & adhuc duobus mediis; ſcilicet, quòd non eſt unus. prima ratio, talis; Si una eſſet tantùm uirtus; ſequeretur, quòd unum duntaxat eſſet intelligere. deducitur; quia unum duntaxat eſt ſubiectum intellectionis: nam plura accidentia, ſolo numero differentia in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt. quòd, ſi poſtrema illa perfectio una eſſet; ſequeretur, quando unus homo acquireret unam intellectionem; quòd omnes homines illam eandem acquirerent. dicit Auerr. Si continuatio illorum. Dubium eſt, quid uoluerit per illam cõtinuationem. Dicendum, Vnionem. dicamus itaque, quòd poſtrema perfectio, ſcilicet, intellecta ſpeculatiua non uniuntur nobis, niſi quatenus prima perfectio eſt unita nobis; non tamen, ut forma dans eſſe, ſed intrinſecùs operans. ideo dixit, continuatio illorum indiuiduorum, ſcilicet, intellectorum potentia, quæ poſtea actu efficiuntur. cum itaque poſtrema perfectio in homine continuari nõ poſſit, niſi prima continuetur; ſequitur, quòd, ſi prima ſit una, & ſecunda una erit. Et indifferenter. Intelligi debet, quòd intellectus materialis, ſiue continuetur nobis per aliquam diſpoſitionem materialem; ſiue per imaginationem, ut uoluit Auer. ſiue alio modo (omnino ſequeretẽ impoſsibile) ſequetur, quòd uno intelligente, omnes intelligãt; imò, quòd detur tantùm unus homo; quia, ſi prima perfectio dat eſſe; cum ſit una, erit & unum duntaxat eſſe: ſi aſsiſtit; tunc habebit hominem pro inſtrumento: at nullus artifex in eadem hora habere poteſt pluſquam unum inſtrumentum; ergo, &c.

nam,

nam,ſi eſt uirtus animæ,& una; tunc omnes per il lam intelligent ; & ſic uno intelligente, omnes intelligent : ſi uirtus corporis & una; idem ſequetur. ut, verbi gratia, ſi eſſet vnus duntaxat oculus,per quem uiderent omnes;tunc,uno uidéte,omnes uiderent. Et ideo. Ponit ſecundam rationem; Si non dat eſſe,ſed ſubſtantia ſit ſeparata, ut ab orbe intelligentia; non poterit reperiri plus vno indiuiduo in una ſpecie:quoniam,ſi plus vno, vt in corpore moto;tunc eſſe illius orioſum eſſet; quia per vnum orbem operatur intelligētia quæcunque operatur: quòd, ſi per plures orbes; ûteretur illis propter eandem intentionē;ut manifeſtat etiam in exemplo de naui. & exemplum fuit conueniens;quia ſic fuit opinatus Auerro, animam intellectiuam eſſe corporis actum,vt nautam naui. ſequitur modò; Si eſſet talis ſubſtantia ſeparata, & vna; quod vnum etiam eſſet perfectibile; quare & vnus homo: non erit itaque intellectus materialis forma ſeparara, & vna; ſed materialis,& multiplicata. Et hæc eſt intentio. Confirmat ſecūdam hanc rationem per dicta 1.cę.d.90. vſque ad 96.& 12.met.49. At, ſi quiſpiam dicat, ꝙ non eſt ſimile; quia inſtrumentum intelligentiæ eſt incorruptibile; quare ſufficit,quòd ſit unū: at inſtrumentum intellectus corruptibile erit;quare & multiplicatum. hoc tamen nihil eſt;quia dicam,ꝙ,tametſi hic vnus homo corruptibilis ſit; corruptio huius erit alterius generatio; & huius adhuc alterius;& ſic ſucceſsiuè in infinitum. Dicamus. In hac parte ſolutiua, duo facit; primò ponit tria ſuppoſita cū vno corollario; ſecundò ſoluit 1 primum; Non eſt intelligens homo actu, niſi intellectus cum eo continuetur actu. talis nō intelligenda eſt,quòd det eſſe; ſed per ſpeciē intelligibilem actu intellectam: quæ, vt ſic, eſt vniuerſalis; cui ſua ſingularis reperitur in cogitatiua propria homini forma; & cum illa vnitur; & per illam, intellectus cogitatiuæ: quare ſic dicitur homo intelligens. ſecundum. Et eſt manifeſtum, quòd materia, & forma copulantur adinuicem. Ponit hanc,vt ab hac accepta comparatione, declaret,quomodo ex intellectu, & ſpecie intelligibili,maximè unum fiat. addit Auer. Ita ꝙ aggregatum ex eis fit unum. Ex hoc loco capitur,ex ſententia Auerro.ꝙ compoſitum ex materia, & forma,dicat tertiam entitatem. Aliqui ſubtiles Thomiſtæ dixerunt locum iſtum non ſic debere intelligi; ſed,ꝙ ex intellectu,& intelligibili non fit unū tertium reſultans.i.non uniuntur inſimul per aliquod tertium;quomodo compoſitum ex materia & forma,per medias ſcilicet, diſpoſitiones. At boni iſti uiri multipliciter peccant:primò contra Auer. quia clarè inquit,ꝙ ex illis compoſitum, non eſt aliquod tertium: quod intelligi non poteſt de medio; ſed de toto compoſito. prætereà dixit: Aggregatum ex eis fit unum. Peccarunt & in uia Sancti Thomæ; quia compoſitum non fit actu per medium; nam tunc dicitur compoſitum,quando forma actu materiam perficit: modò in illo inſtanti, ſecundùm S. Tho. forma reperit materiam nudā, & immediatè illi unitur. peccat. & in ueritate rei quia,ſi ratio maioris unionis eſſet; quia immediatiùs unirentur,intellectus ſcilicet, & intelligibile vt videtur exponere dictum Auerro.2.cę.3.de intelligentia cum orbe;tunc maior eſſet unio diſpoſitionis cum materia,quàm in compoſito ex materia,& forma. at, quo modo unio iſta ex intellectu;& intelligibili intelligatur; difficultas maxima eſt. Sueſſ. voluit hanc verificari tribus rationibus: prima;quia talis vnio eſt magis permanens, cum ſit vniuerſalis, quàm compoſitum ex materia,& forma;quod cum tranſmutatione eſt,& motu: ſecunda;quia fit ſine diſpoſitione media: tertia;quia intellectus,cum primò, & per ſe intelligat intelligibilia; ſecundò, & per accidens, ſeipſum intelligit. & confirmat per Philoſophum in tex.8.&15.huius:& tertia hæc ratio;fuit ratio Scoti quæſtione 19. uniuerſalium; ꝙ, ſcilicet, intellectus per intelligibilia fit intelligibilis;& ſic unum, & idem erit intellectus, & intelligibile. At, pace ſua,dixerim;In omnibus iſtis deficit. Ratio prima nulla eſt; quia apud Auer. intellectus ſpeculatiuus Socratis corrumpitur,Socrate corrupto: ſecunda deficit per inſtantiam factam de diſpoſitionibus cum materia: tertia adhuc,& magis; quia, ut ſic,intellectus eſt unus per accidens: quare ſequeretur, quòd maior eſſet unio in ente per accidens,quàm in ente per ſe,& primò. notandum itaque,ut colligitur ex Auer.2.cę. quòd tres dantur uniones;prima,quæ abſtractorum eſt; ut cum intelligentiam intelligentia intelligat: ſecunda minus principalis, ut intelligentia cum orbe: tertia & his minor,ut quæ ex materia, & forma eſt. prima eſt omnium maxima: primò,quia eſt indiuiſibilium unio;& modo quodam totius cum toto: ex quibus indiuiſibilibus non fit præter unum indiuiſibile: ſic intellectus materialis cū ueris ſuis intellectis indiuiſibilibus redditur unus, quo modo & Græcorum ſententia fuit;tunc ſcientia eſt eadem rei: ſecunda, ratione immediationis; quia nulla datur media diſpoſitio: tertia, quia non eſt illorum pars aliqua extra. modò vnio ex orbe,& intelligentia deficit à prima; quia orbis eſt diuiſibilis: tertia à prima,& ſecunda; quia partes diuiſibiles; & per medium vnitæ. At contra Auer. dubitatur; quia non reſultare tertium ex partibus ſimul arguere uidetur minorem, atque deteriorem partium vnionem; nam in his, quæ per accidens componuntur; tertium non uidetur ex partibus reſultare. Dicendum, quòd non reſultare tertium, poteſt contingere duobus modis; vel, cum notat maximam ſimilitudinem, atque identitatem inter partes: & hoc modo notat perfectionem,ut dictum eſt hic: altero modo notat inter partes diſsimilitudinem,vt ſubſtantiæ cum accidentibus: quare non poſſunt ita per ſe vniri,vt reſultet tertium:& notat imperfectionē, ſecus autē in materia, & forma. Continuatio. In hac parte ſoluit Auer.& ſol. ſtat in hoc; ſi homo debet intelligere,eſſe non poteſt,niſi per vnionē partis,quæ eſt de eo, ſupple intelligere, quaſi materia;& eſt intellectus poſsibilis; uel,quæ eſt,quaſi forma; & ſunt ſpecies intelligibiles. & declaratum

ratum eſt, quòd fieri non poteſt unio ſpeculatiui intellectus cum homine per partem materialem, ſcilicet per poſſibilem; quia eſt unicus; ideo nobiſcum debet continuari per partem de eo, quæ eſt forma, ut intentiones imaginatæ, quæ ſint in intellectu actu intellectæ. Corollariè inquit Auerr. ꝙ dicere puerum eſſe potentia intelligentem, poteſt bifariam intelligi: per duplicem potentiã, intelligimus actiuam, & paſſiuam: nam, quando habet phantaſmata in actu; eſt actu mouens ad intellectionem; & ſic potentia actiua intelligens: ratione uerò intellectus recipientis; eſt potentia intelligens. Alio, & ſaniori modo intelligendum eſt; quod. ſ. puer primò ſit in potentia, ut fiat in eo actu ſpeculatiuus intellectus: qui, cum in eo fuerit; erit deinde in potentia, ut totus fiat intellectus, & intelligẽtia: primo modo dicta potẽtia eſt, de qua in contextu, quinto dixit: ſecunda, de qua in 8. dicet. Declaratum eſt. In hoc ſtat punctus ſolutionis: & duo dicit; primum, qualis eſt intellectus poſſibilis; ſecundum, quæ ſit uirtus illi deſeruiens. habetur itaque ſolutio in primis; quia intellectiua virtus non eſt, ut aliæ uirtutes, perfectio; quia aliæ eductæ ſunt, & dant eſſe; hæc uerò non educta eſt, & aſſiſtit; nam operationes ſunt in illis diuerſæ; quare & eſſentiæ diuerſæ in his, quæ eductæ; ſecus autem in intellectu; cum ſit uirtus abſtracta; quia ea manente in eſſentia, una, plurificari poſſunt illius operationes: ut dicitur, quòd Dęmon ſimul uti poteſt duobus corporibus. confirmat dicta per textum undecimum ſecundi de anima. Præparatio. In hac oſtendit uirtutem ſeruientem intellectui: & duo facit; primò agit de uirtute cogitatiua, quæ immediatè deſeruit intellectui; in ſecunda repetit, quæ dixit: in prima adhuc tria facit; primò ponit inter pręparationes cõuenientiam; ſecundò differentiam; tertiò reprehendit. conuenit inter omnes bifariam; primò, ꝙ generantur omnes, & corrumpũtur; ſecundò, quia multiplicantur. Sed aliquis diceret, quòd phantaſmata non generantur propriè, & corrumpuntur ad corruptionem indiuidui, ſed ſpecierum ipſarum. Dicendum, quod non eſt propriè ſpecies ipſa, quæ agat; ſed phantaſia informata ſpecie; quare dictum ſequitur. ponit deinde differentiam; & eſt, quod præparatio in cogitatiua eſt motor; ſi cõparetur, ſcilicet, intellectui materiali: aliæ uerò præparationes ſunt paſſiuæ, & receptiuæ, ut ſenſitiuæ, ſi ſuis comparentur obiectis: quòd, ſi imaginatiua etiam ſuo comparetur obiecto; erit tunc receptiua, ut recipiens: quòd, ſi ſenſus etiam comparetur imaginatiuæ; erit tunc, ut motor. & ſubdit Aue. quod Auemp. deceptus fuit: nam Auẽp. opinatus eſt, quòd duę hę pręparationes ob propinquitatem, eſſent actiuę, & paſſiuæ: & credidit, quòd ſola præparatio eſſet in phantaſmatibus, & non in intellectu poſſibili, ad hoc ut fieret intellectio. At dicit Auer. differunt, ſicut cęlum, quod eſt agens, à terra; quæ eſt patiens. & ideo opinandum. Hæc eſt ſecunda particula ſecundæ partis huius quartę principalis: & eſt ualde notanda, quia colligit Auerr. uniuerſam ſuam ſententiam quam de anima credidit: ſecundum dictum ibi; Hę duæ partes. tertium, quòd intellectus agẽs eſt forma intellectus poſſibilis: quartum; In anima noſtra tres ſunt partes. Inquit Auer. quòd hæ duæ partes, agens, ſcilicet, & poſſibilis, ſunt æternæ; & altera, ut materia, poſſibilis, ſcilicet; alter à uerò, ut forma, agens; quia neque propriè agens; neque propriè forma; cum talia ſic dicantur per tranſmutationem. Et ideo opinatus. redit modo ad Themiſtium, qui cap. 27. dixit, quòd nos ſumus intellectus agens; & hoc propter ſuum fundamentum; quia tenebat, quòd intellectus ſpeculatiuus eſſet ſolùm ex poſſibili, & agente, æternis: & fiebat denominatio ab ultima illa forma, quæ nobis unita eſſet. Diſcordat Auer. in intellectu ſpeculatiuo; quia uult talem eſſe factum, & non æternum uno modo; alio uero modo æternum. Pro quo notandum, quòd Auer. uoluit intellectum ſpeculatiuum compoſitum eſſe ex materiali, ſiue poſſibili, & ſpeciebus intelligibilibus pendentibus ab imaginatiua. & duo præmittit pro declaratione: alterũ eſt, quòd intellectus poſſibilis, eſt unus: ſecundum, quòd ſpecies humana eſt æterna 8. phyſi. 46. contra Auic. & 2. de gener. 59. addit; Neceſſe eſt, ꝙ intellectus materialis non ſit denudatus à principiis naturalibus communibus ſpeciei humanæ, ſcilicet, primis propoſitionibus, & formationibus ſingularibus. quod dictum uario modo exponitur; uel per principia naturalia intelligit præmiſſas; per formationes, concluſiones omnium entium; quia homo ſemper perfectus; & ſemper omnia intelligit intelligibilia; & reſpõdebit dicto de æternitate ſpeciei: uel, quòd per principia intelligat ſcientias ſpeculatiuas: & per formationes ſingulares practicas: uel per principia naturalia intelligamus practicos, & ſpeculatiuos habitus; per formationes ſingulares, ſimplicium apprehenſiones. & addit; Hæc enim intellecta ſunt unica, ſecundùm recipiens; & multa, ſecundùm intentionẽ receptam. & innuit, quòd intellectus ſpeculatiuus, merito recipientis, eſt unicus; merito intellectorũ pendentium, ſcilicet, à phantaſmatibus, plurificatus: & ſic dicetur corruptibilis; alio autem modo, æternus. ſpeculatiuus eſt dupliciter corruptibilis; tum ratione unius ſubiecti numero; tum ratione phãtaſmatum in eodem ſubiecto numero. eſt ętiã dupliciter æternus; tum reſpectu intellectus poſſibilis, ſubiecti ſcilicet æterni; tum reſpectu phantaſmatum in ſpecie. & ſic ſubiungit, cum reſpectu alicuius indiuidui, &c. Pro quibus notandũ, quòd per ſubiectum, per quod aliquod intellectorum, ideſt, per quod ſpecies intelligibilis, quæ eſt aliquod intellectum copulatur nobis; & eſt unum per tale ſubiectum; intelligit Auer. phantaſma. & eſt ſenſus; quòd, ſi reſpectu alicuius indiuidui, fuerit corruptum aliquod intellectum per corruptionem ſui phantaſmatis; tale intellectum nõ eſt ſimpliciter corruptibile; ſed duntaxat reſpectũ illius; at non reſpectu omnium hominum; quia, ut ſic, eſt incorruptibilis. & ſubdit Auer. Et ſic dicere poſſumus, quòd intellectus ſpeculatiuus eſt in omnibus unus. intelligitur autem hoc ex parte intellectus.

ctus poſsibilis. deinde ſubiungit; Et ideo. & eſt ſenſus, quòd ſpeculatiuus non reſpectu huius, & illius; ſed totius ſpeciei humanæ, æternus eſt: ut ne rò talia intellecta intelliguntur ab hoc, & ab illo; corruptibilia ſunt. & cum dicit, Eſſe intellectorũ, eſt eis medium, ut Cæſar mortuus, qui habet eſſe in memoria hominum; id tale eſſe dicitur mediũ inter amiſſum, & remanens: quòd uerò ſpecies intelligibiles ſemper ſint, & de intellectis cõmuni bus, ideſt, practicis exercitationibus, quæ in pluribus reperiuntur hominibus; etiam de ſpeculatiuis conſtabit; quandoquidem & ſapientia ipſa. & hoc non uidetur impoſsibile; quamuis pauci re periantur ſapientes: imò erit rationabile multũ, quando ſapientia uidetur de modis homini propriis; ſicut & modi artefactorum ſunt: quare exiſtimatur hoc impoſsibile, ut partes omnes terræ habitabilis à philoſophia uacent: nam, ſi una quarta, verbi gratia ſeptentrionalis uacabit; non uacabit meridionalis; in qua poſsibilis eſt habitatio: quæ tempeſtate illa de facto reperta eſt. & addit, quòd philoſophia ſaluatur in maiori parte ſui ſub iecti in omni tempore; ut homo, ab homine; & ab equo, equus. idem inferre uoluit, quòd, ſcilicet, philoſophia inuenitur ſemper, ſicut humana ſpecies ſemper reperitur: ſic æternus reperitur agens; æternuſque recipiens; cum nunquam ceſſet creare intellecta; & ille, recipere, ſcilicet, reſpectu totius humanæ ſpeciei. arguitur autẽ duobus mediis contra dicta de intellectu ſpeculatiuo: nam, quòd homo cogitet, eſt poſsibile: ergo omnem hominẽ cogitare eſt poſsibile: poſsibile eſt etiam non cogitare. ponatur in eſſe; quòd nullus, ſcilicet cogitet: tunc intellectus ſpeculatiuus penitus erit corruptibilis. Fortè diceret aliquis; Manebit, ut eſt unum ens, ratione, ſcilicet intellectus poſsibilis, qui eſt æternus. contra, nam uniuerſalia fundantur in particularibus: quæ cum nõ ſint; neque erunt uniuerſalia. ſecundò ſpecies uniuerſa deſtrui poteſt, ut de roſa uidetur uerum; ergo & humana: quare deſtruentur omnia phantaſmata; ergo & ſpeculatiuus penitus. Sueſ. ſoluit logicè, & ſophiſticè; non philoſophicè; cum dicat, quòd illa modalis; Nullum hominem poſsibile eſt cogitare; eſt uera de ſenſu diuiſo; tum ratione temporis, ut non in hoc inſtanti, ſed in alio; tum ratione ſuppoſitorum; non, ſcilicet, ratione iſtorum; ſed ratione aliorum: at de ſenſu compoſito eſt falſa: quare ſua de ineſſe eſt impoſsibilis. ad ſecundum, conceditur de aliqua ſpecie; quæ tamen neque penitus deſinit; cum remaneat in ſuis cauſis, & in eſſe cognito trium ſenſuum, & intellectus; at non ſic de homine; quia non ultra manerent ſenſus comprehendẽtes hominem; cum ſolus homo comprehendat. At contra ſolutiones iſtas inſto: nam poſsibile eſt, quòd, ſi ponatur antecedens, & conſequens impoſsibile; ſequatur interdum conſequentia neceſſaria. quare pono, quòd nullus homo actu cogitet: ergo penitus erit corruptibilis ſpeculatiuus: ſequitur neceſſariò; quia ad cogitare actu, ſequitur ſpeculatiuus, præterea pono etiã alterum impoſsibile, quòd tota humana ſpecies deſtruatur; ergo, &c. per idem medium, tunc cogeretur per ſua fundamenta concedere totum. Ego uerò, qui ab hac ſententia ſum omnino diuerſus; dicerem, quòd illa fundamenta non tenent: alterum, quòd deficiente cogitatiua deficeret ſpeculatiuus: reliquum, quòd uniuerſalia fundantur in particularibus: de primo; quia conſtat per dicta Auer. quòd ſpeculatiuus intellectus pendera à duobus ſubiectis; per primum dicitur uerus; per ſecũdum dicitur ens. Reſponderem itaque admiſſo caſu; quòd, etſi corrumperetur, quoad eſſe uerũ: remaneret tamen, ut ens eſſet in mundo: de altero, dicerem, quòd uniuerſalia illa, quæ ſunt intentiones rerum extra animam, in intellectu, ut in loco, & accidentia ſunt: quòd deſtructis particulari bus notionibus, quæ ſunt in tribus ſenſibus, à quibus dependent in conſeruari; & ipſæ deſtruuntur: at formæ illę intellectuales, quas habet intellectus poſsibilis, ut uerus ſpeculatiuus, ab agente; cum ſint æternæ, & non re differant ab eſſentia intellectus; manerent. & ſic ſecundùm ueritatem, admiſsis caſibus, dicendum eſſet, quòd ſpeculatiuus deſtrueretur, ut, ſcilicet, participatus ab hominibus; quia corrumperetur quodam interius corrupto; ſecundum ſe autem maneret æternus: quia priùs erat in maiori ſui ſubiecti parte perfectus: quare & habebat, ut in uniuerſa ſpecie humana, intellectum agentem, ut formam, 3. ani. 36. dixit itaque Auer. quòd intellectus agens æternus; quia nunquã ceſſat creare intellecta: & poſsibilis æternus; quia nunquam ceſſat diſtinguere illa; & hoc reſpectu totius ſpeciei humanæ. & confirmat dicto philoſophi 1. ani. 66. Et formare per intellectum, ſunt diuerſa, ideſt numerata; & conſequenter modo quodam corruptibile; quia corrumpitur aliquid aliud; ipſum in ſe nullam habet corruptionem. ſequitur deinde hoc totum declarans Auer. per aliam etiam auctoritatem, in tex. 20. huius tertij; Intellectus paſsiuus, ideſt imaginatiua, eſt corruptibilis, &c. idem confirmat etiam Plato nis ſententia; quia extra animam ponebat uniuerſalia æterna, in Parmenide. & eſt partim uerus; quia ponit illa æterna; partim falſus; quia ponit illa extra animam; cum ſecundùm Ariſto. uniuerſalia habeant ſolũ eſſe in anima. rectè dixit Auer. quia ſermonem habet de uniuerſalibus intentionalibus; quæ ſunt ſpecies illæ à phantaſia intellectæ: at de ueris formis, ſiue ideis, non erit diuerſitas inter Platonem, & Ariſtot. ut infra patebit. & oſtendit hoc unum eſſe in ſermonibus probabilibus; quia, quòd anima ſit mortalis, eſt problema neutrum. concluderetur, quòd eſſet reſpectu indiuidui: cuius phantaſia corrumpitur. concluditur, quòd non eſſet reſpectu ſpeciei humanæ: & confirmat per leges, quæ ſimul omnes tenent animam eſſe immortalem. ex quibus dictis omnibus ſoluta eſt ſecunda quæſtio, quomodo, ſcilicet, intellectus materialis, ſiue prima perfectio ſit unica: ſecũda uerò perfectio, ſcilicet, ſpeculatiuus intellectus ſit pluriſicatus; habet enim unum duntaxat ſubiectum; ſed plura habet obiecta, à quibus dependet in conſeruari; merito quorum dicitur pluriſicatus:

rificatus: at Auerroes ſupra agens de intellectu poſsibili, dixit, quòd unum eorum, quod arteſtatur ipſum eſſe æternum, eſt; quia non multiplicatus. Sed dubitatur, verum, ſi ſint centum homines, qui intelligant lapidem; iſti per unam duntaxat ſpeciem intelligibilem, intelligant; uel per plures: ſi primum, ſequitur, quòd ſpecies illa ſit incorruptibilis. & probo; nam, ſi ſpecies aliqua eſt corruptibilis; contingit; quia phantaſma illius corruptibile eſt: at ſpecies illa à nullo phantaſmate cauſata erit; quia non eſt maior ratio, quòd ab uno magis, quàm ab alio cauſata fuerit: ſi uerò dicatur, quòd tales ſpecies ſunt plures; tunc ſequetur, quòd ſint materiales; ergo erunt potentia, & non actu intellectæ: quomodo & ipſe de intellectu materiali retro probauit: quare indigent, ut abſtrahantur; ſi debent in intellectu recipi. & tunc quærendum ulterius, an ab omnibus illis una duntaxat ſpecies abſtrahatur, per quam intelligant omnes, uel tot, quot ſunt homines: Dicunt quidam moderni Thomiſtæ, Therapolinus ſcilicet, quòd illæ ſpecies erunt plures; ergo intellectæ in potentia. Negatur conſequentia; quia duæ ſunt conditiones, quæ prohibent aliquod eſſe actu intellectum; altera, quòd ſit materiale; altera verò, quòd ſit quantum extenſum: qua ratione dicitur, quòd cœlum non eſt intellectum in actu; quia extenſum eſt; quamuis non materiale. dicunt itaque, quòd illæ ſpecies ſunt indiuiduatæ ratione obiecti: cum quo ſtat, quòd ſint actu intellectæ; quia non quantæ. & notant hoc eſſe ſubtile dictum, quod vidit Sanctus Thomas, quòd, ſcilicet, indiuidualitas repugnat intelligibilitati. & laudant ſolutionem Thomæ, tanquam eradicatiuam argumenti Auerro. quòd anima, ſcilicet, intellectiua non ſit indiuidualis, & numerata. dicit, quòd ſtat animam intellectiuam eſſe indiuiduatam; dummodo non ſit talis, quia educta; & vniuerſaliter intelligere: ſicut dicit Auerroes, ſtat, quòd ſpecies intelligibiles ſint indiuiduatæ; & tamen uniuerſaliter intelligi. At, contra quod dictum eſt, quæritur; cum illæ ſpecies ſint plures, & in intellectu, ergo diuerſæ, ut in intellectu ſunt; quia pluralitas diuerſitatem oſtendit. tunc quærendum ulterius, qua differant diuerſitate; non ſpecifica; ergo numerali; ergo materiales erunt, & quantæ. nec ſatis eſt dicere, quòd diſtinguantur per obiecta; quia talia ſunt in phantaſia; & ſpecies illæ ſunt in intellectu, & in eo differentes. præterea magis diſtingui debent indiuidua per ſubiectum, in quo ſunt, quàm per obiectum, à quo dependent; cum indiuidua ſint hæc per ſubiectum, in quo ſunt. modò, cum tales habeant ſubiectum unum, & abſtractum; ergo in eo diſtinctionem numeralem habere non poſſunt. præterea, ſi ſpecies una illarum eſſet, hæc numero; tunc recipiens non reciperet, ut recipiens eſt; quia intellectus materialis eſt uirtus à corpore ſeparata: at ſecundùm ſanctum Thomam, & ipſe numeratus eſt. Sed hoc uidebitur in dubio: quare ad dubium principale dicerem ego, quòd in intellectu illorum centum, eſt tantùm una ſpecies ſubiectiuè, obiectiuè uerò, quot homines ſunt; tot numero ſpecies; quia tot numero phantaſmata: quare, ut ad phantaſmata ſpecies illa refertur; plurificatur: in ſe tamen una, ut unum entium, eſſe dicitur.

Dubitatur propter ea, quæ dicta ſunt, utrum intellectus poſsibilis in omnibus hominibus ſit unus numero. In hoc quæſito duo erunt articuli examinandi: alter erit, quæ fuerit, in hac tam alta materia, ſententia Ariſtotelis: reliquus, an poſitio Ariſtotelis ſit ſecundùm ſe uera ſuſtinenda. In primo articulo ſit hæc concluſio; Intellectus poſsibilis eſt plurificatus numero; ut indiuidua humana, quæ intelligunt. hanc, ſecundùm Ariſtotel. tenent Latini omnes. mouentur autem ad hoc quatuor fundamentis; primum, quòd in homine eſt anima una numero quolibet, quæ rationalis dicitur; indiuiſibilis, plures in ſe uirtutes continens, ſcilicet uegetatiuam, ſenſitiuam, & intellectiuam potentiam; ſecundum, quòd anima iſta rationalis ſit actus, & dans eſſe corpori ſpecificum; tertium, quòd corpore utatur, ut inſtrumento ad opera uitæ; & ſit actus corporis reſpectu potentiæ uegetatiuæ, & ſenſitiuæ: at, ſecundùm potentiam intellectiuam nullius ſit corporis actus; neque corporis uirtus aliqua; ſed uirtus illius ſit, quæ eſt forma corporis, ſcilicet, animæ rationalis. in quam ſententiam cecidit & Alexander ſuam ſic pronuntians præparationem: differt autem à Latinis in hoc; quia ipſe mortalem ponebat intellectum; quem ipſi immortalem eſſe dicunt: quartum fundamentum, de quo ſanctus Thomas in quæſtionibus de anima diſputatis agit, quæſtione tertia, quòd intellectus poſsibilis comparatur ad perfectiones ſcientiarum, ut prima ad ſecundam; & per ipſum ſumus potentia ſcientes. & hoc cogit ad ponendum intellectum poſsibilem. ex quo corollariè ſequitur, quòd intellectus poſsibilis, ut prima perfectio non poſsit eſſe una. tota hæc Latinorum ſententia colligitur ex dictis ſancti Thomæ in opuſculo decimoquarto, quod aduerſus Auerroiſtas compoſuit: & in quæſtionibus diſputatis quæſtione undecima, & quæſtione tertia: & prima parte ſummæ quæſtio. ſeptuageſimaſexta, ad ſecundum. idem hic ponit Albertus in digreſſione; in qua determinat in hac materia ueritatem. Confirmant primum fundamentum; quia anima rationalis in homine eſt forma hominis; &, cum non poſsint eſſe plures formæ; relinquitur propoſitum, quòd ſit forma. probant; quia ſi motor eſſet, ut uidebatur Plato ſentire; tunc ex corpore, & anima non fieret per ſe unum; neque corruptio eſſet, aut generatio; cum corpus aſſumit, uel deponit animam. probant & aliam; quòd eſſe non poſſunt in eodem plures formæ; quia ex pluribus entibus in actu fieri non poteſt unũ per ſe, niſi ſit aliquod uniẽs illa. ſic primũ probatũ eſt. ſecundum quinetiam fundamentum probãt; quia ſuper hoc ſua maximè fundatur concluſio; & primò per diffinitionem datam de anima; ꝙ anima

eſt actus, & forma, & perfectio prima corporis: &, quòd talis diffinitio competat omni animæ; apparet per dictum Philoſophi ſecundo de anima octauo. Vniuerſaliter dictum eſt, quid ſit anima. eſt ſubſtantia, quæ eſt ſecundùm rationem; ergo ſecundum formam. Et, ne dicat aliquis, quòd non intelligitur de intellectiua; dicendum, quòd, ſi capiatur pro anima ipſa; forma erit; quia infra tex. vndecimo dicit, non eſſe immanifeſtum animam eſſe à corpore inſeparabilem; cum manifeſtè habeat partes aliquas, quæ ſunt corporis actus. confirmatur etiam per Philoſophum ſecundo ani. vigeſimoquarto, oſtendens, quomodo anima ſit principium operationum vitæ, determinauit ipſam eſſe formale principium; cum dixerit; Anima eſt, qua viuimus, mouemur, ſentimus, & intelligimus. quandocunque operatio attribuitur propter aliqua duo; tunc alterum ſe habet, vt forma; reliquum verò, vt materia: anima itaque ſic forma erit. & alia plura: quæ omnia cum dicta ſint in quæſtione propria, quam fecimus, ab his erit abſtinendum. tertium adhuc probant; cum ſit principale. hoc declarat Sanctus Thomas quæſtione ſecunda diſput. cum dicat, quòd anima humana eſt forma vnita corpori; neque tamen à corpore penitus comprehenſa; vt formæ aliæ materiales. vt vnita corpori, habet vires, quibus ei communicat corpus, vt vires partis ſenſitiuæ, & nutritiuæ: vt verò excedit corpus, ineſt ei eſſe in potentia intelligibilia. & ſic ſaluatur natura intellectus poſſibilis. & addit; Et talis non eſt potentia fundata in aliquo organo: & tamen eo intelligit homo; quatenus fundatur in eſſentia animę humanæ; quæ eſt hominis forma. & ratione huius potentiæ, quæ corpori non communicat, dicunt Latini poſitionem hanc ſimilem eſſe poſitioni Alexandri, vt in opuſculo Sanctus Thomas, & in hac digreſsione Albertus. quòd, modò detur iſta virtus animæ, quæ anima eſt forma corporis; illa verò virtus, nequaquam; probat in opuſculo Sanctus Thomas: & primò per dicta ſecundi de anima, decimonono, vigeſimo, vigeſimoprimo ſoluit; De quibus manifeſtum eſt, quòd ſubiecto non diſtinguantur animæ poteſtates, vt vegetatiuæ in ramo deciſo, & ſenſitiuæ in entomis. poſtea ſubiungit; De quibus non eſt manifeſtum, ſcilicet, de intellectu, & ſpeculatiua potentia. deinde manifeſtat, cum dicat; Sed videtur genus alterum eſſe, & differre, ſicut perpetuum à corruptibili, ſeparari ſcilicet. in quo loco notauit Ariſtoteles, vt exponit Sanctus Thomas: quòd pars iſta eſt ab aliis ſeparabilis partibus; quia non coincidit in eandem ſubſtantiam cum aliis; non autem intelligi debet ſeparari à corpore, ut malè exponit Auerroes: & hoc manifeſtat textu vigeſimoſecundo, cum dicat; Reliquæ autem partes non ſeparabiles ſunt, loco ſcilicet. Præterea ſecundo de anima trigeſimoſecundo, inquit; De intellectu autem ſpeculatiuo altera ratio eſt. Neque peruersè exponendum, ait ſanctus Thomas, vt Auerro. qui per hoc intelligit, quòd intellectus, neque anima eſt; neque pars animæ; quia ſtatim in principio tertii dicit; De parte autem animæ. neque dicendum, vt aliqui ſomniant, quòd dictum ſit, vt diſtinguitur contra agentem. & in his dictis carpit expoſitionem Simplicii, vt ibi dictum fuit. & ratio eſt; quia nominauit illam partem animæ, priuſquam aliquid de agente, vel poſsibili, determinaſſet. etiam tertio de anima ſexto dicit, intellectum ad differentiam ſenſus non habere organum. concludit deinde; Senſus non ſine corpore eſt. Intellectus autem ſeparatus, non debet ob hoc intelligi, vt Auerroes, quòd omnino ſeparatus: & ſic, neque anima, neque pars animæ; ſed intelligi debet ſeparatus; quia non calidus, non frigidus; neque organum habet aliquod, ut ſenſus. Præterea duodecimo metaphyſicæ decimoſeptimo, dubitat, quæ forma poſt mortem remaneat, quia formæ ante ſua ſubiecta, non ſunt, vt cauſæ agentes; ſed ſimul cum illis fiunt: quare quærendum ſolùm eſt, an maneant poſt. & reſpondens inquit, quòd in quibuſdam nihil prohibet. & determinat non de tota anima; ſed de anima ratione partis intellectiuæ, cum dicat; Separatum eſt hoc ſolum, quod verè eſt: & hoc ſolùm immortale, & perpetuum eſt. & non intelligit de agente ſolùm; aut ſolùm de poſsibili; ſed de tota intellectiua anima. At, quia hoc uidebatur ualde à ratione remotum, quòd, ſcilicet, anima ſit forma corporis; & aliqua virtus eius, non ſit corporis uirtus. perſuadet hoc inprimis ſanctus Thom. in opuſculo, inquiens; Videmus, quòd ſit aliqua forma miſti alicuius; ex elementis tamen habet aliquam virtutem, quæ non eſt uirtus alicuius elementi; ſed competit ei ab alio principio, ſcilicet, corpore cęleſti, ut magnes uirtutem habet trahendi ferrum; & iaſpis ſtringendi ſanguinem. &, quo magis formæ ſunt nobiliores; eo magis habent uirtutem ſupergredientem materiam: ſic & anima per intellectum excedit corpus; ut ſic nullo modo dicatur corporis actus. ſimiliter iſtis Albertus in digreſsione inquit; Et ſubſtantia hęc habet quaſdam uirtutes ex ipſa fluentes, quæ in corporeę ſunt: & hoc conuenit ipſi; quia inter cęteras formas eſt propinquior, & ſimilior intelligentiæ; & ob id multas habet uirtutes ſimiles intelligentię; ut eſt uidere in aliis formis; quę ob ſuæ naturę nobilitatem, quaſi totum poſſe aſſumunt agentis; ut ignis, ſi reperit materiam aridam, ſubtilem, & multæ aereę humiditatis, plurimas in ea proprietates operatur, lucem ſcilicet, calorem, & alia; ſecus uerò in diſsimilibus: ſic agens primum operatur in anima formam, ſcilicet ſibi ſimillimam; quę non tota miſta materię; ſed multas habet uirtutes, non miſtas. & addit Albertus; Et in hoc conſentimus Alexandro: diſſerimus autem; quia uolebat ipſe, quòd ex miſtura elementorum reſultaret: nos autem, quòd ab extrinſeco datore ſit. quę, licet ſecundùm intellectum ſit ſeparata; anima tamen coniuncta eſt, per alias ſuas uirtutes; quę illi naturales ſunt: ut eſt corporis perfectio. & quamuis intellectus ſeparatus ſit; eſt tamen potentia coniuncti; cum eſt

potentia

potentia animæ; quæ ſecundùm potentias quaſdam coniungitur corpori. Quartum fundamentum patet ex dictis Philoſophi tertio de anima decimooctauo, & quarto. Intellectus poſsibilis poteſt fieri intelligibilia quæque. & tertio ani. primo. Eſt, quo intelligimus. Ex his elicitur corollarium pro confirmatione concluſionis quòd intellectus poſsibilis, ut prima illa perfectio eſt, non poteſt eſſe vna. confirmant deinde hoc Latini, & rationibus, & auctoritate: & primò Albertus format in Auerro. duas haſce rationes fortiſsimas: altera eſt, quòd ex duodecimò metaphyſicæ; Principia vniuerſalia ſunt rerum vniuerſalium; & particularia particularium: at forma maximè digna eſt, principium appellari: ergo intellectus poſsibilis, cum ſit forma huius indiuidui humani; debet eſſe ſic; quia eſt virtus animæ, quæ eſt forma: ergo diſtingui debet ab alia humana numero. ſecundò, & fortiùs; quod clarius format Sanctus Thomas quæſtione tertia diſput. Ponatur intellectus poſsibilis ſeparatus: & tamen, quòd per illum intelligant Plato, & Socrates; cum intelligere non poſsint per aliam virtutem: quandoquidem intelligere ſit operatio intellectus. operatio quælibet, quæ debet multiplicari; biſariam multipllcari poteſt; uel ex parte principii operantis; poteſt & ex parte temporis, reſpectu obiecti, vt aliud ſit intelligere hominē; & aliud ſit intelligere equum: non autem multiplicari poteſt ex parte principii operantis, ſi intellectus eſt vnus: ergo ſi talis operatio multiplicabitur; erit ex parte obiecti, ſcilicet, ratione phantaſmatū diuerſorum, huius ſcilicet, vt hominis; illius verò, vt equi. at, ſi duo homines de eadem re præciſè phantaſmata habebunt; erit tunc duorum hominum idem numero intelligere; quod eſt impoſsibile. præterea intellectus eſt principale agens; & phantaſma erit, ueluti inſtrumentum. modò non poteſt agens duobus ſimul inſtrumentis vti; ſicuti nec nauta duabus ſimul nauibus; quare neque intellectus duobus ſimul phantaſmatibus: quod eſt contra Auer. quia intelligentia vna non vtitur, pluſquam uno orbe. vltimò, ſi daretur ſic vnus in omnibus intellectus; ſequetur, quòd vnus duntaxat erit intelligens, vnus volens: ex quo ſequetur, quòd nulla erit inter homines differentia, quantum ad liberam voluntatis electionem; ſed eadem erit omnium: quod vniuerſam deſtruit moralem Philoſophiam. Auctoritatibus deinde ſuam hanc firmat ſanctus Thomas ſententiam, Themiſtii ſcilicet, & Theophraſti, per Themiſtium adducti. cum dicat in opuſculo ſanctus Thomas. Ex uerbis Themiſtii colligitur non ſolùm poſsibilem, ſed agentem, partem eſſe humanæ animæ. & iterum; Quòd homo eſt id, quod eſt, non ex anima ſenſitiua, ut mentiuntur quidam, ſed ex parte intellectiua, & principaliori. deinde paulò inferiùs inquit; Et Theophraſtus dixit, quòd eſt potentia omnia; non tamen, quòd nihil ſit; ſed, ut ſenſus ad ſenſibilia; &, quòd non intelligitur eſſe ab extrinſeco, quaſi quoddam adiectum accidentaliter; ſed in prima generatione, ſicut continens, & comprehendens naturam humanam. idem auctoritate Arabum; ſiquidem Auicen. ſexto naturalium dicat, practicum intellectum egere corpore, & uiribus corporeis ad ſuas actiones contemplatiuus autem non ſemper, neque omnino: ſufficit ipſe ſibi per ſe ipſum: nihil autem horum anima humana eſt: ſed anima ipſa habet has uirtutes. Algazel & ipſe libro ſecundo de anima humana, capite quinto inquit; Cum elementorum commiſtio fuerit pulchrioris, & perfectioris æqualitatis, qua nihil poteſt reperiri ſubtilius, & pulchrius; tunc fiet apta ad recipiendam, à datore formarum, formam pulchriorem formis; quæ eſt anima hominis. huius autem animæ humanæ duæ ſunt uirtutes: una operans; & altera ſciens: erit itaque intellectus, uirtus animæ humanæ. & ſic concluſio confirmata eſt. ſecunda concluſio eſt, quòd intellectus poſsibilis eſt unus in omnibus hominibus: & hæc tanquam propria aſcribitur Auerroi, In qua examinanda duo faciemus; primò, an ſit hæc ſententia Ariſtotel. ſecundò, argumenta, & fundamenta in oppoſitum ſoluere. Fundamentum pro hac concluſione, primum in ordine eſt, quòd intellectus non eſt forma hominis dans eſſe ſpecificum homini; neque uirtus alicuius ſubſtantiæ largientis tale eſſe: undè diffinitio data de anima, competit intellectui fermè æquiuocè: ſecundum, quòd multitudo differentium, ſecundùm numerum, eſt multitudo differentium ſecundùm materiam: tertium eſt, quòd intellectus continuatur cum homine, non ratione partis, quæ de eo eſt, quaſi materia; ſed quæ de eo eſt, quaſi forma: & eſt intentio intellecta: quartum, quòd intellectiua uirtus ſit incorruptibilis; per quod excluditur Alexandri ſententia: quintum; Intellectus intelligit de nouo, reſpectu huius, atque illius indiuidui; non autem reſpectu totius humanæ ſpeciei. Probatur ſuppoſitum primum uerum; quia duas habet particulas; ideo de prima priùs: de qua tametſi ſatis ſuperque dictum ſit in quæſtione, utrum det eſſe; dicemus adhuc quædam pro præſenti materia: nam Philoſophus, cum diffiniſſet animam in ſecundo, dixit immanifeſtum eſſe, an ſit corporis actus anima, ſicut nauta naui. quòd uerò fuerit iſta Ariſtotelis ſententia, ex uerbis eius facilè deduci poteſt: nam uoluit Ariſtotel. agentem, & poſsibilem eſſe uirtutes animæ, ut Auerroes, & cum eo Græci, Alexandro excepto. & ipſemet Philoſophus innuit in hoc textu decimoſeptimo, neceſſe & in anima has eſſe differentias. Præterea decimonono agens de intellectu agente, dixit; Et eſt ſubſtantia actu ens. quæ prædicata dici non poſſunt de anima rationali; quam ponebant Latini; quia talis eſt corporis actus per uirtutes alias inferiores, ſenſitiuam ſcilicet, & uegetatiuam: neque dici poteſt de uirtute talis animę; quia uel illa uirtus ſubſtantia erit; & tunc erit anima ipſa; quia non ponunt aliam ſubſtantiam formalem præter hanc, quam dicunt animam; nec dicenda eſt qua-

litas; quia Philoſophus inquit; Eſt ſubſtantia actu ens. ergo erit ſubſtantia realiter diſtincta ab anima, quæ dat eſſe; quare & ſic intellectus poſsibilis erit; cum ſint illius eiuſdem ſubſtantiæ duæ differentiæ; quare ſubſtantia illa non dabit eſſe; ſed erit, vt nauta naui. hanc ſententiam cum Auerroe voluerunt Philoponus, Simplicius, Themiſtius, quòd eſſet, tanquam nauta naui. Sueſſanus contra hãc determinationem inſurgit duobus validiſsimis mediis; & primo, vel per cogitatiuã reponitur homo in ſpecie vltimò; vel ſimul cum intellectu aſsiſtente: ſi primo modo; tunc, cum homo dicetur intelligens; hoc illi inerit, vt operatio extrinſecùs adueniens, & accidentalis; cum ei non conueniat reſpectu propriæ eius formæ, & ſpecificæ: ſecundo, Si cogitatiua perficit hominem in ſpecie; tunc homo merè erit, & formaliter brutum; quia cogitatiua non excedit gradũ ſenſitiuum; quamuis ſit aliis perfectior. Ad quorum primum dicendum, quòd homo, verbi gratia, Socrates intelligit per intellectum; & tamen habet eſſe ſpecificum à cogitatiua; ergo accidentaliter. Negatur conſequentia: ſequeretur enim; ſi cogitatiua non, vt ſubordinata eſſet intellectui: quare ſciendum, quòd, ex eo quòd Socrates dicit compoſitum ex corpore, & anima, cogitatiua non dicitur formaliter intelligere; ſed, vt ſit vnum ex intellectu, & tali compoſito: nam intellectus, ut incorporeus, loco, & ſubiecto à Socrate cogitante diſtinctus non eſt; cum naturaliter inclinetur. & moueatur ad ſimilitudinem rei cognoſcendæ ex ſpeciebus exiſtentibus in anima cogitatiua: & ſic eſt intrinſecum operans, & homini appropriatum; quare vbi cogitatiua, ibi & intellectus humanus; & è conuerſo: non ſequitur itaque per accidens: &, quamuis ſit extra formam ſpecificam, habet tamen ad illam à natura eſſentialem habitudinem; quam habet & intelligentia ad orbem: quippè qui tametſi ab intelligentia dependeat; non habet tamen eſſe ab illa; ſed ex ſua natura æternum, vt primo cœli probatum eſt. ad ſecundum neganda illa conſequentia; quia dicitur homo per differentiam additam generi, in quo communicat brutis. quę differentia eſt longè perfectior differentiis brutorum; cũ ad ipſam ob eius perfectionẽ ſequatur intellectus intrinſecùs operãs. quinimo argumentũ retorquetur in ipſum: Homo eſt homo per animã intellectiuã immortalẽ: ergo de eo nõ prædicabitur animal. deducitur: quia animal, cũ ſit genus prædicamẽtale de ſibi ſubiectis ſpeciebus, & vniuocè dicatur; de immortali dici nõ poterit; quia eadẽ rõne & de aliis diceretur animalibus. Secunda particula in notando poſita, quæ eſt fundamentum diſcordiæ, probatur per Philoſophum textu primo huius tertii. De particula autem, & cæt. Vel per illam intelligimus, ut Latini, potentiam, ſiue uirtutem huius ſubſtantiæ humanæ, quæ anima dicitur rationalis; vel ſubſtantiam diuerſam ab illa. non eſt dicendum primum; quia ſiue uirtus, ſiue potentia, erit accidens: at poſsibilis intellectus paſsim ab Ariſtotele ſubſtantia dicitur, primo de anima 65. Intellectus videtur ſubſtantia quædam in fieri, & cæt. quòd, ſi per virtutem illam, intelligant ſubſtantiam; tunc uel erit eadẽ cum ſubſtantia animæ realiter; & tunc non dicetur ſeparata à corpore; ſed dabit eſſe corpori, ſecundum ſua fundamenta; quod eſt contra ipſos. præterea, vt deducit Philoponus in primo textu huius; Si anima eſſet ſubſtantia vna; plurificata tamen poteſtatibus diuerſis; eadem eſſet & corruptibilis, & incorruptibilis; quod maximè inconuenit; quia anima partem habet corruptibilem, & partem incorruptibilem: & ideo exponit per particulam, rationalẽ, ſcilicet, animæ partem, ut ſe exponit, cum dicat; Particula animæ, hoc eſt, anima rationalis. Præterea confirmatur; Non idem genus ſubſtantiæ eſſe poteſt corruptibili, & incorruptibili 10. metaph. vigeſimo ſexto, ſed intellectus pro cogitatiua, & pro intellectu; quia nomen hoc, intellectus, apud Græcos, & Auerroem dicitur etiam de cogitatiua, ut Simplicius in prologo tertii huius. dicitur & corruptibilis, & incorruptibilis apud Ariſtotelem ergo non poſſunt dici ſubſtantia vna, neque potentiæ einſdem ſubſtantiæ. deducitur aſſumptum ex dictis Themiſtii, & communiter exponentium ſuper textu vigeſimo tertii huius; Non memoramur; quia intellectus paſsiuus corruptibilis. & per hunc cogitatiuam voluerunt. declarat magis hoc Themiſtius in hoc tertio capite trigeſimoquinto, adducens textum ſexageſimum ſextũ, primi de anima; Intelligere, amare, & odiſſe, ſunt affectiones coniuncti: quapropter, eo corrupto coniuncto, neque meminiſſe poſſumus, neque amare. & addit; Videtur Ariſtoteles, cum dicat communem, patibilem, & corruptibilem intellectum accipere. ſubiungens; nam intellectũ potentiæ, dubitatio nulla eſt, quin impatibilem, ac ſeparatum putauerit. concludit Themiſtius; Si pugnantia dicere Ariſtotelem nefas eſt credere; neceſſe eſt intellectum communem alium eſſe ab intellectu potentię. Cui itaque dubium eſſe poteſt tanti Philoſophi auctoritate, quòd hi non poſſunt eſſe eiuſdem ſubſtantiæ uirtutes, ſiue poteſtates diuerſæ? ſed ſunt eſſentiæ diuerſæ: quare modò palàm eſt, quòd intellectus non eſt uirtus animæ illius, quæ dat eſſe, contra fundamentum latinorum præcipuum: quare ſequitur & corollarium, quòd diffinitio data de iſtis in ſecundo de anima, dicatur ferè ęquiuocè. ſecundum fundamẽtum Ariſt. eſt primo cęli 92. qui dicit cęlum; dicit formã: qui verò hoc cęlũ; dicit materiam: quare determinat diſtinctionem numeralem eſſe merito materiæ quantæ. &, ſi darentur plures primi cęli; darẽtur plures primi motores; ergo & materiales. idem fundamentum poſuit 12. met. 49. vbi aſſeruit in his, quæ à materia non dependent; nõ eſſe niſi unũ in ſua ſpecie numero: cum itaque intellectus non dependeat; concluſio patet. tertium ẽt ſuppoſitũ patet ex dictis. Cũ intellectus nõ ſit forma dãs eſſe; ſit tñ, per quã homo ĩtelligit; ideo cõtinuabitur nobis: & cũ nõ ꝑ eſſentiã, q̃a ingenerabilis, & incorruptibilis eſt; ergo per actum intelligendi

ligendi

ligendi: vndè per colligantiam intentionum imaginatatum enm phantaſmatibus, fit in nobis actu intelligens: & nos ſic per ipſum dicimur actu intelligere. quartum conceditur à Latinis, ſicuti à Græcis, & ab Arabibus, omiſſo Alexand. & ſequentibus. quintum ſequitur & ipſum ex dictis, & ex declaratis in commento per Auerro. quapropter hæc eſt concluſio, quam voluit Ariſtot. quòd ſcilicet intellectus materialis ſit vnus numero in omnibus hominibus. quæ quidem concluſio probatur contra Latinos; Si intellectus materialis eſt numero plurificatus; ſequetur, ergo materialis: ergo potentia intelligibilis; & non intellectus eſſe dicitur. Ad primam conſequentiam reſponderit Latini, negando conſequentiam: quia diſtinctio animarum inter ſe, non eſt per materiam, ex qua educantur; cum non recipiant eſſe à materia; ſed eſt per diuerſas habitudines ad corpora. contra; In inſtanti ſuæ creationis in illo priori, in quo non ſunt unitæ adhuc corpori; ſunt diſtinctæ; ergo non per corpora. Dicunt, quòd non datur creatio animarum ante corpora; ſed ſimul cum corporibus. tunc adhuc contra; Poſt ſeparationem illarum à corporibus remanebunt diſtinctæ numero; & non erunt corpora illarum; ergo, & cætera. Dicunt, quòd diſtinguuntur per habitudines, ut Sanctus Thomas ſecundo contra gentiles, capite ſeptuageſimoquinto, & octuageſimoptimo; modò per mortem ad corpora, quæ informabant. contra, Illa corpora ſunt corrupta; dicunt per habitudines ad illas materiæ portiones, quas informabant. at contra; Illa materiæ portio, cum ſit nuda, & penitus abſque ulla diſpoſitione; non habet magis, quòd informetur ab hac anima, quàm ab illa; ergo portio unius poterit terminare relationem alterius. præterea ſint animæ duæ numero, quæ nunc ſeparentur à duobus ſuis corporibus; certum eſt, quòd reſolutio facta erit vſque ad materiam primam: tunc duæ illæ portiones materię uel manebunt; & ſic materia erit ſine forma; uel informabuntur aliis formis; & ſic ad primas amplius reſpectum non habebunt. illæ itaque habitudines fruſtra erunt. ſecundò ponatur, quòd una & eadem portio materiæ à duabus ſucceſſiuè animis informetur; tunc quærendum erit, per quod diſtinguantur. non poſſumus amplius dicere, ꝙ diſtinguantur per habitudines ad diuerſa corpora. Videns Algazel libro ſecundo de anima humana, capite quarto tractatus quarti, difficultatē huius argumenti, dixit, quod non eget corpore niſi hac conditione, ut cognoſcatur cauſa: quæ cognoſcitur per hoc, quòd corpus eſt cauſatum. at, poſtquam habuit hoc, non eſt amplius opus, ut corpus maneat. at homo iſte debet reddere cauſam diſtinctionis harum animarum; cum iam remota ſit tota materia; & quælibet ad materiam aptitudo. Auicen. ſexto naturalium parte quinta capite quinto dicit; Sed ſine dubio aliquid eſt; quamuis illud non ſciamus, per quod ſingularis anima effecta eſt. Scotus & ipſe quarto ſententiarum diſtinctione 43. quæſtio. ſecunda confirmat opinionem Latinorum, cum ibi agat de reſurrectione, per argumentum ſumptum à diffinitione; & primò de anima diffinita in ſecundo deinde in principio tertii. De parte autem animę. & inquit, Eſt ſaltem pars ſubiectiua huius cōmunis: ſecundò de homine, cum dicatur homo animal rationale: per rationale intelligens animam intellectiuam eſſe partē eſſentialem eius. deinde ſubiungit; Ille maledictus Auer. poſuit intellectū ſubſtantiā ſeparatam unibilem nobis per phātaſmata: quam coniunctionem nec ipſe, neque ullus de ſequacibus eius potuit explicare. At dictum Scoti peripateticum non eſt. & ipſe eſt, qui noluit intelligere Auerro. iam ſatis dictum ex ſententia Græcorum, excepto Alexandro, quòd diffinitio illa animæ non ſit uniuocè dicta; ſed de intellectiua, ut de nauta cum naui, ut Philoponus, & Simplicius in ſecundo dixerunt. Præterea, ſi per rationale, intelligeremus animam intellectiuam; tunc potentia contineretur ſub animali, ueluti ſub genere; ut etiam irrationale continetur: ergo eſſet corruptibilis: ſic dubio procul & daret eſſe; & eſſet multiplicata, ut optimè ſecundùm ſuam ſententiam concludit Alexander. cui & ſi Latini dicantur eſſe ſimiles; differunt tamen; quia hæc, quæ ſequuntur per dicta Alexandri, peripateticè ſequuntur: illa uerò catholicè, & uerè; peripateticè uerò nequaquam. quare dicendum, quòd per rationale intelligimus ultimam hominis differentiam; per quam homo eſt homo; & diſtinguitur à quocunque alio animali; & eſt, ut talis, generabilis & corruptibilis: talis autem cōgitatiua eſt, ut in hoc, commento trigeſimotertio; connotat tamen alteram ſecum unitam ſubſtantiam, quæ immaterialis eſt; quia, ubi primùm cogitatiua in homine eſt; ſtatim & intellectus reperitur: neque ſine altera, reliqua reperitur. ſic uoluit formarum omnium dator. Quod verò Scotus dicat non intelligibilem eſſe Auerro. declarabimus opinionem hanc Scoto per Nemeſium, & Porphyrium Græcorum excellentiſſimos. inquit Nemeſius; Cum dicatur anima in corpore eſſe; non intelligendum eſt, ut in loco corpore; ſed ueluti in poſitione, & præſentia eſſe; quo modo Deus dicitur in nobis: & uerificatur maximè in homine unio diuinæ rationis: quæ quidem ibi eſt; quia ibi operatur. clariùs Porphyrius: cui fides negari non debet in philoſophia. cuius uerba formalia adducit Nemeſius in ſecundo ſermone quæſtionum. hæc ſunt; Non ignorandum ſuſcipi quandam ſubſtantiam in perfectionem, & complementum alterius ſubſtantiæ manentem tamen ſecundùm ſui prius naturā; poſtquàm alteram compleuerit ſubſtantiam. addens deinde, Et ipſam non conuerſam; ſed uertentē illa in quibus eſt, in propriam eius operationē ſui pręſentia. Quare intelligat Scotus ſic intellectus ſubſtantiam uniri cogitatiuę in homine, ſcilicet, ſic ſpiritaliter uniri præſentia; quo modo fermè amaſię corporaliter amans. Redeuntes modò ad principale dicimus, cū Ariſt. peripateticè ſentientes, unicū intellectū in oībus reperiri hominibus. hoc

declarat Themiſtius diuina digreſsione in hoc tertio capite 32. vbi determinat intellectus agentis vnitatem. quem non Deum, ſed animæ rationalis uirtutem, ut validiſsimè confirmat capite 31. contra tenentes Deum eſſe: inquit ibi intellectum agentem eſſe vnum; poſsibilem verò plures, vt illuminatos, & illuminantes. & declarat & vnitatem, & pluralitatem huius vnius ſubſtantiæ incorruptibilis. Agens, vt ſol. Sol, inquiens, quanquam unus; lux tamen, quæ de ſole prodit ab eo diuellitur, & abiungitur quodammodo; atque in multos obtutus diſtrahitur. quare ex dictis Themiſt, clariſsimis elicitur lux vna à ſole vno, ſed multiplicata ob obtutus diuerſos. quid aliud voluit Auerro. in hoc Themiſtii ſententia? perſuadet deinde vnitatem intellectus Themiſtius cum dicat; Vndè illæ communes animi conceptiones omnibus, natura duce, nulla doctrina, nullane ratione. vndè poſtremò intelligere mutuò, & intelligi poſſemus. & addit; Niſi vnus, ſingularisque intellectus fuiſſet, quem communem omnes haberemus. quod niſi dicatur; diſciplinæ transfundi in diſcipulum non poſſent. ſubiungens, perſpicuum eſſe eundem præceptoris, & diſcipuli intellectum eſſe. Non uideo ſanè, quomodo Themiſtii auctoritate ſuam firmauerit ſententiam Sanctus Thomas. eandem ſententiam voluit Simplicius in prologo huius tertii; cum dicat; Vna enim exiſtit anima noſtra rationalis. dico, quæ ſimul manet, & plurificatur in eo, quòd ad corpus vergit, non purè manens, neque penitus diſtans: ſed partim manens; partim à ſeipſa progreſſa. quæ concluſio cum ſatis ſecundum peripatetica fundamenta firmata ſit, & ſecundùm peripateticos expoſitores; reliquum eſt, ut faciamus ſatis his, quę in oppoſitum obiecta ſunt. & primò fundamentis, quibus ſuam Latini firmabant opinionem, negando, quòd ſit anima vna numero in homine; cum ſaltem intellectiua illa ſit, quæ deforis aduenit; & diſtinguatur à ſenſitiua, vt incorruptibilis à corruptibili, ut dictum eſt ex ſententia Ariſtotelis primo de anima 66. & tertio animę 20. Ad probationem huius, dicendum, quòd non eſt propriè, ut motor; ſed forma aſsiſtens; & alteram perficiens, vt Porphyrius dixit, intrinſecùs operans. Ad aliud dicendum, quòd non ſit per ſe unum ex pluribus in actu, ut in actu eſt; ſed, ut ex perfectibili, & perficiente, vt in propoſito eſt. Secundum quoque fundamentum peripateticum non eſt, ut diximus in quæſtione propria, & hic. Ad confirmationem dicendum, quòd illa diffinitio non eſt vniuoca, ſed analoga. Ad illud in tex. octauo, dicendum, quòd confuſo modo, & indiſtinctè loquutus fuit de anima; vt ipſemet ſe declarat, text. undecimo. Figuraliter autem dictum eſt. & textu duodecimo, in quo nouam aggreditur de anima diffinitionem; & propriam, ac magis determinatam. ideo potuit in illo confuſo dici forma; & uideri etiam eſſe forma, quæ eſt ſecundùm rationem, quia nondum diſtinctè cognita erat: & ob id textu vndecimo dixit; Amplius immanifeſtum, ſi ſic eſt, ut nauta naui. Soluitur & alia authoritas in ſecundo ani. vigeſimoquarto per diſtinctionem datam de forma, verum eſt, quòd eſt forma, qua intelligimus, & formaliter intelligentes dicimur, ut & textu primo huius. Ergo per formam dantem eſſe ſpecificum. Negatur. ergo per formam intrinſecùs operantem, & nobis unitam, ut dictum eſt. Verum eſt. Tertium fundamentum adhuc peripateticum nō eſt, & omiſsis, quæ dici poſſent de aliis animæ uiribus; de ea, quæ ad propoſitum eſt, agamus; nam ſi per potentiam intellectiuam corpus excedat rationalis anima; uel iſta potentia erit eadem realiter cum ſubſtantia animæ; & tunc non excedet corpus; ſed dat eſſe corpori: nec dici poteſt, quòd ſit eadem realiter, ſed formaliter differat; quia tota differentia erit per noſtrum modum intelligendi: ſi uerò qualitas; tunc erit minus abſtracta, quàm ſubſtantia. præterea, ut dictum eſt, Philoſophus paſsim nominat intellectum poſsibilem ſubſtantiam. Ad illud 22. ſecundi ani. quòd non debet intelligi ſeparari à corpore; ſed ſeparari ab aliis uiribus animæ; quia nō coincidit in eandem ſubſtantiam cum aliis; hoc mihi ualde apparet obſcurum. dixit, quòd eſt virtus animæ rationalis; cuius & aliæ, ſenſitiua ſcilicet, & uegetatiua potentiæ ſunt. & negauerit in eandem ſubſtantiam coincidere. Pręterea, ſi intelligatur ſeparari ab aliis; non diſtinguetur à potentia ſenſitiua; quia & ipſa à uegetatiua ſeparatur. quòd ſi dicat; Illę utuntur corpore; iſta uerò non; ergo ly, ſeparari de iſta, intelligemus à corpore. confirmatur per Philoſophum tertio de anima ſexto. Senſus autem non ſine corpore eſt: intellectus autem ſeparabilis. Dicit Sanctus Thomas, ideſt non calidus, non frigidus, non utens organo, vt ſenſus. non quòd omnino intelligatur ſeparatus: at, ſi ſic, nō diceretur ſeparabilis, & omnes exponūt: ſed ſeparatus. declarabimus poſtea Deo dāte. malè deinde criminatur Auer. quod, ſ. negauerit intellectum eſſe partē aīæ; quandoquidem in primo commento huius expoſuerit intellectum eſſe partem animæ ut diſtinctam contra ſenſum. uerum tamen eſt, quòd uoluit, & rectè, eſſe partem poteſtatiuam unius totius ſubſtantiæ indiuiſibilis; ſed ſubiectiuam reſpectu huius communis analogi; anima, & eſſe illius analogatum primum. malè etiam damnat diuinam Simplicij expoſitionem; quia, & ſi nihil adhuc de agente, aut poſsibili determinauit; proponit tamen determinandum; quia iam per dicta de ſenſu conſtat, & ſi indiſtinctè, dari in intellectu particulam poſsibilem; & ideo nunc nihil determinatè in primo textu. & quòd rectè dixerit Simplicius, conſtat; quia diffinit ipſam in textu quinto Ariſto. Ad illud 12. met. 17. dicendum, quòd intelligit de intellectu poſsibili; uel de tota intellectiua: cuius particulę ſunt poſsibilis, & agens; non autem de anima, in qua continetur potentia ſenſitiua. Ad perſuaſionem S. Thomæ, quòd detur talis uirtus in anima; quia & in compoſito ex elemētis aliquo,

repo-

reperitur uirtus, quæ excedit naturas elementorũ, ut in magnete, & aliis; cum habeat hòc à motore extrinſeco, cœlo ſcilicet, non uideo, quomodo ſit hoc peripateticum. nam cœlum, ſecundùm philoſophum, agit in hæc inferiora motu, & lumine 2. cœli 42. undè ſic eſt uniuerſale agens, & non agens per influentiam. præterea accidentia terminata fundantur in compoſito, ſecundo de anima quarto. & hoc merito formæ 7. met. 49. Actus ſeparat, & diſtinguit: modò attrahere ferrum, eſt proprietas, quæ inſequitur magnetem; ergo ratione formæ talis: ſed forma magnetis eſt forma educta de elementis; ergo & proprietas inſequens ſapit naturam elementorum; & magis, quia eſt accidens inſequens formam; ergo ab agente naturali, à quo forma eſt. 8. phyſicorum 4. tertio cœli 28. 4. cœli 22. nec ualet ratio de extrinſeco motore; quia proprietas alicuius ſubiecti pendet ab illis eiſdem eſſentialibus cauſis, à quibus & compoſitum, materia ſcilicet, & forma. ex quo ſequitur, quòd per ueras diffinitiones manifeſtari debent accidentia propria, ut primo ani. t. 1. dixit Ariſt. ſic de uirtute animæ dicendum erit. undè optimè in Alexandrum argumentatus fuit Auer. inquiens, quod natura præparationis ſequi debet naturam ſubiecti præparati. etiam ex dictis Alberti concedendum uirtutem hanc ſimilem intelligentiæ; ſed intelligenda erit illa, quæ intellectiua eſt. quòd, ſi dicat animam totam, ut dicit, admittatur adhuc. Ergo habebit uirtutem corpori non communicãtem. Negandum; nam ideo intelligentia tales habet uirtutes; quia eſſentia intelligentiæ eſt à corpore ſeparato: quod, ſi eſſet, ut ponitur, anima dãs eſſe corpori, & corporis actus; haberet quin etiam uirtutes, ſic illam conſequentes; quamuis ſecundum magis, & minus in perfectione differentes. exemplum autem de igne, non concludit; quia arguit in combuſtibili meliorem receptionẽ actionis agentis; quia in paſſo materia illa eſt diſpoſita magis, ut ex illa educatur forma, & proprietas ſimilis igni; quia in ea plus dominatur ignis; nunquam tamen erit proprietas ignis puri, à ſimili dãte anima eſſe corpori; bene ab agente ſeparato poterit habere uirtutem minus materialẽ, & corpoream; nunquam tamen penitus ſeparatam; ut, quæ agentis ſeparati eſt. Ad quartum fundamentum dictum eſt, quomodo dicatur perfectio. Modò ad rationes, & ad primam Alberti dicendum, quòd ratio concluderet, ſi intellectus eſſet forma dans eſſe. ſed de hoc iam dictum eſt, quo modo ſit forma. Ad ſecundam ſancti Thomæ dicendũ; quòd, ſi caperetur ſolùm intelligere Socratis, & Platonis, reſpectu ſubiecti, per quod eſt unum ens in mundo; argumentum concluderet; nec ſequeretur impoſsibile; quia iam probatum eſt, unum numero eſſe. at, ſi intelligatur etiam per ſubiectũ, per quod eſt uerum; tunc colligationes illæ erunt diſtinctæ numero; ut diſtinctæ ſunt cogitatiuæ utriuſque numero. Ad aliud concedendum; quia inſtrumẽtum animæ intellectiuæ, orbis uniuerſus eſt humanus; at, quod in diuerſis operetur indiuiduis; in cauſa eſt; quia orbis ſecundum ſucceſsionem æternus; non autem ſecundùm unitatem numeralem; ſicut cœlum eſt, reſpectu intelligentiæ. Ad ultimũ neganda eſt conſequentia; cum pendeat & intellectus, & uoluntas incorruptibilis noſtra, & uniuerſalis in colligantia cum intellectu, & uoluntate noſtra particulari. per quam fiunt minores præmiſſæ: & inde ſequuntur actus morales: & eſt cogitatiua: ut dicetur in parte de intellectu practico.

Quantum ad auctoritates, miror, quòd Græcos adduxerit: quorum ſententia per dicta iam nota eſt eadem eſſe cum ſententia Auer. & quãuis Themiſtius dixerit, homo quòd ſit intellectus agens: noluit tamen intelligere, quòd det eſſe huic, uel illi; cum ſatis conſtet Themiſtium poſuiſſe illum unum numero, ueluti Solem. Sed dixit; quia notauit adeptionẽ illam intellectus; quam & Auer. poſuit. Arabum autem dicta, quamuis in ſe uera ſint, ut nos pro certo tenemus, ſicuti & Latinorum; ſunt tamen dicta ſine ratione peripatetica. Reliquum eſt, ut pro reſolutione ſecundi articuli uideamus, utrum hæc ſententia Ariſt. ſit ſecundùm ſe uera. Dicendum, quòd non. quare hanc indubiè tenemus ueram concluſionem eſſe, & in philoſophia, & in Theologia; quòd animæ intellectiuæ creatæ ſunt numero diſtinctæ; tametſi cum Theologis magis, quòd non ſui creatione corpora ipſa præceſſerint. declaratur primum; nam illa Philoſophia eſt magis credenda uera, & fidelis; quæ magis conſona eſt Theologicis ueritatibus; in quibus ſumma reperitur ueritas: modò philoſophia, quã Plato profeſſus eſt; maximè proxima, ac ſimilis. quinimo Plato dictus fuit Moyſes Atticus. at Plato expreſſam animarũ multitudinẽ ponit. in Phæd. dixit, animas noſtras ante natiuitatem extitiſſe, & omnia ſcientes. ac in eodem atteſtatur eas remanere poſt mortem, ducique ad iudicium, ac ipſis propria deputari loca; & puniri, ac præmiari. idẽ in Phædro; Dependet autem horum ueritas, ab alia ueritate; quia immortalis eſt: quare ſequitur, quòd poſt corpora manent. modò rationi conſonum eſſe debet cuicunque ſani intellectus, quòd una manere non debet. quod perinde eſſet, ac nos ueluti pecudes interire; cum noſtræ non maneant animæ; ſed omnium una. quod dictum eſt omnium abſurdiſsimum. non tamen ſuſtinenda Platonis ſententia, quòd, ſcilicet, anima ſit ante corpus, ut dixit ipſe in Epinomide, animam corpore antiquorem; cum anima nõ ſit ſubſtãtia per ſe ſubſiſtens; ſed alterius ſubſtantiæ pars; & forma dãs eſſe. quare dicendum, ex nihilo creari animã: atque in eodem inſtanti temporis eſſe terminum creationis; quatenus eſt per ſe exiſtens; & terminum generationis extrinſecùs, quatenus ſubſiſtit ſubſiſtentia totius. confirmatur quinetiam ea, quã cõfirmauit ratione Auer. intellectum eſſe immortalem; quia in hoc tres leges conueniunt. idẽ etiã cum dixerit de animarum pluralitate, quæ ſi non eſſet, leges ruerent: quod maximè impium eſt dicere; ſic neque boni præmiis; neque mali pœnis cognoſcerentur. undè melius eſſet Alexandri ſententiam ſuſtinere; quòd anima ſimul cum corpore pereat; quàm, quòd maneat, ſi mala, impunita;

ta;

tà; ſi bona, non remunerata. quod eueniret, ſi anima una numero eſſet. & hæc dicta ſint in hac materia ad laudem Dei omnipotentis.

Tertia autem Quæſtio. Hæc eſt tertia pars quartæ partis principalis huius digreſsionis: in qua ſoluit Auerr. tertiam quæſtionem: & tria facit; primò ſoluit; ſecundò repetit quæſtionem ſecundam cum ſolutione; tertiò inuehitur contra Auempac. prima adhuc tripartitur; primò reſumit quæſtionem; ſecundò ſoluit; tertiò oſtendit, quòd hoc modo determinando hás quęſtiones, ſoluere poſſumus dubia omnia, quæ contingunt: in prima adhuc duo facit; primò ſoluit; ſecundò ſolutionem declarat. quæſtiò erat; Cum intellectus materialis non ſit aliquod ens materiale, nulla ſcilicet, forma talis, neque prima materia; quomodo eſt aliquod ens? Soluit, quòd datur quartum genus eſſe. & declarat à ſimili, ut ſenſibile eſſe diuiditur in formã, & materiam; ſic intelligibile eſſe in ſimilia his; innuens, quòd, ſicuti in genere ſenſibilium datur & forma materialis, & prima materia, quæ recipit omnes; ſic in genere intellectualium datur & forma; vel dicatur Deus; uel intellectus agens: datur & materia; & eſt intellectus poſsibilis. differt autem à prima materia; quia illa recipit indiuidualiter; intellectus uniuerſaliter. præterea intellectus cognoſcit: materia prima non cognoſcit: nec, quia ſic recipit, cognoſcit; quia & ſenſus ipſe, cũ indiuidualiter recipiat, nõ cognoſceret; ſed, quia realiter ſic recipit, & præuiis diſpoſitionibus quantitatiuis, & qualitatiuis realibus: ſenſus uerò recipit intentiones. & hoc non ſatis eſt; quia & diaphanum recipit; ſed eſt anima cognoſcitiua. & hoc neceſſe eſt; nam, ſi ab intelligentiis mediis demeretur potentia, & remaneret ſolus actus; tunc intelligentiæ omnes eſſent æquè perfectæ. Si dematur actus, remanet potentia ſola: quare ſolus poſsibilis intellectus: undè dempta illa compoſitione in intelligentiis, demeretur illarum multitudo. & non eſt aliqua forma libera à materia ſimpliciter. ponit modo tria dicta corollariè declaranda; primum, quomodo iſta compoſitio ſit in intelligentiis; ſecundum, quomodo nulla forma abſtracta ſit ſimpliciter libera à materia præter Deum; tertium, quo modo in Deo quidditas, & eſſentia, ſint idem. de prima Sanctus Thomas uidetur uelle, in qualibet citrà Deum compoſitionem eſſe ex eſſe, & eſſentia: quæ tamen inter ſe ſunt diuerſa, ueluti materia, & forma ſunt. eſt & alia opinio, quòd nulla ſit in eis compoſitio: ſed ſecunda comparata primæ, ſe habeat, ut materia; comparata uerò inferioribus, ſe habeat, ut forma. ſed eſt purus error; quia ſic non concluderet Auer. qui uoluit in unaquaque materiam reperiri præter primam. arguatur ſic; quælibet, citra primam, potentia eſt; quia quælibet cadit à perfectione primæ; ergo potentia; ergo priuata illa; quia aliqua perfectio deficit inferioribus intelligentiis. ſunt itaque duo in unaquaque, & priuatio ſcilicet, perfectionis; & proprius uniuſcuiuſque actus. Sed fortè diceret aliquis; Secunda intelligentia eſt ſecundum gradum ſuum ſpecificum perfectiſsima; ergo non eget ſuperiori perfectione. Dicendum, quòd, etſi non egeat ut talis; eget tamen ratione generis, ut intelligentia inferior. quòd & Scotus uoluit 8. diſt. primi; ſic ſecunda recipit primam; ideſt, intelligit primam relucentem in ſe ipſa; & tertia, ſecundam, & primam; quia ſic intelligendo ſecundam, intelligit primam relucentem in ſecunda: & ſic uſque ad intellectum poſsibilem: qui tantùm recipit in altero extremo, ut in reliquo, Deus: qui tantùm recipitur. Notandum, quòd aliter prima intelligit ſecundã, & tertiã, quàm ab eis intelligatur: intelligit; quia illarũ cauſa eſt, & uirtute ſuæ perfectionis illas intelligit, ſeipſam intelligendo: at ſecunda cum ſit effectus, non poteſt intelligere primam intelligendo ſe; quia non continetur in uirtute ſecundæ: quare prima non intelligit aliquid extra ſe; ſecus aliarum quælibet. ex hoc patet ſecundum, quomodo nulla præter primam, eſt à potentia libera. patet & tertium, quo modo in Deo quidditas, & eſſentia ſint idem. & notandum, quòd hic habetur multitudo; non tamen habetur, quot ſint. addit Auerr. quòd, niſi haberemus hic naturam intellectus; non poſſemus ſcire, quòd intelligentiæ abſtractæ ſunt intelligẽtes. Pro quibus notandum, quòd Metaphyſicus capit à Naturali duo fundamenta; quibus conſiderat diuina; alterum, quòd abſtractum detur 8. phyſicorum; alterum, quòd abſtractum ſit intelligens, ut hic: ſed quo modo, eſt difficultas. quidam dixerunt: Ex quo intellectus iſte per ſpecies intelligit; ſic & de aliis intelligentiis dicendum erit. At opinio iſta Auerroica nõ eſt: nõ enim uult Auer. intelligentias alias per ſpecies intelligere; quandoquidem duodecimo metaphyſices 25. ponat ſubſtantias in duplici ordine: in altero impoſsibile eſt fugere accidentia; & eſt ordo ſubſtantiæ ſenſibilis: in reliquo nullum admittitur accidens; & eſt intelligibilis. prætetea ſentit Auer. quòd intellectus agens non per ſpecies, ſed per eſſentiam intelligit 18. & 19. Quanto magis quæ ſuperiores ſunt, per eſſentiam intelligent? cum itaque intellectus ſit dicta forma abſtracta; quia recipit omnes materiales; & ſit dictũ; & dicetur infra, quòd intelligit; habetur, quòd forma, cum penitus abſtracta ſit; intellectus eſſe dicatur. Et hoc latuit. Per modernos intellexit Algaz. & ſequaces; qui uolebant omnes orbes ab una duntaxat moueri intelligentia. ſecundùm Ariſtot. hoc uerum eſt in motu diurno: at in propriis motibus eſt falſum, ut ſecundò cœli dictum eſt. Et ideo ſcite de anima. Ex libro de anima ſcimus intelligentias eſſe multas; & eſſe intelligentes. & ex hoc apparet, quòd liber de anima, non eſt pars primæ philoſophiæ; quia illi præponitur. ſequitur deinde, quòd iſte intellectus intelligit intellectum, qui eſt in actu: per locum à minori, Magis debet intelligere immateriale; cum ad hoc, ut intelligatur abſtractione non indiget. At dubium eſt; cum intellectus ſit materialis; quia poſsibilis, & obiectiuè pendeat à materiali; magis debet intelligere materiale, quàm immateriale. Cui dicendum, quòd intelligi debet, quando erit diſpoſitus per omnia

materia-

materialia. & ſic non eſt argumentum à minori, ut malè quidam exponebant: ſed ſolùm ponit ordinem; quòd, ſcilicet, poſt materialia intelligit immaterialia. Imò debes ſcire. Ponit tres ſimilitudines intellectus agentis cum lumine; Videtur ex his, quòd intellectus agens priùs uniatur poſsibili; quàm ſpecies intelligibilis. Dicendum, ꝙ non unitur, ut forma materiæ; ſed, ut illuminãs: cum uerò poſsibilis perfectus erit; fiet totus intelligentia una. & addit; Sicut lux facit colores. Pro quibus aduertendum eſt, quòd ſimilitudo attenditur penès hoc; quòd, ſicut color ſpeciem ſuam in medio cauſare non poteſt, niſi lumine mediante; ſic intentiones imaginatę mouere non poſſunt intellectum poſsibilem, niſi agens faciat illas in actu. At uidetur dubium; quia lux uidetur cõcurrere ſolùm diſpoſitiuè, ſcilicet, diſponendo diaphanum pro receptione coloris: at agens uidetur etiam effectiuè concurrere, cum faciat illas actu intelligibiles. Dicendum, quòd ſimilitudo attendetur, quo ad primum modum. Tangit deinde adeptionem intellectus, quæ tunc nobis contingit, quando intellectus poſsibilis fuerit in poſtremo ſtatu; & perfectus, de quo 36. dicet. Et iſte modus. Hæc eſt ſecunda pars tertiæ partis, quartæ partis principalis: in qua ſecundam repetit quęſtionem; & diuiditur in duas: in altera inquit, ꝙ hoc modo diſſoluuntur omnes quęſtiones: in ſecunda oſtendit Auemp. non benè illas diſſoluiſſe. & ſic oſtendit poſitionem ſuam ſollere omnia dubia; poſitionem uerò aliorum minimè. In quibus dictis ſuæ oſtendit poſitionis maximam ſufficientiam. Et eſt impoſsibile. Eſt ſecundum argumentum ſumptum à Themiſtio, de quo retro actũ eſt. & uoluit innuere, quòd ſcientia, quæ eſt in præceptore, ageret. nam, ſi eſſet multiplicata, eſſet materialis: & tunc generaret ſibi ſimile; ut ignis ignẽ generat. & ex hoc, quòd Plato uidit ſcientiã, quæ in præceptore eſt, diuerſam non eſſe ab ea, quæ in diſcipulo; credidit ſcire noſtrum eſſe reminiſci: ponit deinde ſolutionem, quam prius de unitate, & multitudine. Modus autem. Hæc eſt tertia pars tertiæ partis quartę principalis huius digreſsionis: in qua concludit contra Auemp. & duo dicit; primò, quòd ſophiſticè arguebat; ſi argumentum eius eſt ad propoſitum: aut, quòd topicè; ſed argumentum non eſt ad propoſitum: quia intendebat probare, quòd intellectus agens eſt unus: & multa dixit eſſe ſpeculatiuum. addit Auerr. Hoc nomen intellectus æquiuocè dicitur de ſpeculatiuo, & agente. & ſic non ſoluit hanc quæſtionem, quæ erat de uno intellectu non æquiuocè, quòd ſit unum, & plura. quòd, ſi de intellectu dicatur æquiuocè, tunc non erit eius diſputatio diſputatiua, ſed ſophiſtica: nam in æquiuocis non eſt contradictio. Auerr. autem ſoluit de eodem intellectu, ſpeculatiuo ſcilicet; quòd, ſcilicet, eſt unus, & plures diuerſimodè; plures ratione ſpecierum intelligibilium; unicus autem ratione intellectus poſſibilis. & addit Auerr. quòd per iſtum modum diſſoluetur quæſtio, qua dubitabat Auemp. an intellectus materialis ſit extrinſecus, ideſt, ſit forma immaterialis, quæ ſit extrinſeca; quia ſcilicet, nõ eſt educta: aut ſit copulatus; ideſt, intellectus poſsibilis ſit forma educta. rationes, quibus uſus fuerit Auemp. neſcimus: ſed potuerunt eſſe iſtæ, diſputatiuæ ſcilicet, ad utramque partem; Si intellectus materialis eſt eductus; ergo plurificatus; ergo potentia intellectus: quod inconuenit. Si nõ eductus; ergo abſtractus; ergo unus; ergo ſcientia omnium una: quod inconuenit. Soluitur ſecũdùm Auerr. quòd ratione intellectus, ſcientia eſt unica; at ratione ſpecierum imaginatarum, à quibus dependet, eſt plurificata. & hæc dicta ſint.

Dubitatur in præſenti parte, utrum intellectus poſsibilis ſit ens in pura potentia. & uidetur, ꝙ non. nam Auer. ſecundo phyſicorum 12. dicit; ꝙ, ſi daretur ens aliquod in pura potentia; tunc, ꝙ non eſt in actu; eſſet in actu: quod inconuenit: ideo eſſe non poteſt ſine actu. erit itaque talis actus intellectus agens. quòd, ſi eſſet; fruſtra ponerentur ſpecies intelligibiles: nam intellectus poſſibilis poteſt omnia intelligere per intellectũ agẽtem; ergo, &c. &, ſi dicatur, quòd ponuntur ſpecies intelligibiles, ut uniatur homini; hoc nihil eſt; quia poſsibilis ponitur magis, ut uniatur agẽti, ut ſecundo de anima 60. Materia eſt propter formam; & non èconuerſo. ſi uerò dicatur, quòd ponuntur illæ, ut per illas poſsibilis intelligat; etiã nihil eſt; quia perfectius eſt intellectum poſsibilẽ intelligere per eſſentiam agentis, quàm per ſpecies: uidetur autem ex ſententia Philoſophi, ꝙ ſit pura potentia; cum diffiniens illum t. c. 5. dixerit, nullàm eſſe naturam aliam præter hanc, quòd poſsibilis ſit. In hac difficultate reprehendit Alexandrum Philoponus; Videbatur tenere intellectum poſsibilem, qui in pueris reperitur, eſſe omnino informem; & materiam ſolùm. Fundamentum fuit Alexandri; quia, ſi formam haberet; uerti poſſet circa illius cognitionem: & quæ eſſent illi oppoſitæ formæ, non cognoſceret. ſed, ut diaphanum eſt ſine colore, ut omnes recipiat; ſic intellectus ſine omni forma. & inquit; quòd ſubſtantia ipſius in pueris potentia eſt. errauit Alexander, ut inquit Philoponus; cum Ariſtoteles dixerit illũ formarum formam. damnat illum rurſus ſuper tex. 3. ſuſceptiuum ſpecierum. & ſuper tex. 5. quare inquit Philoponus ſuper tex. primo, quòd intellectus forma eſt etiam in pueris: potentia uerò; quia ſuſceptiuus ſpecierum; nam ut forma eſt; potentia eſſe non dicitur, ut uidetur Alexand. quid quid deinde ſit, ut dicimus, iniuſtè, ut opinor, carpit Alexandrum: quia Alexander per intellectum poſsibilem nõ intelligebat intellectiuam animã; quia etiam apud ipſum illa ſubſtantia forma dicitur: imò dans eſſe, & educta de potentia materiæ. ſed illius ſermo erat de illa præparatione, quã appellabat intellectum poſsibilem. quæ quidẽ præparatio dici non poteſt forma; ſed ad omnes formas præparatio; ut, & quæ in tabella, ad colores. fortè & Latini in hoc non fuerunt ab Alexan. differentes; quandoquidem per illam potẽtiam, qua intellectum poſsibilem figurabant; non animam ipſam intellectiuam, ſed animæ potẽtiam ad omnia

nia

nia intelligibilia eſſe dicebant. alij uerò poſue-
runt ſubſtantiam intellectiuæ animæ ab aliis di-
ſtinctam partibus animæ: & in illa compoſitionẽ
quandam imaginabantur ex poſsibili, & agente;
ut ex materia, & forma: & ſic poſsibilem, materiã
eſſe dicebant. Redarguit iſtos Gandauenſis; quia
ſequeretur, quòd compoſitum illud eſſet corrupti
bile; per fundamentum primi phyſicorum 82. & 8.
meta. 12. omnis ſubſtantia compoſita ex duobus
principiis eſſentialibus; quorum unum eſt ſubſtan
tia in potentia; & aliud actus; eſt corruptibilis.
nec ualet reſponſio, quòd, ſcilicet, intellectus eſt
materia alterius rationis, quia 8. phyſicorum 78.
& 8. met. 12. Si cęlum eſſet ſubſtantia ſic compoſi-
ta; ſequeretur, quòd cęlum eſſet corruptibile. ſe-
cundò arguit; Si dicatur ens purè potentia; maxi-
mè eſſet propter receptionem; quod non contin-
git; quia recipit formas accidentales. modò tales
non recipiuntur in ente purè in potentia immedia
tè: quia ſubiectum terminati accidentis eſt ens
actu. defendentes hanc poſitionem, inquiunt; ꝙ in
tellectus materialis, eſt materia alterius rationis.
ad reſponſionem de cęlo, dicunt; quòd ratio illa
Auer. ualet contra Auicennam: qui in cęlo uole-
bat eſſe materiam eiuſdem rationis cum materia
horum inferiorum. at non acceperunt, ut opinor,
iſti mentem Auer. nam Auer. cum Ariſtotele, pri
mo cęli, determinauit cęlum eſſe incorruptibile;
quia non habet materiam; ſed ipſum eſt materia
actu talis. & eſt hoc proprium propriorum eius.
Fundamentum autem huius ueritatis eſt; quia, ſi
eſſet compoſitum ex talibus duabus partibus eſſẽ
tialibus, quæ potentia eſt; pars illa recipit actum
eſſentialem, beneficio cuius habet eſſe: quare to
ta illa potentia eſt reſpectu illius eſſe. at potentia,
quæ eſt ad eſſe; eſt etiam ad non eſſe; quia talis po
tentia, quantum eſt ex ſe, cum ſit potentia mate-
riæ; eſt potentia contradictionis, 9. metaph. 17.
ergo poterit & non eſſe: quare compoſitum illud
erit corruptibile, ut optimè deduxit Gandauen-
ſis. Pro reſolutione dubij notandum, quòd intel-
lectus agens eſt infra ſphæram Lunæ, ut Auer. hic,
& in epito. metaphyſico, ſic & poſsibilis; cum ſint
eiuſdem ſubſtantiæ, duæ differentiæ, tertio de ani
ma 17. modò, cum hæc ſit omnium intelligentia-
rum imperfectiſsima, perfectior tamẽ formis om
nibus materialibus; ideo à prima, quæ omnium
perfectiſsima intelligentia eſt, quammaximè di-
ſtat, & arguit alias perfectiores; quia ſpecies ſunt,
ſicut numeri, 8. metaph. 10. unde, ut in materiali
bus, quòd imperfectiſsimum eſt, materia prima
eſt; ſic in ordine intellectualium, intellectus poſ-
ſibilis dicitur: nec, quia intelligere poſſit, & infe
riora, & ſuperiora; perfectior erit agente; cum per
fectio non ſit ad plura intelligere; ſed ad perfectio
ra intelligere, & modo perfectiori; ut agens, qui
per eſſentiam intelligit. hæc autem intelligentia,
tametſi ultima aliarum ſit omnium; intelligentia
tamen eſt, & forma; quippe quæ, cum partim ma-
neat; partim quodammodo a ſeipſa recedat, quod
ei datũ eſt, cum ad nos uergat, ut dixit diuinè Sim
plicius in prologo huius tertij; nacta eſt nomen

poſsibilis, & agentis, ſiue materiæ, & formæ. non
quòd ex eis compoſitum reſultet unum; ſed ſit for
ma, illa particula, quæ, per ſimilitudinem, mate-
ria appellabatur: & tota redditur intelligentia, in
ſuo tamen gradu; in quo adhuc ſecum retinet ma
teriam, ſiue priuationem; ſed ratione à prima di
uerſa. Aliqui propter argumentum primum di-
xerunt, ſecundùm fundamenta Auer. primo cęli,
110. & 12. met. 36. quòd quælibet intelligentia
principali intentione agit propter ſe; ſecundaria
uerò propter nos, ſiue illa inferiora: quare intelli
gẽtia primò eſt, ut intelligat ſe ipſam per propriã
eſſentiam: cum uerò tales intelligentiæ ſint entia
perfectiſsima; & de ratione boni eſt, quòd ſuam
communicet perfectionem aliis: ideo intelligen
tiæ, ultra illud, quòd ſe ipſas intelligunt, communi
cant etiam inferioribus perfectionem. &, cũ hoc
non poſsint ſine motu; ideo cęleſtia corpora mo
uent; ut per illa in hæc agant inferiora. modò ap-
plicat Therapolinus hoc intellectui poſsibili, in-
quiens, quòd duplicem & ipſe ſic habet intentio-
nem; alteram acquirere propriam perfectionẽ,
ſcilicet, intelligere per eſſentiam agentis: alterã
uerò, ut acquirat ſecundam perfectionem, quæ eſt
intelligere per ſpecies. & hac ratione intellectus
poſsibilis unitur hominibus; non autem ut primã,
ſed ut ſecundam acquirat perfectionem; quæ eſt
intelligere per ſpecies; & cauſet ſpecies intelligi
biles: undè, ſicut intelligentia cauſat entia iſta,
ſecundùm eſſe reale: ſic intellectus cauſat iſta in-
feriora, ſecundùm eſſe ſpiritale. At multipliciter
peccat: primò ſequeretur, quòd intellectus huma
nus perfectior eſſet ſuperioribus intelligentiis; qa
perfectiori modo operatur; nam cauſare ſecun-
dùm eſſe ſpiritale, eſt longè perfectius, quàm cau
ſare ſecundùm eſſe reale, & præſertim res eaſdẽ;
ſecundò, Hoc non eſt communicare perfectionẽ
ſpeciebus intelligibilibus; ſed magis ab illis per-
fectionem capere. & concludit etiam cõtra ſuos,
ſic de ſpeciebus rem iſtam intelligentem: nam
intellectus per illas perficitur; & ſic perfectus intel
ligit: quod, ſi etiam admittatur, quòd ſpecies per
ficiantur; tunc propter quod unum quodque tale,
&c. perficiuntur propter intellectum; ergo intel-
lectus perficitur & magis. tertiò peccant utrique;
quia comparant intellectum humanum, ut per ac
cidens talem, aliis intelligentiis, quę ſunt per ſe ta-
les, & ſecundùm propriam naturam tales. Pro-
pter quod dicendum, quòd intellectus humanus
poteſt bifariam conſiderari; primo modo, ut uni
tus nobis; & ſic dicitur per accidens talis, ut rectè
notauit Auer. 12. met. 17. & tunc eſt, cũ habet ope
rationem à propria ſubſtantia diuerſam; &, ut ſic,
aliis non eſt intelligentiis comparabilis, niſi ut q̃
non ſolùm imperfecta, quia diſtet à prima intelli-
gentia; & conſequenter ſecum teneat priuationẽ
illius perfectionis; ſed eſt etiam omnium aliarum
imperfectiſsima; cum illi accidat etiam à propria
ſua perfectione diſtare, cum nobis uniatur. &, qa
imperfectiſsimum ſupponit & magis perfectum,
& adhuc magis; ſicut poſtremũ, & prius, & prius, ut
colligitur 5. met. 16. quare ſic comparabilis erit;
quia

quia ex illo, ſic cognito, habebitur intelligentiarum multitudo, vt dictum eſt: non autem comparabitur, quia communicet, vt aliæ. ſecundo modo conſideratur, vt perfectus eſt, & tota effectus intelligentia: & tunc, vt in poſtremo gradu illius latitudinis, ſecum tenet materiam, ideſt priuationem perfectionis primæ: & tunc ipſa prima intentione propter ſuum intelligere, quod per eſſentiam eſt; ſecundò propter ſuum orbem humanum; quia vires omnes ſenſitiuæ interiores ſequuntur ipſum, ſic ſe ipſum intelligentem; & ille communicat eis illuſtrationem, atque maximam ſibi poſsibilem perfectionem; quo modo & aliarum ſingula proprio orbi; vt fuit diuina Simplicij expoſitio, & ſententia. ſic intellectus eſt alijs intelligentijs comparabilis, cum ſit per ſe talis, & ſecundùm propriam naturam. Et ſic patet etiam ad argumentum reſponſio; quia ratio Auer. tenet de materia prima, quæ eſt ſubſtãtia à quocunque actu realiter diuerſa: at intellectus poſsibilis dicitur potentia pura, in reſpectu, vt dictum eſt. intelligentia tamen eſt, quæ ratione ſuæ illius imperfectionis, quam ob noſtram habet vnionem, poſsibilis dicitur; & ſecundùm illam etiam diffinita eſt ab Ariſt. tex. 5. & hoc modo rectè determinauit Auerr. quòd ſit quartum genus entis.

T. c. 6. Vndè neque miſceri. Latini volunt intentionem in hoc Ariſt. eſſe probare, quòd intellectus non ſit virtus organica. & addit Egidius per quinque differentias, quas habet cum ſenſu. At hoc non eſt ſecundùm Philoſophum; cum non intendat talem ponere differentiam, vt dictum eſt Auer. vult, quòd hæc ſit alia demonſtratio ad probandum, quòd intellectus neque corpus ſit, neque in corpore virtus. Poteſt concordari cum Latinis; quia, ſi probabitur, quòd non ſit virtus organica; clarè habebitur, quòd non erit corpus, &c. Themiſtius fauet huic introductioni; cũ ex dictis colligat duo; alterum, quòd intellectus non ſit corpus corpori miſcibile; alterum verò, quòd non ſit virtus organica; cum non vtatur corpore, vt inſtrumento, ut inquit Sueſſanus. At mihi videtur magis ad Ariſtotelem introductio Simplicij: nam ex dictis conſtat, quòd natura intellectus poſsibilis, non eſt aliud, quàm poſsibilis. inquit Simplicius; Non tamen, ꝙ ſubſtantia non ſit. nam vita, & ſubſtantia illa dicenda eſt, quæ dicitur cognoſcere, & ſapere, & particeps fieri formarum intelligibilium. Et, quia fortè ſuſpicaretur aliquis; quia ſemper in corpore eſt, vt poſsibilis, quòd corporea eſſet; ea propter intendit oſtendere, quòd omnino à corpore ſeparabilis: nanque alterum duorum eſt, quod prohibet ſeparabilitatem in formis; vel, quòd ſit forma dans eſſe corpori, vt, verbi gratia, forma miſtionis; vel forma, quæ vtatur corpore, ſicuti forma organica eſt; vt nauta naui (ut Simplicius) quia, vt ſic, nauta eſt à naui inſeparabilis. oſtendit, quòd intellectus nullo horum modorũ, eſt in corpore forma. & ſic ſententia Simplicij fauet duabus noſtris deciſionibus: & quòd intellectus non ſit forma dans eſſe: & quòd poſsibilis ſubſtantia ſit. Textus duas habet particulas exponendas: in altera facit, quod dictum eſt: in reliqua partim Platonem laudat; partim damnat. inquit in prima; Neque miſcetur corpori. ſequitur ex dictis, vt per illam particulam, Vndè, palam eſt. Probat deinde Philoſophus; quia qualis vtique fieret, calidus, aut frigidus. S. Thom. legit hanc particulam ſimul cum illa, Organicum. quia, ſi eſſet organica; virtus eſſet illius organi: quod cum corpus miſtum ſit; quale erit; ſic & eius virtus illius quoque particeps erit. At meliùs eſt cum Simplicio, & Auer. quòd duo dicat Ariſt. ſequeretur, quòd intellectus eſſet, qualis; ſi corpori miſtus eſſet: nam, cum forma miſti à prædominio alicuius elementi dicatur talis, primo cæli. 7. conſequenter habet & qualitates, miſtum illud inſequentes; ideo uel calidus, vel frigidus, &c. vel eſſet qualitas addita complexioni, vt uoluit Auer. talis autem eſt, verbi gratia, anima ſenſitiua quippè ut ſit in materia, priùs eget, ut præcedat aliqua ad ipſam temperatura: nam paſsibiles qualitates quam maximè ab intelligibilibus remouentur: quòd, ſi forma eſſet organica intellectus, vt viſus, impediretur, quo minus aliorum ſenſuum, ſenſibilia apprehendere poſſet: & etiã ab excellenti ſenſibili læderetur, vt Themiſtius deducit: neque poſſet in ſeipſam conuerti, & ſe ipſam cognoſcere, ut rectè notat Simpli. & inhabilis ad actum purum, & ad intellectuales ſpecies redderetur. debet itaque intelligi, his omnibus priuatus qualitatibus. Et conſiderare. Auer. circa hanc partem digreditur. & diuiditur in duas præcipuas partes: in altera oſtendit, quo modo uera ſit conditionalis; & quomodo à deſtructione conſequentis teneat: in ſecunda dubitat. pro prima hæc erat ratio conditionalis; Si intellectus eſt forma materialis; uel eſt forma miſti; quia, quòd non ſit forma elementi, per hanc excludetur: uel eſt forma addita tẽperaturæ miſti: ſed in tex. inquit, Nec ſic, nec ſic; ergo nõ eſt forma materialis. & hoc conſiderat Auer. & duo facit: primò probat ſecundum; ſecundò probat primum. Declaratum eſt. Probat, quòd non ſit organica: & fundatur ſuper hoc; quia, uel eſſet ſenſus exterior, uel interior: non exterior; non enim poteſt dici, quòd ſit aliquis illorum quinque; neque ſextus; quia probatum eſt ſecundo huius ſextum ſenſum non dari. probat etiam, quòd nullus interiorum eſt; quia ordo interiorum ſenſuum eſt, ꝙ moueantur à ſenſu exteriori. modò, cum intellectus non ſit ſextus ſenſus exterior; neque vllus de quatuor interioribus; oportebit dari ſextum ſenſum exteriorem, à quo moueatur; ſicut à ſenſu communi mouetur imaginatiua. Sueſſanus expoſuit; Aut eſſet ſextus ſenſus, ideſt, ſenſus communis: qui poſt illos quinque ſextus appellatur; aut conſequens, ideſt cuius proportio ad ſextũ ſit, ut imaginatiua ad ſenſum cõmunem. At ſecundùm hanc expoſitionem idem eſſet dicere, quòd intellectus eſſet imaginatiua; quod nullo modo ſtare poteſt. & palàm eſt, quòd

Notandum, ꝙ ſenſitiua, vt viſiua, cum materialis ſit, primò eſt forma vnulum, v.g. informãs pnox informato viuit, vt organo; ea propter collectim dixit ĩ cõtextu; calidus, aut frigidus, atque organũ haberet: ſic anima ſenſitiua eſt forma dans eſſe, et vitã, vt in ſecundo dictũ eſt.

per

per ſextum ſenſum voluerit Auer. diuerſum à ſenſu communi, vt diximus; quia facit proportionem inter imaginatiuam, & intellectum: ſicut illa ad illum; ſic & iſte ad iſtam. perperam itaque intellexit hic Auerroim. cum itaque dari non poſſit ſextus ille ſenſus exterior, à quo moueatur interior; non dabitur etiam intellectus, qui ſit ſenſus interior deſtinctus ab illis quatuor. Quod autem. Nunc probat primum, quòd non ſit complexionalis forma: & probat bifariam; primò per locum à maiori negatiuè; ſecundò, per impoſſibile: primò; Si ſenſus, de quo ſcilicet, videtur magis, non eſt talis forma; quia non qualis apta ſenſum monere; ergo minus erit intellectus: ſecundò; Si intellectus talis, eſſet forma lapidis in anima, vt eſt extra animam; quia forma illa realiter recipitur in materia, quando præparata eſt ad illam recipiendam per qualitates elementorum: ſic lapis receptus, non erit à ſe ipſo differens, ut in materia eſt. & addit; Et ſic lapis eſſet cōprehendens. nam, ſi comprehendens, eſt uirtus complexionalis: à pari, & lapis, qui eſt uirtus talis, dicetur comprehendens: quod impoſsibile eſt: pariter & alia ſequentur. Et quidam. In hac parte dubitat; & tria facit; primò, quod dictum eſt; ſecundò Medicos, occaſione ab hoc ſumpta, reprehendit; tertiò ſoluit. Dubium eſt, an intellectus habeat inſtrumentum; quia dictum eſt, ꝙ imaginatiua eſt in anteriori parte cerebri, cogitatiua in media, memoratiua in poſtrema: & hoc non ſolùm à Medicis, ſed dictum eſt in libello de ſenſu & ſenſili. & intelligit libellum de memoria, & reminiſcentia; quia hoc nomine, Auer. vtrumque conſueuit intelligere. & addit Auer. quòd Galenus, & alij Medici ratiocinati ſunt virtutes eſſe in locis iſtis per locum concomitantiæ. & eſt ſermo faciens exiſtimare; non verus. Sueſ. bifariam exponit; altero modo, vt ſit ſic locus à concomitantibus; ſicut imaginari ſequitur ad ſentire; ſic ad ipſum, ſequitur cogitare; & ad illud, memorari: ergo ad ſenſum ſequitur imaginatiua; & ad hanc, cogitatiua: ad quam denique in poſtrema cerebri parte memoratiua ſequitur. altero modo exponit ratione dignitatis; quia ſenſus cōmunis imperfectior eſt; ideo in primo loco: &, quia eo perfectior imaginatiua, in ſecundo loco; & ſic in poſtremo memoratiua; quia alijs perfectior eſt. At expoſitio iſta longè remota eſt ab opinione Auer. quandoquidem duo hæc media, quibus probantur uirtutes iſtæ diſtinctę locis, medica nō ſunt; tum etiam, quia non concludunt propoſitū. primum patet; nam medium ſumptum ab operatione illarum uirtutum, quo modo ordine incedunt, eſt medium naturale: ſecundum uerò ſumptum à perfectione, uel naturale eſt, uel metaphyſicum: præterea non concludunt; quia non ſequitur, quòd imaginatiua, tametſi ſenſui communi poſtponatur ratione operationis, ſiue dignitatis, quòd ſit in anteriori parte cerebri; & cogitatiua in media; & memoratiua in poſtrema; quia poſſem dicere, quòd tali quidem incedunt ordine; ſed quòd ſunt omnes in anteriori parte: & ſic ultra non cogent media illa. quare dicendum, & meliùs, quòd locus iſte à concomitantia ſumitur à medio ſenſato, à læſione ſcilicet, illius partis, uerbi gratia, anterioris cerebri; concomitanter læditur imaginatio; ergo in illa parte, ut puta in organo, imaginatiua reperitur. & per idē medium de alijs etiam concluditur. Dicunt Medici, quòd quidam laborabat lęſione graui in parte cerebri anteriori; conſequenter malè apprehendebat; ſic à ſe expelli tubicines iubebat, inquiens grauiter ab illis moleſtari. qui ſi affuiſſent, proculdubio non paruam ei noxam attuliſſent. quare diſcurrebat optimè de malè apprehēſis; ſanam cum haberet mediam cerebri partem, & anteriorē læſam. hoc idem cum à lęſione aliarum partium apprehendiſſent Medici; ſic in cerebri partibus diſtinctas illas ponebant uirtutes. Hunc eundem modum procedendi ponit Auer. in de memoria, & reminiſcentia. Aduertendum tamē eſt, quòd differenter à Medicis exponit Auer. cū in fundamento ſit cum Ariſt. quippè qui determinat animam ſenſitiuam locari in corde: cum in libello de ſpiratione dixerit Philoſophus; Anima nutritiua in corde eſt. deinde in libello de iuuentute, & ſenectute dixit; Altrix, & ſenſitiua, ſubiecto una; eſsētia uerò diuerſa. quare negauit Auer. uirtutes iſtas ſubiecto in partibus iſtis cerebri reperiri: ideo ſecundo colliget cap. 20. inquit, quòd quamuis cameræ cerebri ſint membra, in quibus complentur operationes iſtarum uirtutum; inueniuntur tamen earum radices in corde: & illa loca illis non ſunt, niſi inſtrumenta; in quibus manifeſtantur earum operationes: & ideo ſermo Medicorum non eſt uerus; Hic operatur; ergo hic, ut in radice, uirtus collocatur: ſed ibi manifeſtatur; cum tamen ſubiecto alibi inueniatur. & ſic Auer. ſe ipſum exponit. addit deinde Auer. quòd declaratum eſt in de ſenſu, & ſenſili per demōſtrationem dantem eſſe, & cauſam. Hanc particulam Moderni Auerroiſtæ exponētes, ſunt diuerſi: Hiſpanus, & Sueſſanus dicunt, quòd ſunt duo ſyllogiſmi: per alterum probatur, quòd competunt organa diuerſa, quia uirtutes illæ interiores, ſenſitiuæ ſunt in operationibus diuerſæ: ſecundus de ordine; Virtutes, quæ ſunt ordinatæ per prius, & poſterius, habent organa diuerſa ſic ordinata; ergo, &cæ. At expoſitio iſta peccat; quia demonſtratio dans cauſam, & eſſe; eſt unus duntaxat diſcurſus ſyllogiſticus, utrumque determinans quæſitū, non autem duo. addit Sueſſ. declarans, quomodo dat cauſam; quia ratio procedit ab operatione ad potentiam: at operatio cum ſit finis potentiæ operantis; ideo eſt per potiſsimam cauſarum, quæ finalis eſt. At expoſitio iſta peccat contra Ariſtotelem bifariam: primò, quia proceſſus ab operationibus ad uirtutes, eſt proceſſus ab effectu ad cauſam, ut ſecundo de anima Philoſophus determinauit: ergo non poteſt dare cauſam. præterea operatio eſt bene finis potentiæ operantis; ſed non eſt finalis cauſa; quia per illā operationē ordinatur in aliud, quod erit finalis cauſa. Dicendum itaque ſuppoſito priùs, quòd uirtutes iſtæ

inte-

interiores in cerebro opetentur, quod ad ſenſum
pateat;neq; in alia animalis particula aliquando
deprehenſum ſit earũ aliquã operari : quo ſtante,
ratio demonſtratina fundatur ſuper dictis Philo-
ſophi in libello de memoria:nam ibi dixit,ꝙ ima
ginatiua capit idolũ ſenſatum à cõi ſenſu,quodcũ
que ſit illud,& imaginatur in idolo concreto.cum
multæ ſint intẽtiones; cogitatiua virtus diſtinguit
illas inter ſe, & ab idolo;& reponit eas in memo-
ria:quòd,ſi fiat obliuio;tunc cogitatiua diſcutrẽs,
compouit intẽtionem,quæ erat in memoria, cum
idolo,quod erat in imaginatiua;& ſit reminiſcen-
tia . ratio itaque talis erit;quia operatio cogitatĩ
uæ præſupponit operationem imaginatiuæ.& cõ-
munis ſenſus : ea de cauſa operatio imaginatiuæ
debet præcedere.& iſta erit illius finalis cauſa : qa
operatio imaginatiuæ ordinata eſt in operationẽ
cogitatiuæ;quare & imaginatiua in cogitatiuam.
&,cum in operationibus tali, ut dictum eſt, diffe-
rentia diſtinguantur; non poſſunt in eadem parte
cerebri duæ iſtæ uirtutes operari . in priori came
ra itaque operabitur imaginatiua;in media, & ſe
cunda,cogitatiua; quare cogitatiuæ operatio eſt
cauſa,& proptet quid operationis imaginatiuæ in
tali parte cerebri ; à qua cauſa ſuũ quinetiã tale eſ
ſe depẽdet;quia operatio cogitatiuæ,quãuis ſit fi-
nalis cauſa, à qua nõ proueniat demõſtratio ſim-
pliciter,vt poſteriorũ primo ;tñ reſpectu operatio
nis imaginatiuæ vſq; adeo eſt eſſentialis,ac ſi for-
malis cauſa eſſet.& ſic finalis ſimpliciter demõſtra
re põt,vt Auer.poſt.1.com.35. & ſic nõ ſit cõpara-
tio operationis ad ꝓpriã virtutẽ, ſed operationis
vnius ad operationẽ alterius: eadẽ rõne ad opera-
tionem cogitatiuæ,ſe habet operatio memoriæ.
Et iſtud non contradicit.In hac particula dubium
ſoluit : &.quia argumentum videbatur conclude-
re,cum iſtæ virtutes habeant, quod & intellectus
organũ habere debet,ſoluit negando.&, quia ma
ximam videtur ſimilitudinem tenere cum intelle
ctu virtus cogitatiua;ideo ponit differentiam, de
clarans virtutem hanc cogitatiuã, atq; eius opera
tionem , quæ ſit: & duo facit;primò proponit vnã
propoſitionem vniuerſalem;ſecundò tres propo-
ſitiones particulares:prima,ꝙ eſt virtus indiuidua
lis non diſtinguens,niſi intentiones indiuiduales,
& non uniuerſales. Declaratũ. Ponit alias ; & pri-
mã,quod officium cogitatiuæ eſt diſtinguere intẽ
tionẽ ab idolo : nã differentia eſt inter idolum, &
intentionẽ: nam idolum eſt figura, & rei magnitu
do cum ſuis omnibus accidentibus: intentio vero
rei eſt,quam ſpoliat cogitatiua ab illo aggregato.
& ſic contingit,nos quandoq; habere intentionẽ
ſine idolo;quandoq; contra.v.g.Si mihi offeratur
homo,qui aliàs fuerit mihi notus ; non cognoſcã
tamen in præſentia; dicor habere idolum; nõ au-
tem idoli intentionem;cum neſciam,quis ſit.quã
doque uidi Regẽ aliquẽ regiè incedentem: occur
rit,poſt aliquot dies,priuatus ; tunc dicor habere
intentionẽ idoli;non autem idolũ . ſoluit deinde
formaliter: ſecundò reprehendit Galenum. Solu-
tio eſt;quòd,licet homo cogitatiuam, habeat;nõ
tamẽ eſt uniuerſaliter intelligens,& probat; Quia
ſi intellectus eſſet materialis; aliqua prædictarum
virtutum eſſet. Et,quia Gale. Reprehendit in hoc
Galenum : qui ex duabus affirmatiuis probabat
in ſecunda figura ; Intellectus appropriatur homi
ni:cogitatiua appropriatur homini : ergo cogita-
tiua eſt intellectus. At, quia Auer. videtur tange-
re fallaciam conſequentis;ideo dicẽdum erit ſic,
ꝙ non ſequitur ; Intellectus eſt proprius homini:
ergo omne proprium homini eſt intellectus;vt vi-
debatur ĩferre Galenus: ſic cogitatiua eſt propria
homini ; ergo eſt intellectus,per vniuerſalem. Et
bene iam. In hac ſecunda particula adducit Ariſt.
teſtimonium Platonis; quod partim laudat ; par-
tim damnat . Sanctus Thomas inquit hoc ſequi ;
quia anima ſecundùm hanc partem, quæ intelle-
ctus eſt, organo non vtitur; quare ipſa eſt, quæ re
cipit ſpecies : ꝙ,ſi uirtus organica eſſet,ut ſenſus;
non anima ſola, ſed compoſitum totum reciperet
in hanc ſententiam cadit Albertus duas aſsignans
rationes ſimilitudinis; altera, quòd intellectus in
recipiendo,non tranſmutatur; ſicut nec locus: reli
qua,quia intellectus non vt materia recipit; ſed ſi
cut locus locatum . Auerro.deducit ſequelam ; &
non ultra ponit rationem ſimilitudinis.& inquit;
quòd verificatur non de omni anima , ſed de intel
lectiua,quæ immaterialis eſt : at aliæ animæ par-
tes ſunt formæ in materiis.hanc eandẽ uoluit Phi
loponus,excuſat tamen Platonem;quia ſolam in-
tellectiuam appellabat animam; alias verò,potiùs
animationes.deficiebat quinetiã in alio;quia po-
nebat ſpecies illas actu,non autem poteſtate. Tan
git deinde differentiam Auer.cum dicat, quòd lo
cus nihil locati eſt : at rationalis anima eſt formæ
materiales in potentia.deinde notauit Auer.Phi-
loſophum dediſſe hanc differentiam inter locum,
& animam;ne quiſpiam damnaret,quòd per locũ
declarauerit animã : qui modus ſimilitudinis uſi-
tatur apud oratores,& poetas:ſed inquit; In rebus
quæ non intelliguntur,ſ.facile,licet ſic uti. At con
tra omnes ſic exponentes,ſunt inſtantiæ ualidiſsi-
mæ : prima ly, ſpecierum . intelligunt concordes
intentiones rerum omnium materialium:at tales
ſunt omnes accidentia ; non autem formę;ſed for
marum intentiones . at Philoſophus dixit ; For-
marum , repetens adhuc in fine tex. Non actu, ſed
potentia formæ.præterea, ſi accidentia uoluiſſet;
tunc rationalis non fuiſſet à ſenſitiua diſtincta;cũ
& ipſa,ſpecies recipiat,quæ accidentia ſunt. Da-
rentur duæ reſponſiones , ut colligitur ex illorum
expoſitionibus;altera à Sueſſano;qui exponens di
cta Simplicii,inquit,ꝙ uoluit non intellectum eſ-
ſe locum; ſed animam dianoeticam : at intellectũ
eſſe, quo anima eſt locus, non quidem recipien-
do,ſecundum Simpliciũ; ſed ambiẽdo ſpecies, ac
uniuerſalia : at ſenſitiua eſt & ipſa receptiua ſpe-
cierum ; non autem uniuerſalium, ſed ſingula-
rium . At, pace ſua dixerim,non intellexit ulla ex
parte diuina dicta Simplicii , ut patebit ; ne-
que expoſitio eſt ad propoſitum ; quia ſequela ,
in qua ſtat diuerſitas inter intellectum , & ſen-
ſum ; non eſt circa modum apprehendendi ; ſed
circa obiecta apprehenſa . at, ſi obiecta eſſent

accidentalia ; non eſſet tunc differentia. Præte-
rea dicam ego , quòd intellectus poſsibilis eſt præ
parâtio,vt diccbat Alexander.non ſequetur, Non
eſt organica virtus ; ergo tecipit vniuerſaliter; cũ
ſit virtus educta. & ſic poterit etiam dici ad alte-
ram reſponſionem, quam darent Latini, qnòd in
ſenſitiua coniunctum recipit : at hæc, quæ imma-
terialis eſt , recipit , ſicut locus : quia , dicerem
ego, poterit & de educta præparatione verificari,
cnm non ſit, qualis, qualitate corporea ; neque
organum habeat . & ſic , per hanc ſequelam, non
habebitur intellectiuæ animæ immaterialitas.nõ
poſſunt itaque intelligi accidentia per ly, ſpecies.
Præterea tex.c.14.comparauit ipſum tabellæ nu-
dæ.modò tabella;cum recipiat figuras , perficitur
per illas ; ſicuti materia per formas ; non autem ſi
cut locus per locata. Quare dicendum, ſecundùm
diuinam Simplicii ſententiam.& notat primò, ꝙ
Ariſto.non intellexit de mente participata; quo-
niam illa non eſt anima , ſed ſubſtantia longè præ
ſtantior : ſimul atque cum formas, non autem vo-
cet accidentia ; quia accidentium ſenſitiua ſuſce-
ptiua eſt ; ſed ſubſtantias ſecundùm ſeipſas intel-
lexit . dixit autem , locus , veluti acquiſititiè , &
extrinſecùs recipiens ; vt ſeruetur proportio loci
ad corpus.deinde addit , quòd non tota intellecti
ua locus eſt ; ſed,quæ extra à ſeipſa fluxa eſt;cum,
quæ manet , formas illas congenitas,ſiue conſitas
habeat,& actu ; illa verò, poſsibilis ſcilicet,pote-
ſtate : illa uerò,cum in ſeipſam uertatur , actu ha-
bet;quinimò actus ipſe eſt.Hæc Simplicius. à cu-
ius ſententia palàm eſt,quantum diſtet Sueſſanus
& ſecundùm hanc ſententiam diuinè concluditur
per ſequelam,quòd abſtracta,atque incorruptibi-
lis eſt : quia,ſicut locus non corrumpitur per rece
ptionem;ſic neque intellectiua recipiens formas;
imò quammaximè perficitur : ſenſitiua uerò re-
cipiens,ab obiecto corrumpitur,ut ab excellenti,
uel ſaltē aſsiduo uſu conficitur . conſtat modò per
dicta non poſſe ſaluari dictum Latinorum de illo
ſuo animæ exceſſu ; quia ille erit particularis : &
hic , ſicut anima,cuius eſt,hæc dicitur ; quare non
concluderetur abſtractus: quia homo non intelli-
geret,ut homo;quia talis dicitur per animā, à qua
habet eſſe hominis,& non ab exceſſu. Dixit Auer.
ꝙ memoratiua eſt ſpiritalior cogitatiua : & tamē
non habet aliquid,quod idipſum non cognouerit
cogitatiua.Dicendum ; quòd , quantum ad res cō
prehēſas,memoratiua non eſt ſpiritalior; ſed,quā
tum ad apprehendendi modum; quoniam memo
ratiua ſemper ſupponit diſtinctionem intentionū
factā à cogitatiua;non ſic autem cogitatiua ſuppo
nit ſemper.& hæc dicta ſufficiant in præſentia.

T.c.7. Quoniam autem non ſimilis. Auerr. biſariā
introducit:altero modo , ꝙ Philoſophus poſtquā
demonſtratiuis rationibus probauerit intellectū
eſſe à corpore abſtractum ; nunc ſenſata ratione
confirmet ; ut ualidiori modo res ipſa probata ſit
nam ualidiſsimæ dicuntur rationes eſſe ; quando
concordant ſenſatis,primo cęli 22.8.phyſi.22.al-
tero modo introducens , inquit,quòd hæc pote-
rit ad idem dici demonſtratio tertia.Sueſſa.dam-
nat utranque , quia ſupponunt priùs factam de-
monſtrationem , quòd , ſcilicet, intellectus eſt
forma ſeparata . at Ariſto.ut inquit ipſe , conclu-
ſionem illam non probauit.damnat præterea , &
quæ Græcorum eſt . uoluerunt ſiquidem Græci ,
quòd Philoſophus probet, quòd intellectui in in-
telligendo nō competat organum.At inqnit Sueſ
ſanus hoc ſtare non pōt ; quia tex.6.probauit. Po
ſtremò tenet, quam ponunt Latini concordes , ꝙ
ſ.agat nũc de differentia ſenſus,& intellectus,quo
ad impaſsibilitatem : quia retrò habitum eſt per
conuenientiam,ꝙ uterque impaſsibilis eſt. At,pa
ce illius,dicam;malè reprehendit Auer. nam de-
monſtratio facta in tex. 4. ſecundùm opinionem
tenentium animam immortalem, probat intelle-
ctum eſſe immaterialem;quare ſeparatum ; idem
& ratio in tex. 6. niſi dicat , ntdicunt Latini,& S.
Thomas , per longam digreſsionem in Auerro. ꝙ
bene probauit eſſe ſine organo : & hoc modo in-
tellectum eſſe ſeparatum; à corpore autem neqna
quam: cum ſit uirtus animæ,quæ dat eſſe : quia ſi
daretur anima illa ſeparata;dubium eſſet,quo mo
do uniretur nobis ; & nos per ipſam formaliter di
ceremur intelligentes. At pro Auer.defenſione ſa
tis dictū eſt in retrò actis quæſtionibus . at , ſi hoc
dicat,non debuiſſet , ullo modo ueram admittere
ſnīam Auer.de hac ſubſtātia intellectiua, realiter
à ſenſitiua diſtincta; & ſic Græcis aduerſaretur , ut
dictū eſt.ꝙ ēt malè damnet Gręcos,patet:nā The-
miſt.vr̄ cū Auer.ſecundū primā introductionē;cū
dicat hoc manifeſtari per nirtutē ſenſitiuā, ꝙ uir
tus organica cōpatiť qualitatibus organi ; & hoc
à ſigno.ꝙ,& ſi,ut ur̄ Simpli. fuerit Gręcorū mēs,ꝙ
rurſus probet intellectū organicū nō eſſe;nō facit
tn̄ hoc per idē mediū;ſed per mediū ſumptum ab
impaſsibilitate. & ſic erit demonſtratio tertia . &
cadet in ſecundā introductionē Auer. Dicit Simp.
Demonſtrat id ex cōparatione intellectus cū ſen-
ſu:quo fit,ut,ſi per ſenſum cognouerimus,quid pa
tiatur id omne,quod ꝑ inſtrumētū cognoſcit; ubi
que,quod intelligendi uim hēt, liberū ab affectio
ue nouerimus;& ab organo ſeiunctū ob hoc eum
ſtatuamus:propoſitū.n.eſt oſtēdere.ꝙ in receptio
ne formarū intellectualiū,nullū reperitur organū
manifeſtat per receptionē factā à ſenſu, quæ cū or
gano eſt:& cōparatio fit in receptione. Quòd mo
dò ītroductio Latinorū nō ſit ad propoſitū,patet,
quia,ut dictū eſt,nō eſt intētio agere de conuenie
tia,aut dr̄ia ſenſus,& intellectus.tex. tres hēt parti
culas exponēdas;in prima cōcluſionē;ī aliis, duas
ꝓbationes:in prima inquit,diſsimilē eſſe impaſsi
bilitatē in ſenſu,& intellectu.nō dēt particula iſta
de dr̄ia intelligi pro principali;ſed qđ uirtus utēs
organo,ut ſenſitiua eſt ; ꝑ ſuā impaſsibilitatē co-
gnoſcitur diſtincta à penitus nō utēte,ut ur̄ expo-
nere Them.& ꝙ hęc ſit ſnīa Ariſto.patebit ꝑ ulti-
mā partē textus.intelligitur aūt impaſsibilitas, in
ſuſceptiuo,ut exponit Simp.nōdū facta receptio-
ne non eſt autem ſimile in utraque ſuſceptiuum :
nā, ut inquit Auerroes , priuatio tranſmutationis
in intellectu eſt omnino pura:non eſt autem talis
in ſenſu; nam,quæ in ſenſu eſt,fit cū mutatione,&
cor-

corporea paſsione; pati nanque debet aliquid ſenſorium à ſenſibili, vt inquit Simplicius, ſi debet virtus ſenſitiua excitari, & agere; intellectus autem, immutabilis. rectè itaque dixit Philoſophus hoc eſſe manifeſtum in ſenſoriis, pariter & in ſenſu. Senſus enim. In hac ponit rationē primā, & ſenſatā: nā ſenſus, ſi excellēs aliquod ſenſibile receperit; cōuertatur deinde repentè ad aliquod intenſum minus; illud non ſentiet: vt oculus ex intenſo viſibili. i. poſt intenſum viſibile; minus non ſentiet: in cauſa eſt, quia impreſsio ab excellenti illo facta in ſenſorio cum adhuc maneat; impedit debiliori ingreſſum. idem contingit in auditu, & aliis. at intellectus, cum maximè intelligibilia intelligat, vt quæ formaliora ſunt, & tranſcendentes termini, ideæ ſcilicet, & puriores ſubſtantiæ; non intelligit debilia, minus, ſed magis. Roboratur quoquomodo intellectio à ſpeculatione optimorum, ad ſecundorum notitiam. vndè, inquit Simplicius; Melior eſt notitia principiorum, & cauſarum; quàm principiatorum, & cauſatorum: ex ipſis enim principiis, atque cauſis cognitio habetur. Senſitiuum quidem igitur. Ponit in hac tertia ſecundam cauſam, quæ eſt cauſa huius diuerſitatis & eſt, quòd ſentiens extra corpus non eſt; intellectus autem abſtractus, ideſt, omnino à corpore. Sanctus Thomas hic, & in opuſculo contra auerroiſtas, exponens textum hunc ſecundùm ſuum fundamentum de anima, inquit, quòd nihil ultra hoc intelligit Ariſtote. niſi quòd intellectus eſt ſine organo; non tamen abſtractus à corpore; cum ſit virtus animæ, quæ perficit corpus in eſſe ſpecifico & damnat Auer. quia per hunc textum voluerit intellectum ſubſtantiam eſſe ſeparatam. & inquit, ꝙ oblitus eſt eius, quod paulò ante dixit Ariſtotel. quòd, ſcilicet, intellectus fieret, qualis, calidus, aut frigidus; ſi quod haberet organum, ſicut ſenſitiuum. ea ratione inquit, quòd ſenſitiuum non eſt ſine corpore; intellectus autem ſeparatus. Hęc in opuſculo. At, ſalua ſancti Doctoris reuerentia, non rectè accepit Ariſtotelem in tex. ſexto, quia ibi format unam copulatiuam; cum dicat; Si mixtus corpori, eſſet qualis; atque organū haberet, ſi uirtus eſſet addita temperaturæ; quia plures fingere non poſſumus formas materiales: uel eſt forma elementi, uel forma miſti, vel anima. & proceſsit copulatiuè: nam virtus materialis, vt ſenſitiua, & forma organi eſt, & ſic totum recipit; atque illo utitur, iudicans; non vt Sanctus Thomas expoſuit. & ideo omnibus modis intellectum liberauit à materia. & hæc eſt Græcorum ſententia; cum dicat Simplicius; Mens autem ſeparabilis omnino à corpore eſt; neque mutabilis paſsione còrporea: quapropter non impeditur in receptione minus intelligibilis. quòd, ſi daretur illa ſua potentia animæ corpus excedens; quæ intellectus diceretur; tum, quam formant in Auerr. debent obiectionem ſoluere; vt nos in quæſtione pro Auerroe ſoluimus; ſequeretur, quòd homo non diceretur formaliter intelligens; cum non ſit formaliter talis per illum excelſum, vt dictum eſt. in ſecunda expoſitione Auer. voluit eſſe tertiam demonſtrationē: quæ poſſet formari talis; Intellectus in eius operatione nō tranſmutatur eſſentialiter; ergo neq; eſt corpus, neq; in corpore uirtus. Mouet dubium, quod poſſet quis illi obiicere, quod, ſ. intellectus in intelligēdo laborat. inquit non debere eſſe dubium; cum laboret intellectus vitio ſenſitiuę uirtutis ei deſeruiētis; & pręcipuè, cogitatiuæ. Soluit; quòd, ſi uideatur tranſmutari; hoc ei per accidens ineſt: tunc enim aliqua virtus eſſentialiter dicitur tranſmutari; quando ipſi deſeruientia corporea inſtrumenta tranſmutantur, ut de uirtute viſiua ſenis 1. ani. 65. cum verò careat inſtrumento intellectus, non per ſe defatigatur; ſed illi hoc contingit; quia cogitatiua, quæ virtus corporea eſt, defatigatur, 1. ani. 66. deinde ſubdit Auer. ꝙ iſtæ tres virtutes, imaginatiua. ſ. cogitatiua, & memoratiua; ſint loco virtutis ſenſibilis, ſ. ꝙ, ſicuti per ſenſus exteriores cognoſcimus ſenſibilia in præſentia; ſic per illas cognoſcimus ſenſibilia in abſentia. & addit, ꝙ non indigemus iſtis, niſi in abſentia ſenſibilis; intelligendū, quantum ad repręſentare ſenſata; non autem ſimpliciter; quia vel ſint præſentia ſenſata; uel ſint abſentia; ſemper neceſſe eſt intelligentem phātaſmata ſpeculari. & addit, ꝙ oēs iſtę tres virtutes iuuant ſe ad offerendā imaginē intellectui, vt aſpiciens formet intentionē vniuerſalē; & deinde illā recipiat.

Dubitatur propter dicta in textu, ꝙ ſenſus non ſine corpore eſt; intellectus aūt ſeparatus; utrū ſenſus in homine, ſit ſubſtantia alia, à ſubſtantia intellectus. Auer. uoluit affirmatiuā; quia ſenſitiua anima generatur, & corrūpitur, 2. ani. 59. Senſitiui quidē prima mutatio fit à generante; intellectus aūt incorruptibilis, 3. ani. 20. S. Thom. hic clamat contra Auerroim, qui poſuerit opinionē illam de anima ſeparata; cū expreſsè Philoſophus tex. 1. appellauerit ipſam aīæ particulā: deinde clarè determinauerit hic eſſe ſeparatam, ſ. quia non indiget organo. ea de cauſa uoluit S. Thom. vnicā duntaxat animā in hoīe eſſe; & hanc indiuiſibilē; & partim organicā, rōne. ſ. uegetandi actus, ac ſentiendi; partim ſeparatā; quia ob eius excellentiā operationē hēt, corpus excedentem; quare potētiam ad illā, hēt ab organo ſeparatam. quam opinionē tametſi fide ueriſsimam eſſe teneam; ſecūdùm tamen Ariſt. doctrinā, ſuſpecta vř quā maximè, vt retro dictū eſt: & duobus quinetiā fundamentis firmabitur; & primo; Homo eſt gñabilis, & corruptibilis; ergo materia hoīs diſpōnes hēt, per quas dř talis, generabilis. ſ. & corruptibilis: cū itaq; ſit diſpoſita; ergo per formā, quæ tales in materia diſpōnes requirit: nā materię dicuntur diuerſæ; qa formę diuerſæ 2. phy. 26. 1. ani. 53. 2. ani. 60. ergo forma illa, per quā homo dicetur homo, erit corruptibilis: quod, ſi negabitur; tunc non erit homo generabilis, & corruptibilis, in quantum homo. Præterea agens uniuocum, ea ratione dicitur ſic generans, quia generat ſimile ſibi in ſpecie; ergo homo ex materia educet formam alterius hominis geniti de potentia ad actum: ſed omnis talis ſic educta, corrumpitur ad corruptionem cōpoſiti; ergo anima intellectiua erit corruptibilis.

quòd, ſi dicatur; Agens diſponit materiam; Deus poſtea per creationem animam infundit; tunc homo non erit generans vniuocum; quia eius actio non pertingit formam ei in ſpecie ſimilem: imò neque dabitur in tali generatione, agens vniuocum; cum Deus dicatur ęquiuocum agens, & nõ vniuocum. vltimò Ariſto. ipſe rem iſtam determinat primo animæ ſexageſimoquinto, cum dicat; Intellectus videtur ſubſtantia quædam in fieri; non antem in corrumpi, ut ſenſus. ibi appellat intellectum, ſubſtantiam: non eſt igitur potentia animæ. & ponit eam diſtinctam à ſenſu, ut incorruptibilem à ſubſtantia corruptibili. quòd, ſi per ſenſum intelligeret potentiam, & non ſubſtantiã; comparatio eſſet abuſiua: quare non video, quomodo in fundamentis peripateticis concluſio talis firmari poſsit. Ad obiecta in Auerroim, dicẽdum, ſecundùm illius expoſitionem, quòd per particulam animæ, intellexit partem ſubiectiuã, ſiue primum analogatum, ut retrò dictum eſt. ſecundum patet.

T. c. 8. Cum autem ſic, Intentionem non ponit Auerroes, ſed continuat dictis; quomodo exiſtens, tanquam locus, perficiatur ſpeciebus, & non amplius potentia, ut prius; ſed habitibus reſultet perfectus. non diuerſus ab hoc Sanctus Thomas, & ipſe inquit; Cum dixerit Philoſophus de intellectu poſsibili; modò agere intendit de intellectu in habitu. At, quæ fuerit huius intentionis cauſa, & quo inceſſerit artificio Philoſophus; nõ eſt, Simplicio excepto, qui aliquid dicat. dicendum itaque, ſecundùm diuinam Simplicii introductionem: Cum intellectus, qui à propria perfectione elapſus, ad ſenſus conuerſus ſit; neque formas illas intellectuales habet, ut manens; ſuſceptiuus tamen illarum, eſſe dicitur; non antem, ut potentia talis: quare per ſpecies à ſenſibus acceptas, quoquomodo diſpoſitus, & habitu redditus talis: nam ſpecies tales ſunt, ueluti extrema veſtigia formarum illarum. quæ uerè ſunt intellectuales. quare ab iſtis aliquo modo aſcendẽs excitatus ad inquiſitionem verarum formarum, ab ea ſubſtantia animæ, quæ manet, ſiue virtute counitus; perficitur denique per eas, quæ in ipſo manent, formas, atque ab vnita ſibi intellectione. hoc autẽ fit partim aliunde, imò ab alteris manẽtibus; partim à ſe ipſo; quoniam vnus quodammodo eſt ipſe, qui manet, & progreditur. at perfectio, quæ eſt in ipſo egreſſo, non eadem eſt cum ea, quæ in ipſo manet; ſed ſecundùm habitum dicitur: habitus autẽ eſt circa ſubſtantiam; non autem ſubſtantia eſt. cũ itaque agendum ſit de hac intellectiua, quæ, ſecũdũ diuerſos gradus, dicitur; ab imperfecto, & qui ſolùm potentia eſt, incepit Philoſophus. de quo cum ſatis actum, modò agit de intellectu adhuc egreſſo; perfecto tamen, ſecundùm habitum. Textus duas habet particulas declarandas: in prima ponit intellectum in habitu; & ipſum deſcribit: in ſecunda ponit illius duas proprietates: inquit in prima; Dicitur perfectus. ſ. ſecundũ actũ. i. habitum; cum ſic fiat ſingula, ut ſciens. & à ſigno verificat hoc; cum, ſ. poterit per ſe intelligere. Notat Auer. differentiam inter potentias actiuas ꝓpinquas, & remotas. Pro quibus notandum, ꝙ illa dicitur remota, quũ non habet formam, à qua proueniat operatio; vt aqua ad producendum calorẽ; dicetur autem potẽtia propinqua, vt aqua calida; dicitur autem talis intellectus, qui habitu perfectus eſt. Singula fiat. ſ. intelligibilia habitu. At dubium eſt, quõ hæc fiat. Dixerunt quidam, & ſatis imperitè, ꝙ ſit illa vniuerſalia; cũ ſingularia nõ cognoſcat. & rectè dictũ eſt; Veluti materia ſit formæ diuerſæ. At dictum hoc falſum eſt; quia forma limitat materiam, & diſtinguit. at forma, ſiue ſpecies nõ operantur aliquid in tã nobili ſubſtantia; ſed potius, ut rectè notauit Alber. intellectus operatur circa ſpeciẽ intellectã, diſcretionẽ, iudiciũ, & reſolutionem: nã uniuerſalia colligit à ſenſu, & phantaſia, vt Themiſtius capiens ſimile à diſsimilibus; & idem à diuerſis: & ſpecies tunc illæ in intellectu ſunt, ut imagines in ſpeculo, ſcilicet in eſſe cognito: & rectè comparatur ſcienti; cum poſsit per illos habitus pro arbitrio in operationem exire. Eſt quidem. In hac ponit primam proprietatem, quòd ſcilicet eſt, ut ſic, perfectus adhuc in potentia; non tamen, ut priùs erat, quia tunc erat in potentia, & ad habitus, & ad operationes, habitus illos inſequentes: nunc autem nõ amplius ad habitus; ſed ad operationes duntaxat in potentia eſt. Latini exponunt, quòd ſit in potentia propinqua ad operationem correſpondentem habitui: quę non eſt ad propoſitum; cum ſatis dixerit in prima parte; Cum poſsit per ſeipſum operari; ſed uoluit eſſe in potentia ad operationem, quæ eadem cum eius ſubſtantia eſt. Non ut erat ante addiſcere, aut inuenire. Notauit Philoponus. Rectè de his duobus meminit; quia ſcientia quælibet, aut addiſcendo; aut inueniendo fit; vt verò habitu eſt, adhuc potentia eſt; quia operationẽ ſuã, intelligere. ſ. nõ hẽt in actu, & eãdẽ ſibi, ſed à ſeipſo diuerſam; nã, cũ à ſubſtantia adhuc ſegregatus ſit, manẽte. ſ. intellectu; cõſequẽter hẽt vt notat Simp. & à ſeipſo partitã operationẽ. Et ipſe autẽ ſeipſum tunc põt intelligere. In hac ponit ſecũdã proprietatẽ. hanc Auer. declarãs cũ Alexãdro inquit; ꝙ ſeipſum ĩtelligit, qñ rerũ formas intelligit; quia ipſe aliud non eſt quàm rerũ formæ, cũ extraxerit eas à materia; quaſi ſe intelligit accidẽtaliter; ut accidit rebus intellectis; ꝙ ſint ſubſtantia eius. Latini, ut hic Albertus, inquiunt, ꝙ ſe per accidens intelligit; quia intelligit ſpecies in ſe exiſtentes: quas cũ cognoſcat in ſeipſo eſſe; ſeipſum intelligit. Auer. aũt voluit alio modo; quia addidit; Oppoſitũ eſt in aliis intelligentiis: illæ ſiquidẽ intelligunt ſe per ſe; quia per intrinſecum, cũ per propriã ſpeciẽ: ideo, cũ intellectus in habitu per ſpecies, & per quoddã extrinſecum, ſe intelligit; tunc per accidẽs ſeipſum intelligit. Themiſt. inquit, ꝙ ſeipſum intelligit; quia ipſe eſt res intellectæ; & tunc factus idem rebus intellectis, repentè ſeipſum cognoſcit; ut ſcientia eadem eſt cum obiectis ſcibilibus: namque geometria nihil aliud eſt, quàm geometrica Theoremata: ſic & intellectus intellecta. At quælibet iſtarũ expoſitionũ

valde

valde difficilis eſt. quæ Latinorum; non videtur bona: nam, quomodo per ſpeciem intelligibilem poteſt ſeipſum intelligere; cum ſpecies intelligibilis ſit accidens, & nihil habeat cum intellectu, commune? Si dicatur, Quatenus intelligibilis. at ſpecies intelligibilis, & intellectus intelligibilis valde dicuntur æquiuocè. quòd, ſi dicatur, ut ſpecies illa eſt in intellectu ſubiectiuè. At hoc ſupponit priùs cognitum fuiſſe intellectum; deinde, ſcire, vel diſcurrere, quòd tales ſpecies ſubiectiuè in ipſo reponantur: vt, ſi ignota eſſet ſubſtantia; non ſciremus accidentia fundari in ſubſtantia. per idem non uidetur bona, quæ Auerro. cùm illud extrinſecum, vt ſpecies ſcilicet, intelligibilis differat ab intellectu; ut accidens corruptibile à ſubſtantia æterna; vndè per ipſum intelligi non poteſt. Poſtremò, quæ Themiſtii, eſt valde difficilis; quia, ſi intelligit, quòd intellectus nihil aliud eſt, quàm ſpecies intelligibiles acceptæ à phantaſmatibus: hoc falſum eſſet; quia accidentia ſunt: at intellectus ſubſtantia, & incorruptibilis. ſi uerò intelligat per ſpecies, formas, quæ ab eſſentia intellectus non diſtinguuntur, vt videtur ex fundamento proprio; cũ velit intellectum ſpeculatiuum eſſe intellectum agentem vnitum poſſibili; ſequeretur, quòd tunc ſemper actu intelligeret; quia per eſſentiam tunc intelligeret: quod eſt contra textum, & contra ipſummet; cum dicat; Mens, quando quieſcit, dicitur habere habitum intelligibilem: quando verò operatur; tunc idem fit intelligibili; & intelligens illud, ſeipſum intelligit. Quid autem dicat in hoc Simplicius, cum videatur carpere Alexandrum, inquit Sueſſanus, quòd nihil neceſſarium dicit. quod dictum, eius pace, oſtendit, quòd Simplicium nullo modo intellexit. Simplicius diuinè, vt conſueuit, locum hunc expoſuit, damnans in primis Alexandri ſententiam, quòd voluerit intellectum intelligere priùs ſpecies; ſecundò & per accidens ipſum; cum dicat; Niſi præcedat notitia intellectus, antequam ſcilicet de eo aliquid enunciemus. deinde dicit; Quomodo, aut Alexander, aut nos, aliquid de intellectu ſcribemus, ignorantes ipſum, atque eius eſſentiam; & quomodo ſenſus non ſit? deinde aſſumit, quod poſtea declarabitur; quòd ſcilicet, non ſolùm eſt intellectus; ſed eſt etiam intelligibilis. aſſumit deinde alterum dictum ab Alexandro, quòd ſcilicet nihil à ſeipſo patitur. pati autem, vt dictum eſt, ſcilicet intellectum ab intelligibili, non ſimpliciter, ſed ſimile ſenſui. atque his addit, quòd pati ſemper dicitur, quod aliunde perſectionem capit; quare patitur & intellectus poſſibilis; patitur & intellectus in habitu: conſequenter per fundamentum Alexandri, quòd nihil patitur à ſeipſo; neque intellectus potentia, neque habitu, ſeipſum intelligere poteſt: cum verò intellectus, qui fuerit in habitu, factus ſit perſectus ab eo, qui actu eſt, & pura intellectus eſſentia: tunc & ſeipſum, &, quæ in ipſo ſunt formas ſine vlla paſſione intelliget, & ſecundùm actum perfectum. Simplicius inquit; Progreſſus haud à ſenſibilibus perficitur, ſed in his, tanquam in extremis formarum veſtigiis, inſidet: indeque ad ipſarum formarum inueſtigationem non ſine quadam inclinatione in ſeipſum, excitatur. quare ad textum dicamus, ex Simplicii reſolutione, quòd iſte, qui eſt habitu perſectus; eſt potens intelligere ſe; quia eſt in potentia proxima, ut ab actu intellectu perficiatur; & tunc intelliget. ſecundùm aliam expoſitionem, Alpharabii ſcilicet, exponit Auerroes, & uoluit inferre; Si intellectus poſſibilis intelligit ſe per ſpeciem abſtractam à ſe; tunc res intellecta, & abſtracta, habebit intellectum, ideſt, ſpeciem intelligibilem. quod eſt falſum; cum habere ſpecies ſit conditio rerum materialium; non autem intellectus, qui eſt uirtus abſtracta. Gandauenſis, quia locum illũ ignorauit & ipſe; ideo ſecundùm malam expoſitionem, dubitauit, vtrum intellectus poſſibilis poſſit intelligere ſuam intellectionem. fundauit autem ſuper hoc textu, exponens, quòd intellectus intelligit ſe per ſuum actum; quod non contingeret, niſi poſſet ſuum actum intelligere. & Ioannes laborat declarare hoc: & tandem determinat, quòd intellectus, cum intelligat, verbi gratia, lapidem, intelligit etiam ſimul lapidis intellectionem. & hoc patet; quia intellectus eſt virtus abſtracta, & incorporea; quod ſenſui non cõueniret; quia corporea uirtus eſt, & organica. At neque quæſtio locum habet; neque determinatio quæſtionis uera eſt. primum patet; quia non dixit, quòd intelligit ſe; ſed quòd eſt in potentia ad intelligendum ſe, ut expoſuimus. ſecundum etiã patet; quia, ut poſſibilis; &, ut in habitu, ſeipſum non intelligere poteſt; cum ſic, diuerſam ab eſſentia teneat operationem: neque, ut ſic, dicitur intellectus intelligibilis; quare neque ab eo ſua intellectio, ratione ſuæ imperfectionis: at, cum actu intellectus erit; tunc in eo idem erit intelligens, intellectum, & intellectio: ſic ſeipſum, ſuamque intelliget intellectionem. Sanctus Thomas & ipſe prima parte ſum, quæſtione octuageſimaquinta, articulo ſecundo, inquit, quòd ſpecies intelligibilis ſe habet ad intellectum, vt quo intellectus intelligit. deinde addit; Sed, quia intellectus ſupra ſeipſum reflectitur; ſecundum candẽ reflexionem intelliget, & ſuum intelligere, & ſpeciem, qua intelligit: & ſpecies ſic ſecundariò intellecta, eſt id, quod intelligitur. primum dictum eſt verum; quia ſpecies eſt, qua obiectum extra animam intelligimus. At ſecundum dictum ſuſpectum eſt, quòd ſcilicet, intellectus poſſibilis ſupra ſe reflectatur: nam uirtutem reflecti ſupra ſeipſam, ſummam arguit perſectionem; & propriè abſtractis conuenit per eſſentiam; cum nullo modo à corpore dependeant in earum operationibus: at intellectus poſſibilis, tametſi non dependeat ſubiectiuè; dependet tamen obiectiuè. quòd, ſi dicatur; Hoc non impedit. Contra; quia, ſi ſemper obiectiuè dependeret; eſſet generabilis, & corruptibilis, ut dixit Auerroes primo animæ duodecimo. dependere itaque obiectiuè arguit uirtutem materialem.

& non abſtractam, quòd, ſi reflecteretur; tunc intelligeret aliquid ſine phantaſia: quod eſt contra Philoſophum in hoc, textu 30. 39. deducitur; quia phantaſia in illa reflexione intellectum non ſequeretur. Sueſſanus declarat hanc opinionem & ipſe, inquiens; Species, quæ in intellectu eſt in eſſe obiectiuo, duo ſignificat; primum, ſimilitudinem obiecti, à quo deciſa eſt; & per hanc, obiectum illud cuius eſt, cognoſcitur: ſecundum notat effectum, quæ, cum, ut ſic pendeat à ſuis cauſis, phantaſmate ſcilicet, intellectu poſſibili, & agente; ſic ab illa diſcurrens intellectus, vt ab effectu deducitur in ſui notitiam, tanquam cauſæ. At opinio iſta recta non eſt: primò ſequeretur, ꝙ intellectus poſsibilis deduceretur in cognitionem intellectus agentis; & ſic ad cognitionem unius ſpeciei, eſſet intellectus adeptus; cum, tamen, ut ſic, ſummè adhuc ſit imperfectus, quod maximè inconuenit, ꝙ, ſi dicat; Deducitur in cognitionem ſui, non ut forma eſt, ſed ut agens; tunc ſequeretur, quòd & uirtus ſenſitiua, cogitatiua ſcilicet, per phantaſma in ea cognitum, deduceretur in ſuiipſius notitiam; quia & ipſa cognoſcit phantaſma mouens & ipſam receptiuam, ſiue paſſiuam eiuſdem; cum & ipſa particulariter diſcurrat. quare nullo modo dicendum eſt intellectum imperfectum ſeipſum intelligere poſſe. neque ualet, ſi dicatur; Factus in actu poteſt ſe intelligere: fit autem in actu per ſpeciem intelligibilem: tunc cōtra, agens, non agit ultra gradum proprium: cũ autem ſit actu, verbi gratia, per ſpeciem lapidis, nō poterit habere perfectiorem intellectionem, quàm illa ſit, per quam ſpeciem vnam accidentalem cognoſcit: non poterit itaque intellectio talis terminari in ſubſtātiam illam abſtractam, & incorruptibilem. quare intentum habetur. Deo laus & honor.

Dubitatur, utrum ſpecies intelligibilis realiter differat ab intellectione. In hac materia ſunt opiniones. tenent aliqui, quòd non, per hoc fundamẽtum; quia à nullo agente ſpecies talis cauſaretur; non à phātaſmate; quia materiale eſt; modò à materiali non cauſatur immateriale; non à poſsibili; quia non cauſaret magis hanc, quàm illam; cũ ſit poſsibilis fieri indifferenter omnia; per idem neque ab agente. & tenet Sueſſanus hanc opinionẽ eſſe de mente Auerro. quamuis ipſe Sueſſanus teneat ſpecies dari. Altera opinio eſt, quòd tales dentur ſpecies: & fundantur primò in potentia intellectiua, ad quas ſequitur intelligere; ut Scotus primo ſententiarum diſtinctione tertia quæſtione ſexta. Sicuti ſpecies ſenſitiua, non in potentia, ſed in ſenſorio prius fundatur animato; deinde ſequitur ſenſatio. confirmatur hoc ratione; quia, ſi ſpecies, verbi gratia, lapidis non datur in intellectu poſsibili; tũc ſequetur, quòd poſt illam intellectionem, intellectus erit in potentia ſicut prius: quod aduerſatur Philoſopho in hoc textu, comparanti intellectum in habitu ſcienti. Quem locum Alexander exponens inquit, quòd intereſt inter intellectum in habitu, & potentiam motiuam; namque motiua ineſt nobis primò natis; at intellectus in habitu, niſi his, qui ſtudio, & exercitatione multos ſibi comparauerit habitus: quòd, ſi dicatur; Reſeruantur ſpecies in uirtutibus ſenſitiuis interioribus; & ſolum in eſſe cognito, habent eſſe in intellectu, Dicendum, quòd tūc ſequeretur, quòd tempore ſomni intellectus in habitu non differret ab intellectu poſsibili: quod inconuenit. Tenendum puto in hac materia, ſecundùm Ariſtotelem dari ſpecies intelligibiles. Hoc determinat Philoſophus tex. 11. ſoluens dubium, an intellectus intelligibilis ſit ſecundum ſe; uel per intentionem in eo, vt materialia redduntur intelligibilia; determinauit per intentionem, ut materialia. quem locum Auer. exponens inquit, quòd differt intētio, per quam intellectus, & per quam materiale, dicitur intelligibile; quia illa actu intellectus; iſta verò potentia. hoc confirmatur per Simplicium hic; qui ueras formas ponit in manente intellectu; illarum uerò ueſtigia in poſsibili. hoc idem ſimul determinans modum eſſendi illarum dixit Ariſtotel. tex. 6. intellectiuam animam eſſe locum ſpecierum. Scotus in loco adducto; Quia conſeruat ſpecies, vt locus locat; non tamen intelligendum eſt hoc per ſimplicem inhærentiam, quo modo forma informat materiā; ſed ut cognitum in cognoſcente; quo modo in ſpeculo comprehenduntur imagines, ut dictum eſt: præterea Ariſt. 2. ani. 60. inquit, ꝙ ſcientia eſt uniuerſalium. & addit, Hæc autem, quodammodo in ipſa ſunt anima, & addit; Vndè itelligere eſt in ipſa cum uelit. non intelligendum eſt, ꝙ, ut intelligat, præcedere debet uoluntas; quia ſic abiret in infinitum: ſed innuit, quòd abſente obiecto, poteſt intelligere; quod non poteſt ſenſus; quia non habet in ſe ſpecies, ut, ſcilicet, intellectus habet. quòd etiam hoc ſenſerit Auer. apparet per fundamentum ſuæ poſitionis, quod poſuit commẽto 5. cum dicat, ꝙ homo non eſt intelligens in actu, niſi propter continuationem intellectus cum eo in actu. deinde addit, quòd intellectus non poteſt cōtinuari cum homine per partẽ, quæ de eo eſt, quaſi materia. remanet, ut continuatio ſit intentionis intellectæ cum nobis. addens; Et ſunt intentiones imaginatæ. confirmatur & à ſimili; nam ſpecies in ſenſu realiter diſtinguitur à ſenſatione; ergo & in intellectu. conſequẽtia patet; quia paſsim proportionem celebrat Ariſt. inter ſenſum, & intellectũ. antecedẽs cōfirmat Themiſtius 3. ani. cap. 55. ubi inquit, ꝙ phantaſma Socratis nō eſt idẽ, quod notio Socratis: at phantaſma eſt ueſtigium ſenſus; ſed notio eſt animi actio in ſubiecto phantaſiante & addit, hunc in modum intellectus multifariam phantaſmatibus utitur. idem in libello de memoria, & reminiſcentia cap. 11. ubi dicit, ꝙ imaginatio nō eſt ipſa ſpeciei impreſsio in uiſcere primario. i. in corde: imò eſt actus eius uirtutis, cui imprimitur; & quæ habet uim concipiendi uiſa: nam per uirtutum ſubordinationem, dum phantaſia phantaſiatur ſpeciem lapidis huius; intellectus poſsibilis ab agente ſuo illuſtratur uirtute ideæ lapidis illius: at non pro eſſe ideali, & prima uita; ſed pro eſſe formali, & ſecunda uita, in cognitione

gnitione lapidis illius ſpeciei, ob hoc mens comparatur poſsibili, ut agens; non autem ut forma. Ad argumentum primum, dicitur, quòd cauſatur à phantaſmate, & ab intellectu agẽte: neq; etiam à phantaſmate, vt phantaſma eſt; ſed à phantaſmate occaſionaliter ab agente in ente.

T. c. 9. Quoniam autem aliud magnitudo. Auerrois textum introducens inquit, intentionem eſſe agere (cum ſatis dixerit de ſubſtantia intellectus materialis) de differentia, quæ inter ipſum eſt, & uirtutem imaginatiuam in actu: & hoc; nam, cum mouens, & motum eiuſdem uideantur ſpeciei eſſe, uel ſaltem eiuſdem generis proximi; quia quod mouet naturaliter aſsimilat ſibi paſſum; ſequeretur, cum imaginatiua intellectum moueat, quòd utrumque uel immateriale, uel materiale erit. At, cum intentio in hoc tertio ſola ſit agere de parte intellectiua, ut diſtincta à quocunque ſenſu; de qua diſtinctione ſatis actum eſt in 2. ani. ideo intentio, ſecundùm Auer. non mihi uidetur ad propoſitum; quia in hoc libro nõ aget de ſenſu, niſi ut declaret aliquid de intellectu, quomodo primo cæli egit de elementis. Latini, S. Thomas, & Egidius, dicunt intẽtionem eſſe agere de obiecto intellectus: quod obiectum eſt, ꝙ quid eſt: quod tamet ſi cadat ſub intentione ſecũdariò; non tamen prima eius intentio fuit. Philoponus proponit tria quærẽda de intellectu; primũ ſcilicet, quomodo incorruptibilis, ſiue ſempiternus; ſecundum, quomodo à ſenſu differat; per quod habetur & magis ipſum eſſe incorruptibilem; tertium, & de quo, modò intentio eſt, quomodo ſcilicet ipſum fiat intelligere. Poſitio iſta. quoad continuationem, non ſatis tuta; at, quoad intentionem, uerisſima eſt. Sueſſ. addit & Simplicij introductionem talem, quòd ſcilicet, Philoſophus intendit agere de intellectu, ut ad nos conuertitur, & ſic de ipſo intelligere; cum ſatis egerit de intellectu in ſe; quia talis uniuerſalia ſolùm intelligit: at, ut ad nos conuerſus, & uniuerſalia, & particularia intelligit, & ſenſibilia. addit Sueſſ. quòd expoſitio talis proculdubio ad Ariſtotelem nihil eſt; quia inferiùs aget de opere intellectus, ut ad nos uerſi. Quæ ſententia, meo quidem iudicio uerisſima eſſet, ſi e expoſito Simplicio: at, quia Simplicium non intellexit; incommoda ad ipſum exponentem ſequentur, non autem ad Simplicium, ſed potius ad ipſum ueritas. quòd hoc Simplicius non ſomniauerit, patet; quia in his, quæ retrò acta ſunt, Simplicius exponit Ariſto. & de prima particula animæ intellictiuæ, quæ poſsibilis eſt, & omnium imperfectiſsima; & de ſecunda, quæ eſt intellectus in habitu, in textu. 8. quomodo itaque uoluit de intellectu in ſe; cum talis apud ipſum ſit ſummè perfectus, ut hic exponitur? quomodo ſeruaſſet Philoſophus ordinem procedendi à nobis notioribus, quem notauit Simplicius text. primo; Deponit tandem Sueſſ. ſuam ſententiam; quòd Philoponus hic agere intendit de uno enthymemate tali; In omnibus cõpoſitis ex uniuerſali, & indiuiduo; ex materia, & forma; aliud eſt uniuerſale, & aliud indiuiduũ; ſiue aliud quidditas, & aliud habens quidditatẽ; ergo intellectus, aut alia uirtute diſcernit hoc; & illud; aut aliter, & aliter ſe habente; eadem tamen: quo dato infert, quòd omnes datæ introductiones ſtare poſſunt: &, quòd ſit de obiecto; &, quòd ſit de differentia illa, ut Auer. &, quòd ſit de intelligere. Hæc autem introductio biſariam peccat: tum, quia in textu non concludit Philoſophus ſed diſiunctiuè ponit, & alio, aut aliter, &c. quinimo Philoponus legit hanc particulam, per modũ dubij, ut uidebitur: tum etiam, quia, quæ eſſent præcipuæ intentiones, ſequerentur per modum corollarij, quod inconuenit. dicendum itaque cum Philopono, ꝙ intẽtio eſt agere, quo modo fiat ipſum intelligere. & hic propriè locus eſt, ubi de intellectu dixit in habitu: talis planè eſt, qui operationem illam habet, quæ intelligere eſt: nam, qui poſsibilis eſt, ut poſsibilis, ſolùm recipit; intelligit uerò, ut in actu, ſiue ut in habitu eſt. cauſa uerò huius cum Simplicio, declaranda, cum dicat, quòd intentio cum ſit hic agere de particula, quæ à ſeipſa manente progreſſa eſt; perfecta tamen ſecundùm habitũ; ideo intendit inter ipſam, & manentem diuerſas aſsignare intellectiones; cũ iſta ſit de corporibus, & particularibus ſubſtantijs; illa uerò manens, de ſimplicibus, & indiuiſibilibus; quippè quę non tranſit à formis ad formata, ut illa cognoſcat; ſed in ea ipſa formarum notitia tanquam ex cauſis cauſata omnia, atque eorum accidentia; & ipſam quoque horum ſuſceptiuam materiam cognoſcit: at, quæ progreſſa eſt, non in ſe ipſa manens, quamuis perfectam habeat ſpeculationem; ſed progreſſa à ſeipſa, quomodo & formæ ad formata; proportione cognoſcit, ut ſenſitiua, ſenſibilia; rationali autem nòtitia, compoſitas ſubſtantias, atque informatas, alia tamen exiſtente ab ea, quæ ſolas comprehendit formas; ſi quidẽ iſtæ perfectiones dicantur; illæ uerò perfectæ. ante autem omnia proponit Ariſtoteles, quòd in cõpoſitis aliud eſt forma; aliud uerò forma in materia. Textus tres habet particulas declarandas: in prima inquit, quòd aliud eſt magnitudo; aliud eſſe in eſſentia, ſiue quidditas magnitudinis: idẽ de aqua pro toto compoſito, atque de eſſe aquæ: nam forma ſecundùm ſe diffinitur per quod quid erat eſſe: ubi autem forma non manet ipſa; ſed informat aliud; in iſtis forma eſt alterum; & alterum formatum per ipſam. Notandum autem, cum compoſitum ipſum materiale ſit, & teneat formam in materia: & materia uel ſenſibilis eſt; uel intelligibilis. 7. met. 35. ideo in his omnibus ueritatem habet, quòd aliud eſt forma; aliud forma in materia: ideo exemplũ poſuit in mathematicis, pro intelligibili, ut de magnitudine; & aliud in naturalibus, pro ſenſibili, ut de aqua. addit deinde Ariſt. Sic in multis alijs; non autem in omnibus. Exponit Albertus, quòd particulare, ut particulare, non habet aliud, nec commune, ut cõmune: quia commune, ſecundùm quòd commune, idem eſt, & ſuum eſſe; ſic & particulare: aliter eſſet in infinitũ proceſſus. & exemplo, hoc de carne manifeſtauit: licet enim ab hac carne poſſit

abſtrahi

abſtrahi uniuerſale; tamen caro hæc,& eſſe huius carnis eſt idem. & addit,quòd huius particularis, & ſenſibilis exemplum conuenientiùs ponitur in carne; quia caro nominat materiam ultimam, quæ nullo modo habet communitatem: quod nó facit magnitudo; cùm commune ſit quoddam in omni natura,& aqua communis; quia eſt principium compoſitorum omnium ex elementis. At expoſitio iſta Alberti, multifariam deficit; primò quia Philoſophus,cum poſuerit diuerſitatem inter formam,& compoſitum,in quibus illa reperitur diuerſitas: in quibus deinde non reperitur; ponit identitatem: modò identitas debet reſpicere diuerſitatem,ne ſermo æquiuocus ſit: quare identitas non debet eſſe de compoſito tantùm,ꝙ,ſcilicet, ipſum, atque eius eſſe idem ſit; quia de eo, ut tale,non habetur etiam diuerſitas; ſed eſſe debet de communi, ſcilicet, de forma, & de ſingulari, ſiue materiali formato, in quibus nulla ſit diuerſitas: ideo ly, Non in omnibus,&, In quibuſdam autem idem, intelligi debet,ut Græci exponunt, & cũ illis Auer.& alij Latini.i.in ſeparatis,& ſimplicibus; cuiuſmodi poteſt etiam notari diuerſitas inter formas, quæ iam egreſſæ ſunt; & illas, quæ manent: quæ diſtinctum ſuum eſſe non habẽt per eſſentiam abſtracta ſunt: addit Them. & punctum; quia, expers continuitatis cum ſit principium continui; erit & ſine materia intelligibili. malè quinetiam accepit exemplũ de Carne: quia à pari dicerẽ ego, ꝙ neque caro nominat ultimã materiam per eandem rationem; quia ipſa principium eſt eterogenearum partium, ex illa cum alijs homogeneis compoſitarum. præterea clara intentio Philoſophi eſt,ꝙ non ſit comparatio inter magis materiale,& minus materiale; ſed inter formam, ut in ſe eſt; & ut eſſe habet in materia. At fortè diceret aliquis pro Alberto. Non poteſt dictum Philoſophi intelligi de abſtractis; quandoquidem manifeſtauerit hoc per carnem, quæ materialis eſt. Cui facit ſatis S. Thom. cum dicat, quòd ſubſtantiæ ſeparatæ cum ſint nobis ignotæ; nõn potuit eas nominare proprijs nominibus; ſed exemplo rerum naturaliũ manifeſtauit eas. Huic ſententiæ aſtipulatus eſt Philoponus, diligentiùs tamen exemplum conſiderans; quandoquidem uelit per illud; cognoſci differentiam inter materiale, ubi diuerſitas eſt; & immateriale, ubi idẽtitas: quæ cognoſcuntur per exemplũ poſitũ in diuerſis caſibus: nam in datiuo notat immateriale; in accuſatiuo materiale, non curans, ut conſueuit Ariſt. exempla. At dicerem ego, quòd exemplùm de carne non poſitum hic eſt pro ſubſtantijs abſtractis, ſed pro idea carnis; quæ idem habet cum quidditate indiuiduum ad differentiã eius, ut cognita ab intellectu progreſſo: inter quæ modò intentio eſt differentiam ponere. Aut alio. In hac ſecunda Auerro. ponit conſequens; cum poſitum ſit, quod præcedit. non tamen intelligẽdum eſt, ut malè accepit Sueſſ. quòd Ariſto. hic unam formauerit conſequentiã, cuius hoc ſit conſequens; ſed intelligi debet, ut rectè Philoſophus, quòd colligẽda ſunt hæc dictis ſuperioribus.

retrò dubitauit; an mens cognoſcat materialia; modò concedens, quòd cognoſcat, tacitè dubitat, utrum hoc ſit per duas diſtinctas uirtutes; uel potius per eandem ſe habentem diuerſimodè. Alexander,& Plutarchus, ut Philoponus refert, uolunt, quòd immateriali parte cognoſcat immaterialia; & materiali, materialia. Ariſt. uidetur tenere, quòd eadem diuerſimodè tamen ſe habente. Exponit alterum diſiunctiuæ membrum Auer. ꝙ diuerſis uirtutibus apprehendit tunc anima; cum utrunque per ſe comprehendit, formam ſcilicet, per ſe, & indiuiduum per ſe. & hoc ueritatem habet; quia, ut Philoſophus dicit primo phyſicorum 49. Vniuerſale eſt ſecundùm rationem notius; ſingulare uerò, ſecundùm ſenſum. declarat alterum, quòd per unam uirtutem, & diſpoſitiones diuerſas erit, quando apprehendit alietatẽ inter aliqua duo; ut dictum eſt de ſenſu communi; quippè qui cum ponat differẽtiã inter diuerſa ſenſibilia; hoc facit per diſpoſitionẽ diuerſam, ideſt, per plures ſenſus. Dubitatur; quia ſecundo de anima 149. dixit, quòd ut ponit differentiam diuerſorum ſenſibilium, eſt una uirtus. Dicendum, quòd Auer. hic uoluit, quòd ſenſus communis cognoſcat alietatem inter ſenſibilia diuerſa, ſecundùm diuerſos ſenſus; ſed, quòd diuerſi ſenſus neceſſarij ſunt; ut ſenſus communis ponere poſsit differentiam inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum. uerbi gratia, ſi debet ponere alietatem inter albedinem, & dulcedinem; oportet, quòd utrumque cognoſcat: at non poſſunt cognoſci, niſi per diuerſos ſenſus exteriores, guſtum ſcilicet, & uiſum. & hoc uoluit Auer. addit deinde, quòd cognoſcit uniuerſale,& particulare per diuerſas uirtutes; quia uniuerſale & ſingulare ſunt diuerſa. At diceret aliquis; ſubſtãtia,& quantitas, quæ intelliguntur, ſunt diuerſæ; ergo intellectus poſsibilis utranque recipiens, erit uirtutes diuerſæ. Dicendum, quòd diuerſitas, quæ eſt inter indiuiduum,& quidditatem; non eſt, quãtum ad eſſe; ſed quantum ad modum eſſendi: ex hoc enim, quòd indiuiduum eſt indiuiduum; habet cognoſci à ſenſu; quidditas uerò, quia uniuerſalis, habet cognoſci à uirtute abſtracta. Caro .n. In hac tertia particula ponit & Ariſto. cauſam; quia ſcilicet, caro non eſt ſine materia; ſed, ſicut ſimum. Hoc in hoc. cauſa eſt, quia tales formæ nunquam ſunt ſine materia; ſicuti ſimum, nunquam ſine naſo. At dubium eſt, quare dixit; Hoc in hoc. ſi intelligatur per ly, hoc, forma; per ly, in hoc, natura formæ in materia; ita ut ſit ſenſus applicabilis & carni,& ſimo. tunc erit dicere, quòd quodcũque terminatum ſit, diſtinguitur à ſuo termino: & ſic immateriale etiam diſtinguetur, ut cælum hoc: tunc non erit idem ſimum cum cauitate, quæ in naſo eſt; neque animal cum uita, quæ in corpore eſt; neque Medicus cum medicina. ſed hoc noluit Ariſto. ut rectè expoſuit Simplicius, ſed cauſas elemẽtares, & proximas intellexit, formam ſcilicet, determinatiuam illius, & huius ſuſceptiuam materiam: quare; Hoc in hoc. non compoſitum ipſum, ſed compoſiti cauſas intelligit; ex materia ſiquidem, & forma conſtat compoſitum.

Dubita-

Dubitatur, quam differentiam teneant immaterialia cum materialibus, quoad diuerſitatem quidditatis ab indiuiduo: nam intelligentiarum quælibet tametſi à materia quacunque abſtracta ſit; eſt tamen numero una; quare indiuidua: ergo & in ipſa quidditas differre uidetur ab ea, ut indiuidua eſt. De compoſitione intelligentiarum, quidquid dicant alij, cum multiplicem illis attribuant; dicendum puto cum Ariſt. 8. methaphyſi. 16. Quæ prorſus carent materia, & ſenſibili, & intelligibili; id unum aliquod eſſe eſt. ideſt, Quidditas, & eſſentia in eo idem. & 7. methaphyſi. 41. ꝙ quid erat eſſe, & vnumquodque in quibuſdã idẽ, vt in primis ſubſtantijs. confirmatur, nam ſi de quo magis uidetur; non tamen ineſt: ergo nec de quo minus. ſed magis uidetur, quòd diuerſitas eſſe deberet, & compoſitio, inter operationem, & eſſentiam; quàm in ipſamet eſſentia; & tamen nõ eſt; quia in abſtractis idem eſt intelligens, intellectum, atque intellectio. quare peripateticè neganda eſt quæcũque compoſitio in abſtractis per eſſentiam, in qua diuerſitas tealis habeatur: admittenda tamen eſt in cæteris, prima excepta, quã poſuit Auer. commento. 5. ꝙ per ſimilitudinem, vnaquæque compoſita eſt ex modo formæ, & materię: nam, ut ibi dictum eſt, quælibet talis recedit à prima, conſequenter ab illius perfectione: quare reſpectu illius, ſecum tenet modum priuationis; qua re eadem materiæ eſt; uel materia ipſa, vt volebat Plato: quatenus autem primam in tali gradu intelligit, atque ad eam proximè accedit, perfecta eſt, at, ubi perfectio; ibi modus formæ: ſic quælibet intelligentia citra primam ex his modis compoſita erit: prima uerò, cum nulli comparetur alteri, ſed in ſe ipſa plenitudinem perfectionis habeat; ideo ſola illa ſine ulla compoſitione eſt: quia, quidquid in Deo intelligitur; omnibus modis ipſe Deus eſt. intelligentijs itaque cum formæ ſint; tametſi per modum ſimilitudinis; non tamen ſecundùm ueritatem competit compoſitio: ſecus autem in rebus materialibus; nam ratio indiuiduationis in eis, eſt merito materiæ, formam ſpecificam ad determinata eſſe, & conditiones contrahentis; ſecus autem in immaterialibus; cum in illis indiuiduatio ad quidditatem attineat; quia, cum quælibet ſit per ſe ſubſiſtens; non habet, quòd materiæ innitatur; ſed unaquæque ſe ipſa indiuiduatur; & ſit, hoc aliquid; quare illę ab eadem uirtute cognoſcentur; &, ut quidditates; &, ut indiuiduæ; quia indiuiduatio in illis eſt à forma: ea ratione factum eſt, cum in materialibus indiuiduatio ſit, occaſione materię, ut diuerſis uirtutibus, quidditas, & indiuiduum cognoſcantur: quidditas tamen ab intellectu: quia obiectum, & primum, intellectus eſt; ſi primum intelligatur, ut commune quoddam: nam quidditas ſic accepta, ut commune analogum, talis erit quia nihil primò intelligitur, quod actu intellectum non mouet. quod itaque quidditas ſit, qua moueatur, patet: non erit tamẽ primum; ſi uel perfectione, uel generatione intelligatur; nam in ordine prædicamentorum, ſubſtantia prior eſt accidente. 7. meth. phyſic. ſimpliciter autem intelligibilium omnium. Deus: via autem generationis, quod imperfectum magis, ut accidens, prius ſubſtantia: ſic incedit natura. 9. methaphyſi. 10. etiã in realibus, ut prius diſponatur materia per accidentia, ut Auer. primo phiſycorũ 62. Ad argumentum, quid dicendum ſit, patet; & adhuc patebit in ſequenti textu.

Senſitiuo quidem igitur. Cum dixerit, quòd T.c. 10.
alio, atque alio, & magnitudinem, & magnitudini eſſe diiudicat. In hoc textu determinat, quæ nam cognoſcuntur, alio, & quæ, aliter ſe habente. In textu duæ ſunt exponendę particulæ: in prima declarat unum: in ſecunda declarat alterum. Sueſſanus, & Hiſpanus Modernı notant tria à noſtro intellectu cognoſci, quidditas ſcilicet, carnis; & caro ipſa compoſita; & materia ſuis affecta qualitatibus, proprijs ſcilicet, & communibus, In hoc tex. dicunt duo uoluiſſe Ariſto. quidditatem ſcilicet, cognoſci ab intellectu recto; compoſitum verò ab intellectu reflexo. Quid uerò tenendum ſit dicemus. inquit in prima particula, quòd ſenſitiuo, cognoſcimus calidum, & frigidum; &, quorum ratio caro eſt, ideſt, aliorum accidentium, ex quibus caro conſtat, ut exponit Philoponus, ſcilicet, ſicco, & humido, & alijs. exponit Philoponus; Ratio, caro. ideſt ex quibus compoſita eſt carnis diffinitio. Sanctus Thomas, quorum ratio, ideſt, propoſitio caro eſt: forma enim carnis proportionẽ determinatam requirit calidi, frigidi, ſicci, atque humidi. Difficultatem habet utraque expoſitio: prima, quia diffinitio non conſtat ex accidentibus: ſecunda, quia per carnem Philoſophus intelligit carnis ſubſtantiam: modò talis ex inuicem proportionatis elementorum qualitatibus non reſultat, ſed ex ipſis elementis. dicendum itaque cum Simplicio, & meliùs; quorum cauſa immediatè proxima, determinata ſubſtãtia eſt: nam frequenter pro cauſa proxima capitur ratio; tũ apud Ariſto. tum apud Platonem, ut in Gorgia, & in Theæteto: proxima uerò & immediata cauſa accidentium, determinata ſubſtantia eſt: quoniam, vt inquit Simplicius, in ipſa, & circa ipſam, & ex ipſa conſtant. & ſic per carnem intelligere uoluit quamcumque determinatam ſubſtantiam. ſenſitiuo itaque ſcilicet, organo accidentia omnia iudicat anima; cum illis proportionata ſit; hæc ſingularis, ut illa; hęc materialis, ut illa ſunt. quod accepit à Simplicio Auer. inquiens; quòd proportio, quæ eſt intentionis ad intentionem, ut indiuidualis ad uniuerſalem; eſt ſicut proportio uirtutis comprehendentis alteram; ad uirtutem comprehendentem reliquã. Alio autem. Quia in hac ſecunda ponit unam diſiunctiuam; duo ſunt mẽbra exponenda. S. Thom. & cæteri Latini inquiũt, quòd alia, & alia, potentia, cognoſcit anima: quã vnam ponunt, & eſſentia indiuiſibilem; diuiſibilem uerò poteſtatibus: ſecundò per potentiam intellectiuam, tenent illam excedere corporis capacitatem, ut dictum eſt. exponunt, quòd potentia ſenſitiua anima carnem cognoſcit; potentia verò intellectiua, carnis quidditatem; &

hoc cōtingit, quando vtrunque per ſe cognoſcit; uel eadem, alio tamen ſe habente modo, ideſt, potentia intellectiua intelligit vtrunque; modo tamen diuerſo; vt, ſecundùm ſe recta, quidditatē carnis iudicat: ut uerò ad phātaſmata reflexa, carnis indiuiduum. Ponit pro hoc ſecundo confirmādo S. Thom. fundamentum, quo vſus fuit Philoſophus de ſenſu communi; quippè qui, cum idem differentiam ponat inter album, & dulce; vtrunque cognoſcet; quare ſic & intellectus. Sueſ. in tex. hoc ſēper ſibi difficillimo ptę cęteris laudat opinionem Philoponi: quæ ſecūdùm ipſum talis fuit ꝙ Ariſt. verificet illam diſiunctiuam pro ſecunda parte, ſcilicet, quòd anima apprehendat uniuerſale, & indiuiduum, eodem aliter tamen ſe habente, uerbi gratia, intellectu, apprehendit indiuiduum cognitione reflexa, ut, ſcilicet, ad nos conuerſo; apprehendat autem uniuerſale, cognitione ſcilicet, recta. at, quo modo conuerſus ad nos indiuiduum intelligat; non exponit Philoponus, neque Simplicius. & addit; Qui, quo ad hanc partem, ſentit cum Philopono. deinde Sueſſ. declarat, quomodo hoc fiat, inquiēs; Intellectus rectus intelligit uniuerſalia; deinde reflectit ſe ad ſpecies quibus apprehendit illa; & ſic apprehendit ſpecies: quæ cum productæ ſint à phantaſmatibus; cōuerſus ad illa, apprehendit ſingularia. ſic concludit, ſecundùm Græcos, quòd intellectus intelligit ſingularia, reflexè. quę expoſitio, ut ſic, in nullo prorſus diſcrepat ab expoſitione Latinorum. At expoſitio iſta peccat bifariam; primò, quòd in hoc fuerit Simplicius eiuſdem opinionis cum Philopono: imò eſt diuerſus penitus; & nihil à Sueſſano intellectus: ſecundò, quòd mens Græcorum fuerit, quòd intellectus idem, ſingulare intelligat. pro primo eſt dictum Simplicij clarum exponentis primam particulam; cum uelit accidentia cognoſci à ſenſu, ut à uirtute ordinata tali. ſubiungit Simplicius; Mens autem ſubſtantiarū quare in his, alio iudicat. & addit, Alio exiſtente ſenſu, à mente: quia mens eſt terminabilis ſubſtātię cognoſcitiua. non potuit itaque clariùs poni differentia inter ſenſum, & intellectum; cum poſita ſit, & quoad obiectum, & quoad uirtutes. ſecundùm etiam patet; clara ſiquidem Themiſtij ſententia eſt, ꝙ ſingulare non apprehendatur ab intellectu: &, quòd etiam malè acceperint Latini auctoritatem illam de ſenſu communi. Exponit Themiſtius ly, Aliter ſe habens, non tanquā unam potentiam iudicatiuam, ut dulce, quòd à flauo differat; ita ut utrunque capiat; ut malè Latini, aliter ſcilicet, & aliter ſe habens; quando ſcilicet materiam cum forma, & quando formam ſolam apprehendit: nam ad aquam eget phantaſia; ad eſſe aquæ ſufficit ipſa: ſed, ſic comparatur mens lineæ. ſed priùs inquit; Quando totā aquā iudicamus; ſola vis ſenſus ſufficit, & comes ei imaginatiua; cum uerò eſſe aquæ; tunc alio iudicamus, uel aliter ſe habente. Sic expreſsè ponit ſingulare à phantaſia; quidditatem uerò ab intellectu. Quòd etiam Latinorum, & cum eis Philoponi expoſitio non poſſit ſtare cum Ariſto. patet; quia fundamentum illud falſum eſt, quòd ſit una eſſentia animæ ſola, & ſenſitiua, & intellectiua, ut retrò dictum eſt; tum etiam, quòd intellectus ſingulare intelligat, ut dicemus. Auer. iuxta textum ſuum, in quo habebat; Aut ſecundùm diſpoſitionem lineæ ſphæralis; inquit, hoc eſſe per hanc virtutem; aut ſecundùm diſpoſitionem lineæ rectæ; vt cum intellectus apprehendit quidditatem carnis, aut ſecundùm diſpoſitionem lineæ ſphæralis. vt, poſtquam intellexerit quidditatem carnis; intelligit deinde quidditatem quidditatis: & non ceſſabit, donec inueniat quidditatem in quidditate, quouſque ad formam ſimplicem perueniat: nam, ſi abſtrahatur quidditas generis à quidditate ſpeciei; cum quidditas generis realiter alia non ſit à quidditate ſpeciei; ergo ab eodem ad idem proceſſus; ergo ſphæralis. tenentes, quòd ſpecies ſpecialiſsima ſit primum cognitum; uidentur habere textum pro ſe Auerrois. At poteſt altera opinio de magis uniuerſali, quoad hoc defendi; quia hic non agit Auer. de primo co, quod cognoſcitur; ſed de illo, à quo poteſt fieri quidditatum abſtractio: at de genere non poteſt fieri talis abſtractio; ergo &c. Expoſitio autem Auer. in hoc Ariſtotelica non eſt; neque litera cōſona literæ. dicamus ergo ſecundùm Simplicium diuinè exponentem; cui & Themiſtius concordare uidetur, quòd accidentium comprehenſiua virtus, ſenſus eſt; ut particulariū, particularis: at ſubſtantiarum, quæ rationes, & perfectiones ſunt, idearum ſcilicet, mens eſt: quippè quæ, ut abſtracta, abſtractas penitus quidditates cognoſcit. uerùm, quia & formæ illæ, ut in materiam deſcenderunt, & formæ compoſitorum ſunt, & ipſę intellectu cognoſcuntur, ne uideantur cognoſci ab intellectu ab hoc perfectiſsimo diuerſo. Simplicius: Hoc voluit Philoſophus, inquiens; Alio autem, aut ſeparabili: per hunc intelligit intellectū perfectum; qui à quocunque progreſſu ſeparatus eſt: uel aliter ſe habente; ut, cum anima dicitur, & progreſſus; qui, ut ſphæralis, naturam: ut uerò rectus, eſſe carnis iudicat. addit, ut idem Simplicius exponit; Aut aliter ſe habente. i. eodem; at non eodem modo; ſed aliter ſe habente. & exemplo Philoſophus hoc manifeſtat; ut flexa linea, ideſt intellectus progreſſus; & aliquo modo à ſeipſo flexus: tunc intelligit quidditatem carnis, ut cum materia eſt, & in hac. & Themiſtius notat, quòd phantaſia utitur. addit; Ad ſe ipſam cum extenſa ſit. cum ſcilicet, in ſeipſum redierit intellectus, & factus fuerit linea tota recta; tunc diſcernit eſſe. i. quidditatem penitus à quacunque materia ſeparatam carnis. & ſic Them. ſibi ipſi ſufficiens eſt. & ſic rectè Ariſt. intelligitur.

Dubitatur, utrum intellectus ſingulare intelligat. Ioan. Gand. concluſione vigeſimaſecunda tenet, de hoc dubium non eſſe; cum omniū ſit ſententia communis: ſed dubium eſſe inquit, de modo, quo ſingulare ipſum intelligitur; & confirmatur, auctoritate S. Thomæ, & Auer. quippè qui ait hic, quòd intellectus ponit differentiam inter indiuiduum, & quidditatem: ideo uidetur, ꝙ cogno-

cognoſcat illud.de modo autem S.Thomas uidetur innuere in quæſtionibus diſp. quæſtione uigeſima, quòd cognoſcitur reflexè: nam phantaſma alicuius intellecti ſingularis mouet intellectū ad intelligendum;& producit ſpeciem non ſingularis,ſed naturæ; cum hoc fiat beneficio intellectus agentis: poſtea reflexè intelligit ſpeciem intelligibilem; qua mediante, intelligit phantaſma,à quo producta fuit; poſtremò ſingulare ipſum illius phantaſmatis productiuum: quare non intelligit ſingulare intellectione recta; quia ſingulare,ut ſic,ad ipſum ſe habet in ratione mouentis; ſed intelligit ipſum reflexè; & ſic ſe habet in modum terniinantis intellectionem. quòd uerò non intelligat ipſum directè,in cauſa eſt, quia intellectus ſubſtantia eſt immaterialis, & abſtracta: non cognoſcit per ſe,niſi abſtrahendo à materialibus,& per iſtum modum per ſe cognoſcit intellectus,quæ extra ipſum ſunt genera omnia uſque ad ſpeciem ſpecialiſsimam: reſtexè uerò cognoſcit intellectus,quæ in ipſo ſunt,incipiens ab actu ſuo ad ſpeciem, & uſque ad ſingulare. At contra dictum hoc datur inſtantia: nam,quando intellectus in reflexione dicitur actum ſuum intelligere; quærendum; uel intelligit ſuum intelligere, uniuerſale prius; uel ſingnlare. non dicendum eſt ſingulare; quia apud Sanctum Thomam magis uniuerſale cognoſcitur priùs. ſi intelligat particularem ſuum actum intelligendi; tunc quærendū erit, utrum intelligat per reflexionem, aut non: ſi ſecundum; uidebitur ergo,quòd & alia ſingularia ſine reflexione intelligat; cum non ſit maior ratio de uno,quàm de altero: ſi primum, tunc erit quærendum, in illa reflexione quid primò cognoſcat:& ſic idem, quod priùs. Therapolinus ponebat Auerroim cum alijs in hoc concordare; ꝙ, ſcilicet, intellectus intelligat ſingulare; differre tamen in modo: nam ſpecies intelligibilis dependet in facto eſſe ab intellectu agente, & à phantaſmate, ut à principali, atque ab inſtrumentali agente. ut eſt effectus intellectus agentis, ſpecies illa dicitur uniuerſalis: ut uerò eſt effectus phantaſmatis; ſic ſignificat ſingulare. & hoc ſecundùm Auer. ſententiam. Cōtra. Vel intellectus intelligit ſpeciem illam, nt à phantaſmate productam, ſicuti eſt: & tunc lemper uninerſalem: nel aliter quàm eſt.& ſic falſos intellectus: quia beneficio agentis,ſpecies illa reddita fuit actu uniuerſalis, uel natura. Præterea ſententia dicta peccat, & in eo, quod ponitur commune; & in eo, quòd ponitur ſecundùm diuerſos,diuerſum. & pro primo, ſuppono intellectiuam animam eſſe immortalem, conſequenter abſtractam ab omni materia, atque ab omnibus materiæ conditionibus; tunc ſit concluſio talis aduerſus primum dictum; Intellectus nullo modo intelligit ſingulare. ſecunda concluſio ſit, quòd opinio S. Thomæ de illa reflexione, peripatetica non eſt; &, quòd male imponitur Auerroi modus ille cognoſcendi ſingulare. pro prima Ariſtoteles in hoc textu determinans operationem intellectus, declarat ipſam, ut diſtinctam à ſenſu: quare innuit, quòd per ſenſum cognoſcimus calidum, & frigidum.& notauit obiectum ſingulare; alio uerò, ſuple intellectiuo, quidditates; ſiue capiatur, ut recta linea eſt; ſiue, ut flexa. & cōfirmatur per Auer. primò; cum dicat eandem eſſe proportionem indiuidui ad uniuerſale; quæ eſt & uirtutis ad uirtutem. idem Simplicius, cum dicat; Sēſibilia omnia iudicat mens per ſenſum.& addit; Accidentia, & particularia ſenſibilia omnia, quæ recipit ſenſus: mens autem, ſubſtantiarum; quare in his, alio iudicat; cum alius ſit à mente ſenſus. hæc Simplicius. ſecundùm quem,& Themiſtium rectè fuit expoſita linea recta, & flexa, de quidditatum diuerſa notitia, non autem de ſingulari. & in hoc decepti ſunt Latini, tenentes lineam flexam, pro reflexè intellectum noſcere ſingulare; non reſpicientes, quòd totum illud de qnidditatibus intelligitur; ut ſenſus ſit, ſiue, ut flexa linea, intellectus ſcilicet, egreſſus ad ſeipſum rectum, carni eſſe, ſcilicet ueram quidditatem iudicat. Præterea, receptum recipitur per modum recipientis: ſic notauit Auer. commento 5. diuerſitatem naturę receptæ. cum itaque recipiens ſit omnino abſtractum, debet & receptum ipſum tale eſſe. cōfirmatur quin etiam Auer. ſententia; cum in cōmento. 18. dicat poſitum eſſe intellectum agentē, contra Platonem; qui uolebat dari uniuerſalia actu; ut res de ordine in ordinem tradnceret; ut, ſcilicet, obiectum actu fiat intelligibile: quare ſingulare non intelligitur. Sueſſanus dubitans in hac materia, tandem determinat, quo modo ſingulare ab intellectu cognoſcatur:& inquit, quòd ſingulare, & nniuerſale bifariam conſiderantur, altero modo, ut duo obiecta ſeorſum accepta; & ſic capinntur à duabns diuerſis virtutibus, ſenſu, ſcilicet, & intellectu; altero modo per conuenientiā, & differentiam, quam ſimul habent; & ſic habent nim unius cogniti, ſiue unius formæ, ſiue quidditatis conceptæ: & ſic intellectus eſt illa uirtus una, quæ ponit & differentiam, & conuenientiam inter uniuerſale, & ſingulare. At opinio iſta elt apprehenſione difficilis. nulla alia poteſt eſſe uera conueniētia, niſi cū ſingulare cognoſcatur remotis conditionibus omnibus, ipſum indiuiduantibus. ſic ſingulare non diſtinguitur ab uniuerſali; quinimo idem, quod uniuerſale eſt, & ſpecies ipſa: & tunc non ſingulare; ſed ſpecies ipſa intelligitur. præterea differentia nulla maior, quā quòd ſingulare intelligitur ſingulare per conditiones contrahentes ad naturam ad hic, & nnnc. &, ut ſic, diſtinguitur ab uninerſali; quod ab illis ſolutum eſt. tunc, ſi intelligatur ſic ſingulare; uel imprimitur aliquid ab illo in intellectu, uel nihil: ſi nihil, tunc & ſenſus, mediante intellectu, poterit cognoſcere uniuerſale; ſi quid, erit illud ſpecies ſingularis in intellectu; ergo erit ibi intellecta in potentia. præterea ſpecies illa non eſt cauſata ab intellectu agente; quia eſſet uniuerſalis: non uirtute propria; quia intellectus eſt recipere, non autem producere ſpecies: non uirtute ſenſus; qnia forma corporea propria uirtnte non agit in formam abſtractam, Reſpondet Sueſſanus, quòd

quam-

quamuis eorum capiat & differentiam, & conuenientiam; tamen non cognoſcit ſeparatim utrunque. At dictum hoc eſt penitus contra Ariſt. 2. ani. 149. ubi oſtendit, quòd, ſi eſt aliqua una uirtus, quę inter duo obiecta differentiam, uel conuenientiam ponat, utrunque illorũ cognoſcit, propria ratione: quod, ſi non eſſet, quomodo poneret inter illa conuenientiam, aut differentiam? præterea, quòd ſingulare non intelligatur; &, quòd hæc etiam ſit Auer. ſententia contra alios modernos, probatur per ipſummet Auerr. primo poſteriorum commento. 12. exponentem, quæ notiora nobis ſunt; &, quæ ſecundùm naturam; inquit, quòd Ariſt. intentio ibi non fuit conſerre intelligibile ipſi ſenſibili; quod nam illorum ſit notius. & addit cauſam; ſenſibilia enim ſunt penitus ignota apud naturam, ſcilicet, apud intellectum. at, ſi intellectus faceret illam conuenientiam; tũc duo illa ſimul compararet: quod expreſsè poſuit Auer. falſum. declarans deinde Auer. in quibus ſtat comparatio, inquit, illam fieri inter ſubſtantias compoſitas, atque illarum cauſas: ſiquidem illę ſenſui proximiores; cauſę uerò remotiores. ea ratione dixit hic Themiſtius exponens Ariſto. quòd aliter ſe habens; quia ſola iudicat quidditatem; quę ſimul cum phantaſia, ſubſtantiam compoſitam, cuius illa eſt quidditas: uideretur ex his, quòd ſubſtantia per propriam ſpeciem intelligatur, tametſi ſine phantaſia non ſit, ſcilicet, obiectiuè. quidam dicunt, quòd nullo modo pro ſtatu iſto: quidam uerò, quòd ſic. Ad hoc autem dicendum, quòd quidditas ſubſtantię, uerbi gratia, lapidis, quæ uera ſpecies eſt, & idea, pro ſtatu iſto nõ intelligitur; quia ſupponit intellectum in actu; nõ autem in potentia, neque in habitu: at pro ſtatu iſto intelligitur ſubſtantia compoſita, concurrente phãtaſia obiectiuè: quippè quæ notitia de ſubſtantia illa, diſtincta non eſt; ſed de ea cum ſuis accidentibus; differenter tamen à ſenſu; quia uniuerſaliter, & recipit, & intelligit totum, ſcilicet, phantaſma illud, quod in phantaſia compoſitum, & ſingulare habebatur. & ſic dixit Themiſtius, aſſeclam eſſe imaginationem. quid autem uoluerit Auer. ſecundo animæ. 63. ibi dictum fuit. quare ad propoſitum redeuntes dicimus ad modum dicendi S. Thomæ, quòd neque uerus; neque ad propoſitum textus: non uerus; quia intellectus nõ reflectitur ſupra ſe ipſum, neque actum ſuum; niſi cum ſit actu intelligibilis: quod tunc eſt; cum ipſe perfectus eſt, ut dictum eſt tex. 8. quòd uerò non ad propoſitum tex. patet per diuinam expoſitionem Simplicij. cui non diſcordat Themiſtius: ꝙ, alio ſcilicet, alia uirtute cognoſcit, ſcilicet, eſſe carni, aut ſeparabili, ideſt, cum actu eſt: aut, ut linea ſe habet ad ſe ipſam, cum extenſa ſit, ideſt, uel intellectu, qui à ſe ipſo extenſus, ſiue digreſſus, cum in ſe ipſum, ſcilicet, perfectum redit; quia tũc effectus eſt actu intellectus; cognoſcit eſſe carni, ideſt, quidditatem ipſam; & nullo modo ſingulare intelligit. neque expoſitio de linea eſt ad propoſitum. Ad primum fundamentum, iam dictum eſt, quo modo ponat differentiam.

Iterum autem in his. Cõmunis introductio eſt; cum dixerit, quòd, in quibus quidditas diuerſa eſt à ſe ipſa, ut in materia; intellectus alio, atq; alio modo diſpoſitus iudicat. & hoc patuit in naturalibus; &, quæ arte fiunt, ut uerificauit Themiſtius. idẽ quoque in mathematicis uerificat. Sueſſanus ſecundùm Simplicium inquit, intentionem Ariſto. fuiſſe agere cõtra Pythagoreos, qui mathematicas, ſubſtantias eſſe ponebant. At, pace eius, dixerim, non hoc uoluit Simplicius pro intentione; ſed quam & alij uoluerunt. uerùm introducẽs textum, expoſuit ly, abſtractione fiunt, & inquit illud dictum non eſſe, ut Pythagorei opinabantur, qui formulas illas ſubſtãtiales opinabantur; quia ipſi reſpiciebant in uitales mathematicarũ rationes; ſed ponebat Philoſophus mathematica eſſe in phantaſia, ſiue in formulis phantaſticis; circa quas negotiantur mathematici. & ideo dixit Philoſophus, abſtractione, comparatione ſumpta à ſenſibilibus naturalibus, quę nullo modo abſtrahunt. accipens tamen illa, ſecũdùm imitationem naturalium; anima neque errat; ſiquidem rectum illud non ſit, quod in ſenſibili reperitur materia; ſed, quod in continuo; & mathematicum eſt. occaſionem tamen ſumit à naturalibus mathematicus problemata illa conſiderandi: quamuis intus ſint; ut phantaſticę tamen formulæ ſunt; non autem ut optima cognoſcibilia, aut intelligibilia: quoniã & quæ in phantaſia formula eſt, non ueluti forma eſt; ſed ueluti formatum, & compoſitum eſt. in diuiſibilitate, magnitudines ſunt. forma uerò eſt indiuiſibilis. elicitur modò intentio. in mathematicis duo ſunt intelligenda, ut rectum, & recto eſſe. ſic itaque in illis duo erunt modi intelligendi. ob id laudat dictum Simplicius, quòd dixerit, rectum eſſe, ſicut ſimum. In textu duæ ſunt particulę: in prima inquit, in his, rectum eſt, ſicut ſimum. exponit Auer. ſicut naſus cõparatur ſimo; ſic & continuum, recto: continuitas eſt recti materia; quod oſtendit mathematica materialia eſſe. duo hæc apprehenduntur ab intellectu, compoſitum ſcilicet, ex forma, & materia, & ipſa forma, ut rectè exponit Themiſtius. Auer. repetit, quæ retrò dicta ſunt: & ſunt illa tria, accidentia hæc, quæ ſenſu comprehenduntur; quidditates, q̃ intellectu ſolo; & quidditates materiales quæ intellectus, ut phantaſmata, reſpicit. at hic locum habet; Intellectus aliter ſe habens. Notandũ pro Auerr. quia dixit, quòd diſpoſitio habita ab intellectu, quæ diuerſatur in eo, quando comprehendit formas rerum ſenſibiles; eſt ei per aliquid ſenſus. Auer. per illam diuerſitatem intelligit illam, quæ eſt inter indiuiduum, & quidditatem, quam capit intellectus per ſenſum: at diſpoſitio inter quidditates eſt diuerſa in ſe, non per ſenſus. dixit deinde Philoſophus in textu; Quod qd erat eſſe, ſi alterum, Notauit Simplicius; quare hypotheticè dixerit hoc; quoniam hoc in loco non determinat: Sed de his aget in metaphyſica; ut in 7. metaphyſi. 34. 35. & quamuis diuerſa ſit materia in naturalib. ab ea, quę in mathematicis; attamẽ & in his, quandoque compoſitas; quandoq; ſimplices

T. c. 11.

plices dicimus intellectus ſpeculationes. exemplo manifeſtat, cum dicit; Sit enim dualitas. exponens Sanctus Thomas inquit, exemplum hoc dictum eſſe cum Platone; quòd, ſcilicet, dualitas applicetur lineæ rectæ. ponebat Plato, quòd numeri ſpecies eſſent, & quidditates mathematicorum, vt unitas, lineæ; dualitas, lineæ rectæ. At difficile erit applicare exemplum hoc ad propoſitum: nam, ſi per dualitatem intellexerimus quidditatem lineæ rectæ; tunc ſufficiet intellectus ipſe; & non alio, atque alio modo ſe habens: quod tamen ponitur in textu. melius itaque dicendum cum Græcis, quòd per dualitatem, notare uoluerit & in mathematicis compoſitionem, ſcilicet, quidditatis cum materia: nam, quæ penitus abſtracta ſunt; indiuidua ſunt; & vna dicuntur. hoc idem de Latinis Albertus. ſit itaque ſenſus, vt exponit Simplicius; Sit dualitas, rectum; vnitas verò, eſſe recti; quia indiuiſibiliter unum: dicitur autem rectum, duo; quia diuiſibile, atque continuum eſt: non enim penitus abſtracta ſunt; quamuis cum abſtractione dicantur mathematica; ſed cum imaginatiua ſunt: quare aliter, & aliter ſe habens, illa iudicat, quandoque ſolus; aliquando cum imaginatiua, & cogitatiua. & ſic habet intellectus, & ſimplices; & compoſitas ſpeculationes. Et omnino. In hac ſecunda Philoponus vult, quòd Philoſophus ſolutionē inferat totius dubii; quia dubium fuit, quomodo ſe habeat intellectus in intelligibilibus, tum naturalibus, tum mathematicis. & infert, quòd, ſicuti res illæ ſunt à materia abſtractæ; ſic & intellectus ſe habet, ſcilicet, ratione, non autem ſubiecto; quia intellectus, ut à corpore ratione ſeparabilis, non re; quia ab ipſo inſeparabilis; & quæ materialia ſunt intelligit, & ſentit: ſic &, quæ ratione ſeparabilia ſunt, intelligit. At opinio iſta peccat in fundamento, ut dictum eſt. Sueſſanus laudat magis, quæ Themiſtii eſt: & illam declarans ponit ad litteram, ſententiam Sancti Thomæ: qui dicit hanc eſſe reſponſionem ad tacitum dubium, ſcilicet, quòd eodem modo intelligerentur mathematica, & naturalia: ideo dixit, ut res ſunt; ita ſe habent ad intellectum: nam, quæ ſecundùm eſſe ſeparata ſunt à materia ſenſibili; ſolo intellectu percipiuntur: quæ autem ab ea ſeparata ſunt, ratione; non autem ſecundùm eſſe; intelliguntur abſque illa; non autem abſque materia intelligibili: naturalia uerò, cum ſecundùm eſſe ſint in materia ſenſibili; bene intelliguntur abſtracta à materia ſenſibili indiuiduali; at non à materia ſpecifica. ponit & huius ultimi dicti fundamentum Sanctus Thomas, inquiens, quòd intellectus poteſt quidem abſtrahere ab indiuiduantibus; non autem à ſpecifica materia; quia ratio ipſius formæ ab illa dependet; ſicut non poteſt ſimum ſine naſo: non abſtrahet itaque hominem à carnibus, & oſſibus, ſed ab iſtis. Fundamentum hoc uerißimum eſt; non autem ſecundum intellectum ſancti Thomæ: intelligebat enim hoc; quia mareriam uolebat eſſe partem quidditatis; quod peripateticum non eſt; ſed intelligitur, ut cauſa, ſine qua res naturalis non eſſet: & ſic in tatione formæ intelligitur neceſſaria; ut poſuit Auerroes primo de anima decimoſexto. Themiſtius autem nihil ultra dicit, quàm, quòd ſenſu indiget ad corporum conſiderationem: quia intellectus ſecundùm ſeipſum iudicare non poteſt, quid aqua, aut caro, dimiſſo ſenſu. deinde exponens; Sicut res à materia ſeparabilis; ſic & mentis ſpeculatio eſt. & addit; Sic itaque hæc, ratione ſola, ſeparari poſſunt: ſecundùm ſe ipſa non ſtarent: ſic & mens aggreditur ipſa ſeparare ratione ſola; ita vt ſecundum Themiſtium, comparatio facta ſit inter mathematicas tantùm, & intellectum conformiter abſtrahentem. Non rectè itaque Sueſſanus accepit Themiſtium. Auer. videtur cum Sancto Thoma, nō tamē intelligit propoſitionem hanc de penitus abſtractis; ſed duntaxat à materia ſenſibili: & ſunt uel mathematicæ; & ſic omnino ſecundùm rationem ſunt: uel à materia ſenſibili indiuiduali; & ſic naturales ſunt. Simplicius notat, quòd hic non agitur de intellectu, ſecundùm ſe, perfecto; ſed de eo, qui progreſſus à ſeipſo eſt; perfecto tamen, ratione ſcilicet, habituum: nam, ut terminus, comparatur formis; ut terminatus, ut ſcilicet, progreſſus eſt, etiam formatis ueluti cadentibus à formis: cognoſcit autem talis & mathematica, & naturalia entia: & ſicut ſe habent in abſtractione à materia; & per materiam, notat Ariſtotelem uoluiſſe terminatam ſubſtantiam: ſic & mentis ſe habent ſpeculationes; atque omnino dicenda eſt ſeparata penitus; neque ſecundùm quid; neque omnino inſeparata; ſed, ut ſe habent res cognoſcibiles, quomodo videtur etiam Philoponus expoſuiſſe. Elicit ex dictis Sanctus Thomas, quòd quidditas eſt obiectum intellectus; non autem ſpecies intelligibilis: nam ſpecies eſt, qua intellectus intelligit; ut ſpecies coloris eſt, qua uidet uiſus: at quidditas eſt; quæ intelligitur; ſicut color eſt ille, qui uidetur. redarguit deinde Auerroem de unitate intellectus. at de hoc ſatis dictum eſt.

Dubitabir urique. Auerroes introducens in- T.c.12.
quit; Cum dederit differentiam inter intelligere, & imaginari; modò dubitat de intellectu poſſibili. intentio clara: at continuatio non eſt ad propoſitum. meliùs Sanctus Thomas. Cum dixerit de obiecto; nunc de intellectu dubitat. at propter hoc non habetur etiam occaſio dubitandi. Philoponus inquit, hoc eſſe ſecundum dubium quia primum fuit, utrum intelligat ſenſibilia: modò dubitat, utrum à ſenſibilibus patiatur. At longè meliùs dicendum cum Simplicio; Cum hucuſque egerit, atque perfecerit ſpeculationem de utroque intellectu, progreſſo ſcilicet; &, qui in potentia eſt; &, qui in habitu; quippè qui diſtinguuntur per perfectum, atque imperfectum; & ſecundùm duplicem potentiam. Cum autem debeat progredi Philoſophus in ſubſtantialem, ac perfectam

animæ partem ; duas circa utrunque intellectum proponit dubitationes ; quarum prima magis conuenit imperfecto ; minus uerò perfecto : ſecunda uerò è conuerſo . communicant autem utrique ; quamuis proximius hoc illud verò remotius ; nam & poſsibilis ; & qui in habitu eſt ; natus eſt perfici ab agente. Dubium primum originatur , ut inquit Simplicius, ab intellectu perfecto, atque excellenti animæ parte . quippe quæ , cum intelligat ſecunda omnia intelligibilia, nihil recipiens ab illis, ſiue patiens ; neque eis communicans ; cum intelligat illa in ſuis cauſis, atque eminenter: conſequenter, vt ſic, dicitur immixtus, ſcilicet, illis ſecundis: dicitur impaſsibilis, & nullo modo eis communicans, vt accepit Anaxagoras: qui de mente illa imperante, ut de perfecto intelligebat: ea ratione inquit hic Themiſtius, ꝙ dubium vertitur in Anaxagoram. Textus duas habet particulas exponẽdas. in prima proponit dubium occaſione ſumpta à dictis Anaxagoræ : nam , ſi intellectus eſt immiſtus, & impaſsibilis , & nulli commune habeat ; quomodo intelligit , ſi intelligere pati eſt ? Sueſſanus inquit , quòd prima hæc conuenit magis intellectui in potentia ; minùs ei , qui in habitu : & hoc propter idem Simplicii dictum . deficit tamen in expoſitione; quia non intellexit Simplicium: quare neque , quo modo is , qui in habitu eſt; dicatur in potentia . Ob id applicans, inquit; Conuenit & intellectui in habitu ; qui , cum intelligit , actu patitur . non conuenit Simplicio ; quia paſsionem illam uoluit eſſe proximè receptiuam intellectus perfecti : neque uera in ſe eſt ; quia intellectus in habitu non dicitur pati ab actu ; ſed habitum agẽdo excolit, ac perficit : & ſic non dicitur pati , ſeu recipere ; ſed agere. At dubium eſt , & maximum in expoſitione Simplicii ; ſi dubitatio ponitur, qđ immiſtus , & impaſsibilis; & non habet aliquid cõmune , quod intelligatur de intellectu reſpectu ſecundorum intelligibilium; tunc nõ erit hæc de intellectu poſsibili ; quia de illo tria illa dicta enuntiauit tex. quarto, non reſpectu ſecundorum intelligibilium , ſed illorum , vt habituum ; mox & primorum, ut perfectionum ipſarum ; intellectus autem in habitu, ſolùm primorum : & ideo minus in eo locum habet quæſtio , quàm in poſsibili. & rectè dixit hoc . neque uidetur tex. iſte, ſuper quo fundatur dubium, diuerſus; à quarto, quia & hic adducit Anaxagoram, ut ibi. quòd , ſi eſſet æquiuocatio in tribus illis dictis ; dubitatio tunc non caderet ſuper dictis ; ſed ſuper dicendis; quod arte factum non eſſet . at, ſi dicta illa intelligãtur de poſſibili , aut in habitu ; tertium illud dictum erit falſum. Et nihil habet commune. quandoquidẽ poſſibilis intellectus in eadem ſit eſſentia cum ipſo agente , & ab ipſo patitur ; quia recipit , & ipſe illum perficit , & actu ponit . dicendum itaque , cum tres iſti intellectus re , & eſſentia non differant , ſed ratione ſolùm ; & intendat ad ipſum , ut perfectum, aſcendere ; cum ſatis dictum de imperfectis : ideo originatur dubium ab illo ; tametſi uerificetur pro imperfectis; ut ſit ſenſus; Eſſentia illa , quæ omnino ſeparata eſt à materialibus , quomodo poterit ab illis pati ? & ob id addit hic ; Et nihil habet commune . quod non dixit in tex. quarto , eſſentia iſta , ſecundùm ſe , impaſsibilis eſt , immiſta materialibus ſcilicet; & nihil cum eis commune tenet ; quomodo , ſecundum particulas illas imperfectas pati poteſt ? at hoc eſſe non poteſt ; quia prædicata iſta, impaſsibile, immiſtum , & cæt. de intellectu perfecto, & imperfecto uerificantur æquiuocè: quare dubium erit de dicendis , & non de dictis . Præterea, non habere quidquam commune competit magis intellectui poſsibili , quàm intellectui in actu; quia, ut ſic, nihil commune habet cum ideis : quare dicendum , quòd dubium eſt de intellectu poſsibili fundatum ſuper ly , impaſsibilem , dictum in tertio textu; quia , ut talis , non patitur ab ideis; deinde ſuper ly, immiſtum dictum in tex. quarto. deinde ſuper ly, nihil eſt actu eorum , quæ ſunt ante intelligere ; quod eſt, Nihil habet cum illis commune, poſitum in textu quinto. malè itaque introduxit Simplicius præterea , cum nihil de intellectu actu determinatum ſit , quorſum de illo dubitandum eſt ? Inquantum autem . In hac ſecunda ponit cauſam ; quamobrem actio , quæ inter aliqua duo fit , ſupponit illa communicare in materia; quia , ut inquit Themiſtius, non quodlibet agit in quodlibet ; neque à quolibet patitur , ut dulce ab albo ; ſed determinatum à determinato , ut primo phyſicorum dictum eſt: intellectus uerò eſſentia non communicat iſtis ; neque , quæ in illo ſunt entium omnium materialium eminentes cauſæ ; quia non ſunt agentes , ſiue immediatè producentes inferiora iſta per uiam generationis ; ſed ſunt eis & eſſe , & ſubſtantiæ cauſa , ut rectè Simplicius : ſumus itaque inter duo, ut concludit Auer. aut, quod intelligere pati non eſt : aut , ꝙ intellectus corpori communicat ; ut , quæ mouet ipſum , cogitatiua:

Amplius autem . Intentio eſt ponere in hoc dubium ſecundum . Philoponus uult hoc eſſe tertium . originatur ab eo , quod dictum eſt de intellectu in habitu , textu octauo , quòd , ſcilicet , poteſt ſeipſum intelligere . inquit Simplicius , quòd ab utroque : quia , ſcilicet , & , qui poſsibilis eſt , poteſt ſeipſum intelligere : uerum eſt , quòd minus propriè ; quia in potentia remota eſt : qui uerò in habitu , proxima . in textu duæ ſunt particulæ : in prima proponit unam conditionalem ; in ſecunda arguit ad partes : conditionalis iam poſuit in eſſe , quòd , ſcilicet , & ipſe ſit intelligibilis : in ſecunda arguit diſiunctiuè ; Aut erit intelligibilis ſecundùm ſe . quòd , ſi dicatur ; ergo & materialia dicentur intellectus . deducitur ; Nam eodem modo & unumquodque materiale intelligibile erit . ſequitur hoc , per hoc commune , quòd idem , & unum , eſt ſpecie intelligibile : quia, ut inquit Albertus, omne intelligibile, ut intelligibile eſt, eſt ſpecie intelligibilitatis intelligibile: ſicut omne uiſibile idem eſt cum alia ſpecie, qua viſibile eſt. ſi itaque materiale ſic T.c. 13.

erit

erit intelligibile, vt intellectus: cū intellectus eſt; etiam intelligens: ideo quodcunque tale intelligibile, erit etiam intelligens: ſequitur itaque, ꝙ & aliis inerit intellectus. iſta dicuntur côuerſim, vt exponit Philoponus: nam omne tale intelligibile, dicitur intellectus; & côtrà: quare lapis erit intellectus. Philoponus per ly; Vnum eſt intelligibile ſpecie, vult, ꝙ Ariſt. ſoluat, tacitè innuens diſtinctionem; quaſi quòd intelligibile non ſit vnū numero, ſed vnū ſpecie. eſt enim, & quod propriè dicitur intelligibile; &, quod non propriè: primū intellectus, & intelligibilis eſt. Dictum hoc ſecundùm ſe, verum eſt; ſed non ad Ariſto. primò, quia in t 5. ſoluet. præterea diuerſitas talis intelligibilium, non ſolùm argueret diſtinctionem numeralem, ſed ſpecificam: tertiò deductio facta non teneret, niſi firmaretur per illud commune, vt priùs expoſitum eſt. quia poſſem ego dicere; Quamuis intellectus intelligat ſeipſum, per ſeipſum; alia tamen non ſic intelliguntur: quare non ſequitur. dirigitur itaque dubium ad ly, Simplex, & immiſtū; quia ſic idem eſt cum intellectu in actu; qui & intelligēs, & intellectum eſt. At melius exponit partem hanc Simplicius, cum dicat; Aut & aliis inerit intellectus, ideſt, ſi eſſe intelligibile non fuerit diſtinctum ab eſſe intellectum; ſed idem ſit ratione; tunc, vbicunque intelligibile erit; ibi erit & intellectus: ideo, ſi non fuerit ſecundùm aliud intelligibile; vnum aliquid erit ſpecie intelligibile, ideſt ratione: ſcilicet, intelligibile; & intellectum. non ſunt autem ratione idem, vt inquit Simplicius, quanquam interdum eſſe idem ſubiecto contingat, in quibus ſcilicet ſimul concurrunt: nō autem contingit hoc ſubſtantiis materialibus; & tamen intelligibiles eſſe dicuntur: ſecundùm aliud itaque commune contingit aliis eſſe intelligibile. Aut miſtum. Deducit ſecundum membrum; Vel erit miſtum cum alio; quod faciet ipſum intelligibile, ſicut alia. Sanctus Thomas ſic deducit; Si eſt per aliquid intelligibilis, ſicut alia ſunt; tunc ſequetur, vt priùs, quòd & alia intellectum habebunt. declaro: quia cum illo alio, per quod intelligitur, ſtat, quòd & ipſe ſit intellectus; quare ſtabit & cum aliis: & tunc per duo illa membra vnicum duntaxat habebitur inconueniens. at, ſecundùm Auerroem diuerſum in hoc ponit inconueniens, quod ſequitur, quamuis illud non exprimat Ariſtotel. in tex. & eſt, quòd intellectus, ſecundùm ſe, eſſet non intelligens, ut illa alia ſunt. at meliùs cum Simplicio. Aut erit miſtum, ideſt, per aliquid aliud erit intelligibile: & ſic erit ex intellectu, & intelligibili, ſicut alia, ſcilicet, per aliud intelligibile. & per hoc intendit dubium; quia ſic uidetur cum illis intellectus cōmunicare, quæ & diuiſibilia, & materialia ſunt, & ſic poſitum erit inconueniens in textu, & etiam à primo diuerſum.

T. c. 14. An pati quidem. Intentio apud omnes clara ſoluit nunc, & primò primā, quæ erat ſecunda in ordine poſitarū à Philop. & notandū, ꝙ Ariſto. uno tātùm modo ſoluit; quod manifeſtat per particulam illam ſolutiuā, An: qñ verò duobus, aut tribus modis; tunc primò vtitur particula utrum; deinde in aliis, An, & aut, ut in problematibus. In textu tres ſunt particulæ; in prima ſoluit; in ſecunda declarat; in tertia id manifeſtat, quod dixit, exemplo. ſoluens admittit, quòd ſcilicet, intelligere ſit pati. & ſolutio ſtat in hoc, quòd pati dicitur ſecundùm commune quoddam. exponit Auer. cum aliis exponentibus, quòd hic accepta eſt paſſio, cômuniori vocabulo, quàm paſſioni naturali conueniat; ſiquidem dictum ſit, quòd talia materialia communicant in materia, primo de generatione 43. & eſt, quæ & paſſioni perfectiuæ, & corruptiuæ conuenit. quæ tamē iſta communitas ſit, ſolus notat Simplici. conuenit. ſ. omnibus: quòd patiens neceſſe eſt eſſe potentia tale; quale ſuum eſt actu agens, quomodocunque pati contingat: & ob hoc potentia ſunt intelligilia, intellectus. differentiā autem notat Auerr. inquiens, quòd potētia, receptio, & perfectio, æquiuocè dicuntur. & tangit differentiam inter receptionē materialium, & intellectus; nam paſſio materialis, eſt receptio indiuidualis, & cum abiectione côtrarii. declarat, & doctè, Albertus: Natura in materia prima eſt formarum inchoatiuū; ut educatur ad actum, neceſſe eſt priùs diſponi materiā per diuerſos qualitarū gradus; ꝙ ſit cum abiectione contrarii primò: deniq; perfecta tranſmutatione, in inſtanti formām illā eductam recipit materia: at in intellectu eſt receptio ſimpliciter. Notādū ex ſnīa Alexandri hic cap. de intellectu ſpeculatiuo, quòd trifariā dr̄ pati: primo modo, cum id, quod patitur, efficiē materia illius qualitatis, per quā patitur: & hęc eſt purè materialis: ut, ſi calefiat aliquod; cū calorē receperit; caloris illius dicitur materia: ſecundo modo dicitur receptio materialis adhuc, tametſi differēter ab iſta; & eſt receptio ſenſibiliū à ſenſu. atteſtātur ſenſibilia cōia: à quibus propria non abſoluuntur, ſi receptio talis materialis eſt, & cauſa, quia organica eſt uirtus receptiua tertio modo recipit intellectus potētia à ſenſibilibus. ſ. uiſionē uniuerſalium theoriticā. addit deinde Auer. Ex hoc fuit poſsibile, ꝙ corpora cœleſtia (& hæc unà cū ſuis intelligit intelligentiis) recipiant formas abſtractas. Verba hæc expoſita ſunt à quibuſdā ſtātibus in hoc fundamēto; quòd intelligentiæ intelligāt alias à ſe ſubſtātias per illarū ſpecies; quęlibet autē ſeipſam per eſſentiam propriā. ſic dicunt, v. g. quòd intelligētia inferior intelligit ſuperiorē per ſpeciē ſuperioris. At poſitio iſta nō ſtat cū fundamentis peripateticis: primò, quia in ęternis reperiretur accidēs; ꝙ falſum eſt; cū in abſtractis à materia per Philoſophū, idē ſit intelligens, intellectū, & intellectio: ſecūdò, ſpecies illa eſſet abſtractior intelligētia: quod falsū; quia nō dantur alia abſtracta; quàm ipſę ſint intelligentię: tertiò, Nulla unquā beata eſſet; cū beatitudo ſit in cognitione Dei intuitiua: at cognoſcere ꝑ ſpeciē eſt cognitio abſtractiua. Hiſpan. deinde non hanc, ſed aliam ponit eſſe S. Thomæ ſententiā; quòd, ſ. ſecunda intelligētia intelligat ſe ꝑ ſe; intelligat deinde ſuperiorem, ut eſt, ſcilicet, ſuperioris effectus; deinde intelligat inferiorem, vt

cauſatam, & à ſe, & à ſuperiori: vt figura impreſſa in cera à ſigillo, primò ſignificat ſe; ſecundò ſe, vt effectum ſigilli; tertiò, aliam figurã, quæ & à ſe, & à ſigillo facta eſſet. At, ꝙ prima, & non hæc, fuerit opinio S. Thomæ, probatur per ipſummet agentẽ de hac materia, ſecundo contra gentiles cap. 98. qñquidẽ hoc moueatur fundamento, ꝙ ens intelligibile ſit obiectũ intellectus; & tale nõ põt. eſſe vnũ quoddã cõe, quia eſſet infinitũ; quia & Deus eſt intelligibilis; & tunc non eſſet proportionatũ alicui intelligentiæ; cum quælibet à prima, ſit virtus creata: quare finita ſolus Deus cognoſceret. erunt itaq; plura, & totius entis ſimilitudines. Cũ aũt quælibet intelligentia ſit & vna, & finita; non poteſt per eius eſſentiã pluralitatem illam referre; ergo hoc illi euenit per ſimilitudines rerum aliarum extra ſe, vnicuiq; additas, quibus alia cognoſcet. & per hoc ponit ſpecies illas concreatas S. Thom. qui ſoluebat deinde dictum Philoſophi, 12. metaph. 51. quod in abſtractis idem intelligẽs & intellectũ, quando. ſ. intelligit vnaquæque intelligentia ſeipſam; non autem, quando alia à ſe. At ſolutio iſta ſtare non poteſt; quia dictum Philoſophi ueritatem habet, quatenus intelligentia eſt abſtracta ab omni materia; quia, vt ſic, eſſentia eſt indiuiſibilis, & una; quare intellectum eſt eſſentia illa, ſic intelligẽs, ſic intellectio. quòd, ſi ſpecies illas haberet, vt accidentia; intellectiones in ea omnes eſſentia non eſſent; quod inconuenit: quia dictũ illud nõ hẽt veritatẽ, ꝙ intelligat ſe; ſed, ꝙ ab omni abſtracta materia ſit. dicẽdũ itaque, ꝙ adducta opinio ſecunda, fuit potiùs opinio Auicennæ. & ipſa patitur inſtantiam; quia tunc intelligẽtiæ intelligerent cũ diſcurſu, ab effectu. ſ. ad cauſam. At de hac materia agere in præſentia ſuperuacuũ eſſet; cum de illa agatur in metaphyſica, & ad propoſitum non faciat negotium; quandoquidẽ hic ſcire debemus, quid Auer. voluerit per illa verba; non autem, quid ſimpliciter tenendum: quare ſit hoc fundamentum, ꝙ intelligentia ſecunda intelligit primam per ſuam propriã eſſentiã. hoc dixit Auer. diſp. 3. in ſolut. 15. dubij. quo poſito, ponatur & diſtinctio talis, ꝙ duplex eſt perfectio, quędã intrinſeca, ut albedo in recipiente; quædam autẽ extrinſeca, quæ non recipitur in perfectibili, ſicut dominum dicimus eſſe perfectionem ſerui. & hęc habetur diſtinctio 12. met. 37. qua poſita dicendũ ꝙ intelligentiæ aliæ à prima intelligunt ſe; & intrinſecùs perficiuntur à ſe; & intelligunt ſuperiores; & extrinſecùs perficiuntur ab illis. cum itaque una ſit alterius perfectio, non per ſpeciem, ſed per eſſentiam, non intrinſecùs, ſed extrinſecùs; exponuntur modò uerba Auer. ꝙ. ſ. ſecunda ordinatur ad primam, vt ad eius perfectionem; quia ſuperior eſt inferioris cauſa in genere cauſæ finalis: ſic corpora cęleſtia, intelligentiæ ſcilicet, recipiunt formas abſtractas, alias. ſ. ſuperiores; & intelligũt illas; non recipiunt autem illas; ita quòd una intelligentia alteri formaliter inhæreat; ſed, quòd una recipit aliam, ut perfectibile, eius perfectionem extrinſecam ſcilicet. & ex hoc, quod inferior recipit, communicare uidetur cum intellectu poſſibili: à qua natura ſola liberatur prima; cum nihil habeat, à quo perficiatur; & ad quod, ut ad finalem cauſam ordinetur. eſt itaque potentia intelligibilia, intellectus. Declarat Simplicius, non potẽtia, ut materia eſt; quia à ſeipſo excitatur ad perfectionem intelligibiliũ, quæ in mente ſunt: & etiã, quia non duo, ſed unus tantùm eſt intellectus; & qui manet; & qui progreditur; quare, ut imperfectus, nullum actu eſt intelligibilium, ante intelligere; & utitur νοῦν, ut textu quinto. uel intellectus eſt potẽtia intelligibilia, ideſt, poſsibilis materialia: & hoc non; quia nũquam fiet aliquod materiale: vel intellectus perfectus eſt potentia ſecũda intelligibilia: neque hoc uerum eſt; quia nunquam erit, ſiue fiet actu talia: relinquitur dictum de poſsibili reſpectu primorum intelligibilium. comparat deinde intellectum tabellæ non ſcriptę: ſic antiqui in tabellis ſcribebant, cum non haberent chartarum uſum. Auer. hoc exponens exemplum inquit, hoc eſſe ſimile ualdè receptioni intellectus, ſtante illa communitate dicta de paſsione; ſicuti tabula non propriè patitur à ſcriptura, nec tranſmutatur; ſed ſolùm recipit, & per ſcripturam actu perficitur: & talis eſt diſpoſitio intellectus materialis, qui potẽtia eſt ad intellectũ, qui actu eſt. uerificatur maximè, ut exponit Auerro. quo ad hoc, quia, ſicut tabella nullam picturam habet, neque actu, neque potẽtia propinqua actui; ſic in intellectu materiali dicendum. declarat ſubinde, quę ſit potentia propinqua actui. & dicit eſſe diſpoſitionem mediam inter potentiam remotam, & actum perfectum: & hoc eſt in intellectu, quando in illo non eſt ſpecies, quæ ſit intellecta in potentia, ideſt, ſpecies intelligibilis, per quã, quãdo uult, exire poteſt in actum intelligendi. At ſecundũ hanc expoſitionẽ dubiũ cadit: nam tabella illa, cum præparata ſit, nullã requirit diſpoſitionẽ mediam, ut picturas actu recipiat; ſed immediatè recipit: at intellectus, cum ſit in potentia remota, indiget diſpoſitione, qua fiat in potentia proxima ad actũ recipiendũ, ut tabella ipſa eſt: & talis eſt ſpecies intelligibilis. præterea uidetur hoc idem tenere de ſenſu, quòd, ſ. diſponitur ad actũ ſentiendi per ſpeciẽ ſenſibilẽ: & non eſt in diſpõne media, ut vr̃ ſentire Auer. Ad hoc ſecundũ primò dicẽdũ, quòd ſenſus dr̃ medius: quia in ſanguine mẽſtruo dr̃ penitus in potentia: &, qñ actu ſentit; penitus in actu: at non ob id eſt, quin ſenſitiua potentia egeat aliquo medio, ſi dẽt actu ſentire ſpecie. ſ. ſenſibili. at exẽplũ de tabula magis facit pro intellectu; nã, & ſi tabula iſta præparata, ſit in potentia propinqua ad picturã, quia. ſ. non indiget aliqua diſpoſitione media, ut recipiat; non tamen ſic eſt in potentia propinqua, ut dicatur media inter potẽtiã remotã, & actũ perfectum: & ideo tabula iſta dicetur in potẽtia remota priuatiuè, i. non quia indigeat aliqua media diſpõne; ſed, quia ipſa non habet talẽ mediam diſpoſitionẽ. Iamblicus, referente Philopono, notauit exemplũ hoc factũ eſſe, de grãmario, ideſt literario: literariũ uerò nũquã tale dicetur, niſi literas habuerit. uolens per hoc inferre, quòd puerorum anima, quæ eſt potentia

mens,

mens, ſecum habet rerum rationes: quare, ſi comparabitur literario; tunc in ea ſic erunt rationes ut literæ ſunt in grammatio: ſi uerò cõparabitur non ſcripto, ideſt, malè ſcripto, uel tenui, ac ſub obſcurè ſcripto; ſic & in anima rationes: & hoc modo Ariſt. idem uoluit cum Platone, & ſcire noſtrum eſſe reminiſci. At ſententia Platonis non hæc uidetur, quòd, ſcilicet, ſubobſcuræ ſint magines in anima intellectiua; cum expreſſè dixerit in Philebo, q anima eſt ſimilis libris, nudis ſcilicet. dicit etiam in eodem, quòd in anima eſt pictor, & ſcriptor. quare dicendum, & melius, cũ Simplicio, ſecundùm tamen Platonis ſententiam, quòd intellectus cum à ſe ipſo perfecto fluxerit, in ignorantiam ac ineruditionem ſuiipſius, atque totius formalis ſubſtantiæ dilabitur, ita ut indigeat perfici ab altero; &, quamuis à ſe ipſa; tamen ut ab altero, propter lapſum; conuerſa deinde in ſubſtantiales rationes, quæ in ipſa ſunt, quærit, & inuenit: quatenus in ea ipſa aliunde inſcribitur, perfecta euadit: & ſic reſpectu ſui perfectæ ipſius, dicitur intellectus reminiſci. Alex. de anima cap. de ſpeculatiuo intellectu, declarans intellectũ poſſibilem dicit, eſſe potentia intelligibilia, & actu nullum, antequam intelligat: & ſolùm præparatio eſt materialis intellectus, & ſimilis tabellæ inſcriptæ. & addit; Imò magis inſcriptioni tabellæ, nõ autem tabellæ: nanque anima ipſa, & qui hanc habet, dicitur magis grammation: quod uerò in eo inſcriptum, ſiue ad ſcripturam præparatio, materialis dicitur intellectus: nam grammation patitur, cum aliquid in eo inſcribitur; at præparatio nihil patitur; quare talis eſt intellectus, qui & ipſe impaſſibilis eſt. Auerro. dicit, dictum hoc Alexandri de præparatione, eſſe dictum falſum: & circa ipſum deducendum digreditur: & duo dicit; primò ponit unam concluſionem; ſecundò illam probat: primò inquit, quòd, Prę-paratio eſt priuatio, poteſt bifariam intelligi; uel pro priuatione in ſubiecto apto nato; uel pro potentia receptiua ad aliquid recipiendum. primo modo intellexit Alexãder, vt patet per dicta. addit Auerro. Et propter hoc fuit poſſibile, vt prę-parationes diuerſentur in unoquoque ente: quia diſtinctæ ſunt in diſtinctis ſubiectis priuationes; quæ eum aptitudine negant. deinde inquit Auer. O Alexãder, & eſt ſecunda ſuppoſitio. pro quibus notandum, quòd quædam eſt præparatio propria & talis negat eum aptitudine in ſubiecto determinato: & talis cognoſci non poteſt, niſi & ſubiectum ipſum cognoſcatur; vt cęcitas non ſine oculo: altera eſt præparatio communis; & iſta nullũ ſibi determinat proprium ſubiectum. modò inquit in Alexandrũ; Cogitas nobis declaraſſe præparationem ſolam, & non naturam præparati? qua ſi dicat, non. quia tunc talis præparatio non eſſet animæ, ueluti determinati ſubiecti; quia ſciri nõ poſſet, niſi cognito ſubiecto proprio. Ego autem verecundor. Incipit ſoluere: & primò deridet ipſum; deinde arguit diſiunctiuè à deſtructione partium: & nota eſt, inquit, quòd præparatio currit curſu perfectionis, & formæ; dubium cum ſit priuatio, quomodo dicatur forma; iam dictum fuit ſecundo phyſi. 15. quòd priuatio & ipſa forma dicitur. prætetea & primo phyſicorum; oppoſitio fuit inter formam, & priuationem. modò oppoſitio non cadit inter formam, & materiam. dicitur itaque quodammodo forma. & notandum, quòd quanto poſitiua ſunt perfectiora; tanto eorum priuationes deteriores ſunt: ut cæcitas deterior eſt ſurditate. ſi autem intendebat oſtendere Philoſophus naturam præparationis ſimpliciter; tunc talis non erat in intellectu. Quomodo igitur. uult inferre; quòd, ſi Philoſophus per ſermones prædictos ſolùm uoluiſſet intelligere naturam pręparationis ratione receptionis; hoc commune fuiſſet unicuique præparationi; non autem intellectus, niſi uellet per intellectum ſolam intelligere præparationem ſine ullo ſubiecto, quod impoſſibile eſſet. Vndè. Confirmat modò rationem ſuam Auerro. ſecundò infert unum corollarium: tertiò oſtendit, quòd ſolus Alexander hanc habuit opinionem. Notandum primò, quòd præparatio oſtendit præparatum: nam, ſi reperiatur in ſubiecto materiali; diſponit ad receptionem particularem: quæ uerò in intellectu eſt; non diſponit ad recipiendum particulariter; cum intellectus uniuerſaliter recipiat. & per hanc notauit differentiam inter intellectum, & alia præparata; cum in ipſo non reperiatur aliqua intentionum intellectarum, neq; actu, neque potentia; cum ipſe ſit in potentia ad illas. ſequitur ex his, quòd neque ſit corpus, neque in corpore uirtus; quare non erit forma imaginationis. & hoc uoluit Auer. contra Alexandrũ.

Et ipſe aũt. Intentio clara eſt, ſoluere ſecundũ dubiũ. S. Thom. uult ſolutionẽ ĩ hoc eſſe, quòd intellectus intelligibilis eſt per ſpeciẽ, ſicuti materialia ſunt. Solutio hęc remota eſt: nã dubiũ fuit, utrũ ſit intelligibilis, ut materialia. Rñſio eſt, eſſe intelligibilẽ, ſicut intelligibilia. Modò, conceſſo, quòd per intelligibilia uellet materialia; nõ eſſet, ſicut illa: quia illa per ſuas ſpecies ſunt per ſe intelligibilia: ut ſic, intellectus per ſpeciẽ eſſet per accidẽs intelligibilis. & exponit; Nã per ſpeciẽ alicuius rei intellectã; fit intellectus actu: ſicuti per ſpeciẽ actu ſenſatã; fit actu ſenſus: per ſpeciẽ itaq; illã intellectus ſeipſum intelligit; & redditur actu intelligibilis, ut expoſuit etiã tex. 8. ibi dictũ fuit, quantum erat expoſitio hæc remota à ſententia Philoſophi; & in expoſitione patebit adhuc magis. in tex. duæ ſunt particulæ exponendæ; in prima ſoluit; in ſecunda ſolutionem declarat: primã declarans Auer. inquit (& in hoc cùm S. Thoma) quòd eſt intelligibilis per alterum, ut materialia ſunt, ſcilicet, per ſpeciem. Moderni diuerſi. Hiſpanus inquit, quòd Ariſtoteles uoluit ſoluere, vt Auer. ſoluit; ſed per alterum membrum, quòd, ſcilicet, intelligibilis eſt, in quantum intellectus, & non per aliquam intentionem additam: & tũc Philoſophus obijciebat; Ergo res aliæ materiales intelligentes erunt. ad hoc dicet in textu ſequenti; Sic debet intelligi; ſicut intelligibilia. ideſt, ſicut ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt intelligentes; T. c. 15.

quia ab Ariſto. non dicuntur verè intelligibilia, niſi ſubſtantiæ abſtractæ. At quicquid ſit de expoſitione ſolutionis; hæc tamen dicta non videntur vera; quia Philoſophus ſubſtantias abſtractas nominat intelligentes, cum actu ſemper ſeipſas ponat intelligere. præterea in ſolutione primi dubii dixit, quòd intellectus eſt potentia intelligibilia: modò ibi per intelligibilia, non debet intelligere ſubſtantias abſtractas, vt patet: tertiò, in dubio propoſito dixit; Si intellectus eſt intelligibiles; tunc & aliis inerit intellectus. certum eſt, quod comparat intellectum materialibus, quantum ad eſſe intelligibile; & dubitat de modo; ideo & materialia voluit intelligibilia dici. Sueſſa. diſtinguit de intellectu, qui vel ſecundum ſe cõſideratur; vel vt continuus: ſi de intellectu per ſe; tunc ſic intelligitur, vt intellecta materialia intelliguntur: intelliguntur ſiquidem per eſſentias eorũ, ac quidditates; ſic & intellectus, per eſſentiam propriam: hæc tamen differentia eſt, quòd eſſentia intellectus, eſt intellectum, & intellectus; illorum verò, intellectus nõ eſt. & ſic expoſuit ly, intelligibilia: intellectus verò, vt continuus, intelligit ſe, intelligendo eſſentias aliorum. ob ſui ſublimitatem, Græci (addens) voluerunt ſolutionem ſecundùm primum modum; Auer. autem ſecundo modo. At opinio iſta falſa eſt, tum in fundamento; tum etiã in ſententia Græcorum: primò, quòd materialia ſint ſecundùm eſſentias intellecta: ſi hoc eis conuenit, ratione eſſentiæ; conuenit etiam eis eſſe intelligibiles: quare materialia ſecundùm propriam naturam intelligibilia erunt. cuius oppoſitum inquit Themiſtius; cum dicat talia non eſſe per ſe intelligibilia; ſed acquiſititiè habent hoc ab altero, quia ab intellectu; cum ipſa ſecundùm ſui naturam ſenſibilia ſint; redduntur etiam per intellectum, intelligibilia. Quòd etiam opinio Græcorum non fuerit de intellectu primo modo, confirmatur per Simplicium: quippè qui ait, eſſe proprium intellectus ſeipſum intelligere, quando ſcilicet, perfectus eſt; & poſſe ſe intelligere, quando diſtat à ſe; & eſt imperfectus: & tunc vel remotè, vt qui potentia eſt; vel propinquè, ut qui in habitu. exponens deinde particulam ſolutiuã, in qua inquit ipſum eſſe, ut intelligibilia materialia ſcilicet, intelligibilem: &, ne videatur communicare per hoc materialibus; cum ſit omnifariam à materia abſtractus: ſiue etiã capiatur in eo gradu, quo opinatur, in quo videtur materialis; ſemper tamen immaterialis eſt. δόξα, eſt potentia maximè à perfecto remota: ob id aſsignat rationem per ly, γὰρ, quomodo ſit ab illis diuerſimodè intelligibilis, quia immaterialis: & ob id in eo idem intelligens, & quod intelligitur, eſſentia diceretur: ergo pro Sueſſano, quòd uerificatur primo modo. Dicendum hoc eſſe falſum; quandoquidem dubia hæc mota fuerunt propter intellectum imperfectum; qui duobus modis dicitur talis, ut dictum eſt. & hoc ſecundum magis proprium eſt intellectui in habitu: quare & ſolutio ad intellectum in habitu dirigi debet: talis uerò, ut in habitu, eſt in potentia proxima intelligibilis; non autem actu: ergo per unionem propriè eſſentiæ perfectæ, redditur actu intelligibilis, ut materialia per ſpecies: differentia uerò eſt, quia cum intelligibilitate intellectus ſtat, quòd etiam ſit intelligens; non ſic autem cum intelligibilitate rei materialis. & hoc idem opinor Auerroim uoluiſſe; cum dixerit eſſe intellectum per intentionem in eo, ut materialia ſunt. ponit deinde differentiam, quòd intentio illa eſt intellectus in actu; in aliis uerò intellectus in potentia; nam intentio illa intellectus, ut rectè notat Albertus, non eſt, per quam res alia intelligitur; ſed, per quam ipſemet intelligitur; & intellectus, atque eius intentio ſeparata eſt; quare in talibus idem eſt, quod intelligit, & quod intelligitur. At Sueſſanus rurſus decipitur exponens ly, Eſt in intellectũ in actu, cum dicat; Non eſt abſtrahibilis ab intellectu intẽtio illa, ut cõtingit in aliis; quia illa quidditas non eſt intellectus, niſi modo accidentali: & ſic quidditas illa eſt intellectus accidentaliter. quod, ſi ſic, ſequeretur tunc, quòd intellectio ſuiipſius intellectus accidentalis eſſet. deinde, quomodo in illis idem diceretur; intelligẽs, & intellectum? Addit deinde Philoſophus in textu; Scientia ſpeculatiua, & ſcibile idem erit. Notat Simplicius, quòd quilibet actus cognoſcitiuus ſuo determinatur cognoſcibili. &, quo potior eſt cognitio; eo etiam ad ſuum cognitum potior eſt vnio; ſenſus ſiquidem cognoſcitiuus rerum, quæ in materia ſunt, per ſpecies in eo receptas: quare non propriè dicitur ſenſibilia; quia non eſt eorum, quæ in propria ipſius ſubſtantia ſint. poſt hunc eſt ſpeculatiua ſcientia, quæ aptatur cauſatis per cauſas: at, quæ eſt ſecundum cauſas in ſe ipſa exiſtentes; eadem dicitur eſſe ſcibilibus: quæ, in ipſa cum ſint, & propriè, & primò ſcibilia dicuntur: ſic ſcientia ſpeculatiua, & ſcitum, idem, tanquam vnam, & eandem eſſe rationem ſcibilis actu, & eius ſcientiæ actu, terminum, ſcilicet, ſcibilis. Notat Simplicius, non uſum fuiſſe Ariſtotelem ſcientia, ueluti exemplo, intellectus, ſed tanquam per nomen manifeſtius ſcientiæ & ſcibilis, oſtendens identitatem illorum adinuicem. idem & Auer. cum textu ſuo aliqualiter diuerſo.

Non autem ſemper. Introducens Sãctus Thomas inquit; Cum dixerit, quòd intellectus per intẽtionem in eo eſt intelligibilis, ſicut alia; reſtat, ut conſideretur cauſa; quare intelligibile (res ſcilicet intelligibilis) non ſemper intelligatur. At introductio iſta non uidetur tuta; quia ſatis in 15. dixit cauſam; quia .ſ. illa materialia ſunt, & potentia intelligibilia; intellectus uerò omnino abſtractus & actu intelligibilis. Vel (aliter introducẽs.) Quare nõ intelligit ſemper intẽtionem intelligibilẽ; dicet deinde in ſequenti cauſam. At hoc item ſtare non poteſt; nam dubium hoc dirigitur ad modò dictum eſt. quòd, ſcilicet, intellectus intelligit ſe per ſpeciem materialem, ſecundùm ipſos: quare eſt, quòd non ſemper intelligit illam. ita deberet ſtare dubium. at, quod ſequitur, non uidetur poni poſſe pro cauſa; quòd T. c. 16.

ſcilicet,

ſcilicet, materialia ſint potentia intelligibilia: quia ſpecies illæ ſunt manentes in intellectu, ſecundùm ipſos: quare uidentur eſſe vniuerſales: & ſic non erunt potentia intelligibiles. debet itaque dirigi dubium, ad quod dictum eſt, de intellectu, qui per intentionem, quæ eſt intellectus in actu, intelligibilis eſt. Philoponus vult, quod proponat hic quartum quæſitum in principio; & illud non ſoluat; quia patet. redeat deinde ad ſolutionem ſecundi, ſecundùm ordinem ſuum, ibi, In habentibus, & cæt. Dubium autem primum nõ de intelligibili; quare non ſemper intelligat, vt Latini voluerunt; & etiam videtur Auer. at dubiũ eſt de intellectu; quare non ſemper intelligat. hoc Simplicius: idem voluit & Themiſtius, ſimul aſſignans cauſam huius dubij; quia intellectus potentia, eſt etiam intelligibilis potentia; quare & potentia intelligens; quare non ſemper intelligit; quinimò continuè intelligens, laborat. At Simplicius hanc magis reſoluẽs cauſam, inquit, quòd à ſummis vſque ad ima, ſemper eſt per media progreſſus; ne vacuum aliquod relinquatur; modò inter prima entia, & extrema, media eſt humana anima, & maximè intellectus; inter partibilia, & impartibilia; inter eodem modo ſemper ſe habẽtia, & omnino tranſmutabilia; & inter manentia in ſeipſis, & exiſtentia in altero: ita vt hæc excedens ſit; ab illis verò deficiat; quare intellectus à ſubſtantiali ſua intellectione cadat; & in imperfectum degeneret: vt ſecundùm ſeipſum totum, medietatem conſeruet; cum intellectus humanus neque penitus in ſeipſo maneat; neque à ſeipſo progrediatur penitus; vt qui potentia eſt. Et Rabi Leus Gerſonides latitudinem entium naturalium declarãs in libro de immortalitate animi, inquit, quòd inferiora terminantur ſemper, ad formam mediam, vt miſta, quę ex elementis ſunt, terminãt in miſtum, quod partim habet de planta; partim de inanimato, vt corallus: plantę deinde vſque ad zoophitum: animalia vſque ad formam hominis; quæ media eſt: & talis intellectus eſt. Cum itaque de tali imperfecto ſententia Ariſto. ſit; meritò dubitauit, propter quid non ſemper intelligit; talis enim cum ſenſu eſt, & phantaſia: quinimò, ſi etiã, vt in habitu, non ſemper ſe intelligit, impeditur enim; ſiquidem practicè operatur, ad ſpeculationem, cum particulariter operetur; cum itaque dixerit de immateriali intelligibili, tanquam intellectui idem; priuſquam dicat de materiali intelligibili; in medio rationem conſtituit de ſcientifico. In textu duę ſunt particulæ exponendæ; in prima, interponit dubium, vt dictum eſt; in ſecunda, redit ad reſolutionem ſecundi dubij: prima iam conſtat. In habentibus. Exponit Auer. Quia intellecta materialia non habent intellectum: ideſt, intelligibilia non ſunt. nam, vt optimè Simplicius, intelligibile dicitur de materialibus, & de intellectu æquiuocè, vel analogicè; quia intellectus potentia, non quòd à ſeipſo fiat intelligibilis, hoc ſolùm quibuſdam ſeparatis ineſt; neque quòd alio aliquando intelligibile ſit, & ſi ſemper ab alio intelligitur, & non à ſeipſo, veluti corpus actu viuũ; vitam tamen potentia habere dicitur, tanquam non ſecundùm ſeipſum, aut à ſeipſo; ſed acquiſititiè dicitur viuens: at materiale ratione ſuę imperfectionis, altero intelligibile dicitur; cũ egeat altero, vt intelligatur: & hoc modo materialium vnumquodque potentia intelligibile dicitur. ob id addit; Quare illis non inerit intellectus. Confirmat ratione hoc Philoſophus, cum dicat; Sine materia, potentia eſt intellectus talium. Exponit Auer. quia intellectus, cum intelligat actu materialia; erit illorum formæ abſtractæ à materia: ideo iſtæ formæ, reſpectu materialium, non erunt actu intellectæ, neque ab eis comprehenſę; neque per illa intellectæ, neque intelligentia; ſed intellectus erit per illas intelligens; & illa per eandem intentionem non intelligentia. Sueſſanus hic adducens opinionem Simplicij, inquit, quòd obſcurè loquitur. & vult, quòd noſter intellectus, licet ſit intelligibilis; non eſt tamen, vt Deus, & intelligentiæ, quæ per eſſentiam ſunt intelligibiles; ſed intelligibilis eſt intellectione aliorum: nam, quo habitu eſt omnia ſcibilia; eo intelligit ſe, intellectione, ſcilicet, qua res materiales intelligit. At expoſitio iſta deuiat penitus à ſententia Simplicij, tum primò; quia intellectus, quando potentia eſt, vel habitu, non ſeipſum intelligit: neque, vt ſic, poteſt ſeipſum intelligere; ſed benè eſt in potentia ad hoc, quia poteſt fieri actu intellectus, & perfectus: & tunc ſeipſum intelliget: tum etiam, quia intellectus perfectus, ponitur à Simplicio, & intelligibilis à ſe, & ſeipſum per eſſentiam intelligens. Addit vltimò Philoſophus; Sine materia enim potentia eſt intellectus talium. S. Thomas trahere videtur hoc ad materialia, cum dicat, illa eſſe potentia intelligibilia; ideo intellectus talium potentia eſt. cum verò ſpecies illorum in intellectu ſunt actu; tunc & actu intelliguntur. At meliùs Simplicius, primò tangens fundamentum, quare intellectus non ineſt materialibus; quia intellectus omnis eſt immaterialis; eſt tamen illorum potentia, quaſi potentia perfectiuus: & hic capitur potentia actiuè eo modo, quo cauſa ſuis comparatur cauſatis. conuenienter intellectus dicitur potentia materialium; quæ potentia intelligibilia ſunt, veluti ille, qui, quòd potentia materialium eſt, in ſeipſo ducens ad actum, & comparat commenſuranti aliquid; quòd circa menſuratum operatur nihil; ſed notitiam illius, quantũ à ſeipſo valet; ſic & materialia intelligens, non aliquid circa illa operatur; neque patitur aliquid ab illis, ſed ſecundùm acceptas illorum cauſas in ſeipſo actum ipſorum cognoſcitiuum producit. Concludit Philoſophus, quòd intelligibile illi inerit; quid intellectus, cum immaterialis ſit, non erit alterius, ſed ſuijpſius intellectus: quare omnibus intellectibus ineſt eſſe intelligibile.

Dubitatur hic, vtrum intellectus intelligat ſe per eſſentiam. Sueſſanus in hac materia pro determinatione duo dicit: &, quod poteſt intelligere ſe per eſſentiam: &, quòd poteſt intelligere ſe per intellecta aliorum. & vtrunque affirmat de intellectu materiali. Confirmat primum; quia intel-

lectus

lectus poſsibilis intelligere poteſt formas materiales, & participant eſſe abſtractum; ergo ſe ipſum, cuius eſſe eſt ſimpliciter abſtractum. & hãc eſſe rationem Themiſtii cap. 51, & Auer. 36. præterea eſt vnum intelligibilium per eſſentiam; ergo ab aliquo intelligitur: non à ſuperiori; quia ſuperiorem informaret; vel ſaltem perficeret. ſecũdum dicit probatum auctoritate Simplicii, Themiſtii, Auer. etiam tex. c. 8. nam intellectus intelligit intellecta, quæ ſunt intellectus per ſe, vel per accidens; ergo ſe intelligit. concludit tandẽ, quòd intellectus potentiæ, bifariam conſiderari poteſt; &, vt infimus abſtractorum eſt, nullo modo ad corpus conuerſus; & ſic intelligit ſe per eſſentiã propriã tãtùm; altero modo, vt potẽtia intelligibilia, vt copulatus nobis: & ſic intelligit ſe, intelligendo alia, vt dixit. Egidius in hac materia determinãs, inquit, ꝙ intellectus noſter differt à Deo, & ab aliis ſubſtantiis ſeparatis. Deus intelligit ſeipſum per ſe ipſum; quia eſt idẽ cum ſuo intellectu; neque habet alium intellectum, per quem reddatur intelligibilis: Sic & quælibet aliarum ſubſtantiarum per ſeipſam eſt intelligibilis: intellectus verò noſter non eſt intelligibilis per ſeipſum; ſed habet alium intellectum in actu, ideſt ſpeciem intelligibilem, non ſeparatam ab intellectu poſsibili, ex qua & ipſe fit vnum & idem: & illa ſpecies intelligibilis, per quam intelligitur tam obiectum materiale, quàm intellectus proportionalis; non eſt in ipſo obiecto materiali; ſed ab illo ſeparata, eſt in intellectu poſsibili. At vtraque harum opinionum non ſtat cum doctrina Ariſtotelis. & declaro; primò; Intellectus humanus eſt penitus immaterialis, & abſtractus, vt concedunt: ſecundò; Intellectus poſsibilis eſt pura potentia in ordine intelligibilium, & nullum actum tex. 5. tertiò, Eſt intelligibilis; tex. 15. quartò, Intellectus conſideratur à Philoſopho, vt potentia, tex. 8. vt in actu in his, quæ ſequuntur. tunc ſic, Aut intelligit ſe per illam ſpeciem in ratione obiecti quo; vel in ratione effectus, vtcunque dicant, vt poſsibilis eſt: vel vt in habitu; quia non conſideratur cum ſpecie intelligibili ſub alia cõſideratione; ſed, vtcunq; dicatur intellectus, non intelliget ſe: ergo, ſi in eo non dabitur alia intellectio; nunquam ſe intelliget. probatur primũ aſſumptũ: nã intellectus, vt intelligẽs, eſt ſummè perfectus; ergo, ſi dẽt intelligere ſe, dẽt intelligere ſe ſummè pfectũ; aliter non intelliget ſe, vt eſt: ſed acceptus, vt potentia, vel vt habitu, non dicitur ſummè perfectus; quia tunc fęlicitas eſſet, eſſe perfectum per ſciẽtias ſpeculatiuas: quam dixit Auer. eſſe ſecundum fatuos in prologo octaui phyſicorum. præterea, ſi intelligibilis eſſet per ſpeciem; non dubitaſſet in 13. an intelligibilis. At diceret aliquis; Non dubitat, an intelligibilis; ſed dubitat de modo. tunc ſic; Neque de modo debet dubitare; quia tex. c. 8. cum dixerit de intellectu in habitu (& eſt ille, qui habet ſpeciem) dixit, & ipſe tunc poteſt ſeipſum intelligere, reſpiciens ad perfectionem illam per ſpeciem: ultimò in ſolutione tex. 15. dixit eſſe intelligibilem, ut materialia, ideſt per intentionẽ.

ponens deinde differentiam in tex. 16. inter materiale, (quod, ſi eſt intelligibile; non tamen eſt intelligens) & intellectum, qui & intelligibilis, & intelligens eſt; inquit, Materialia intelligibilia in potentia: ille verò intelligibile erit, ſcilicet actu. at, ſi ad actu intelligibile ſequitur eſſe intelligens; ergo ſpecies lapidis, cum erit actu intelligibilis, quæ tunc ſic erit, quandò erit vniuerſalis, & ſeparata à conditionibus materiæ; erit intelligẽs. & eò magis hoc concluditur; quò magis per ſpeciem, vt aiunt, intelligibile redditur intellectus: non poterit itaque hoc rectè ſaluari, niſi dicatur cum Themiſtio, ꝙ materiale dicitur potentia intelligibile; quia ſecundùm naturam ſuam intelligibile non eſt; ſed eget alio, & à ſe omnino diuerſo, ut materiale ab immateriali, ut fiat actu intelligibile; & ideo non dicitur intelligens; intellectus uerò de ſui natura intelligibilis eſt; ergo non per ſpeciem materialem, à ſe omnino diuerſam; ſed à ſeipſo perfecto, ut dictum eſt. quòd etiã malè dictum ſit, ꝙ intellectus poſsibilis intelligat ſe per eſſentiam, ſiue intelligatur conuerſus, ſiue nõ conuerſus, manifeſtum eſt: quia neque poſsibilis, neque in habitu, intelligit ſe per eſſentiam, vt dictum eſt; ſed ſolus ille, qui actu eſt. Modò ad rationes, quibus confirmat dictum Sueſſ. & ad primam dicendum, falſum eſſe conſequens; quia ſtat, ꝙ intellectus poſsibilis intelligat, cum recipiat materialia in eſſe abſtracto; nõ tamẽ ſub eſſe illo poſsibili intelligat ſe; quia maior requiritur pfectio diſpoſitiua ad intelligendum ſe, quàm ad intelligendum materialia: & argumentum peccat à ſecundùm quid ad ſimpliciter. non enim ſequitur, Intelligit ſecundùm quid abſtractum: ergo intelligit ſimpliciter abſtractum. neque ratio Themiſtij cogit, niſi de potentia remota, ꝙ intellectus materialis poſsit ſe intelligere. quod etiam ſi ſic intelligat Sueſſ. nulla erit inter nos differentia. ſic etiam ad reliquas dicendum; quòd intellectus poſsibilis, neque in habitu, ſecundùm ſe intelligibilis, ut dictum eſt: &, quod adducit de Simplicio dictum in tex. 8. falſum eſt, ut ibi patuit.

Quoniam autem. Introducens S. Thom. inquit; Cũ ſatis dixerit de intellectu poſsibili, nũc aggreditur dicendum de intellectu agente; & duo de ipſo proponit; primò, ſi eſt; ſecundò, eius naturam. Auer. cum Simplicio clarius mentem Philoſophi declarat; nã triplex intellectus eſt, ut retrò dictum eſt. cum autem dixerit de eo, qui potentia eſt, & de eo, qui actu, ideſt habitu; reliquum eſt de tertio intellectu agente, qui intellectus actu dicitur. quod idem eſt. Cum de intellectu (ut à ſeipſo progreſſus eſt) egerit imperfecto, atque perfecto; conſequenter agere debet de ipſo perfecto, atque manente, ac impartibili, & ſecundùm eſſentiam, & ſecundùm operationem; quinimo habente operationem ſuæ eandem eſſentiæ. & confirmat hanc intentionem Themiſtius, cum dicat, animam humanam non progreſſam eſſe ad potentiam uſque, atque ad habilitatem illã, ut ea maneat; quia poſsibilitatem in illa fruſtra fuiſſet operata natura; ſed neceſſarium eſt, ut anima humana ſuum conſequatur T. c. 16.

ſequatur

ſequatur finem,propter quem poſsibilis eſſe dicta eſt:oportet itaque intellectum potentia perfici:nihil autem à ſeipſo perficitur, ſed ab altero; quare neceſſe erit & intellectum agentem dari: agendũ itaqne eſt de eo intellectu. qui eſt illud,quod verè eſt;nam,cum progreſſus à ſeipſo eſt; nõ eſt amplius id,quod uerè eſt. primò autem proponit de ipſo agendum,vt agente; quia à notioribus nobis proceſſus cum ſit;& ſatis dictum de patiente; cui ſuum correſpondeat agens; ideo priùs de eo, ut agens eſt: quod cum notum fuerit, ab illo ad ipſum,ut actu, terminabit oratio. In textu duo ſunt declaranda: In prima ponitur una propoſitio per modum maioris: qnam probat ratione, & exemplo: in ſecunda ponit cõcluſionem: inquit in prima. Quoniam in omni natura eſt aliquid, ut materia unicuique generi. Dubium eſt,quid per naturam uoluerit:ſi,quod dixit ſecundo phyſicorum; tunc non ſequetur,quod dicit;quia forma dicitur natura;& tamen falſum eſt, quòd in illa ſit materia,& agens. Reſpõſio capitur à Simplicio declarãte,quomodo intellectus ſit natura,cum dicat; Intellectus humanus, ut progreſſus ad ſecundas uitas, ſiue ad nos, gerit uicem materiæ; cum potentia talis eſſe dicitur, & conuerſus ad naturam, naturalis conſiderationis eſt; ut autem manens, & ſecundùm ſe excellens, neque agens, neque patiens eſſe dicitur; &,ut talis, à metaphyſi. conſideratur: quare in ſubſtantia illa intellectuali progreſſa, quę uerè dicitur rationalis anima; eſt aliquid materię proportionale; & aliquid agenti: hoc autem non uetificatur de forma, quæ ſecundùm ſe ſemper materialis, & natura dicitur. Sueſſanus carpit ſolutionem hanc Simplicij: & dat inſtantiam de materia; cum ſit quædam natura poterit in ea reperiti agens. At,eius pace, nõ accepit Simplicium: quia materia non progreditur à ſeipſa,tametſi à Met.conſideretur, ut ſubſtantia, eſt abſtractum illud per indifferẽtiam: intellectus uerò, ſecundùm ſe, eſt abſtractum per eſſentiam: in quo progreſſo proportione reſpondẽt duo hæc, & potentia,& agens;quia uerè reperiũtur; in quibus uerus etiam reperitur motus; ſecundùm uerò proportionem,ut inquit Simplicius, in cęleſtibus,& anima noſtra;nam quandoq;,ut ſic, intelligit; & quandoque non; ideo in ea potentia; ideo in ea etiam agens educens.& ſic ueritatem habet expoſitio ſancti Thom. ſupra ly, natura, ideſt, quæ quandoque actu; qnandoque potentia eſt.in idẽ cadit expoſitio Themiſtij, & Alexandri; qui per, Naturam, intelligebant conſtantia natura, ideſt res naturales, idem & Auer. & Simplicius, cum dicat; Non intelligenda eſt quæcunque ſubſtantia; ſed,quæ motu determinatur. dixit; Vnicuique generi. expoluit Simplicius, ideſt, ſecundùm analogiam. mihi ſatisfacit magis,quæ Philoponi; quòd duo hæc dixerit Philoſophus,ut vniuerſale,& particulare magis innueret,inquiens; In omni natura, utpotè, in omni animali eſt materia,& agens; & in quocunq; genere,verbi gratia, in genere humano, in genere equino, & ſic de alijs reperitur materia, & agens. Auer. etiam cum Sancto Thoma; In nnoquoqne genere naturali, duo iſta reperiuntur; quinimo tria,agens, patiens, & factum. & non modò in naturalibus hæc reperiuntur; ſed etiam in arte factis. addit Auer. Ita in intellectu. vt ſic dicat; Intellectiua anima eſt genus aliquod naturale. confirmat hoc; quia conſideratio de anima, eſt conſideratio naturalis; quia eſt unum entium naturalium; quibus commune eſt habere materiam, & agens. At quiſpiam dubitaret ob illam minorem: quia, ſi anima eſt unum entium naturalium; ergo generabilium,& corruptibiliũ; quare erit & ipſa generabilis, & corruptibilis. Sueſſanus ſaluat, quòd,ſcilicet, competit ei corruptibilitas ratione operationis. Therapolinus dicit hoc eſſe ratione intellectus ſpeculatiui. Hoc dici non poteſt, quia non meminit hic de ſpeculatiuo Philoſophus, ſed duntaxat de materia, & agente:nec prima; quia ſenſus illius minoris non refertur ad operationem,ſed ad ſubſtantiam talẽ: quare dicendum,& meliùs,cum Simplicio.non ſequitur; Eſt unum entium naturalium; ergo eſt generabilis,& corruptibilis; quia cęlum eſt ens naturale; & tamen non eſt corruptibile: ob id dixit Simplicius, hæc proportione reperiri in entibus naturalibus,in cęleſtibus, & in anima humana. Ex hoc ęliciunt aliqui intellectum agentem conſiderari à Phyſico, & cum illo etiam poſsibilis; ergo & tota anima rationalis. Dicendum hoc uerum eſſe; quia intellectus, ut progreſſus, anima dicitur;&,ut ſic,agit,& patitur; & conſiderationis eſt phyſicæ:altero modo,ut intellectus manens, & in ſeipſum reuerſus;&, ut ſic,non amplius anima dicitur; neque amplius agere,aut pati: & poteſt applicari dictum illud habitibus præſentibus. in materia ceſſat motus;& eſt,de quo, primo de partibus Ariſto. determinauit, ad Phyſicum non attinere. declarat deinde Philoſophus partem materialem, & inquit;& eſt, quæ potentia omnia illa. eſt enim in anima intellectiua progreſſa poſsibilis intellectus, reſpectu formarum omnium,quas,ut actiuus in poſsibili imprimit. & diligenter, quo ad hoc, notauit Albertus,cũ dixerit, quòd in anima non eſt facere niſi formas intelligibiles, ut intelligibiles ſunt: & compoſitio illarum non eſt ad res,ſed potius ad intellectum poſsibilem:& eſt communis expoſitio, quòd ſit receptiuus ſpecierum materialium,pariter atque earundẽ factiuus. At mens hæc Ariſtotelis non fuit; non enim de illis ſpeciebus materialibus intellexit poſsibilitatẽ illam, ſed de ueris formis; ut per ipſummet, hic ipſe exponatur: nam textu.c.5. dixit, intellectum poſsibilem; quia actu nullum eorum, quæ ſunt,ante intelligere. ubi clariſsimè oſtenſum fuit ſententiam eſſe de ueris formis,ac quidditatibus. cum itaque eandem illius hic exprimat potentiã; patet idem quoque uoluiſſe. manifeſtat etiam per dictum exemplum de arte, ad materiam. notat,& rectè, ſimilitudinem de arte Albertus, cum dicat; Ars non aliundè formas arte factorum aſſumit; ſed facit illas de ſe: & inducit eas in maria,ſed malè applicat intellectui; quia recipiens ſpecies à materialibus,uidetur aliunde aſſumere:

ob

ob id intelligenda eſt ſimilitudo, vt iacet; qnia & intellectus nó aliunde; ſed, cum in ſe habeat, format ĩ materia, ſcilicet, intellectu materiali; & poſſibili, formas ſiue veras quidditates. & hoc innuit, exponens Simplicius, cum dicat, rectè comparaſſe artem, agenti; patienti uerò, materiam; quia ars, quæ circa materialia verſatur, eſt habitus animę ſecundùm rationem factiuus. concludit hoc idem Auer. ſecundo tractatu epitom. metaph. cum dicat; Accidit rebus arte factis, quòd intelligantur ab illo, qui non operatur illa; propterea quod ſunt ordinatæ ab intellectu, quæ eſt ipſa forma exiſtens in anima artificis. Neceſſe & in anima. In hac ſecunda principali concludit Philoſophus neceſſe eſſe in anima has poni differẽtias. Auer. voluit eſſe tres, agens, patiens, & factum. hæ tamen à dictis in textu non deducuntur; quia non meminit, niſi de duabus illis, poſsibili, ſcilicet, & agente. Notauit, & rectè, Philoponus dictum eſſe in anima; ut notaret differentias iſtas eſſe animaſticas; quare & Phyſicas. ex quo textu elicitur, quod intellectus agens eſt pars animæ noſtræ.

Dubitatur circa prædicta, cum iam ſatis conſtet has duas eſſe in anima differentias, nunquid intellectus agens ſit pars animæ, uel extrinſecùs ab anima. adducuntur quatuor uariæ antiquorum ſententiæ. Alexander hoc in loco tenet intellectum agentem eſſe primum omnium principium, quod & propriè, & maximè intelligibilis forma ſit; & propriè, & maximè ens; & cauſa aliis eſſe; & propriè, & maximè bonum, & cauſa alijs bonitatis. ſecunda opinio Marini; qui Dęmonem quẽdam, angelicum ve opinabatur, intellectum talem tertia Plotini: qui, cum accepiſſet à Platone, animam eſſe ſemper mobilem; iudicauit eſſe; quia ſemper eſt intelligibilis, & intelligens; ac opinatus eſt intellectum illum, intellectum humanum eſſe ſemper actu operantem. Plutarchus non duplicem poſuit intellectum, vt dictum eſt, ſed ſimplicem, & unum actu non ſemper intelligentem; ſed aliquando intelligentem. Auerr. intellectum hunc ordinauit eſſe poſt motorem orbis Lunæ, tractatu 4. ſui epitom. metaphyſi. quare aſsiſtentem cum poſsibili humano orbi, vt commento 5. determinauit. &, quòd poſuerit in anima noſtra intellectum talem, patet in commento ſequenti, cũ dicat; Cũ nos inuenimus agere per duas haſce uirtutes, cum voluerimus; ideo neceſſe fuit illas nobis attribuere. Idem commento 4. inquiens, quòd intellectus in nobis exiſtens, habet duas actiones; alteram de genere paſsionis, ſcilicet, intelligere; reliquam de genere actionis, ſcilicet, abſtrahere. reducuntur autem ad duas differentes poſitiones; uel ad ponentes ipſum à nobis ſeparatum (& tũc uel Deum, vel Dęmonem) aut ad ponentes ipſum in nobis; & tunc, uel unum ſimplicem ſemper intelligentem; uel unum ſimul cum intellectu poſsibili, & quandoque intelligentem. Opinio Philoſophi, vt intelligatur, quę nam ſit, notandum, quòd Philoſophus t. c. 20. dixit intellectũ potentia tempore priorem in uno eſſe. poſtea dicit; ſolùm hoc immortale, & perpetuum eſt. Modò hæc non poſſunt verificari de Deo; quia non ſolus immortalis: neque de Dęmone, per eandem cauſam: non de poſsibili; quia talis non ſemper intelligit: hoc autem non aliquando intelligit; aliquando, non: neque ſtare poteſt, quòd ſit vnus tantùm ſimplex, qui ſemper intelligit; quia datur intellectus ille, qui potentia eſt; & pręcedit tempore: neque qui quandoque intelligat; cum ſeparatum dixerit, qui non quandoque intelligit; & quandoque non: relinquitur itaque, quòd intellectus agens ſit particula animæ humanæ. & conſtat per dicta Philoſophi textu commenti primi. De particula autem animę. intellexit, ut diſtincta contra aliam animæ rationalis particulam, quæ actu eſt; ut ibi expoſuimus. At dubitat Gandauẽſis, quo modo ſit pars animæ: & tandem tenet ipſum, ut formam. Ad quod perſuadendum, primò tenet, quòd intellectus agens Immediatè cauſat intellectionem: quod etiam poteſt probari; Non eſt intellectus poſsibilis; quia patitur: non eſt phãtaſma; quia potentia intellectum: non eſt ſpecies intelligibilis; quia effectus eſſet nobilior cauſa: erit itaque talis cauſa intelligentia, in cuius virtute eſt producere talem operationem, vt rectè dixit Auic. cap. de intellectu agente: relinquitur itaque; quòd ſit intelligentia agens; & talis eſt ſecundum eſſe coniuncta poſsibili. Fundamentum autem fuit; quia intellectio eſt actio immanens, 9. metaphyſi. 16. modò, ſi agens eſſet poſsibili cõiunctus per aſsiſtentiã, ut intelligentia orbi: actio tunc immanens non eſſet; ſicuti motus ab intelligẽtia in orbem, non eſt immanens: erit itaque anima intellectiua ex his duabus partibus, poſsibili, tãquã ſubiecto, & agente tanquã forma. ſimiliter iſtis determinare uidetur S. Thomas. huius fundamentum eſt, vt in quæſtionibus diſputatis quæſtione quinta dicit; Oportet in unoquoque operante eſſe aliquod formale principium, quo formaliter operetur; ſiue illud forma ſit, ſiue qualiſcunque impreſsio. ex hoc deducit, quòd in nobis aliquod formale principiũ eſſe debet, quo recipiamus intelligibilia; & aliud, quo illa abſtrahimus. & duo hæc principia in nobis ſunt poſsibilis, & agens. At contra hanc opinionem poſſet eſſe inſtantia; quia ſequeretur, quòd anima intellectiua eſſet compoſita ex materia, & forma: ſi duæ iſtæ partes in ea fuerint; & altera, vt forma; vt materia, reliqua. Pro reſolutione dubij ſit concluſio talis; In anima intellectiua, ſecundùm ſimilitudinem, duæ inueniuntur particulæ, materia, ſcilicet, & forma: ſecunda concluſio. Anima intellectiua perfecta intellectus eſt, & nõ anima: corol. Anima intellectiua ſecundùm eſſentiam, ſimplex eſt, & indiuiſibilis; ſecundùm modum uerò eſſendi, compoſita, atque diuiſibilis. primam accepit Themiſtius cap. 31. contra Alexandrum pro ſolidiſſimo fundamento, quòd duę iſtę virtutes ſunt in anima, auctoritate Ariſto. in tex. præſenti. confirmatur etiam auctoritate Philoſophi tex. 20. ut dictum eſt, & meliùs ibi dicetur. dictum eſt autem, illas particulas, ſecundùm ſimilitudinem, dici materiam, & formam; quia, ut diuinè dixit Simplicius

plicius

plicius in hac materia, anima humana media, eſt inter abſtracta penitus, & materialia; pa tibilia, & impartibilia: quare non tota manet in ſe rationalis; quia ſolùm communicaret Deo, & intelligentijs: neque tota progreſſa eſt à ſui perfectione; quia ſolùm cum materialibus eſſet; & ſic nõ media. undè affirmãdum eſt non uſque adeo progreſſam eſſe, ut penitus à ſe ipſa ſeparata ſit; ſed ita manens, vt poſsit in ſeipſam redire, & perfecta manere: quod & hic Themiſtius. inſinuauit, dicẽs; Nõ eſt ſic intellectus potentia, vt potẽtia maneat; quia natura fuiſſet fruſtra elaborata; ſed, vt recedat in actum ſuum, & perficiatur. Clarum modò eſt apud Philoſophum, quòd actus, & potentia einſdem generis ſunt: erit itaque in anima, ut illius potentia eſt, intellectus agens. & hanc maximam ueritatem in ficta fabula apud Platonem in Sympoſio expreſsit Ariſtophanes; quòd diuiſi illi ab inuicem homines, rurſus quæritant amplexari ſe; &, vt priùs, vniri. particula verò illa, quæ potentia eſt, priuationem ſignificat; priuatio verò, materiam: quare particula illa, ſecundùm ſimilitudinem, materia dicitur; quæ uerò manet, habet ſibimet comparata, ut imperfecta eſt, modum formę. & poſſumus dicere, quòd tota homini, principium eſt duobus modis, ſecundùm agẽs, & ſecundùm finem; ſecundùm agens, continuatur homini in principio; ſecundùm finem uerò, in poſtremo. cum autem perfecta eſt; tunc non vltra agit, & patitur; ſed ſimplex eſt & indiuidua, & intelligentia tota. & ſic patet ueritas ſecundæ cõcluſionis, & coroll. cum ſolutione dubij.

T. c. 18. Et eſt intellectus. Intentio pendet à retro dictis in 17. ibi dari cum poſsibili dixit agentem. nunc, quid ſit intellectus agens, declarare intendit: interponit etiam, quid poſsibilis ſit, ut faciliùs innoteſcat nobis, quid agens, in textu duę ſunt particulæ exponendæ: in prima declarat eſſentiã utriuſque: in ſecunda confirmat à ſimili: in prima inquit; Et eſt intellectus talis in omnia fieri: ille autem in omnia facere. Auer. ſecundum ſuum textum exponens, tres inquit intellectus dari; primus, qui recipit, & efficitur omne: ſecundus eſt, qui facit intellectum, qui potentia eſt, intelligere; & cauſa eſt, quòd eſt in actu, & intelligit intellectum in habitu. datur & tertius, qui reducit intellectum potentia ad actum, ſcilicet; ad habitum & declarat intellectum in habitu; & eſt, qui poteſt in actum exire; uel homo per ipſum. Ariſtoteles autem dicit, quòd agens omnia facit, quo modo dictum eſt de arte: nam, ut domus potentia, & ſtatua potentia, ſi ſoli ſpectentur lapides, aut ęs; cum non poſsint hæc formam domus; illa, ſtatuæ recipere, ni ars, ut inquit Themiſtius, lapidibus illis, vel æri, poteſtatem ſimul, atque formam inducat artificialem; ſic & agens deducens poſsibilem ad actum, in illo habitus ac ſcientias generat, & uniuerſalia intellecta. & ita perficitur; ut, cum ſit actu, non ampliùs potentia eſt. Sicut habitus. In hac ſecunda confirmat ſimilitudine ſumpta ab habitu, & à lumine. exponens Auer. in primis notat differentiam inter artem, & intellectũ in hoc; quia ars imponit formam in materia vniuerſa, abſque eo quòd in materia aliquid ſit de intentione formæ: at intellectus agens non ſic comparatur poſsibili; quia tunc homo non indigeret pro intellectione, ſenſu, aut imaginatione; ſed ſolus ſufficeret intellectus. neque dicere poſſumus, quòd ſolæ intentiones imaginatæ ſufficiant ad mouendum pariter, & perficiendum poſsibilẽ; quia tunc nulla eſſet differentia inter uniuerſale, & indiuiduum. oportuit igitur poni alium intellectum, qui extraheret illas à conditionibus materię; & faceret eas actu intelligibiles, & actu intellectas. his ita poſitis deducit ad expoſitionem textus, de luce; cum ſit à ſenſu ſimilitudo: nam, ut viſus in videndo indiget luce; vt tamen alius à luce; ſic & color. à ſimili, & intellectus agens diuerſus à materiali receptiuo, atque à phantaſmatibus mouentibus, ad intelligere; comparatur luci. ſicut à coloribus non mouetur uiſus, niſi luce pręſente: ſic à phantaſmatibus, poſsibilis, niſi præſente agente.

Dubitatur autem ſuper dictis, quo modo intellectus agens ſit potens omnia facere, intelligibilia, ſcilicet intelligi; nam, quòd talia actu dentur intellecta, patet per Philoſophum ponentem intellectum in habitu, diſtinctum à poſsibili, ut perfectum ab imperfecto, tex. 8. talis autẽ intellectus eſt factus, uel per inuentionem; uel per diſciplinam; ut etiam Auer. com. 5. affirmat; ergo ſupponit agens. hoc autẽ eſſe non poteſt phantaſma, ſiue ſpecies intelligibilis ſola; quia talis eſt intelligibilis in potentia: vt autem fiat actu intelligibilis, indiget aliquo alio agente, à quo de hoc ordine ad alium ordinem traducatur. tale eſſe nõ poteſt intellectus poſsibilis, quia recipit; relinquitur itaque dari tertium intellectum; qui agens dicitur. confirmauit hoc etiam Ariſtoteles t. c. 17. intellectus itaque agens datur. habetur præterea quòd, ſcilicet, poteſt omnia facere, ſcilicet, intelligibilia. Hoc idem confirmat Auer. hic, cum dicat ipſum transferre res de ordine in ordinem. & in fine dicit, ꝙ ideo poſitus eſt intellectus agens, vt faciat actu vniuerſalia; quia talia extra animã non dantur, vt Plato ponebat ideas. confirmatur hoc idem ipſius auctoritate 7. metaphy. 3 t. ubi inquit; Sicut cum materia miſtum ſit à miſto cum materia; ſic & immiſtum ab immiſto. non eſt itaque difficultas, quòd faciat iſta intelligibilia; ſed in modo faciendi ſumma uidetur difficultas. Dubium primum itaque erit, quomodo faciat phantaſmata intelligibilia; vtrum ſcilicet, conferendo aliquid ipſis; vel nihil: ſecundum dubiũ erit, an ſit principium per ſe actiuum, intelligere. Pro ſolutione primi, poſuerunt Latini intellectum agentem conferre aliquid phantaſmatibus, illuminationem ſcilicet, cuius beneficio redduntur actu intelligibilia, phantaſmata. hoc inquit hic Albertus, cum dicat; Ille intellectus facit actu intelligibilia; quia ſeparat à conditionibus materiæ reſplendendo ſuper illa, ſicut lumen ſuper colores. fundamentum hoc tetigit S. Thom. quæſtione quarta diſputata; quòd ſcilicet, phantaſma

erat

erat actu ſingulare; ideo impotens ad mouendũ intellectum poſsibilem; ideo intellectus actu datur, qui reddit ipſum actu intelligibile, abſtrahendo à conditionibus materiæ. Scotus & ipſe quæſtione. 15. quolibet declarans, quomodo facit actu intelligibilia, inquit; Quo modo lumẽ facit actu colores; quia in tenebris erant actu colores; ſed potentia remota uiſibiles. fundamentũ huius ponit; nam, quando duę cauſæ concurrunt ad agẽdum; ſecunda non eſt in potentia propinqua, niſi prima concurrente; ideo requiritur lumẽ, vt color ſit potentia propinqua ad agendum in viſum. & addit Scotus; Hoc autem erit, quãdo color erit actu illuminatus; ſic & phantaſmata agere nõ poteſt ſpeciem intelligibilem, niſi concurrente intellectu agente: ſic phantaſmata erunt, potentia propinqua, relucentia in ſpeciebus intelligibilibus: ſic inuicem comparantur agens, & poſsibilis reſpectu, actu intelligibilium; non autem actu intellectorum. At contra opinionem iſtam arguitur; nam recipiens recipit per modum recipientis; ergo phantaſma, cum ſit ſpecies materialis, & ſignata; lumen illud materialiter, & ſignatè recipiet; ergo ita inepta erit, vt prius, ad mouendum intellectum poſsibilem. quòd etiam non abſtrahat, probatur; quia: vel abſtractio illa erit realis; uel rationis: non prima; quia, uel erit corporis à corpore; & hoc non: vel formæ à ſubiecto; vel formę à materia: non primo; quia forma migtaret de ſubiecto in ſubiectum: non ſecundo; quia educeret tunc formam de potentia materiæ: neque eſt rationis; quia tali vtitur abſtractione poſsibilis intellectus; ut patet de abſtractione mathematicarum, in qua non fit mẽdacium ſecundo phyſ. 18. Opinio hæc Latinorum fuit Arabum ſentẽtia. Algazel de anima humana tract. quinto, cap. 5. inquit; Cum aptitudo animæ completa fuerit, irradiat lumen intelligentiæ agentis ſuper formas præſentes in phantaſia; & proueniunt ex eis in animam uniuerſalia abſtracta, ut ex hac arbore arbor, & ſic de cæteris. idem Auic. de anima parte quinta, cap. 5. & reſolutiſsimè tetigit fundamentum; quod eſt; quia cauſa dans formam intelligibilem, non eſt niſi intelligentia in effectu, penes quam ſunt principia formarum intelligibilium abſtractarum. In fine autem dicit; Imaginabilia ſunt intelligibilia in potentia: & fiunt in actu non ipſa eadem; ſed, quæ excipiũtur ex illis. Sueſſanus in hac difficultate; cum habuerit ab Ariſtotele in anima noſtra eſſe intellectum agentem; declarat quam habeat cum anima neceſsitatem: & inquit ꝙ in phantaſmatibus nihil agit abſtrahendo, uel imprimendo; neque agens ſpeciem, aut notionẽ ullam in intellectu poſsibili. Fundamentũ huius dictũ fuit; quia nihil agit in ſubiecto, in quo eſt: erit itaque, vt lumen, uiſioni colorum; ſicut lumen diſponit diaphanum, non agens colores, neque colorum intentiones: eſt itaque lumen medium diſpoſitiuum; ſiue ratio recipiendi, non recipiens; ſic & intellectus agẽs eſt. At diceret aliquis; diſpoſitiuum potiùs reducitur ad genus cauſæ materialis; ergo intellectus non dicetur agens. Dicẽdum quòd non eſt agens, neque in intellectu; neque in phantaſmatibus; ſed dicitur agens; quia medium recipiendi duplex: diſpoſitiuum, quod efficit, & non recipit; & receptiuum, quod diſponit, & recipit. primum reducitur ad genus cauſę agentis; facit enim, ut illud, quod nõ agit, agat; vt luminis beneficio color in uiſum: ſic per agentem, phantaſmata agunt in poſsibilem: diſponit autem animam noſtram, vt ſpecies materialium recipiat uniuerſaliter repręſentatiuas. At opinio iſta multis modis deficit: & primò intereſt inter entia ſenſibilia, & quæ intelligibilia ſunt. quòd ſenſibilia dicuntur talia per materiam; intelligibilia verò per formam, ſententia Philoſophi primo cæ. 9 t. 92. Qui dicit cęlum; dicit formam: qui uerò hoc cęlum; materiam. præterea entia omnia materialia ſunt à nobis intelligibilia potentia; ſententia Philoſophi hic, & t. c. 4. Intellectus omnia poteſt intelligere; quare nulli miſtus; ergo eſſe intelligibile eſt eſſentiale conſequens entia materialia: id autem, quod eſt eſſentiale alicui; euenit illi à cauſa efficiente de neceſsitate. hoc Auerrois eſt ſecũdo tractatu epitom. metaphyſi. tunc ſic; Phantaſma in cogitatiua, eſt ens ſenſibile actu; quia materiale eſt, & cũ conditionibus indiuiduãtibus, per dictũ, eſt etiam potentia intelligibile; fit actu intelligibile. quæritur à quo? nõ ab ipſo phantaſmate; quia eſt ſenſibile; tale autem de ſe nunquam producet intelligibile; quia, quod eſſet in potentia paſsiua, tunc, vt tale, ageret; neque à poſsibili; quia, quantumcunque diſpoſitus per lumẽ agẽtis; nunquam ageret in phantaſma; ſed ab illo reciperet. relinquitur itaque neceſſariò, quod ens naturale, à quo habuit eſſe intelligibile potentia; ab eodem quoq; actu redderetur tale. quod & ibi concludit Auer. cum dicat; Nõ euadit, quòd ſenſibile dicatur actu intelligibile, niſi generatio illa fiat ex actuali apprehenſione: & manifeſtat exemplo ab arte factis; Tales intelliguntur per ſe ab artifice; quia ſunt ordinatæ ab intellectu, quæ eſt ipſa forma exiſtens in anima artificis. idem dixit Auic. vt dictum eſt. præterea ſi agens ſolùm diſponeret poſsibilem; ſequeretur, ꝙ phantaſma eſſet præſtantius agens, quàm intellectus agens ad intelligibilitatem. probatur; quia agens principale eſt agens præſtantius, quàm agens diſpoſitiuum præterea exemplum de lumine non conueniens eſſe deduco; quia, ſi ſolùm diſponeret diaphanũ, & nihil ultra ageret; non poſſet illius receptio accommodari receptioni intellectus agentis; nõ phantaſmati, quia ponitur, vt coloratum; non intellectui poſsibili, quia comparatur uiſui; nõ diaphano: ergo &c. confirmatur; quia minus diſpoſitum eſt ad agendum ens intelligibile phantaſma, quã intellectus poſsibilis ad idipſum recipiendũ; quia illud materiæ immerſum; ille uerò ſeparatus eſt. ſi itaque intellectus agens ſolùm eſſet, vt diſponat poſsibilem, non autem phantaſma; ſed per diſpoſitionem illam eſt in cauſa, ut phantaſma de ſe agat; ergo minus aptum ad productionem intelligibilitatis, facilius, & meliùs aget, quàm patiatur ille, cum patiatur per aliud. Græci autem

in hoc & ipſi diuerſi ſunt. Alexãder per intellectũ agentem, Deum intellexit: qui, cum ſit ens per eſſentiam; ſit aliis cauſa, ut ſint: &, cùm ſit per eſſentiam bonus; ſit aliis cauſa, vt bona ſint. & comparat ipſum lumini: quod, cum ſecundùm ſe viſibile ſit; eſt aliis cauſa, quòd videantur, ſiue viſibilia ſint: à pari, & prima cauſa, cum ſecundùm ſe intelligibilis ſit; aliis, vt intelligibilia dicantur, eſt in cauſa. Damnat ſententiã iſtam Philoponus; primò declarans modum, quo intellectus agẽs conferat: & inquit, ꝙ iurè comparauit mentem lumini: nam, vt lumen facit quodammodo actu colores, non enim colores facit; ſed actum largitur illis; non autem ſubſtantiam: ſic & mens in nobis operatur: vndè malè Alex. per intellectum agentem, Deum intellexit: nam Deus etiam ſubſtantias ipſis facit. comparauit deinde habitui; non quia faciat; ſed, quia perficit: ſic perficit & agens poteſtatis intellectum. errauit etiam Alexan. quia Philoſophus dixit; Quodammodo. Deus autem non modo quodam omnia facit; ſed ſecundũ omnem modum facit omnia. Hi tamen, quamuis diſcordent in poſitione intellectus agentis; concordare tamen cum Latinis videntur, & Arabibus, ꝙ intellectus agens eſt in cauſa, ꝙ alia ſint actu intelligibilia: & ſic phantaſmata actum recipient ab agente; quo dicentur intelligibilia, ut colores à lumine viſibiles. Gandanenſis, à quo Sueſſanus accepit, quo ad hoc, inquit ſe penitus ignorare, quo modo intellectus agens agat ad productionem ſpeciei intelligibilis: quare tenet nullo modo agere; ſed, quòd phantaſma ſolùm agit ſpeciem intelligibilem, nihil intellectu coagente. At iſte Doctor in hoc penitus diuertit à Doctore, quem maximè profitetur, Auerroi. nam Auer. in hoc, commento 17. dixit tres dari intellectus, & agentem propter factum. cum ergo ſpecies intelligibiles, quę ab Auer. dictæ ſunt intellecta ſpeculatiua; ſint factę, & immateriales; ergo ab agente, & immateriali. idem 7. metaphyſi. 31. Immiſtum cum materia; ab immiſto cum materia. vndè in fine cõmenti aduerſus Auic. de Colchodea, & Platonem de ideis dixit, neceſsitatem intellectus agentis propter ſpecies, quæ fiant actu vniuerſales, ſiue intelligibiles. Idem in fine huius commenti. Si vniuerſalia extra animã actu eſſent; nõ eſſet opus ponere intellectum agentem. ponitur itaque, vt per ipſum fiant actu vniuerſalia, ideſt, ſpecies intelligibiles. Aduerſus etiam Alexandrum fit inſtantia à Therapol. Non rectè ponit Alex. propter intelligibilia, agentem intellectum: & ratio eſt, quia, cum teneat intellectum poſsibilem, virtutẽ materialem; manifeſtum eſt, ꝙ phantaſma poſsit ipſum mouere abſque agente intellectu. Pro Alexandro dicẽdũ, ꝙ, tametſi uelit intellectum corruptibilẽ; non ponit tñ ipſum virtutẽ in corpore; cõſequenter ſignatè recipere; ſed præparationẽ illã, quæ, cũ fiat intellectus in habitu, vt ipſe dicit cap. de intellectu in habitu, apprehendit vniuerſale, ſiue cõe illud, quod reperitur in multis, & denudatũ à conditionibus materiæ contrahẽtibus: quod nõ eſſet, niſi & agens eſſet intellectus. Quid autem in tanta difficultate dicendũ ſit, ne ab Ariſt. diſcedamus, dicimus Philoſophum hoc, t.c. 16. determinaſſe, facto dubio. & ſoluto, ꝙ intellectus intelligibilis eſt, ut intelligibilia. dubitat, quare eſt, ꝙ ſemper nõ intelligimus. Quod dubiũ locũ habuit ob duo illa; quæ ibi diuinè notauit Simpl. alterum, ꝙ à ſummis ad infima non datur ſine medio deſcenſus; quare aĩam humanã medium iure locũ tenere dicendũ eſt. ut ſic, non penitus intellectus; non penitus à ſeipſa diſtracta; ſed aliqualiter progreſſa; & in imperfectũ deſinens. reliquũ, ꝙ, vt progreſſa, quamuis ſit habitibus perfecta; non ſemper intelligit. Modò ſoluens dubium Philoſophus, inquit, ꝙ materialiũ vnumquodque eſt potentia intelligibile; quare intellectus illis non ineſt: ſubiũgens, ꝙ, ut ſine materia ſunt, horũ potentia eſt intellectus. diuinè exponens Simplicius, notat, ꝙ ly, potentia, capitur ibi pro potentia actiua, non autem paſsiua; quia perfectius dicitur. ut ſit ſenſus, ꝙ intellectus potentia, eſt materialium potentia intelligibilium; vt ille, qui potentiam illorum ad actum in ſeipſo ducat. & declarans hoc magis Simplicius, inquit; Intelligens materialia, circa ipſa operatur; non autem faciens aliquid in eis; neque ab illis patiens aliquid; ſed per proiectas, quæ in eo ſunt, cauſas, cognoſcitiuum actum illorum proiicit. declaratur dictum hoc per ipſummet Simplicium textu commen. tert. ubi inquit, quòd progreſſus intellectus non intelligit rationes omnifariam indiuiſibiles; ſed cognoſcit formas omnes, ut in partitionem, atque imperfectionem deſinentes: ſic accidentia, non qualia ſenſus; ſed communia, & naturam, ſubſtantias ueras, ſcilicet, conſequentem, cognoſcit. & addit Simplic. Nam, ſi talia à formis proueniunt; & qui progreſſus eſt extra, intellectus, ſecundùm quandam participationem formarum, illa nõ cognoſcet. ſic recta fuit Gandauẽſis opinio, quòd intellectus agẽs non eſt, ut producat ſpecies illas in phantaſia exiſtentes intelligibiles; ſed occaſione cuiuſcunque phantaſmatis, intellectus agens in ſeipſo poſsibili producat illius obiecti, uti eſt, notitiam. & ſic non erit fruſtra intellectus agens; cum per formas progreſſas, quæ in eo ſunt, intellectum imperfectum perficiat. hoc ẽt vr̃ innuiſſe Alex. capite de intellectu in habitu, cũ dicat; Habitus talis in intellectu eſt, ueluti quędã uiſio ſpeculatrix uniuerſalis accepti à ſingularibus. addens, quod intellectũ, & intelligentia dr̃. eadẽ quoq; fuit, & adducta Auic. ſñia cũ dicat; Illuminatur aĩa luce intellectus agentis in nos; & nuda fiũt ab appendiciis materiæ in anima rationali impreſſa: nõ quaſi mutetur anima ab imaginatione ad intellectũ; ſed, quia à cogitatione illorũ aptatur aĩa, ut in eã emanet ab intelligẽtia agente abſtractio. cũ, ut ipſe ait; intelligentia, penes quã ſunt principia formarum intelligibiliũ abſtractarum, ſit cauſa dandi formam intelligibilem (quamuis Auic. dixerit colchodeã) ſtat modò ueritas, quòd intellectus agens non eſt ad producendas ſpecies intelligibiles ex phantaſmatibus; ſed ex progreſſa forma phantaſmati correſpondente, vt dictum eſt; vt, verbi gratia, ſi in lumi

ne colores eſſent, veluti in cauſa productiua, ſimul illuminans, colorum etiam viſionem produceret: hoc autem in intellectu agente eſt; quia in eo viſibiles ſunt ideæ. & ſic immiſtum cũ materia fit ab immiſto cum materia: & ſaluatur etiam neceſsitas intellectus agentis. His viſis, redeamus ad expoſitionem litteræ, vt appareat, quantum à ſententia Simplicii, & veritatis, ſit remotus Sueſſanus inquit ſecũdùm Simplicium, quòd intellectus poſſibilis perfectiuus agens comparatur intellectis materialibus; & ſic dicitur vt ars, quæ circa materialia inſiſtit: aut comparatur animæ; & ſic dicitur, vt habitus rationẽ habens; quia eſt ab anima inſeparabilis: ſi verò comparetur vtriſq;, animæ. ſ. & intellectis materialibus; ſic dicitur, vt lumẽ: qm̃ ſicuti lumen facit colores, potentia viſibiles, actu viſibiles; & oculum etiam diſponit: ita intellectus agens, potentia intelligibilia, facit actu intellecta & intellectum potentię diſponit. At, ſalua reuerentia, Doctor iſte, in cognoſcenda opinione Simplicii, caligat in ſole. Primò tex. c. 16. determinauit Simplicius nihil agere intellectum immaterialibus intelligibilibus, agẽtem. ſ. Præterea dicit hic, quòd cõparauit habitui ob connexionẽ, quam habet ad ſecundas uitas quapropter notandum ex diuina Simplicii expoſitione, quòd anima, quæ progreditur ad ſecundas uitas, non manet penitus ab illis ſeparata, ſed connectitur illis; & ſic habitui, & lumini aſsimilatur, & priùs arti; cum præcipua animæ particula intellectus uertatur ad ſecundas vitas, habitus intellectum, ſcilicet, & qui potentia eſt nuda, & aliquo modo in ſeipſo manet; vt ars, quę & manet, & à ſeipſa proiicit: at, cum magis ſapiat manentis, & ſeparati; ideo comparauit habitui, & lumini; cum ſignificet inſeparabilia magis non ab anima, vt exponebat, ſed à ſecundis ſicut habitus ab habente, & lumen ab illuminatis. Comparatur intellectus, arti, habitui, & lumini. ſicuti ars ſuas in ſe virtute, formas arte illa factorum tenet, eaſdemq; in materia diſpoſita producit: ſic & actiuus intellectus, quas in ſe tenet ideas, quę formæ materiales ſunt virtute, in paſſiuũ intellectũ formaliter cũ materia, atque accidentibus illam conſequentibus, in communi producit, ſimul agens cum ideis, & progrediendo perficiens ad has ſecundas uitas: comparatur etiam habitui; quia manens intellectus ille, ideis, ueluti habitu quodam perfectiſsimo, ſimilis eſt. ſecundum quem ſenſum fortè nominauit Themiſtius ſpeculatiuum intellectum, æternum. comparatur & lumini: ut, ſicuti lumen colores in tenebris exiſtentes; eaque ratione inuiſibiles, actu uiſibiles reddit; & uiſum illuſtrat, ut uideat: ſic & actiuus intellectus progreſſas ideas cum intellectu latitantes, illuſtrat ſimul, atque intelligibiles reddit. Ariſtoteles autem reliquit exemplum de habitu; & ſequutus eſt de lumine: quandoquidem habitus, & qualitas ſit, & minùs conferens ſubſtantiæ ſeparabili. lumen uerò tametſi adſit illuminato; eſt tamen ueluti actus, & ſeparabilis ab eo, quod nunc recipit: ſic & intellectus, quamuis uertatur ad progredientem; ſeparatur tamen aliquando, & ſecundùm ſeipſum ſubſiſtit. Poſtremò concludit Simplicius, quòd ſimilitudo ſtat in hoc, ut lux, actu exiſtentes colores, potentia tamen uiſibiles; reddit actu viſibiles: ſic & qui actu formas perficit, quæ paſsiuo intellectui cognoſcibiles ſunt; ita vt non dicatur potentia in intellectu formas illas eſſe, ut nullo modo ſint; ſed tanquam exiſtentia quidem, non cognita autem; ſicuti & tunc inuiſi dicuntur colores: Sicuti colores in tenebris ſunt; non tamen actu uiſibiles: à pari, & progreſſæ formæ in intellectu ſunt ad nos uerſo, ut in tenebris, quouſque fiant actu cognitæ. Expedito textu, & dubio contingenti circa expoſitionem datam ab Auerr. nunc uidendum, quid in digreſsione ſua Auerroes dicat. Et fuit neceſſe. Diuiditur in tres particulas: ſecunda ibi, Et Alexander. tertia ibi, Et omnia dicta. In prima ponuntur tres concluſiones. pro prima ponit primò terminos; deinde declarat concluſionem. inquit in prima, quòd neceſſe fuit attribuere nobis duas iſtas actiones animę, ſcilicet recipere intellectum, & agere ipſum; quamuis agens, & recipiens ſint ſubſtantiæ æternæ. quare ſomniant, qui de mente Auerrois, dicunt illas eſſe qualitates. & addit Auerroes quòd tales ſunt in poteſtate noſtra. poſſumus, quando volumus, ſ. abſtrahere intellecta, atque illa intelligere. At dubium eſt in dictis à quia ex tertio ethico. homo non poteſt uelle aliquid, niſi intelligat illud priùs: ergo ſi abſtrahere erit per uoluntatem noſtram; præcedet illius rei intellectio; &, cum illa non fiat, niſi de abſtracto; tunc abſtractum erit, antequam abſtrahatur: & ſic abibit in infinitum proceſſus. Ad hoc dicendũ, quòd non eſt appetitus ille, quo mouemur ad abſtrahendum, uoluntas, quæ eſt eadem realiter cum intellectu; ſed eſt appetitus iſte particularis; quandoquidem ducat nos ad hoc abſtrahendum, & nunc abſtrahendum: quare non diſtinguitur à cogitatiua: & talis pręcedit abſtrahere; quod iuſſu iſtius fit ab intellectu; qui poſt abſtractionem intelligit: quam intellectionem, ut bonam, ſua ſequitur uoluntas, atque in illa delectatur. Si quiſpiam rurſus obiiciat; quare cogitatiua cogitat priùs hoc indiuiduum, quàm illud; plures poterũt afferri cauſę; cęleſtia, ut generales; cũ ſit uirtus educta de materia; quare ſubiecta illis, etiam proprii illius rei affectus, occaſiones, tum rei, tum temporis, & alia pleraque. declarat ſubinde iſtas Auer. dicens, quòd abſtrahere nil aliud eſt, quàm facere intentiones imaginatas in actu; poſtquam erant in potentia: intelligere aũt nihil aliud, quàm recipere iſtas. deducit ſecundã concluſionẽ: nã, cũ duæ iſtę operationes ſint attributę nobis; & nihil agit, niſi p ſuã formã; ergo ſunt nobis attributę duę iſtæ intellectus actiones. Tertia ratio eſt; Vbi fit tranſlatio de genere in genus, ſiue de ordine in ordinem; ibi neceſſe eſt poni aliquod agens transferens, & aliquod recipiens tranſlatum: cum autem contingat hoc intentionibus imaginatis, de particulari ſcilicet ad vniuerſale: ergo neceſſariò datur agens,

& recipiens. At notandum, quòd, ſi hoc modo intelligatur transferri de ordibe in ordinē, ſ. de materialitate in immaterialitatem, ita vt non illud idem phantaſma ſingulare, ſit vniuerſale conceptum ab intellectu'; ſed, quòd ab illo extrahatur ſpecies vna intelligibilis; & recipiatur in intellectu materiali. & hoc verum erit, ſecundùm tenentes dari ſpecies intelligibiles. At fortè ſpeciem intelligibilem eandem cum intellectione fuit opinatus Auer. vt dictum eſt, ſecundùm ſententiam Simplicii; atque inferiùs dicetur magis. & poteſt confirmari per ea, quæ ſequuntur, dicta; Et intellectus, qui abſtrahit; neceſſe eſt, ꝙ præcedat illũ, qui recipit. & ſunt verba Philoſophi tex. c. 20. Qui potentia eſt, tempore præcedit actum in eodem. & addit; Omnino aũt neq; in tempore. idē dixit tex. c. 27. vbi exponens Simplic. dixit, quòd in eadē eſſentia animæ intellectus agens eſt prior poſsibili, vt poſsibilem ipſum perficit: & illa prioritas non eſt reſpectu imaginabilis rei abſtrahibilis; ſed reſpectu itellectus poſsibilis; in quo generatur notitia abſtracta, occaſione ſumpta ab illo phantaſmate, vt dictum eſt. Et Alex. ſecunda pars hæc diuiditur in duas: in prima ponit ſententiam Alexãdri; in ſecunda contradicit illi. In prima dixit Alex. ꝙ rectius fuit deſcribere intellectum in nobis per virtutem actiuam, quàm per paſsiuam: ratio, quia per paſsiuam communicat etiam ſenſibus: nō debet itaque deſcribi per commune; ſed per quod ei proprium eſt, vt in libello de intellectu, cap. 5. determinauit. At dubium eſt, de quo intellectu loquatur Auer. ad mentem Alexandri: nō de poſsibili; quia talis, ſecundùm ipſum, eſt ſimilis carentiæ inſcriptionis; ideo in eo nō habet locum, actiuum: neque de agente; quia apud ipſum eſt Deus; cum nullam habeat operationem ſenſibus communem. Diceret aliquis: Intelligebat Auerro. de tota anima: at Deus dici non poteſt pars animæ. Ad hoc autem dicendum, ſecundùm Alexandrum, quòd datur triplex intellectus: poſsibilis, quem ſimilem carentiæ poſuit; cumque oriri, atque occidere ſimul cum anima; & de hoc nō eſt dubium ad mentem Alexandri. ſecundus eſt agens; qui ubique eſt; & facit omnia potentia intelligibilia, actu intelligibilia. datur & tertius, qui dicitur factus, & eſt intellectus in habitu, qui cōpoſitus eſt ex illa carentia, & ſpeciebus intelligibilibus. & de tali loquitur Auerro. At dices; Creare intelligibilia, eſt opus agentis intellectus; nō autem illius, qui in habitu eſt. Dicendum, quòd & intellectus in habitu ſimul cum agente & ipſe creat, ut determinauit Alexander in libello de intellectu cap. 5. Differt autem Auer. ab Alexandro, quia & ipſe vult, quòd intellectus in habitu agat; non tamen ſpecies; ſed diſcurrat, componat, & diuidat. oſtēdit modò, in quo deficiebat Alex. inquiens, ꝙ teneret ratio Alexandri, ſi paſsio eodē modo diceretur, de potentia, ſiue paſsione intellectiua, & ſenſitiua; ſed de illis dr̃ modo æquiuoco, ut alibi dictũ eſt: potuit autē ſaltē analogicè, ſecũdũ Alexandrũ, dici de illis; cũ poneret paſsiuũ intellectum corruptibilem. Et omnia dicta. In hac tertia particula determinat aduerſus Platonem, ponentem uniuerſalia actu ſeparata. quæ ſi uera eſſent; non eſſet opus ponere intellectum agentem. concordes exponunt Auerroiſtæ; quia ſingularia imaginata non poſſunt intellectum mouere: Fuit autem opus ponere intellectum agentem, qui talia faceret uniuerſalia, ut poſſent mouere. At fortè meliùs erit dicendum cum Simplicio, à quo accepit hoc, ni fallor, Auer. ꝙ intellectus agens, quãuis nihil agat in phantaſmatibus; non eſt dicēdus fruſtra eſſe; quia, cum à ſeipſo progrediatur; & formæ, quæ in eo ſunt, occaſione habita à phãtaſmatibus occurrentibus: & ipſæ, cum eo progredientes, poſsibilem intellectum perficiunt. & ſic ſtabit opinio Platonis, quòd ideę illę actu ſeparatę ſint: & tamen ſit neceſsitas agentis intellectus ſimul cũ iſtis; & ſcientia ſit de nouo; & dici etiam poſsit reminiſcentia. Verum uero conſonat.

Dubitatur pro abſoluta horum dictorum reſolutione, utrum intellectus agens ſit principiũ productiuum Intellectionis; & poſsibilis, principium ſit eiuſdem receptiuũ. Pro reſolutione huius Scotus quæſtione 15. quol. determinat duplex offitiũ in intellectu agente: alterum eſt, facere potentia intelligibile, actu intelligibile: quando de phantaſmate in phantaſia gignitur ſpecies intelligibilis in intellectu: & hæc gignitio realis eſt: quã cōſequitur metaphorica quædam; quæ eſt obiecti de obiecto, ſ. intelligibilis de imaginabili; ut realis illa fuit repręſentatiui de repręſentatiuo. quare, ſicut tranſlatio facta fuit de repræſentatiuo corporali ad ſpiritale; ſic facta etiã eſt de obiecto corporali ad obiectum ſpiritale. Secunda operatio eſt de potentia intellecto, quod, eſt. ſ. actu intelligibile, facere actu intellectũ: quã etiã realē trãſmutationem, ſua conſequitur metaphorica; quę eſt obiecto, potentia intellecto, ad actu intellectũ. Opinio iſta, ut eſt Latinorum omnium cōis ſententia, fundatur ſuper poſitione ſpecierum intelligibiliũ quas ponunt fieri ab intellectu agente: ad quas ſequitur, ut finis, intellectio. At, cum fundamentum per dicta acceptum non ſit; neq; concluſio capietur. Gandauenſis uerò tenet intellectũ agentē eſſe actiuum principium intellectionis per ſe. &, quia tunc ſequebatur ad ipſum, quòd anima intellectiua eſſet in potentia eſſentiali ad ipſum intelligere; quod uidebatur inconueniens; quia actus primus nō eſt in potētia eſſentiali ad actũ ſecundũ; ideo diſtinguit de potentia eſſentiali. quæ bifariã dr̃: altero modo, cũ deeſt forma, ad quã ſequatur ſecundus actus; ut aqua eſt in potētia ad motũ ſurſum eſſentiali; q a eſt ĩ potētia eſſentiali ad formã ignis; ad quam ſequiť motus ſurſum: altero modo dicitur, quæ per eſſentiam ſuam ordinatur ad talem actum, quamuis nihil deficiat. quòd talis detur, probatur; quia cuilibet motori correſpōdet eſſentialis potentia in ſuo mobili. conſtat, quòd motor cęli eſt mouens eſſentialiter; quia, ſi per accidens; ſupponeret motorem alium per ſe, ad quem reduceretur. applicat deinde ad propoſitum inquiens, quòd anima intellectiua, informata ſpecie intelligibili, non eſt in potentia

eſſentiali ad intelligere primo modo; quia tunc nihil ei deeſt; poſtquam ſufficienter præparata eſt per ea, quæ ſunt in uirtutibus organicis animæ cogitatiuæ; ſed eſt tunc in potentia eſſentiali ſecundo modo; quia per ſuam eſſentiam ordinatur ad actum, qui eſt intelligere, vt potentia ad finem ſuum proprium, & bonum. Damnatur hic ſententia Gandauenſis, primo habita diſtinctione de potentia accidentali: primo modo, ſecundùm Auerro. dicitur, vt de graui ſurſum exiſtente, ad motum deorſum: accidit enim graui, quòd ſurſum extiterit; deorſum autem manet per potentiam in illo per ſe, & eſſentialem; cum graue ſurſum nihil requirat, niſi vt remoueatur prohibens. & colligitur ex Auerroe octauo phyſicorum trigeſimoſecundo: altero modo dicitur in potentia accidentali; vt, cum aliquid vi detineatur; verbi gratia, ignis vi deorſum detentus, in potentia dicitur accidentali ad motum ſurſum, ſcilicet. violenta. colligitur octauo phyſicorum quarto. Modò ad Ioannem dicentem animam informatam eſſe in potentia eſſentiali, quia habet intrinſecum principium per ſe intellectionis, ſcilicet agentem, ignorat propriam vocem potentiæ eſſentialis, atque accidentalis; nã apud Auerroem potentia accidentalis non excludit principium per ſe intrinſecum; ſed bene extrinſecum: quinimo hæc eſt vna de differentijs, quæ eſt inter potentiam eſſentialem, & accidentalem: quòd accidentalis non indiget principio aliquo extrinſeco, vt exeat ad actum; ſed tantum indiget illo per accidens, ideſt remouente prohibens: eſſentialis verò, vt veniat ad actum, indiget principio per ſe extrinſeco, ut generante. &, quòd uiolenta non excludat principium intrinſecum, patet de igne deorſum detento; habet enim in ſe principium intrinſecum, quod forma eſt. deinde probant contra Gandauenſem, quòd intellectus agens non poteſt eſſe immediatum principium actiuum intellectionis, ſecundùm Ariſtotelem, & Auerroem, ab agẽte æterno, atque inuariabili, non proueniunt effectus noui, & diuerſi immediatè, octauo phyſicorum textu commento quadrageſimoſexto; at intellectus agens eſt talis; ergo non proueniunt nouæ intellectiones, & diuerſæ. quòd, ſi dicatur; Non eſt hoc inconueniens, in intellectum poſſibilem diuerſimodè diſpoſitum. ſimiliter dicam ego, ꝙ Deus, vt immediatum principium, poteſt producere effectus nouos, & diuerſos in materias diuerſimode diſpoſitas. & ſic uerum non erit, quòd opus ſit ponere cęlum, quo mediante abſtracta agant in hæc inferiora. & hoc argumentum in Ioannem opinantur Achillem. At in rei ueritate opinio Ioannis, quo adhoc, uera eſt; tametſi ſecundum aliud falſa. & pro ſalute eius dicendum in primis, quòd diſtinctio illa data de potentia accidentali, diuerſitatem non facit in graui ſurſum, & in igne deorſum detento; quandoquidem graue ſurſum & ipſum ui à prohibente detinetur; quare non additur aliquid ultra id, quod dixit Ioannes. Ad illud de potentia eſſentiali, quòd admittit principium extrinſecum; ſecus autem accidentalis, quæ admittit intrinſecum; dicendum, ut recte notauit Ioannes, quòd potentia eſſentialis bifariam intelligitur; aut, quando ſubiecto deeſt aliquid acquirendum; & tunc verum eſt, quòd non excludit extrinſecum principium; quinimo ab illo educitur de potentia ad actum, ut à generante: altero modo eſt, quando nihil deeſt; & tunc idem eſt in potentia eſſentiali, ideſt, tale ſecũdùm propriam ſuam naturam: & iſta excludit extrinſecum. & ſecundùm alium modum dici poteſt accidentalis, ut de igne detento, ſiue de graui. ad Achillem, dicendum, quòd diſpoſitiuum contingit duobus modis; altero modo, receptiuum; & ſic reducitur ad genus cauſæ materialis; & hoc modo procederet argumentum de Deo: altero modo dicitur diſpoſitiuum, non receptiuum; ſed concurrens cum principali agente: & ſic, reducitur ad genus cauſæ efficientis; quomodo ſpecies intelligibilis concurrit cum intellectu agente ad formandam intellectionem; non ſimul, natura; ſed priùs intellectus formaliter per ſpeciem perficitur; mox per intellectum agẽtem, ut per immediatũ intellectionis principium intelligit, neluti finẽ poſsidens. & ſic dicetur immediatũ principiũ reſpectu illius finis, ſ. intellectionis: reſpectu cuius non admittit agens medium; quãuis ſupponat prę ceſsionẽ illã formalẽ. Deinde argumẽtũ de Deo nullum eſt; quia abuſiua comparatio eſt; quandoquidẽ intellectus dicatur principium reſpectu ſpiritalis intellectionis; Deus uerò, ut agit in inferiora cęli motu; realiter, & ad ueros agit motus: quare debet comparari merito intellectionis, vt fecit Ariſt. 12. metaphy. 39. Deus ſemper; nos quandoque: merito itaq; intellectionis, quid magis immediatũ principium dici pòt, quã Deus ſuipſius? Falſa fuit deinde opinio Gand. ꝙ phantaſma producat ſpeciẽ intelligibilem ex ſe, ſine agẽte, ut patuit per ea, quæ retro dicta fuerunt in Sueſſanum, hanc eandẽ ſententiam ſuſtinentem. Dicendum tamẽ pro declaratione huius, ꝙ ſicuti intellectus progreditur à ſeipſo; ſic & quæ in eo ſunt quidditates, ut retro dixit Simpl. cum verò intellectus uideat phãtaſmata; ab illis excitatus (3. ani. 33. Simplicius) & ad ſe cõuerſus recipit quidditates egreſſas illis correſpondentes phantaſmatibus; nõ autẽ à phantaſmatibus: eũ verò ſimul cũ illis quidditatibus progrediatur etiã intellectus; confert ſibimet progreſſam ẽt intellectionẽ; reſpectu cuius dicitur principium immediatũ; quãuis natura, præcedat illa, quæ uerè dicitur ſpecies intelligibilis; & nõ phãtaſma, neq; ab illo multiplicata ſpecies, ut iam dictum eſt. Deo laus, & gloria.

Et hic intellectus. Introducens Auer. inquit intentionẽ eſſe. Cum illa dixerit de vtroque intellectu, inuicẽ modò illos comparare; vt & cõueniẽtia cognoſcatur, & differentia. In textu tres ſunt exponendæ particulæ: in prima ponit conuenientiam, & differentiam inter poſsibilem, & agentem: in ſecunda ratione confirmat: in tertia quod proprium uerè agenti eſt, quaſi per corollarium elicit. inquit in prima; Hic intellectus T. c. 19.

ſepa-

ſeparabilis, impaſsibilis, & immiſtus. quæ proprietates, tameſi de agente intellectu dictæ ſint; communes tamen ſunt & poſsibili. hoc uerò non ſecundum Alexandrum: vult enim quòd propriè Philoſophus expreſſerit primam omniũ cauſam, quę verus eſt intellectus; hic verè immiſtus nulli ſed omnia illi: & , quia ſine materia, ſeparabilis, ſecundùm ſeipſum eſt; nulla enim formarum materialium ſeparabilis dicitur: impaſsibilis etiam; quia, vbi paſsio eſt; ibi materia: at is eſt actu ens ſine potentia, & ſine materia. Aduerſus Alexandrũ inſtat Philoponus fundatus ſuper verbo, ſeparabilis; Cum hoc intelligi non poſsit de prima cauſa; quandoquidem non ſeparabilis, ſed ſeparata dicitur. quod verbum etiam Simplicius exponens inquit, non eſſe intelligendum, quod ſemper ſeparatum eſt; ſed de illo, quod aliquando ſeparatũ erit. & addit, ꝙ ly, ſeparabilis, non ſolùm ſignificat à corpore, ſiue à ſolis vitis corporeis; ſed à rõnalibus etiã, ſiue practicis, ſiue ſpeculatiuis. impaſsibilis deinde, non quòd non ab altero, uel per alteritatem; ſed ipſe à ſeipſo actu iam perfectus, ueluti ab intellectu potiori; non tamẽ vt ab illo diuulſus; ſed ſimul cum eo natus, & vnitus, ſecundùm ſupremam ſuiipſius ſubſtantiam, & factus, vt perficiens: & ſic dicitur ſeparatus, vt qui non indigeat poſterioribus ſuis perfectionibus, ſiue ad eſſe; ſiue ad operari. immiſtus, vt communiter, ideſt, nullam habens communitatem cum corpore, vel virtute corporis, quo modo & de poſsibili dictum eſt, ut exponit Auerro. addit deinde, ſubſtantia actu ens. & eſt particula, per quam habetur differentia cum poſsibili: nanque agens, vt Auerroes, nullam habet potentiam ad aliquid recipiendum; vt poſsibilis habet ad recipiendum ſpecies intelligibiles. Et addit Auerroes; quia intellectus agens nihil intelligit eorum, quæ ſunt hic; ideſt, non intelligit entia huius mundi ſenſibilia, vt ſcilicet intellectus poſsibilis recipiendo ſpecies; ſed intelligit iſtas omnes cauſaliter, & eminenter; cum ſeipſum intelligat; & intelligendo ſe, intelligat iſtarum rerum omnium quidditates, ſiue rationes. Sanctus Thomas deducit ly, actu ens, ex illis. vt ſit locus à minori: nam, ſi poſsibilis eſt ſeparabilis, impaſsibilis, & immiſtus; quanto magis agens? & ideo dicitur ens ſecundùm actum. Simplicius per hoc voluit in ſeipſum conuerſionem indiuiſibilem: in qua & ſubſtantia dicitur actu ens; & operatio ſuæ ſubſtantiæ eadem. Et fortè neceſſe. In hac particula digreditur Auerroes, & tria facit: primò format demonſtrationem de agente, quam tex. quarto fecit de poſsibili: ſecundò apoſtrophat ad Alexandrum: tertio nouam format rationem ad probandum, quòd intellectus materialis ſit immiſtus, & abſtractus. in prima parte demonſtrat, ſtans in hoc fundamento, quòd agẽs agat formas omnes intellectas: ergo non poteſt cum aliqua illarum dici miſtus, ut dictum eſt de poſsibili. & eſt abſtractus; quia, dato oppoſito, tunc intellectus poſsibilis eſſet hic, & ſingularis: & tunc, aut non reciperet omnes; aut reciperet ſe: & tunc mouens eſſet motum. idem de agente; aut crearet ſe; aut non crearet omnes. Quæ igitur. In hac ſecunda particula, tametſi nullum nominet, inuehitur contra Alexandrum: nam cum demonſtrationes iſtæ ſint ſimiles ualde, ut patet; quare eſt, imò mirum, quomodo conceſſerint aliqui tenere hanc de intellectu agente: quẽ ſolum ponebant ſeparatum: & negabant de intellectu materiali. Et poſſumus. In hac tertia particula adducit rationem ad poſsibilem. Fundamentum rationis fuit hoc; quia intellectus iudicat infinita; quia capit vniuerſale. deinde eſt & alterum, quòd ſcilicet, infinita non tranſeunt per ſenſum: & non eſt alia cauſa, niſi, quia ſenſus eſt virtus materialis: quare intellectus poſsibilis erit immaterialis, & immiſtus: nam intellectus formabit hanc; Omnes præteriti homines fuerunt animalia: omnes futuri homines erunt animalia: & hi, ſtante mundi æternitate, erunt infiniti: ergo, & cæt. At diceret aliquis; Fundamentum Auer. videtur falſum; quia infinitum, ut infinitum, videtur ignotum, primo phyſi. trigeſimoquinto. Dicendum, quòd infinitum, ut infinitum, omnino eſt ignotum; quia ſic intelligitur apprehenſio vnius poſt alium: & ſic eſt impoſsibilis rerum notitia in propria eſſentia. at, ſi per aliquod ſignum in eſſendo, finitum, in repræſentando, infinitum, ut in complexa notitia dicamus; Omnis homo eſt animal; quæ erit abſtractiua quædam cognitio; tunc cognoſcetur infinitum. Vniuerſale eſt potentia infinita, Auer. 12. metaphyſi. 14. & ſic cognoſcẽdo uniuerſale, cognoſcimus infinita; vt cognoſcendo calorem, cognoſcimus omnia calida, Auer. 12. metaphy. quinquageſimoprimo. deinde ſe ad Auempacem uertit inquiens, ipſum conceſsiſſe hãc, ſcilicet, ꝙ uirtus, per quam iudicamus iudicio uniuerſali, ſit infinita. damnat deinde; quia exiſtimauit hoc verum eſſe de intellectu agente. & hoc non eſt; quia iudicium, & diſtinctio attribuitur nobis per intellectum materialem. Notandum in uia Auer. ꝙ intellectus agens vnitur nobis, vt forma; & dicitur adeptus. & tunc nos intelligimus per illum: ante tamen ſtatũ adeptionis, formamus propoſitiones vniuerſales: & ſic intelligimus per poſsibilem, non autẽ per agẽtem: & ob id laudauit Auicennam; qui benè uſus eſt hac propoſitione. Semper honorabilius agẽs. In hac ſecunda, ut Latini exponunt, reddit cauſam dictorum Philoſophus; non tamen omnium, ſed trium primorum: quia, quòd intellectus agens ſit ſubſtantia actu ens; non eget probatione: nã, cum habeat rõnem actiui; & nihil agat, niſi ut actu eſt; ſequitur, quod ſit ſubſtantia actu ens. ſed alia tria, ut dictum eſt, probantur: nam, ſi de intellectu materiali dicuntur; quanto magis dicentur de agente, cũ ſit præſtantior, & cæt. Auer. diuerſus à Latinis; cũ teneat propoſitionem iſtam poſitam eſſe propter quartum dictum, ſcilicet, ſubſtantia actu ens. ut ſit ſenſus; Intellectus agens, cum ſemper actu ſit; ſemper intelligit: intellectus poſsibilis quandoq; intelligit; & quandoq; non: ideò adducit propoſitionem hanc, ut finalem cauſam.

Ex hoc elicit Auer. quòd intellectus poſsibilis eſt abſtractorum vltimus: & hoc, quia habet actionē ſuam diminutam; cum actio ſua magis paſsio eſſe videatur, quàm actio. At dubium eſt, quomodo vera ſit illa maior, Agens eſt præſtantius patiente: nam elementum aliquando uirtute cęli producit miſtum; & tamen eſt ignobilius miſto. gloſſat Gādauenſis, quòd agens, in quantum agens, eſt tale. at cum hoc nihil probaret Philoſophus, cuius intētio eſt probare, quòd agens eſt intellectus ſimpliciter nobilior, per hāc propoſitionem ſimpliciter intellectam; & non cum conditione. Scotus primo ſententiarum diſt. 3. quæſtione 7. inquit, quòd propoſitio intelligenda eſt de agēte ęquiuoco totali: & quòd effectus agentis ſit paſſo nobilior, vt actus, potentia. At contra hoc inſtat Hiſpanus; Si ſic, non teneret de intellectu agente; cum non ſit totale agens: neque ſit ſpecies intelligibilis nobilior intellectu poſsibili. & ſic non ſequeretur cōſequētia Philoſophi. quare, inquit ipſe, dicēdū; Cum poſsibilis agat, & patiatur, vt Auer. intellectus verò agens ſolùm agat; ideo præſtantior. At expoſitio iſta patitur & ipſa defectum; quandoquidem hoc verum erit de intellectu agente comparato poſsibili: at non erit vniuerſaliter vera de quocunque agente; cum pleraque ſint, quæ aliquādo agunt; quandoque verò ab actione deſiſtunt. ea propter dicendum, quòd maior illa tenet de agente totali æquiuoco; non tamen, quòd illud ſic totale, ut ſecum etiam non admittat particulare agens: ſed quamuis admittat, ab illo tamen tota origo effectus deriuatur; vt Sol, & homo hominē generat, ſecundo phyſicorum 26. quamuis homo ſecundùm formam ſibi ſimilem generat; vigoratur tamen à ratione, ſiue idea, quę in ſuperioribus virtuale principium dicitur: à qua tota ratio, & origo illius generationis pendet. ſic ſtabit & minoris veritas; quia intellectus agens, cum in ſui ſubſtantia quidditates teneat omnium intelligibilium, reſpectu ſpeciei progreſſæ in intellectū poſſibilē, dicitur agens virtuale, & totale, à quo poſsibilis pfectionē capit. pro quo declarando diuinè admodū Simpl. digreditur: tametſi Sueſſ. dicat ſe non intelligere, quid velit Simplicius: & etiam, quod dicit, non eſſe ad propoſitum. inquit Simplicius, quòd, quando intellectus ſe intelligit, eſt idem ſibimet; & eius ſubſtantia eſt ſua actio. cū autem eſt omnino manens ob unionem ad ſuperiora, neque egreſſus à ſe eſt, factiuū dicitur eius, qui per alteritatem progreſſus eſt, veluti perfectibilis ab altero, & propter hoc patientis: ſic & principium, ueluti cauſa perfectiua eius, qui potentia eſt. quare de eodem intellectu, qui & manet, & progreditur, ſermo Simplicii eſt: & non ut illū exponit Sueſſanus; cum dicat, quòd ſecundùm Simplicium, triplex eſt intellectus, manens tantùm, & nullo modo procedens; & talis Deus eſt: alius procedens ab hoc; & à quo procedit alius: & hic uocatur intellectus agens; ut lumen, qui eſt quid animæ noſtrę: tertius eſt intellectus potētiæ, à quo procedit nullus; ſed ipſe ſolum ab alio. At opinio iſta non ſtat cum ſententia Simplicii; quia non datur triplex ille intellectus: nā per, manens tantùm, & nullo modo progrediens; nō pōt intelligi Deus; cum expreſſè dicat Simplicius; Manens omnino in ſeipſo; & neque à ſeipſo, neque à ſuperioribus diſtans. at nihil eſt Deo ſuperius: ergo non potuit ſic intelligi: quare dicendum, unū eſſe re, & eſſentia intellectum, ſecundum Simplicium, differentem tamen ratione; quia, ut manēs, intellectus actu eſt: vt verò progreſſus, ſic bifariā; uel omnino progreſſus, non tamen à ſe diuulſus, & ſic eſt intellectus potentia: uel aliqualiter perfectus; & ſic dicitur intellectus in habitu. primæ tres proprietates illi cōpetunt, ut progreſſo: quarta uerò, ut manenti. Dubitat Simplicius; Cū intellectus agentis ſubſtantia ſit ſua actu operatio; quæ proprietas competere uidetur & intellectui primo, & uero; quomodo differt ab illo? Reſpondet, quòd perinde eſt, atque poſsibilis: qui ob ſuam imperfectionem comparatus eſt ſenſui. poſteriùs deinde dabit differentiam; ſic & ſuprema animæ uis intellectus ob ſuam perfectionē in his proprietatibus uidetur communicare primis intellectibus. differentia manifeſtabitur poſtea. Dubitat deinde Simplicius de intellectu progreſſo. vtrum ſit intelligibilis, quemadmodum eſt intellectus; cum intelligibile eſſe, uideatur ſequi ad intellectum eſſe. Sueſſanus uoluit dubium hoc tenēre de intellectu agente; & ſic apparet ipſum non intellexiſſe Simpliciū, ut eius ſolutio docet, cum dicat; Progreſſus intellectus, cum adhuc ſit imperfectus; neque intellectus eſt; neque intelligibilis actu; ſed vtrumque potentia, cum perficiatur ab altero; ut dicatur, & intellectus, & intelligibilis; cum perfectus fuerit. nominauit autem Philoſophus intellectum, non autem intelligibilem; quia ille reſpicit magis eſſentiam; hic uerò, operationem. Sequitur Auer. Et quemadmodum. Vt agens quandoque agit in hæc ſenſibilia; quandoque, non; ita & poſsibilis iudicat. hoc autem intelligi debet, non quòd agens intelligat, quę ſunt hic; neque quòd in ſe, ut actu eſt, aliquando agat; ſed dicit Auerro. hoc ei accidit, intuens hoc eſſe reſpectu alicuius ſingularis hominis; qa illo quandoque abſtrahit. & perficit illius poſsibilem. differentiam autem ponit inter utrumque; quia actio talis non dicit perfectionem in agente quia talis extra ſubſtātiam agētis intellectus eſt: iudicium uerò in intellectu poſsibili dicit perfectionem, cum in ipſo recipiatur, & ad extra non tranſeat intellectio recepta. & addit Auer. quòd, niſi hoc eſſet, nulla inter eos eſſet alietas. clamat deinde aduerſus Alexandrum, quomodo, ſi poſsibilis diceretur illa præparatio, haberet & conuenientiam, & differentiam cum intellectu agente, ut ponit Ariſtoteles. Idem autem ſecundum actū. Hanc tertiam particulam textus exponens Auerroes inquit, hic Philoſophum tetigiſſe aliquod proprium agentis intellectus, per quod diſtinguitur à poſsibili: & eſt, quòd in agente, ſcientia in actu idē eſt cum ſcito; ſecus autē in intellectu poſſibili; in quo ſcitū, & habitus ab intellectu diſtinguuntur: quòd, ſi hoc reperitur in intellectu agente;

te;

te; quanto magis in ſuperioribus reperitur intelligentijs? per quod dictum Auer. excluditur Latinorum opinio; quòd intelligentiæ omnes, citra primam, intelligant per ſpecies; quia tunc ſcientia, & ſcibile in eis non erunt idem modis omnibus, declarata: Simplicius, quare dixerit ſcientia, & ſcibile; nam retrò dictum eſt, ſupremum noſtrum intellectum, non ſolùm intellectum appellari; ſed etiam rationem: rationalis autem cognitio, ſciẽtia eſt. ſic appellat modò ſcientiam, quem priùs dixit intellectum; cuius ſubſtantia eadem eſt operationi; ſic ſcientia actu eſt ſcibile actu; non autẽ eſt, ut in ſenſu ſenſibilis ſpecies; cum à rebus ſenſatis diuerſa ſit; ſed eſt eadem ſcito; quia tunc intellectus actu eſt intelligens, atque actu intellectus, & ſemper talis; non enim, ſi quandoque actu intelligeret, diceretur tale; quia ſecum includeret potentiam; vt, qui priùs non fuit, modò genitus eſt; perpetuo tamen non manebit; quia potentiam includit ad interitum: ſic & tunc intellectus non habet intellectionem, qualis eſt ipſe intellectus: qui, vt dictum eſt, agens præſtantiſsimum dicitur; & in hoc ſimilis Deo redditur, vt notat Themiſtius; quando quidẽ, & acta entia; vt Deus, quoquomodo eſt, & opifex omnium.

Dubitatur, vtrum intellectus agens ſit animæ noſtræ particula; vel potius ſeparatus à nobis, vt prima cauſa. Sunt hic duo conſideranda; alterum, ſecundum ſententiam Ariſto. reliquum ſecundùm opinionem Auer. Alex. ſecundùm Ariſtotelẽ voluit intellectum talem eſſe Deum: nam, cum poſuiſſet intellectum poſsibilem præparationem illam eſſe, quę reſultat ex elementis; & illam vniuerſalia intelligere, & diuina; & hoc eſſe non poſſe, niſi ab agente tali; ea ratione primam omniũ cauſam agentem talem eſſe voluit. Et fundamentum huius poſitionis potuit eſſe; quia, ſi eiuſdem ſubſtantiæ potuit eſſe cum poſsibili; tunc vnum, & idem ſimplex, & indiuiſibile per ſe ſubſiſtens, haberet ſimul potentiam actiuam, & receptiuã eiuſdem. At contra ſententiam iſtam inſtant Græci, & Latini. Philoponus aduerſus Alexandrum hoc tenẽtem, arguit ſuppoſitis, quæ tex. 18. dicta ſunt; quòd talis intellectus ſimilis ſit habitui, & lumini: nam prima cauſa, cum ſubſtantia ſit, & ſubſtantias producat; non erit habitus. pręterea prima cauſa non comparatur lumini, ſed ſoli. prætetea lumen non facit colores; ſed exiſtentes manifeſtat: at Deus omnia facit: & nefas eſſet de eo dicere, quòd hoc non facit. præterea (& eſt, ſuper quo maximè fundauit Themiſtius t.c. 17.) dixit in anima has duas eſſe differentias. confirmat hoc idem S. Thomas: nam non eſſet homo ſufficienter inſtitutus à natura, niſi in ſeipſo haberet principia, quibus ſuam hanc operationem, quæ intelligere eſt, expedire poſſet: hæc verò perficitur per intellectum agentem, & poſsibilem. præterea Philoſophus t.c. primo, dixit; De particula animę. certum eſt, quòd dixit de intellectu poſsibili; & non niſi, ut diſtincto contra agentem: neque dici poteſt, vt diſtincta contra aliam partem, quæ ſenſitiua eſt; quia in 17. reperit alteram particulam, cũ qua diſtinguebatur; & eſt actiua. Propter hæc Gãdauenſis tenet; quòd anima humana compoſita ſit ex duabus partibus; poſsibili, vt ex ſubiecto; agente, vt ex forma informante. At contra hoc inſtatur; quia tunc anima intellectiua non eſſet ſubſtantia ſimplex, & indiuiſibilis. pręterea ſequeretur, quòd in intellectu perfecto, & actu, maneret adhuc intellectus poſsibilis. probatur ſimilitudine ſumpta à compoſito reali; in quo materia manet; & priuatio deſtruitur; vt dictum eſt phyſicorum primo. Arabes, Auicẽ. 6. naturalium, Algazel de anima, tenent intelligentiam iſtam eſſe ſeparatam ab animis: in quam cum reſpexerint, animæ humanæ perficiuntur: non tamen ponunt ipſam Deum, vt Alexander; ſed infra alias, ſicut & prophetiæ in animis noſtris acquiruntur ab Angelis. Huic contradicit hic Egidius: & vide. Poterit etiam formari ratio talis, ex fundamento Auer. declarato; quòd cognoſcitur abſtractorum multitudo; cum cognita ſit natura intellectus poſsibilis humani. tunc ſic; Huic intelligentiæ non reſpondet alius intellectus poſſibilis, præter illum, qui in anima noſtra reperitur, quæ eſt, & loco, & ſubiecto ab illo ſeparata: ergò intellectus ille agens in ſe erit ſine potentia, ſiue ſine materia ſecundùm ſubſtantiam ſuam: ideo poterit primæ intelligentię comparari. tenendum itaque eſt pro veritate, quòd intellectus agens eſt particula animæ rationalis, vt dictum eſt quam voluerunt alij Gręci omnes, Alexandro excepto: quippè qui in hanc deuenit ſententiam; quia poſuit intellectum poſsibilem corruptibilem. Notandum tamen, quòd anima rationalis media eſt inter abſtracta, & materialia, vt retrò dixit Simplicius; quare progeſſa eſt à ſeipſa perfecta vſque ad ſenſibilia, ſiue materialia: ea ratione factum eſt, vt ſecundum ſe dicatur agens: vt verò à ſeipſa progreſſa, non tamen diuulſa; dicitur poſsibilis. ſic argumentum factum optimè ſoluit Albertus, cum dicat, quòd illi errant, dicentes; Duo hæc, agens ſcilicet, & poſsibilis ſecundùm idem ſunt in anima; ſed differunt in hoc, quòd eadem forma, vt eſt ſeparata, ſit agens; vt verò eſt incorporata, ſit patiens. quamuis dictũ Alberti non ſit, ſecundùm aliam intentionem, ſimile dicto Simplicij. quòd verò hæc fuerit Auer. intentio, patet per dicta in præſenti commento; vbi collegit differentiam inter poſsibilem, & agentem ex parte operationis. & addit, quòd, ſi hæc non eſſet; non cognoſceremus alietatem inter vtrunque intellectum. præterea eſt clariſsima Auer. ſententia in 4. tractatu ſui epitom. metaphyſici; vbi inquit, quòd intellectus agens ponitur infra motorem orbis lunæ. quare immorari in hoc, eſt ſuperfluum. quod autem dixit commento ſequenti de concordia inter ſe, & Alexandrum de intellectu agente, in illo examinabitur loco. & hæc ſint dicta in tantum.

Quæ verò ſecundùm potentiam. Latini introducentes T. C. 20.
volunt intentionem eſſe, agere de intellectu in actu, & non eſt ab alijs diuerſa: pendet autem per continuationem diuinam Simplicij à retrò dictis: nam, cum coniunxerit rationem cum intelle-

intellectu, ſiue ſcientiam cum ſcibili, quod maximam arguit perfectionem, & eſſentiã intellectus in actu: à quo eum, qui in nobis eſt, diſtet intellectus, vt qui non ſemper, ſed aliquando intelligit; cum ſit adhuc imperfectus; & potentia talis, aptus tamen perfici: ea de cauſa inquit; quòd, quę ſecundùm potentiam eſt, præcedit tempore in eodem. In textu tres ſunt particulę exponendæ; in prima quæ ſit iſta præceſsio temporalis: in ſecunda, quæ ſit incorruptibilis, & perpetua; in tertia videtur dubium ſoluere. Auer. tribus expoſitionibus textum præſentem exponit, Alexandri ſcilicet, Theophraſti, Themiſtij, & ſua propria. Secundùm Alexandrum intellectus potentia, eſt illa præparatio, quę conſequitur temperaturam humanam: talis præcedit tempore, in eodẽ ſcilicet, indiuiduo, priuſquam agẽti copuletur, & vniatur; quippè qui agẽs ſimpliciter prior eſt; & talis non eſt quandoque intelligens; & quandoque non; ſed ſemper intelligens; & iſte ſeparatur ſolùm: nam, cum fuerit copulatus; tunc ad interitum noſtrum ſolus iſte ſeparatur: qui verum eſt ens inter cęteras animę partes. dixit; Non rememoramur. nam copulatus, videtur forma nobis; & nos intelligere per illum: quare, cum ęternus ſit; etiam poſt mortem per illum intelligere, & memorari. ſoluit, quòd non ſequitur; quia intellectus poſsibilis, cui copulatur, ſcilicet, illa pręparatio, corruptibilis eſt: ſine qua anima non intelligit. exponit & ſecundò, ſecundum ſententiam Themiſtij. cuius fuit opinio, quòd intellectus potentia eſſet intellectus materialis, & abſtractus, ut declaratum eſt: alterum verò (quem huic comparauit) eſſe voluit intellectũ agentem, vt materialem tangit, quem nominabat ſpeculatiuum: & ſic in eodem indiuiduo, qui potentia eſt, ſpeculatiuum præcedit. Et non quandoque intelligit. Intellexit de intellectu agente, ſecundum ſe, conſiderato; & non, vt tangit materialem. Et abſtractus. Intelligere voluit agentem copulatum materiali; quia ſolus ille eſt, qui ſeparatus eſſe dicitur: quare videtur Auer. imponere Themiſtio, quòd intellectus materialis eſt corruptibilis ſecundùm hanc expoſitionem. Et non rememoramur. Vult, quòd hæc intelligantur de intellectu agente; & non de materiali. & inquit Themiſtius, quòd ponenti intellectum ſpeculatiuum corruptibilem; non accidit iſta quæſtio. quæſtio itaque hæc, ſecundùm Alexandrum, dirigitur ad intellectum adeptum: at ſecundùm Themiſtium ad intellectum ſpeculatiuum. Ponere autem. Inquit Auer. quòd, ponere, vt ponebat Alex. quæſtionem hanc eſſe circa intellectũ agentem, vt agens adeptus eſt; eſt remotum à veritate; quia ſcientia adeptionis; & quæ adeptionem antecedit, ęquiuocè dicuntur; quia antecedens eſt qualitas; cum dicatur habitus ſcientificus; & eſt ſcientia, quæ in nobis acquiritur per naturam, ideſt naturalis; quia acquiſita tempore adeptionis uidetur excedere naturam, & potiùs diuina: naturalis acquiritur à doctore; ſiue per inuentionem. At quæſtio mota eſt de ſcientia, quæ naturaliter habetur; & circa quam cadit obliuio, inuehitur hac ratione in Alexandrum, vt qui ponebat illam in adeptione; & in Themiſtium, qui referebat illam ad ſcientiam per naturam in nobis æternam. voluit itaque Themiſtius quæſtionem verificari de agente; cum dicat; Non quandoque intelligit; ſed, vt tangit materialem; qui tunc ſpeculatiuus dicitur. & teneat quęſtio ſecundùm Themiſtium; Cum intellectus ſpeculatiuus ſit æternus; quare eſt, quòd poſt mortem non rememoramur? Soluitur autem ſecundum Themiſtium; quod, & ſi ſpeculatiuus intellectus ſit æternus, & maneat; neceſſe tamen eſt pro intellectione noſtra, vt concurrat etiam intellectus poſsibilis, qui corruptibilis eſt. & confirmauit hoc Themiſtius dicens hanc eandem extitiſſe ad hoc idẽ argumentum Ariſtotelis ſolutionem. & deducit, repetens, quæ in 65. primi de anima, dicta ſunt; quòd intellectus eſt incorruptibilis; corrumperetur. n. maximè ab ea, quæ in ſenio eſt, debilitate. deinde 66. inquit, intelligere, ſiue formare per intellectum. eſſe corruptibile, eo quia intus corrumpitur aliquod aliud; ipſum vero ſecundùm ſe manet incorruptibile: illud uero, quod corrumpitur, eſt intellectus paſsibilis; ſine quo ſpeculatiuus nõ intelligit, quę ſunt hic, non amat, non obliuiſcitur, non odit, non recordatur. & ſic quæſtio ibi eſt eadem, quæ hic. pariter & ſolutio. Auer. voluit intellexiſſe partem animæ concupiſcibilem, Themiſtium per paſsibilem; quia auſcultat, ideſt quia obedit rationi. Nos autem. in hac particula ſuam deponit ſententiam Auer. & duo facit; primò ponit quãdam pręfationem; ſecundò exponit, & bifariam: primò inquit: Cum diuerſi ab Ariſtotelis ſententia ſint Themiſtius, & Alexander; ideo dicemus, vt qui cum Ariſtotele dicere videmur. & adducit, quę 19. dicta ſunt, quòd ſeparabilis, immiſtus, impaſsibilis, dicantur uera hæc omnia de intellectu agente; per quem & alterum innuit intellectum, à quo agens differt: cui & hæc inſunt omnia: & talis intellectus poſsibilis eſt. & cum hoc concordat cum Themiſtio; diſcordat ab Alexandro; quippè qui talem voluit corruptibilẽ. deinde traducit ſe ad 20. Qui ſecundùm potentiam prior. ſecundùm tres opiniones intelligi debet de poſsibili. at ſecundùm nos, & Themiſtium quia prius tempore continuatur nobis poſsibilis, quàm agens: at ſecundùm Alexandrum, quia ſecundũm eſſe intellectus poſsibilis prius in nobis eſt, quàm agens, tempore. & intelligendum eſt reſpectu determinati indiuidui. poſtea, cum dicat. Omnino autem neque in tempore. Nunc vniuerſaliter, ſiue ſimpliciter intelligit. & hoc etiam de intellectu poſsibili; quia talis, ſecundùm ſe, potentia eſt; agens verò, ſecundùm ſe, actus eſt; modò ſimpliciter actus eſt potentia prior. & hæc expoſitio ſtat cum vtraque opinione; ſiue cum tenente illum generabilem; ſiue cum tenente ingenerabilem eſſe. Neque eſt quandoque intelligens, inquit Auer. quòd impoſsibile eſt, quòd uerba hæc intelligãtur, vt exponũt Themiſtius, & Alexander: referunt ſiquidem hæc ad intellectum agentem; cum tamen differenter illum intelligant;

nam,

nam, ſecundùm Themiſtium, agens, vt tangit materialem, dicitur ſpeculatiuus. ſecundùm Alexandrum, ſpeculatiuus eſt diuerſus ab agente. & laudat dictum hoc Auer. artificium enim aliud eſt ab artificiato, & agens ab acto. quia ſecundùm Alexãdrum, ſpeculatiuus eſt quid factum, & nouum. deinde exponit Auer. & fundat ſuper ly, eſt: & vult, ꝙ verba illa intelligãtur de proximè dicto: & eſt intellectus poſsibilis; non tamen reſpectu alicuius indiuidui particularis; ſed vniuerſæ humanæ ſpeciei: reſpectu cuius non dicitur, quandoque intelligens; & quandoque non intelligens; ſed eſt ſemper actu intelligens. redit deinde ad illud dictũ; Omnino neque in tẽpore; quia reſpectu ſpeciei, non dicitur in tempore; quia illud dicitur propriè eſſe in tempore, quod, ſecundùm vtranque extremitatem, exceditur à tempore; vt eſt reſpectu alicuius particularis indiuidui: idem dicendum de agente, qui aliquando abſtrahit, ut reſpectu indiuidui: at, reſpectu ſpeciei, ſemper reperitur abſtrahere: &, cum fuerit abſtractus, eſt tantùm nõ mortalis, ideſt, intellectus poſsibilis, ſecundùm ſe conſideratus, vt in ſpecie, non reſpectu alicuius indiuidui, eſt ſolùm immortalis, & nullo modo mortalis, quantum ad operationem ſuam, quę eſt intelligere. & tunc habet locum quæſtio; Quare poſt mortem non reminiſcimur. præſertim cum intellectus iſte, ſit ęternus; & intellecta communia ęterna. ſoluit Auer. inquiens, quòd rememoratio eſt paſsio uirtutis ſenſitiuæ, generabilis ſcilicet, & corruptibilis: quæ cum corrumpatur, poſt mòrtem non memoramur: nam reminiſcentia fit beneficio trium virtutum; imaginatiuæ referentis idolum; memoriæ, intentionem idoli; cogitatiuæ, conferentis intentionem cum idolo. hæ tres virtutes obiectum etiam in abſentia repręſentant etiam aliquando nunquam ſenſatum: vt prudens Medicus præuidet mortem ægroti, & ſic, vt inquit Auer. per intellectum paſsibilem intelligit formas imaginationis; ſecundùm quòd agit in illas cogitatiua. non meminit de memoria; quia tangit ſolùm virtutes cognoſcitiuas; quæ ſunt in propoſito. & cogitatiuam inquit eſſe homini propriã & verum eſt; quia ſolus homo illam poſsidet: & eſt aliqua ratio, cum particulariter diſcurrat; & per hoc ab intellectu diſtinguitur, qui vniuerſaliter: ob id intellectus etiam de cogitatiua dicitur, ut dictum fuit de mente Græcorum. & hæc abſtrahit intẽtionem à ſuo idolo apud formationem, ideſt quando intellectus intelligit, ab ea illam recipit intentionem; quia, ſi talis diſtinctio non fieret; intellectus non intelligeret formas imaginatas. talis itaque cum dicatur intellectus, & paſsibilis; dicitur ea etiam ratione corruptibilis: ideo ſine hoc nihil intelligit anima. & addit, quòd tres iſtæ virtutes ſunt quaſi res, quæ præparant materiam artifici ad recipiendam actionem artificij. uerba hæc multùm uidentur facere pro Gandau. qui tenet, ut dictum eſt, quòd intellectus agens non concurrit ad cauſandas ſpecies intelligibiles; ſed phãtaſmata ipſa, ſecundùm ſeipſa, ſufficiunt virtute propria: agens verò concurrit quidem ad cauſandam intellectionem: quare ſic intelligũtur; quòd, ideo dicuntur præparare materiam; quia producunt phantaſmata, quæ cauſant ſpecies intelligibiles; poſtea agens cauſat actualem intellectionẽ. quę res quomodo intelligatur, in quæſtione dictum eſt. Et poteſt exponi. Hæc diuiditur in tres partes, ut ſunt etiam tres in textu particulæ exponendæ. Pro expoſitione huius loci, notat Sueſſanus, quòd intellectus tribus modis capi poteſt: primo modo, vt infimus abſtractorum eſt; & ſic ſemper copulatur agenti; & non quandoque intelligit: ſecundo modo, vt reſpectu ſphæræ; & ſic etiã ſemper intelligit: tertio, reſpectu mei; & ſic quandoque intelligit. At duo illi primi modi non uidentur inter ſe differre; quia ſic ſemper eſt unitus agenti; & factus intelligentia una. meliùs itaque dicendum, quòd, ſecundùm Auerr. dicitur intellectus tribus modis copulari: primò copulatur nobis in principio, ſecundùm naturam ſuam; quia inter nos, & ipſum talis reperitur ordo; quòd ſẽper homo, vt primũ natus eſt; copulatur ipſi intellectus, & aſsiſtit illi. & talis dicitur copulatio per naturam; quia ad ipſam non eſt neceſſaria phantaſia aliqua: ſecunda eſt copulatio, quę fit per ſpecies intelligibiles; quando per illas intelligit: tertia eſt, quando poſtremò, poſt habitus ſcilicet practicos, & ſpeculatiuos, copulatur. modò hæc expoſitio eſt de intellectu, quantum ad primam copulationem. cum autem dicat; Et non eſt aliquando intelligens; verificatur de poſsibili, quatenus intelligit intelligentias abſtractas: nam intelligit illas, vt perficitur per intellectum agentem: &, cum agens ſit æternus, & poſsibilis æternus; ideo ſequitur, quòd æternùm & ſemper intelliget; quia intelligit formas illas abſtractas per ſubſtantiam intellectus agentis: quia, ſi potuit intelligere formas materiales ille, qui eſt æternus; à fortiori poterit intelligere, & immateriales. Et fortè innuit. Modò tangit ſecundam, quam diximus: & differt à dicta; quia hæc de prima tenet copulatione; illa verò de tertia. inquit itaque Et fortè intendit de prima continuatione intellectus nobiſcum: & eſt continuatio per naturam: nã, ſecundùm hanc, intellectus poſsibilis eſt æternus: & eſt tantùm æternus, vt per ly, tantùm excludatur ſecunda copulatio; quę eſt intelligere per ſpecies; quia talis intellectus eſt aliquo modo corruptibilis, reſpectu ſcilicet particularis indiuidui: addit Auerr. Et vniuerſaliter, quando quis intuebitur. Intellectus agens, & poſsibilis dicuntur duo intellectus; cum ſint aliquo modo diuerſi, ratione ſcilicet, operationis: ut verò poſsibilis perfectus per agentem eſt; ſic dicitur vnum; ut materia perfecta cum forma. & in anima duæ iſtæ ſunt virtutes; actiua altera; paſsiua reliqua. nec ob id opinandum duas haſce virtutes eſſe omnino diuerſas; quia illæ dicuntur diuerſæ, quę ſunt re, & modo diuerſę. at duæ iſtæ ſunt diuerſæ modo, non autem; cum ſint eſſentia, idem. deinde addit Auer. O quàm benè aſsimilauit intellectũ iſtum Alexander igni: nam ignis eſt huius naturæ, ꝙ agit in combuſtibilia; & ab illis patitur;

ſecun-

ſecundùm quòd illa cauſant formam igneam minorem, ſiue hebetiorem: ſic eſt de intellectu agēte, & poſsibili. & deducit Therapolinus; Nā agens agit in intellecta; & reſpectu huius, actiua dicitur: reſpectu autem poſsibilis, patitur ab intellectis. & ſic ſaluat ſimilitudinem, quantum ad hoc: ſicut ignis agit, & patitur: ſic intellectus agens, & poſsibilis. non tamen eſt omnino ſimilitudo; quia intellectus agens non imprimit aliquid in phantaſmatibus. At expoſitio iſta non ſtat cum ſententia Auerr. quia ſermo Auerr. eſt de prima continuatione, quæ per naturam eſt: ſecundùm quam agens non agit in phantaſmata, nec ſpecies intelligibiles: nec poſsibilis ab illis patitur. & confirmatur, cum dicat hic, virtutem actiuam, & paſsiuam eſſe vnum. Sueſſanus & ipſe in illam fuit delapſus opinionem: & conatus eſt omnimodam ſaluare ſimilitudinem, inquiens duos eſſe gradus in homine; alterum, per quem proximus Deo redditur, & à materia remotus; & eſt intellectus agens: reliquus verò, per quem oppoſito modo; & eſt poſsibilis: modò, ut ignis per calorem agit in aquam ratione humidi; ab aqua deinde frigida repatitur ratione ſicci; &, quia ad ſiccitatem conſequitur calor; hinc eſt, quòd calor hebetatur: ſic intellectus gradu priuationis patitur ab intelligibilibus; gradu verò perfectionis agit. differentia, quòd ignis actio eſt naturalis, & phyſica, atque in diuerſis ſecundùm rem; intellectus verò actio, intentionalis; quare in diuerſis intentionaliter. At expoſitio iſta patitur eandē, quam prima paſſa fuit, inſtātiam; & aliam adhuc maiorem: nam reactio iſta in intellectu non poteſt eſſe, merito primæ operationis agentis, quæ eſt abſtrahere; cum ſpecies fiat actu intelligibilis; non tamen actu intellecta. non patitur autem poſsibilis, niſi ab actu intellecta: erit itaque merito ſecundæ operationis. at tunc intellectus agens agit in poſsibilem, producens ſimul cum ſpecie intelligibili, intellectionem: ergo, ſi fiat reactio; fiet ab intellectu poſsibili: & ſic agens non reſpectu poſsibilis; ſed ut agens, repatietur: quod maximè incōuenit. præterea Auer. intelligit in prima copulatione, antequam ſcilicet, agat in phantaſmata, ob id puto dicendum, quòd intellectus, verbi gratia, reſpectu Socratis, in prima copulatione videtur à ſumma perfectione egreſſus; cum reſpectu Socratis, poſsibilis, purè poſsibilis ſit: & ob id lumen illud non tam clarum erit; vt, cum in ſeipſum reuerſus fuerit. &, ſecundùm hoc laudatur comparatio illa de igne. addit deinde Auer. Et ſecundùm hoc eſt ſermo, Sed non memoramur. nā quæſtio videbatur propter hoc eſſe: Cum agēs ſit æternum; patiens quoque æternum; & intellecta videantur æterna, quare non memoramur? Errabant in hoc expoſitores, ponentes ſic intellectum in habitu æternum. Solutio eſt; quia datur paſsibilis intellectus, qui corrumpitur corpore corrupto. At non rectè carpitur hic Themiſtius, neque in commento quinto, ab Auer. quandoquidem ſoluens hic dubium Themiſtius, eandem ponit cauſam, quam ponit Auerr. & eſt ratione intellectus paſsiui, qui corrumpitur: ratione cuius, intellectus verbi gratia, in Socrate, intelligebat ea, quę ſunt hic; quamuis verus ſpeculatiuus intellectus eſſet æternus. & à ſimili, confirmat Auerr. de viſione; cum ad eam non ſatis ſit lumen, & viſiua potētia; ſed requiratur etiam obiectum; ſic requirūtur ad intellectum formæ imaginatæ, intellectus ſcilicet, paſsiuus. At diceret aliquis; In doctrina demonſtratiua non licet vti nominibus æquiuocis: at intellectus dictus de paſsiuo corruptibili, & de agente, & poſsibili, æquiuocè dicitur: quia corruptibili, & incorruptibili nihil eſt commune vniuocum. Soluit Auer. quòd, licet virtutes iſtę, vt puta, imaginatiua, & cogitatiua materiales ſint, & corruptibiles; habent tamen conuenientiam cū intellectu in omnibus, de quibus poſſunt dici, id eſt, quantum ad omnes operationes; licet in modo operandi differant; quia illæ particulariter; intellectus verò vniuerſaliter: & vtraq; virtus diſcurrit, componit, diuiditque. quare hoc nomen intellectus dicitur quatuor modis, de agente, poſſibili, in habitu, & cogitatiua. Et debes ſcire. In ſecunda parte ſecundæ duo facit: primò comparat has poſitiones ad inuicem; ſecundò ponit quatuor documēta. prima pars adhuc in duas; primò facit, quod dictum eſt; ſecundò epilogat: adhuc prima in duas; primò, quod dictum eſt; ſecundò ponit tria propria; primum Platoni, ſecundum Themiſtio, tertium ſibi. conueniunt expoſitores cum Platone; tum, quòd intellecta ſpeculatiua ſunt æterna: tum etiam, quòd ſcire noſtrū eſt memorari. Apud Platonem hoc propriū erat, quòd intellecta ita erant in anima, ſicut extra. & cauſa, quare quandoque, & non ſemper intelligimus; eſt, quia ſubiectum nō eſt ſemper preparatum: quod contingit ob molem iſtam corpoream; & ob varias delectationes ſenſuales. & eſt, vt ignis tectus cinere; qui, vt primū detegatur, clareſcit. Themiſtius habet aliam cauſam propriam ad illud; quare aliquando intelligimus. & eſt ratione intellectus poſsibilis recipientis: nam ſecūdùm Themiſtium, intellectus agens non eſt innatus continuari nobiſcum, niſi quatenus materialem tangit intellectum; per quem intellectus agēs fit aliquo modo in potentia; & diminuitur à ſua perfectione, quæ eſt ſemper intelligere: ideo cauſa, non ſemper intelligere, eſt poſsibilis, diminuens perfectionem agentis. & in hoc à Platone differt. deinde dicit, quòd continuatio cum intētionibus imaginatis, eſt uno modo, quaſi actio; alio modo, quaſi receptio: eſt enim quoquo modo actio, reſpectu intellectus agentis; receptio verò, ratione poſsibilis. non enim vult, vt quidam quòd res habeant eſſe in intellectu, modo vniuerſali; & in re, modo particulari; ſed, ꝙ dicit Them. c. 27. eſt, quòd res ſunt in diſpoſitione diuerſā in intellectu agente, & poſsibili; agens enim indiuiſibiliter intelligit; poſsibilis verò diuiſibiliter ab intellectu agente, & cum diſcurſu. Et fiducia. Vult innuere, quòd cauſa ponendi intellectū poſsibilem non eſt, quia intellectum ſit factum; ſed propter duas alias: prima eſt, cum diſpoſitio

noſtra

noſtra ſit diuerſa in intelligendo à diſpoſitione intelligentiarum; quia illæ ſemper intelligunt: nos autem quandoque; ſequi videtur, quòd intellectus ſubſtantiarum abſtractarum ſit ſimplex; noſter verò miſtus, ſiue compoſitus aliquo modo: altera cauſa, ſecundùm opinionem Themiſtij, eſt, quia continuatio eſt ſimilis generationi. Videtur imponere Themiſtio, quòd agens intellectus agat in intentiones imaginatas. dicit Therapolinus; Et ſit ibi patiens, & factum. ſed hæc omnia non vera ſunt; verùm duntaxat ſecundùm ſimilitudinem dicta. cum igitur continuatio talis ſit ſimilis generationi; ideo in ea reperitur agens, & patiens: quare, ſecundùm hæc, talis erit inter Themiſtium, & Auer. differentia: quoniam, ſecundum Auer. copulatio illa eſt vera actio; ſecundùm Themiſtium non: imò agens, patiens, & factum idem ſunt. illamet eſſentia dicitur in actu per intellectum agentem; & dicitur in potentia per poſſibilem. Nos autem opinamur. Ponit propriam opinionem Auerr. cum dicat; Non poſuit Ariſt. intellectum agentem, niſi quia intellecta ſpeculatiua genita ſunt, ſecundùm modum, quem diximus: & ideo dicitur verum agens. Addit deinde Auer. Et nos conuenimus cum Alexandro in modo ponendi intellectum agentem: nam & Alexander, ponit intellectum agentem, ut producat ſpecies: & ſic, ſecundùm ipſum, intellectus agens eſt verum agens. at differt ab illo Auerr. in poſitione intellectus materialis: differt à Themiſtio in intellectu ſpeculatiuo; ſi quidem noluerit Themiſtius, niſi qui reſultat ex agente, & poſsibili: at Auerr. voluit intellectum poſsibilem informatũ ſpeciebus intelligibilibus: &, ꝙ intellectus agens, ſit verum agens. & dicit, quòd aliquo modo conuenit cum Alexandro de intellectu, qui eſt in habitu: differunt tamen, quia, ſecundùm Alexandrum, intellectus ſpeculatiuus eſt corruptibilis, ſecundùm utranque partem: at, ſecundùm Auer. ſecundùm alteram tantùm. ſubdit deinde Auerr. Et debes. vult innuere, quòd illud, quod apparet intellectus iſtos, agentẽ ſcilicet, & poſsibilẽ, eſſe materiales, & potentiales; eſt ex habitu acquiſito per vſum, atque exercitationem: nam, cum circa ſtudium, & habituum acquiſitionem, contingat labor, & laſsitudo; poſſet hinc quiſpiam fidem aſſumere, quòd agens, & poſsibilis; quorum beneficio nobis acquiruntur vniuerſales habitus; ſint generabiles, & corruptibiles, ſiue materiales: perinde atque dictum eſt intellectum materialem, ſcilicet, cogitatiuam; quia laborat in acquirendo materiales habitus, & particulares; materialis, & corporea dicitur: ſic & quæ vniuerſales. hac ratione vult hic Auerro. declarare, quòd talis labor non eſt merito intellectus poſsibilis, & agẽtis; ſed cogitatiuæ ipſi ſubminiſtrantis, atque aliarum virtutum materialium. quòd, ſi labor iſtis non attribueretur; ſed intellectui agenti, & poſsibili; tunc intellectus corruptibilis eſſet. ſubdit deinde Auer. quòd, ſecundùm intellectum, quem vocauit Ariſt. paſsibilem, & cæ. Per quatuor iſtas virtutes exponit Hiſpanus cogitatiuam in hominibus quatuor modis variatam: nam in aliquibus talis eſt, vt ſit in cauſa, quòd nihil credant; niſi quæ ſub ſenſu cadunt: in aliquibus verò, vt qui ſola ducuntur auctoritate; tametſi res ipſa ſit in ſe falſa: tertio modo ſpeculantes generat: & hi, & rectè diſcurrunt; & rectè philoſophantur: quarto modo producit in hominibus opinionẽ ſummæ diffidentiæ, vt qui dicant Deum intelligere, & credant; ſed nolunt aliquid de illius intellectione ſciſcitari. & de his agit per uniuerſum librum topicorum. At expoſitio iſta deficit; quia tota iſta diuerſitas contingit ob diuerſitatem cogitatiuę: quę & ipſa contingit ob diuerſitatem temperaturæ: at, cum talis compluribus alijs modis variari poſsit; non ſolùm quatuor erunt diuerſitates: poſſunt ſi quidem reperiri aliqui, qui diſcurrant, & rationibus innitentur falſis; quæ tamen ſibi veræ uidebuntur: & alicui magno aduerſabuntur fundamẽto; vt, qui creationem pertinaciter negant, ſine arbitrij libertatem; & cæ. Intellectus, qui Adam dicitur, ob commiſſum peccatum, punitus fuit, ut cũ labore acquireret victum. ſ. moralem: qui deniq; acquiſitus, ſecundùm omnes illos habitus terminatur in Saluatorem: cuius iugum ſuaue eſt; vt, acquiſitis habitibus, vſus facilis eſt. quare dicendũ, & meliùs, quòd per iſtas quatuor uirtutes, quatuor præcipuas morales virtutes voluerit, iuſtitiã, fortitudinem, liberalitatem, & temperantiam. Hæc aduerſus ſe habet dictum in commen. ly, in topic. in quib. de moralib. non agitur diſciplinis. Soluitur, quòd 3. topic. cap. 3. numerat quatuor virtutes morales. ſic expoſitio recta. & declaro duobus fundamentis; altero; quia Auerr. primo animæ commento ſecundo inquit, quòd animaſticus dat principia morali bene regẽdi ciuitates, quia dat cognitionẽ cogitatiuæ virtutis, per quã homo eſt: altero uerò; quia reſpondet illi, quod modò dixit, quòd labor contingit ob hunc intellectum materialem ratione habituum, qui acquirũtur vſu: modò habitus ſunt morales, de quibus. 3. 4. 6. ethicorum; qui prinſquam acquirũtur, difficiles ſunt: & experimentum, quòd acquiſiti ſunt; eſt facilis illorum operatio ſecũdo ethicorum: ſubiectum autem harum uirtutum eſt intellectus iſte paſsiuus; quem ſenſitiuus conſequitur appetitus. & ſubdit Auer. quòd per talem intellectum diſtinguit homo ab alijs animalibus. Propter hoc notandum, quòd, tametſi in homine reperiatur intellectus aſsiſtens; eſt tamen alia virtus, & forma, quæ cogitatiua eſt; per quam homo, homo eſt; & ab alijs diſtinguitur ſpecie. & niſi per hanç diſtingueretur homo à formis aliorum animalium; ſequeretur, quòd fieri poſſet copulatio intellectus cum alijs animalibus, vt cum homine fit. ualet autem per hoc, quia neceſſaria diſpoſitiua virtuis, ut ĩtellectus aſsiſtat; eſt cogitatiua ipſa. Poſtremò inquit Auer. intellectus operatiuus differt à ſpeculatiuo. voluit inferre; Ex quo ſcientiæ diuerſæ ſunt, vt res, de quibus ſunt: ſed, cum res ſunt diuerſę; diuerſa quoque ſunt phantaſmata: intellectus itaq; practicus, & ſpeculatiues ab inuicem ſunt diuerſi, ſecundùm diuerſitatem præ-

parationis

parationis in hoc intellectu paſsibili; quæ intelligitur facta per diuerſa phantaſmata; tum practica; tum ſpeculatiua. Sueſſanus ex hoc loco elicit etiam in doctrina Auer. quòd anima cogitatiua hominis eſt forma materiæ; ex qua cum materia non reſultat quoddam perfectè homo; ſed medium. Intellectus autem eſt forma cogitatiuæ; ex qua cum intellectu reſultat anima rationalis eſſentialiter, & per ſe: quę anima duas iſtas partes habet; alteram, per quam dicitur ed.:cta; alteram vero, per quam reponitur in ſpecie perfecta. & tota anima eſt forma ſubſtantialis hominis in eo, quòd homo: cogitatiua verò non eſt forma tota; ſed formæ dimidium. at homo iſte, eius pace dicam, errat bifariam: primò, quia, ſi anima eſſet cōpoſita ex intellectu, & cogitatiua; tunc ſpecies humana includeret in ſeipſa æquinocationem. deduco; illud compoſitum eſt ex duabus formis, quarum vtraque anima eſt: ſed perfectio, quæ ponitur in rationali, & alijs animæ partibus, pura dicitur æquiuocatione, Auer. ſecundo de anima ſeptimo: ergo & cum cogitatiua æquiuocè dicetur: ergo intentum. præterea, & ſecundò; quia, ſi Anima humana eſſet tale compoſitum eſſentiale; ſequeretur, quòd intellectus non eſſet vnus, neque immaterialis. deduco; quia in quolibet indiuiduo humano eſt cogitatiua, numero diſtincta ſecūdùm eſſentiam à cogitatiua alterius indiuidui. &, cum ad vnamquanque ſequatur virtus intellectiua, ex qua componitur, & ſit eſſentialiter vnum: ergo tot erūt animæ intellectiuę, quot cogitatiuę ergo plures intellectus numero, ratione eſſentię; quare & materiales, aduerſus Auer. in hoc, commento quinto. Vltimò, homo non eſſet humanus, & corruptibilis; ſed diuinus, & æternus; quandoquidem denominatio à fine fieri debeat quinto phyſicorū 47.2.ani.49.3.metaphy.3.1.cę.116 Cum verò perfectio ſpeciei humanæ ſit ab intellectu; ſequetur inde, quod dictum eſt. De hac materia ſatis dictū fuit in quæſtione propria. Expedito commento, tria à nobis erunt facienda: primum, videre, an iuſtè damnauerit Alexandrum, & Themiſtium: ſecundum, an expoſitio Auer. ſit magis conſona Ariſtotelis dictis: tertium, circa textum dubitare. de primo, cum videatur taxare Alexandrum, quòd ſcientia illa, quę habetur per Deum vnitum, eſt æquiuocè dicta, & non per naturam; qualis eſt, de qua in præſentia meminit: dicendum, quòd iniuſtè reprehendit; tum primò; quia pręparatio illa, ſecundùm Alexandrum, fuit primo per ſcientificos diſpoſita habitus, vt materia ſuis diſpoſita eſt qualitatibus, ut formam recipiat: denique intellectu ſuo informatur agente; & per ipſum intelligit; &, quæ prius intelligebat, & modo eminentiſsimo; & progreſſus talis fuit naturalis. quod, ſi dicat Auerr. quòd intelligi debet de ſcientia illa, quæ ante copulationem fit; quomodo dubium erit, quare nō rememoramur? quia ſecundùm Auerr. & Alexandrum, ſpeculatiuus intellectus eſt corruptibilis. de quo poſt mortem dubium cadere non poteſt. præterea exponit Auer. de intellectu materiali, non reſpectu alicuius indiuidui; ſed reſpectu ſpeciei. At dicā ego; tunc intellectus erit adeptus; quia, reſpectu ſpeciei, intellectus poſsibilis eſt ea, qua pōt perfectione, perfectus: quare, vt ſic, per agentem intelligit: quare idem in Auer. quod ipſe obiecit Alexandro. pręterea malè accepit Themiſtium quia Themiſtius non intellexit hoc de intellectu ſpeculatiuo; ſed de intellectu agente; & non vt copulatus materiali pro formandis ſpeculationibus; ſed, vt copulatus nobis; & nobis ſit forma vltima, eo argumēto, quo Ariſtoteles tex.c.9. procedens inquit; Aliud eſt homo; aliud eſſe hominis. & hoc, eſſe, capi voluit ab intellectu agente, qui nobis forma eſt, cum dicat, Senſitiua, materia phantaſiæ: & hæc, intellectus poſsibilis; & iſte, agētis; in quo ſolo eſt eſſe compoſiti. ſolus iſte eſt formarum forma. confirmatur adhuc, quòd non intelligat de ſpeculatiuo, cum dicat; Intellectus ſimul omnes formas actu continet ſiue vllo diſcurſu. nam, ſi deſcenderet, vt ſcientes faciunt; contingeret, eadem manente ſubſtantia, operationem mutari: & tunc non eadem ſubſtantiæ eius operatio eſſet; quod eſt contra poſitum. de hoc itaque, & non de ſpeculatiuo, fuit Ariſto. ſententia, vt dixit Themiſtius; tametſi intellectus iſte deſcendat in poſsibilem; & à ſe modo quodam progrediatur, vergens ad ſecundas vitas; vt diuinè etiam dixit Simplicius. at non eſt de eo, vt poſſibilis; quia ſic dianoiſthæ; ſed de eo, vt intellectus eſt, & actu talis; dianoiſthæ, verò, vt ipſe inquit, coniuncti. iurè itaque dubitauit hic Ariſtoteles, quare non memoramur; quia, cum æternus ſit & quod verè eſt; & progrediatur ad has ſecundas vitas; videretur, quoque, quòd poſt mortem deberet iſtorum recordari, &cæ. & ſimilem huic repetit difficultatem propoſitam in primo t.c.66. ubi inquit; Dianoiſthę, amare, & odiſſe, non ſunt paſsiones illius; ſed huius habentis illud; quare &, hoc corrupto, non recordatur; neque amat; quia non illius eſt, ſed communis: ſed mens eſt quid diuinius, & impaſsibile. apparuit ibi; ꝙ tetigit paſsionem coniuncti, cum dixit, διανοεῖσθαι, quæ eſt etiam intellectus ſpeculatiui. deinde dixit, νοῦς, per quòd intellexit intellectum uerum, qui actu eſt. eandem quoque ſolutionem poſuit hic, ut conſtat. malè itaque accepit Themiſtium Auer. Secundum in ordine videndum, an expoſitio Auer. ſit ad propoſitum, quòd, ſcilicet, intelligatur de intellectu materiali, &, quòd talis eſſe non poſsit ſententia Ariſto. declaratur; quia ad textum uſque decimumſeptimum ſatis dixerat de intellectu materiali: & perfecerat, quæ de eo quærenda propoſuerat. declarauit eſſentiam in tex. quinto; deinde, quomodo fiat in habitu, & intelligat; & de eius obiecto in textu.9. & alijs. & ſoluit dubia, circa ipſum contingentia. deinde, intentio erat agere de agente eodem ordine, quem reperit. ordiens à materiali, ſiue poſsibili, iam noto in 17. & per illum etiam declarat agentem: & quæ eſſentiam agentis manifeſtant in 18. 19. undè in hoc 20. neceſſario de agente agendum eſt. quo etiam expedito, aget de obiecto

agentis

agentis in 21.& ſequentibus.quare meliùs in hoc fuit philoſophatus S.Thomas,cum dixerit Ariſtotelem dicentem;non, Quandoq; intelligit,& quãdoque non; intellexiſſe de intellectu in actu; qui per hoc diſtinguitur ab habitu, & à poſsibili. ibi verò, Separatum autem hoc ſolùm.inquit S.Tho. non poſſe intelligi de poſsibili ſolo,aut de ſolo agente;quia vterque ſeparatur; ſed de tota anima intellectiua;in qua & poſsibilis cõtinetur,& agẽs ſola hæc inter alias particulas animę ſeparabilis eſſe dicitur.de qua eadem verificatur etiam dubium de reminiſcentia. At expoſitio Sancti Thomæ deficere & ipſa videtur;quandoquidem ly,Separatus, refertur ad immediatè dictum,Nõ,quãdoque intelligit; quandoque non: deinde, Separatum autem eſt hoc ſolum,& cet. & ſic deficit in hac particula; &ſi in priori rectè dixerit.præterea contra ſe habet & quæ dicta ſunt contra Auer.qa hic intendit agere de intellectu agente,quæ eſt altera animæ particula;& non de tota rationali anima.Sed fortè aliquis pro Auerr.dubitaret;Si Ariſto.intelligeret hęc de intellectu agente,diſtincto contra poſsibilem;ſequeretur,quòd falſa dixiſſet: & primò, quia non ſolùm intellectus agens ſeparabilis eſt; ſed etiam poſsibilis;cum ſint eiuſdem eſſentię,vt de hoc cõuenit inter Auerroim,& Themiſtium.præterea intellectus in actu, vt talis, non intelligit ea,quæ ſunt hic, ſed ſeipſum.cùm ſua actio ſit eius eſſentia; quomodo de illo locum haberet dubium de reminiſcentia? Dicendum itaque pro dubii huius reſolutione, priùs notantes, quam frequenter diximus cum Simplicio,& Themiſtio ſummã rei huius veritatem, ꝙ intellectus, ſiue anima humana intellectiua, media eſt inter purè abſtracta,& materialia: quare contingit, ꝙ ipſa non in ſeipſa maneat, vt actu intellectus eſt; ſed à ſeipſa progreditur,naturæ inſtituto:& ad ſecundas vitas inclinatur, non vt cum illis maneat; ſed vt ab illis adiuta,& citata in ſeipſam redeat pfectam.quare intentio hic non eſt agere de intellectu agente;hoc eſt de illa perfectione,quæ ſemper manet,& nunquam progreditur;ſed de intellectu progreſſo;non tamen,vt materialis eſt; ſed, vt in ſeipſum reditus,& factus in actu.quem vt meliùs declarare poſsit,cõparat ipſam ipſumet;quando potẽtia,& imperfectus erat.& ſic diſcordes nõ erunt in hac veritate Doctores, vt in expoſitione oſtendam.In prima itaque particula textus declarat proprium eius,quando potentia eſt, ſ.quæ ſecundùm potentiam,tempore prior in eodem eſt, habet hoc veritatẽ; quandoquidẽ via generationis,quod imperfectum eſt,in eodẽ,antecedit perfectum:ſic & intellectus,qui aliquando intelligit; & quandoq; non, arguit aũt imperfectionẽ, & remouetur à perfecto,perinde atq; id,quod genitũ eſt:tunc eſt,non tamẽ perpetuò, ens;cũ ſecum teneat potentiã ad non eſſe:ſic & poſsibilis, cũ aliquando intelligit,intelligere dicitur; non tamen perpetuò intelligere; quia ſecũ hẽt & potẽtiã ad non intelligere.Omnino autem neque in tempore. Exponunt communiter;quia,ſecũdum ſe ſemper actus, eſt potẽtia prior;quia requiritur actus, vt educatur potẽtia;tum etiam, quia actus perfectior potentia eſt. Inde oritur dubium illud,quod vulgò dicitur,vt notat Philoponus,utrũ prius ouũ uel auis.Simplicius tamen inquit, non poſſe aſsignari prioritatem temporis, ſi eſſentia animæ ſpectetur,cum ſeparabilis ſit, cũ æterna,ſiue immortalis; in qua, ut ſic,tempus non cadit. ꝙ,ſi dicatur;Cadit reſpectu operationis;quia prius eſt intelligere,quod Imperfectum eſt.dicẽdum hoc cõtingere reſpectu indiuidui humani; in quo apparet operatio;in ſe autem non eſſe; quandoquidẽ à ſeipſa perficiatur; & perficiens antecedat perfectum;& informans,informatũ,ut Simpli.2.cę.27. quod diuinè admodũ reſpexit Albertus inquiens, Si cõparentur intellectus iſti,agens, & poſsibilis, nõ ut manifeſtantur in nobis;ſed ſecundũ ſuã ſubſtantiam;tunc agens eſt prius acto;& informans, informato.& addit; Secundũ cõparationem iſtã, dicere nequimus, ꝙ quandoque intelligat; & quãdoque non;quia eſt unitus agenti,& ſemper intelligit.& eſt eadem cum Auer.Simplicius autem ad textum magis;quamuis,vt dictum eſt,exponat de poſsibili, ut tamẽ redito.dicit,ꝙ in ſubſtantia æterna,ut anima eſt,locum non habet tẽporis prioritas;ob id neque in tempore. Sed non quandoq; quidem intelligit,&c.ut referatur ad tempus,quaſi dicat; Non quandoque intelligit,ut in eo prioritas temporis notetur; quia uerum eſt, quòd aliquando intelligit;& quandoque non: & tamen tẽporis prioritas in ea, ut dictum eſt,aſsignari non poteſt.Separatus eſt hic ſolùm.Non hoc intelligẽdum de imparticipabili mente, quia ſemper talis ſeparata eſt;ſed de participata: non tamen mens iſta animæ eſt;ſed potius illius mentis anima eſt: anima nanque noſtra,uerſione quadam, ad ſecundas uitas connectitur; & non ſecundùm particulam illam,quæ ſolùm manet; ſed ſecũdùm illam, quę progreſſa eſt,& à ſeipſa diſtat,uitã uiuens; & rurſus ſeparata tũc dicitur, eũ ſecũdũ ſolã manentem ſuiipſius ſteterit particulam: non enim dicetur ſeparabilis, ſecundum particulã progreſſam, ut progreſſa eſt;quia ſecundùm talem, nõ eſt actu intellecta;neq; hẽt operationẽ eandem eſſentiæ. Hanc eandem ſnĩam cum Simplicio habuit Themiſtius,cũ dicat;Non quandoque intelligit; quia hoc ſibi contingit,cũ ſubiectus potẽtię fuerit:uerùm,cum ipſe ſecundũ ſeipſum fuerit illud, quod uerè eſt,actu,tunc immortalis erit, indefatigabilis,& perpetuus:& ipſe intellectus, & intelligibilis,non ſecundũ aliud, ut alia intelligibilia, quæ intellectus in habitu format,ſeparans à materia; ſed ipſe,ſecundum ſe,talis eſt.habet autem in intellectu potentia diuiſas intellectiones;in quo artes, & ſcientię reperiuntur: in eo uerò, qui ſecundùm actum, magis, quę actu ſunt; & non diſcurrit intelligens; ſed omnia ſimul nouit. Palàm itaque eſt Græcorum ſententiam fuiſſe de intellectu humano; quippè qui priùs cùm à ſe receſſerit; mox in ſe reditus, ſit ſolus ille ſeparabilis. quam opinionem noluit & Auerro. ita vt iniuſtè damnauerit Themiſtium; eandem voluit & de Latinis Albertus. Hoc ſolum

perpetuum,& immortale. Philoponus,qui eiuſdé extitit opinionis cum Latinis de vnitate eſſentiæ animæ, inquit, quòd anima hominis ſecundùm hanc ſolùm particulam, quæ mens eſt, immortalis,& perpetua eſt: aliæ verò duæ, vt nutritiua, & ſenſitiua, immortales ſanè ſunt; perpetuæ verò nequaquam: immortalis vtraque; quia etſi corrumpi videatur; hoc eſt vitio corporis, quod deſtruitur;non enim,ſecundùm quòd anima eſt,deſtruitur.& confirmat dictum hoc,Platonis auctoritate: qui dixit; Omnis anima eſt immortalis; hoc intelligens,& in nutritiua,& in ſenſitiua. contra verò ſe habet materia; quæ ęterna eſt; non autem immortalis. ſolus intellectus vtranque poſsidet. At ratio iſta peripatetica non eſt; quandoquidem mens ſola extrinſecus adueniat,ſecundo de generatione animal.cap. 3. quare aliæ duæ, & nutritiua,& ſenſitiua ſunt eductę de materia,ergo:vt aliæ formæ materiales, corruptibiles ſunt ad compoſiti corruptionem.Meliùs itaque concordauit dictum hoc cum Platonis ſnia Simplicius inquiens Platonem duplicitaté illá & ipſum voluiſſe in anima,cú dixerit, *αὐτοκίνητον*,intellexit,&,quę manet particulá per ly,*αὐτὸ* & actiua eſt:quo & in ſupremis formis vti conſueuit.per ly,*κινητὸν*,paſsiuam particulam intellexit,& quę progreſſa, & perfectibilis eſt.cum itaque ſimplex actu intellectus ſit;& non ab alio,ſed in ſeipſo perfectus ſit, & totus immaterialis,atque totus ſeipſum intelligens, & intelligibilis, & non diuiſim hæc, ſed ambo ſimul; eſt etiam cuiuſcunque corruptionis expers: meritò itaque dictum eſt ipſum immortalem eſſe, ac æternum. ſic & Plato dixit in Phædone. Dubitatur, quo modo ſolus intellectus agens immortalis ſit: quandoquidem poſsibilis intellectus eiuſdem eſſentię animæ ſit cum agente; quare videretur & ipſe incorruptibilis. Reſpondet diuinè Simplicius, ꝙ intellectus poſsibilis, donec poſsibilis eſt; ſemper eſt imperfectus;& corrumpitur in eo,ꝙ poſsibilis: at qñ vnitur agéti pfectiſsimo; ſit perfectus totus. quare,'cú corrúpatur poſsibilis non corrumpitur,vt oino abeat in non ens; ſed contractionem in melius, ac præſtantius ens. Quare aút nó memoramur poſt morté. In hac vltima particula dubio huic ſatisfacit. & ſecúdú S. Tho. dubiú eſt ſuper anima intellectiua,quæ poſt morté remanet; quare nó reminiſcimur,per illá, ſcientiarum,atque habituú,quos,ante obitú, nobis cóparauimus.Inquit,ꝙ intellectus eſt impaſsibilis;quare non amat,non odit, non talibus afficitur, at pars illa,in qua locú habét iſtæ paſsiones,q̃ ſenſitiua eſt, & phantaſia dicitur;deſtruitur; ſine qua intellectus non intelligit. Philoponus & ipſe non multùm ab hac opinione diuerſus,inquit,dubium eſſe;cum mens in alia viueret vita,& multa intelligeret, in quibus,& phátaſia cooperabatur; quare eſt,ꝙ illa poſt obitum non intelligit;& pręſertim,cum intelligat multa, phantaſia non cooperáte,vt ſeipſum,vniuerſalia,& quæ diuina ſunt? Dicendum,ꝙ aliqua contingente particulari ægritudine,obliuiſcimur eorú ,quæ à nobis heri facta ſunt;quanto magis,cú tota fiat vitæ tranſmutatio, non recordabimur rerum particularium?quia paſſiuus intellectus corruptibilis eſt: & hunc concordes intelligunt expoſitores eſſe phantaſiam, ſine qua intellectus,quæ ſunt hic,non intelligit. Dicitur autem intellectus,vt notat S.Thom. & rationalis; quatenus rationis particeps eſt,dum ſeruit intellectui. At dubium contingit contra expoſitores,ſiue velint dubitationem hanc fundatam ſup intellectu in actu;ſiue poſsibili, vnito tamen agéti;quia reminiſcentia nullo modo cadit ſuper æternis;atque in his pręſertim,qui habét alium intelligendi modum túc,quàm prius habebant; cú dependeret in intellectione ſua intellectus à phátaſia.præterea etiam in hac vita poſsibilis eſt copulatio de méte Auer. habebit tunc locú dubitatio hęc;& tamé non erit poſt morté.Dicendú itaque meliùs cú Simplicio ꝙ dubiú ſit de aĩa rónali;Si perpetuò fuit rationalis aĩa , quare nó reminiſcitur eorú,quæ facta fuerút ante generationem? ſoluit;Qm̃ intellectus.ſ.qui progreditur,eſt ĩpaſsibilis,& pp hoc immortalis;paſsiuus aút corruptibilis,quatenus paſsiuus eſt:ſine quo paſsiuo,& ꝓgrediente vſque ad corporeas vitas, nihil intelligit impaſsiuus eorum,quæ memorabilia ſunt,quę phantaſiabilia ſunt:quare in intellectione memorabilium egemus ratione, quæ ad phantaſiam vſque progrediatur:quare in his impaſsibilis ſupponit paſsiuum;non autem in aliis(quę puriores ſunt)intellectionibus, cum eius ſubſtantia,ſua ſit actio. Philoponus conatur exponere ly , Et ſine hoc nihil intelligit, ideſt, ſine phantaſia , vt alij exponunt; inquiens , quòd etiam abſtracta , & diuina cum ſpeculatur intellectus , recurrit repéte phantaſia, atque ſubminiſtrat idolum.ea de cauſa illam dixit Plato extremum malum. At ſecundùm iſtos,qui velle videntur , quòd poſt mortem non reminiſcitur anima;dubium eſſet,vtrum anima intelligat tunc ; vel quid operetur? Plato (vt in hoc Philoſophos ſequar,omiſſa Theologorum auctoritate) multa attribuit animæ: & primò loca,quæ propria corporibus eſſe debent ; cú dicat in Phædone animarum diuerſa, poſt obitú, eſſe loca,& 10.de Rep.dixit,animas in campum letheum deſcendere. attribuit pręterea animæ, quæ ſenſitiuæ partis ſunt , vt virtutes , & uitia ; cum dicat in Phædro, Animarum pęnæ,&,tormenta pro meritis.& in Phædone dixit,animas ad iudicium duci à proprio Dęmone. At ſecúdùm fundamenta peripatetica, non poſſunt hæc ſuſtineri: & primò,quę corporis ſunt; cú anima ſit ſine corpore,circumſcriptiuè locari non poteſt,neque diffinitiuè;quia nuſquàm poſt mortem operatur anima;neque,quæ ſenſus ſunt,virtutes, & vitia;quia, vt in hoc textu habetur , deſtruitur phantaſia , & quęlibet corporea virtus;per quas reminiſcentiæ ſunt;ideo,quæ ſenſus ſunt, poſt mortem non tenet. hoc idem affirmat ethi. tertio ; vbi mortuis animis,ſcilicet, mortuorum,neque bonum,neq; malum attribuit. at illa , quæ ipſi attribuuntur, vt intellectus , ſunt aliquo modo rationi conſona.Pro quo notandum, quòd , quæ intelliguntur, ſunt, & materialia, & immaterialia: & hęc

bifariam;

bifariam; vel per eſſentiam abſtracta, vt intelligentię ſunt; vel materialium omnium quidditates. Dicendum, quòd materialia tunc non intelligit; quia illa dependent à phantaſia, quæ corrupta eſt: intelligit autem quidditates materialium, & materialia in illis eminenter, vt dictum eſt, auctoritate Simplicii. & immaterialia per eſſentiam adhuc intelligit. non poterit itaque poſt mortem ex ſententia Ariſtotelis cognoſcere hęc, quæ ſunt bic, ſingularia, ſcilicet, amicos, proximos, ſiue illorum actiones. At dubium videtur maximè omnium difficile, conceſsis, quæ retro dicta ſunt, quòd, ſcilicet, intellectus, vnus numero ſit, bumanus; diſtinctus verò numero in hominibus per diuerſas copulationes ad phantaſmata; quomodo intellectus Socratis, defuncto Socrate intelligit. Non eſt dicendum, per phantaſmata; quia phantaſia corrupta eſt. non eſt dicendum in ſe, vel ſecundùm ſe; quia ſic eſt vnus; & non ampliùs Socratis. præterea, cum reperiatur in ſpecie humana, in qua phantaſia ſucceſsiuè ſaluatur; quare eſt, quòd non intelligit in alio indiuiduo? Gandauenſis negat ſe intromittere velle in hac difficultate. & affirmat illam pbyſicè ſciri non poſſe. In hac difficultate conceſsis omnibus de anima, quæ per veriſsimam Theologiam noſtram tenentur fide; dicemus cum Philoſophis duo; alterum, quòd ſecundùm fundamenta Ariſtotelis nihil de anima poſt mortem verè enuntiare poſſumus. Fundamentum huius eſt; quia anima poſt mortem nullam occaſionem nobis pręſtat, qua, via ſenſus, de ea philoſophari poſsimus: peripatetica autem doctrina ſenſata ſupponit; & quæ nobis ſenſu cognoſcentibus notiora ſunt: reliquum verò, quòd omnia ſaluari poſſunt, quęcunque attributa ſunt animæ, ſiue ratione corporis, ſiue ratione ſenſus, ſecundùm Platonis dicta; quibus etiam aliquo modo Ariſtotelem concordabimus, ſupponentes primò, ſecundùm Platonem, quòd Philoponus dicit ſecundò ani. 29. Non enim à puris illis mentibus fit deſcenſus ad humana corpora ſine medio, & ad irrationales potentias. quare anima corpus quoddam priùs ſecum tenet ſubtile, quàm terreſtre boc informet: & illud vehiculum animę dicitur, vt & Simplicius 1. ani. tex. c. 12. & ſic poſt mortem, corporis illius beneficio determinata loca habere poteſt anima; & in eo ſenſus habet exquiſitiores: quare & pœnas, & præmia conſequi pro meritis potuit. à qua ſententia non opinor remotum Ariſt. fuiſſe, cum in illo textu dixerit, & hæc virtus ineſt fortè bomine honorabilioribus; ſub dubio proferens, quia ſenſata excedit fundamenta.

T. c. 21. 1 Indiuiſibilium quidem. Intentio, vt ponit Auerro. Cum compleuit notificare ſubſtantiam trium intellectuum, poſsibilis, ſcilicet, in habitu, & in actu; intendit modò agere de actionibus, & proprietatibus ītellectus (& boc reſtat de cognitione iſtius virtutis) & intellexit, intellectus poſsibilis, vt patuit in expoſitione. eandem voluit de Latinis Albertus. hanc eandem accepit etiam S. Tbomas, neque ab his diuerſus Philoponus inquit intentionem eſſe agere de indiuiſibilibus. &, priuſquàm declararet de quibus, dixit eſſe quinque ſignificata indiuiſibilis; primo modo, ut terminus, ſubiectum ſ. uel prædicatum in propoſitione, uox ſcilicet, ſimplex: ſecundo modo, ut continuum; quod tamen eſt potentia diuiſibile: tertio modo, quod in continuo indiuiſibile eſt, ut punctum: quarto, forma materialis: quinto, forma immaterialis. capit autem diſtinctum terminum, primo modo dictum ab alijs quatuor: tametſi unū quodque illorum ſit in ſe ſimplex; & dici poſsit terminus; quia primus eſt ſimpliciter dictus terminus; alij uerò ſunt termini tales. diſtinguitur nec non forma materialis à continuo; quamuis & magnitudo illa quanta, forma ſit; cum in materia ſit, ante illarum aduentum formarum. priùs quanta materia prima eſt; mox per qualitatem diſponitur; quia talis forma mente ſola capitur; cum actu extra nunquam reperta ſit materia prima cum ſola quantitate, ut reperitur actu per diſtinctam ſubſtantialem formam. deinde dicit quòd intentio eſt agere de indiuiſibilibus, quæ termini ſunt, ac uoces ſimplices. eandem & Themiſtius inquiens, talia comparari intellectui poſſibili, agente illuſtrante. Verùm ſententia horum de intentione ualde ſuſpecta eſt; quia hic Philoſopbus ageret de terminis, ſiue uocibus ſimplicibus, quibus primæ formantur notiones in intellectu poſsibili; ut cum uelit hanc formare propoſitionem, Homo currit, priùs, hominem, ſimplici intellectione formauit; deinde, currit. quòd uerò ſtare non poſsit, palàm fit: tum primò, quia Philoſophus, cum propoſuerit in primo tex. acturum de intellectu poſsibili, & de eius operatione: tex. 9. 10. de obiectis illius, quantum ſatis erat, uſque ad ultimum declarauit; quare, ſi in hac parte idē repeteret; in expreſſam incideret nugationem: tū ſecundò, quia in hac parte a. 18. infra intentio fuit agere de intellectu agente. de quo cum ſatis dixerit, uſque ad hunc textum; conſequenter & de eius obiectis agere debebat. quæ cum eadem ſint cum eſſentia intellectus; non ſunt illi ſimplices termini, ut malè expoſuerunt: tertiò nō poteſt ſtare cum uerbis tex. inquit, indiſibilium intellectio. nam, ſi terminus ſimplex ſit, ut homo, non continuò etiam Indiuiſibilis dicitur; cum diuiſibilis ſit in, animal, & rationale. præterea intellectio illa intelligitur de ītellectu, ut diſtincto cōtra dianoeā, ut notauit Philoponus, & ratione dictum; quandoquidem dianoea uirtus eſt, quæ & componit, & diuidit: at intellectus, ut talis, non intelligit ea, quæ ſunt bic; minuſq; perficitur ab illis, cum ſit uirtus perfectiſsima. Dicendum itaque cum Simplicio, diuinè partem hanc introducente, quòd intentio eſt agere de obiectis intellectus agentis: ut non deficiat in neceſſarijs; quādoquidem in cęteris, & nutritiua, & ſenſitiua, & poſsibili intellectu, egit, & de eſſentia, & de proprijs uniuſcuiuſque obiectis. At dubium contingeret, quare non ſeruauit ordinem procedendi in hac uirtute, quem in nutritiua, & ſenſitiua. Reſpon-

det Simplicius ponens primò fundamentum, quòd Ariſtoteles procedit ſemper à nobis notioribus: quare, cum in nutritiua, & ſenſitiua, obiecta nobis occurrant uirtutibus notiora; ideo in illis ab obiectis auſpicatus eſt. cum verò intelligibilia ſint obſcuriora intellectu; ea de cauſa priùs de intellectu egit; mox de eius obiectis, vt in hoc textu; nam per ea, quæ dicta ſunt de intellectu agente, faciliùs ducemur in notitiam obiectorum eius, quibus ille redundat. meminit autem in textu de duplici obiecto; & de illis, quæ omnino indiuiſibilia ſunt; & eadem illi; qualia rationes, & termini ſunt, de quibus retrò dictum eſt: & de illis, quæ compoſitione quadam unitatem participant, qualia ſcibilia ſunt. In textu duæ ſunt particulæ exponendæ: in altera, quod dictum eſt; in reliqua, exemplo ab Empedoclis dictis, illud manifeſtat. inquit in prima, quòd intellectio indiuiſibilium eſt; in quibus non repetitur falſitas; quæ ueritati oppoſita eſt. Auerroes inquit, Ariſtotelem hic notare differentiam inter formationem, & fidem. primò apprehendit intellectus, & format res ſimplices, in quibus non eſt falſitas. Latini omnes idem uoluerunt. & Albertus hic exponit duo illa Auerrois dicta; primùm, formare; quia intelligere talia, eſt informari intellectum poſsibilem naturis eorum formalibus; intellectus autem complexorum, compoſitionis ſcilicet, vocatur fides per aſſenſum intellectus ad talia. eodem modo & Themiſtius, & Philoponus expoſuerunt ly, indiuiſibilia, ſimplices ſcilicet terminos, à poſsibili apprehenſos intellectu, cum dicat Philoponus; Terminus indiuiſibilis, ueluti vox ſimplex: quare neque mendacium, neque veritas committitur. Dubitat tamen Philoponus, quare eſt, quod meminit, excludens, duntaxat mendacii, non autem ueritatis. Auerroes inquit, quòd intelligitur; quia oppoſitum per ſuum oppoſitũ intelligitur. Soluit Philoponus, quòd in perihermenias, ſolùm veritas, & falſitas in propoſitionibus reperitur. at in metaphyſica uoluit oppoſitum; quia & in ſimplicibus terminis ueritatem eſſe uoluit; non autem falſitatem: ut, cum ſimplicem aliquem terminum, ſecundùm ſe, intellectus acceperit; illumque conſiderauerit ſeorſum à quocunque alio; ſemper uerum format cõceptum. exemplo manifeſtat, ut cum deambulat, repente intellectus ambulationem intellexit. hac itaque de cauſa non remouet ab hac ſimplici apprehenſione ueritatem, ſed falſitatem duntaxat; quoniam intellectus nunquam errat Plotini ſententia, ſiue attigerit, ſiue non. At expoſitio iſta, cum ſit de intellectu poſsibili, ſtare non poteſt, ut patet per ea, quę retrò dicta ſunt. poteſt etiam adduci ratio talis; Nihil intellectus intelligit, quin prius in ſenſu fuerit: at, ſi contingat oculum affectum bilioſo uapore rem albam intueri, illam iudicabit croceam; & errabit, quamuis per accidens; quare errabit, & intellectus, croceum intelligens colorem. nec commodè applicari poſſet diſtinctio Philoponi de ueritate, quæ bifariam intelligitur; & de eo, quod tale exiſtit; ut cum dico, hic homo uerè eſt, ad differentiam depicti; & eſt ueritas exiſtitiua; ſic & de termino, cum eſt, tunc uerè dicitur intellectus: dicitur & ueritas, quæ contradiſtinguitur falſitati. de prima hic intelligitur. at data ueritate, ſequeretur, quòd etiam ſenſatio illa crocea uera eſſet, quia eſt de termino ſenſato, qui actu eſt: & ſic omnia quęcunque apparerent, uera eſſent, quod repugnat rationi. non eſt itaque talis terminus indiuiſibilis, circa quem non poſsit cadere falſitas. meliùs itaque cum Simplicio dicendum, quòd hic agat de illo indiuiſibili, quod forma eſt: de quo ſeptimo, & octauo meta. dixit; at propriè magis in duodecimo metaphy. ubi dixit formam illam perfectionem, & actum, & terminum indiuiſibilem, unitim continentem quaſcunque à ſe rationes deficientes: namque terminus animæ primus participatus ab humanis animis omnibus, mens eſt: quoniam autem omnium naturalium, atque naturæ ipſius, potius eſt ſubſtantia animæ, atque præſtantius unita termino proprio, & formæ, cuius beneficio, ut impartibilis, impartibiliter etiam omnibus aliis unitur formis; & ipſa ſecundariò omnibus repletur formis non manentibus, ut puræ ſunt; ſed quatenus deſinunt in eſſentiales rationes. ſpeculatur itaque denique anima per eas, quæ in ipſa ſunt, eminentes; &, quæ uera ſunt intelligibilia. erit itaque tunc intellectio, qualis eſt rationalis ſummitas, & impartibilis intellectio; atque eadem ſubſtantiæ. & hęc eſt, quę indiuiſibilium eſt formarum, & ſecundum ſeipſam ſolùm uera exiſtens; quia, cum indiuiſibile ſit obiectum, indiuiſibilis quoque eius intellectio; non partim attingitur; partim non; ſed totum ſimul: quare non poteſt eſſe ibi falſitas aliqua. & hoc eſt, quod Plotinus uoluit, ut rectè Simplicius; & non de ſimplicibus illis uocibus, ut Philoponus expoſuit. & eſt ſummitas rationalis, & ſcientia; non quæ ſecundùm progreſſionem eſt; ſed, quæ ſubſtantialis, & eadem rei eſt. Ex hoc patet, quantum differat Simplicius in hac expoſitione à Themiſtio, quod, cum non intellexiſſet Sueſ. iudicauit illos concordes eſſe. In quibus autem uerum, & falſum, inquit Philoſophus, compoſitio quædam eſt intelligibilium, vt unum exiſtentium. Philoponus notat hic agere de operatione dianoeæ; namque dianoea cognoſcit, vt unum, quod ex pluribus compoſitum eſt. Latini volunt, quòd hic tangat ſecundam operationem intellectus; in qua prima ſupponitur, apprehenſis, ſcilicet, per intellectum terminis. mox componit, & diuidit. in qua operatione ſtat & veritas, & falſitas. at neutra iſtarum ſimpliciter uera eſt: nã, quæ Philoponi eſt, ſecũdũ quid uera eſt; quatenus operatio, in qua ueritas & falſitas capitur, intellectus eſt, qui dianoea dicitur: at hic non intendit agere de hoc intellectu; quia ſatis in principio dixit, vt determinauimus; neq; vt Latini, & cũ illis Auer. de fide; quia iã pri-

ma illa ſimplicium, non eſt dicta; ſecundùm Ariſto. vt diximus: quare neque ſecunda hæc locum habet. dicendum itaque, vt rectè Simplicius hoc dixiſſe Ariſtotelem, vt magis ſtabiliret primum dictum, notans differentiam inter intellectum perfectum, quando indiuiſibilia intelligit; & quando imperfectus eſt, & à ſeipſo progreſſus; quia tunc intelligit diuiſibilia; & quæ partim attinguntur; & partim non; quare in eis, & veritas, & falſitas reperiri poteſt. ſic enim intellectus à ſe diſtat; &, qui ei conuenientes ſunt, ſermones, ſiue rationes intelligit; non autem formas. & ſic inquit Philoponus quòd dianoea circa propoſitiones, non autem circa terminos fit. Notat tamen Philoponus, quòd ly, circa propoſitiones, intelligi non debet, quemadmodum in logica dictum eſt, circa affirmationem, & negationē; ſed, quia ipſa dianoea eſt, quæ componit prædicatum cum ſubiecto; ſiue ab inuicem diuidit; cum termini, qui in compoſitione ſunt, intelligi poſſunt compoſiti, & diuiſi; &, qui diuiſi ſunt, eodem modo. Sicut Empedocles. In hac ſecunda argumēto ſumpto ab Empedocle, dictum à ſimili confirmat. dicebat ille, quòd animalium partes natura pullulabant; ita vt frequenter colla ſine capitibus eſſent; & ſic de alijs partibus: caſu verò poſtea coniungebantur; &, ſi hoc rectè factum erat; animal fiebat perfectum; ſi contra, imperfectum, & monſtroſum: amicitia ſiquidem partes illæ coniungebantur. eodem modo & intellectus, cū ſimplicia primò apprehenderit, vt aſymmeter, vt diameter; deindecomponit; vt vnum intelligit, quæ plura ſunt, & in illo veritas eſt; ſi oppoſitum, falſitas. contingit autem hoc in intellectu, qui diuiſus eſt; atque diuiſa intelligit, vnita tamen: hoc enim proprium eſt diuiſarum rationū; ex quibus compoſitio reſultat rationalis: vnde dianoea falſitatem committere poteſt bifariam; vel reſpectu rei, vel reſpectu temporis; vt, ſi prędicatum nō habuerit cum ſubiecto identitatem, ſiue conformitatem; ſi fiat compoſitio, quæ fit per verbum, eſt, copulās; falſitas erit ex parte rei: quod etiam ſi fieri dicatur in tempore, quando non fit; ſalſitas erit ex parte temporis: vtraq; in compoſitione eſt. at, cū ſimplex intellectio fiat; veritas non eſt, niſi quę capitur inter cognoſcentem, & cognitum.

T. c. 22. Si autem factorum. Auer. non introducit. elicitur autem intentio communis ex Philopono, cum dicat hanc eſſe tertiam differentiam dianoeticæ cum intellectu; quia, ſcilicet, cognoſcit cum tempore: quare non ſolùm res ipſas componit, & diuidit, vt prædicatum cum ſubiecto; verùm etiā in tempore componit. unde etiam ratione temporis, & veritas contingit, & falſitas. hoc autem videtur dictum; quia intellectus componens, & æterna, & generabilia componit: ſed prima ſine tempore; ſecunda verò cum tempore: quare & cum futuro, & cum præterito. In textu duæ ſunt particulæ exponendæ: in altera agit de compoſitione in tempore; in ſecunda de virtute, quæ componit: in prima, quod dictum eſt; in ſecunda ponit rationem; in tertia concludit. inquit in prima, vt Auerro. exponit, Si ſimpliciā illa intelligantur, quæ nata ſunt in tempore eſſe; cum tempore quoque intelligentur, aut in præterito, vel in futuro. & ſic etiam componitur tempus cū illis, quando componuntur. tangit in ſecunda cauſam, cum dicat, Falſum in compoſitione ſemper eſt. Declarat S. Thom. per notandum, quia compoſitio propoſitionis non eſt opus naturę, ſed rationis, & intellectus; quippè qui ex intelligibilibus facit propoſitiones: ea propter uerum, & falſum in compoſitione conſiſtit; ideo 6. metaphyſi. non dicuntur in rebus, ſed in mente. Declaratur autem magis; quia plura, vt plura, nō poſſunt apprehēdi ab intellectu. At, ſi quis dicat; In propoſitione negatiua non fit compoſitio: dicendum, quòd & in hac intellectus non intelligit plura, vt plura; ſed unam intelligit diuiſibilitatem; quę inter duo illa cadit extrema: & ſic intellectus facit unum; quia apprehendit unam diuerſitatem. exemplo approbat, cum dicat; Si de albo fiat prædicatum, non album; tunc ſalſum in compoſitione eſt: in perpetuis uerò, falſitas erit ratione prædicati, nō autem ratione temporis: non. n. falſum eſt dicere de Deo, ꝙ eſt, fuit, uel erit: in mutabilibus falſum eſt, ratione prędicati, & temporis; ut, ſi quis dicat; Tragelaphus nunc eſt; falſum non erit iuxta nūc tempus; ſed iuxta prædicatum, eſt. ſi uerò dicatur; Troianum bellū fuit heri; falſitas erit, nō reſpectu prædicati, ſed temporis. omnino falſum in compoſitione ſemper eſt; nā, ut Them. inquit, diuiſio, negatio eſt; cōpoſitio uerò, affirmatio. & addit, ꝙ fortè omnia in diuiſione ſunt: nam, ꝙ offert ſenſus & phātaſia, obiectū album cōpoſitū; intellectus terminos illos à ſe diuidit, ut albedinē ab homine, uerbi gratia, & ſic ſeorſum nūtiat, quę ſeorſum, ac ſeparata non ſunt: at rurſus unum reddit, cū idē ſermo ſit, & eadem unaque intellectio. & hoc innuit Philoſophus in litera, cum dicat; Contingit autem & diuiſionē dicere omnia, ut rectè & Auer. animaduertit. Vnum autem faciēs. In hac ſecūda Latini omnes, & cum eis Auer. & Them. dicūt, ꝙ, ſcilicet, intellectus materialis ea, quæ facit ſeparata, unum, uirtus eſt, quæ componit. ꝙ rectè Albertus declarat, notans tria in compoſitione, ſubiectū ſcilicet, prædicatum, & cōpoſitionē mediā: nā in re nihil ultra reperitur, quā ꝙ ineſt; & illud, cui ineſt; & unum ineſt alteri ſine medio: quare in re, nihil reſpondet compoſitioni, niſi ipſa unitorum unio: at compoſitio in anima eſt uniente, & componente terminos; in uoce uerò, ut in ſigno. confirmauit Auerr. inquiens, quòd uirtus apprehendens ſimplicia, & compoſita eadem eſt. At contra, nam ſenſus exterior apprehendit quantitatē, & colorem, quæ ſimplicia ſunt; non tamen componit, atque diuidit. Dicendum, quòd Auerr. uoluit, quòd potentia illa, quæ componit, & diuidit; illa eadē ſit etiam, quę ſimpliciter apprehendat. & hac de cauſa redarguit Auempac. qui diſtinguebat inter uirtutē, quæ ſimplicia apprehendit, & quæ componit. Notandum tamen, quòd nominans virtutem, quæ componit, Themiſtius inquit, illam eſſe intellectum, vel potentiam,

quæ ſupra phantaſiam eſt: & hoc dixit ratione cõpoſitionis in tempore; ſic uidetur innuiſſe cogitatiuam: quia talis componit, & diuidit; neque tamen abſtrahit ab hic, & nunc. Notandum quòd expoſitio Latinorum, & Themiſtij uera eſſe poteſt; at non cum expoſitione illorum ſuper textu 21. Indiuiſibilium, &cæt. ſed cum noſtra, vt ſit ſenſus; Cũ dixerit Philoſophus de obiecto intellectus perſecti, quòd indiuiſibile eſt, vbi falſum non eſt; agit deinde de compoſitione, vt habeatur differentia: poſtremò concludit hic virtutem, quæ componit, & vnum facit, & eſt intellectus poſſibilis, ſiue progreſſus. & ſic habebitur differentia à ſeipſo intelligente indiuiſibilia; quia perfectus veriùs facit vnum, quàm unum ſit in compoſitione. At contra omnes ſic exponentes inſtantia ſit; tum, quia priùs dixit, quòd intellectus intelligit indiuiſibilia; dixit deinde, quòd intelligit compoſita; & in hoc dixit, quòd eſt cointelligens tempus, & componens; quare hoc velle non potuit hic, vbi vtitur particula aduerſatiua expreſſiua, quòd aliud intelligat, quàm quòd dictum eſt: tum etiam, quia non dixit componens, ſed, vnum autem faciens. quare dicendum, & meliùs, cum Simplicio, quòd ratio ipſa, vniens eſt ſimplicia intelligibilia, formalis ſcilicet cauſa: quæ eſſe dicitur, quæ cauſa eſt rebus formatis, quòd vnum ſint, & dicantur: quod palàm eſt in naturalibus omnibus, quorum vnitates ſuæ ſunt rationes, ſiue quidditates; ſiue eſſe dicantur: in animis verò, ratio, ſiue forma, mens eſt, quæ participatur ſecundùm ipſam animæ ſubſtantiam; manens tamen, vt intellectus; qui, vt ratio, vnitionem ſignificat. ſic Philoſophi verba intelligenda ſunt; Vnumquodque ſimul connexarum intellectionum vnum faciens, hoc intellectus eſt. At dubium eſt in dictis Auerr. cum dicat falſitatem contingere, & veritatem in propoſitionibus, in quibus prædicatum, eſt verbum: nam ſemper in propoſitionibus, verbum, intelligitur: ergo ſemper ſic ſe habet. aſſumptum Ariſt. eſt primo phyſi. 20. contra antiquos, uerbum auferentes à propoſitionibus, ne pluralitatem fateri cogerentur. inquit, quòd propoſitio reſoluitur in uerbum, quod erat uirtute in propoſitione. quod cum ſit, ſequetur etiam, quòd ſemper compoſitio erit cum tempore; quia ubicunque, eſt, uel fuit, uel erit reperitur; ſemper tempus cointelligitur: quare ſequetur intellectum in eius operatione non abſtrahere à tempore. Dicendum ad primum, quòd compoſitio bifariam, uel cum tempore primò. ut, quæ de ſecundo adiacente communiter appellatur, homo eſt, fuit, uel erit: altera, quæ primò, rei compoſitionem notat; quamuis hoc ſit mediante tempore. Dicendum ad ſecundum, quòd non omnis propoſitio, eſt cum tempore per ſe, & primò; concedendum tamen per accidens. Ad ultimum dicitur, quòd intellectus abſtrahit re à tempore, & à qualibet temporis differentia; nõ abſtrahit autem, ut expreſſiuum quoddam eſt inhærentiæ prædicati in ſubiecto; quod uel de ineſſe, uel de neceſſario, uel de cõtingenti erit.

Indiuiſibile autem. Auerr. cum Philopono inquit, quòd dixit Philoſophus, quomodo intellectus indiuiſibilis indiuiſibile intelligit, & in tẽpore indiuiſibili: nunc uult declarare, quomodo intelligit (quod eſt ſecundum ſignificatum indiuiſibilis, ut ait Philoponus) quantum, quod eſt potentia diuiſibile; actu uero indiuiſibile: nam datur actu indiuiſibile, & potentia diuiſibile, ut notat Philoponus: datur & actu diuiſum; potentia uerò indiuiſibile: primum continuum eſt; ſecundùm aquæ partes. meminit tamen de primo hic Ariſtoteles. S. Thomas tenet rurſus agere de duabus iſtis operationibus intellectus, formatione, ſcilicet, & compoſitione. In textu duæ ſunt particulæ exponendæ: in altera declarat, quomodo in tempore indiuiſibili intelligantur indiuiſibilia: in ſecunda, quomodo diuiſibilia in tempore diuiſibili. Ita ut, exponente Themiſtio, ſe habent res cognoſcibiles, quantum ad diuiſibilitatem, atque indiuiſibilitatem; ſic & intellectiones; ſic & tempora, in quibus fiunt. dicit itaque in prima, primò ponens diſtinctionem unam, quæ eſt; Indiuiſibile dupliciter dicitur; potentia, vel actu. Pro quo notandum, quòd indiuiſibile potentia eſt etiam actu indiuiſibile: & ſic omnino indiuiſibile, vt termini, punctum; linea pariter, vt terminus ſuperficiei, eſt indiuiſibilis potentia ſecundùm latitudinem; & ſuperficies corporis ſecundùm profunditatem. ſunt & ſic indiuiſibiles rerum termini, & formæ, ſiue quidditates, vt Simplicius, oppoſito tamen modo illis ſe habentes. formæ illæ perfectiones ſunt, & totum in ſeipſis vltim continentes: puncta verò & omnino termini cadentia veluti, ſunt à dimenſionibus, & in quadam priuatione conſiſtentia. Non autem accepit illa Philoſophus, vt pythagorei; quippè qui indiuiſibilia illa acceperunt, veluti principia originalia dimenſionum, & diffinita; ſed, vt terminos, eſſe voluit. illi verò per puncta, ſubſtantias intelligebant; quę in idem cum formis, ſiue quidditatibus redibant. Indiuiſibile verò actu, & potentia diuiſibile, continuũ eſt. hoc ſanè diuidi poteſt, vt quod in generatione eſt, vel ſaltem mente, vt cœlum. cum verò dixerit, quòd verum indiuiſibile, vt quidditas, & forma; à ſola mente cognoſcitur, atque intellectione indiuiſibili. cum ſint & alia indiuiſibilia, declarat, quomodo & talia intelligantur; & quæ illis conueniant intellectiones, vt rectè Simplicius notauit; vt ſeparentur à primis; cum iſtæ puræ non ſint intellectiones, vt illæ. Inquit deinde Ariſtoteles, quòd nihil prohibet intelligere indiuiſibile, quando continuum intelligit; nam continuum illud intelligit, vt vnum. Notat Simplicius, quòd continuum illud unum non eſt, ueluti & cauſa, & tãquam forma; ſed, ut perfectio rei illius, quę continua eſt; ſicut ſanitas, uiuẽris corporis eſt: quare intelliget illud, ſicuti eſt, intellectus: eſt actu indiuiſibile; potentia tamen diuiſibile: cum uerò, ut actu eſt, intellexerit; tunc, ut unum intelliget; ac tempore indiuiſibili. Philoponus uocat indiuiſibile tempus, ipſum nunc, inquiẽs, quod T.c.23.

nisi

niſi in nunc temporis intelligatur continuum; totum in eodem non intelligetur tempore. At expoſitio iſta non ſtat cum Ariſtotele, quandoquidem inſtans tẽpus non ſit: modò Philoſophus dicit in tempore indiuiſibili. Præterea intellectio conformis non eſſet ex parte obiecti, & menſuræ: quod tamen expreſsè habetur à Philoſopho, vt mens de omnino indiuiſibili, & in inſtanti; ſic & dianoea de actu indiuiſibili, cõtinuo ſcilicet, & tẽpore indiuiſibili actu; & ipſo potentia tamẽ diuiſibili, vt continuum eſt, vt rectè exponit Simplic. quia nunc tẽporis eſt potentia, & actu indiuiſibile. cõfirmatur per Philoſophũ, cũ dicat; Similiter & tempus diuiſibile, ac indiuiſibile magnitudini eſt. Notat Simplicius, ꝙ intellectus non ſolus hoc operatur, ſed cũ rationali anima; quę & dimẽſionem capit; & abſque tempore nõ intelligit: intellectus vero ab illa ſepatãs, vt indiuiſibile, & vnum continuum ipſum. per rationalem ãt animam nõ potuit intelligere, niſi cogitatiuã. Non eſt igitur dicere. In hac ſecunda oſtendit, ꝙ non poteſt quiſpiã dicere, vt introducit Auerro. ꝙ intelligens lineam, totam ſimul non intelligat: nã quiſpiam poſſet dicere; Linea habet partes, quare dimidium ipſius prius intelligitur, & in dimidio temporis; reſiduum verò in altero temporis dimidio: ita vt mente continuum, quod actu indiuiſibile eſt, diuideremus; quia linea partes illas potentia, nõ actu habet; intelligitur tamen, vt actu eſt; quare, vt vna, & indiuiſibilis: at ſi linea diuiſa actu fuerit in partes duas; tũc, cũ duo ſint obiecta; duę pariter erunt intellectiones; atq; in duabus temporis partibus. & ex hoc elicitur fundamentum, ꝙ plura, vt plura, non poſſunt ſimul intelligi. Notauit Simplicius ly, tunc, vt longitudo; quia plura, vnũ, intelligũtur; nã mẽte longitudo poteſt cognoſci diuiſa; etſi actu vna ſit; vnde & diuiſa mente, vt vnum; quare formabuntur diuerſæ intellectiones pro diuerſis obiectis. Addit Simpli. cum dicat Ariſtoteles ex vtriſque, &c. quòd differentiam notat à vero, & formali indiuiſibili omnino; non ſolùm, quia cognoſcitur in tẽpore; ſed quia potentia diuiſibile eſt, & tãquã ex partibus cõpletum: quæ omnia à formali indiuiſibili remouentur.

Dubitatur propter ea, quę dicta ſunt, vtrum intellectus noſter poſsit plura, ut plura, ſimul intelligere. Gandauẽſis determinat affirmatiue, ꝙ ſic: & magni facit hoc argumẽtum; quia virtus, ponẽs differentiam inter aliqua duo, cognoſcit vtrunq; ratione propria ſimul, 2. ani. 146. hoc facit intellectus, v.g. de albedine, & nigredine; ergo &c. perſuadet hanc & aliis rationibus. Oppoſitam partem tenent Latini fermè omnes, atq; Arabes, Auicen. & Algazel, S. Thom. prima parte quæſtione 85. artic. 4. & quol. 7. Fundamentum autem huius opinionis eſt, ꝙ diuerſæ ſpecies eiuſdem generis eſſe non poſſunt ſimul in eodem ſubiecto. contingeret ãt hoc, ſi intellectus plures formas eiuſdem generis ſimul intelligeret. &, quia forte diceret aliquis; plures ſcientiæ in intellectu reperiuntur; ergo fundamẽtum falſum. Reſpondet S. Thomas, ꝙ concludit eſſe in habitu ſimul, at nõ ſimul in actu intelligendi. præterea S. Thom. quol. 7. quæſtione ſecũda, ponit duas cõcluſiones in hac materia; prima, ꝙ plura, vt plura ſunt, non poſſunt ſimul ab intellectu intelligi: ſecunda cõcluſio; Intellectus noſter poteſt ſimul intelligere plura, vt vnum ſunt. ſecunda hæc duplicem habet intellectum: aut, ꝙ intelligit plura, vt unum, ideſt plura per unam tantùm ſpeciem, plura referentem. & hoc modo vera eſt: ſic & prima intelligentia, intelligendo ſe, plura intelligit. alio modo, ut illa plura in aliquo vno cõtinentur, ſiue uniũtur; ut, cum intellectus plures partes quantitatiuas intelligit: & ſimiliter intelligit prædicatum, & ſubiectum, ut uniuntur in una oratione. At contrà fundamentum S. Thom. inſtatur; Aut ſermo eſt de genere logico: uel ſermo eſt de genere phyſico: ſi de logico; maior eſt falſa: albedo enim, & ſanitas ſunt formæ eiuſdem generis logici; & tamen ſunt in eodem ſubiecto. ſi de phyſico, adhuc maior eſt falſa; nã albedo, & dulcedo ſunt formæ eiuſdẽ generis phyſici; & tamẽ in eodem reperiũtur ſubiecto, at, ſi dicatur; Nõ ſunt in eodem ſubiecto; quia aliam miſtionem expoſcit albedo, & aliam dulcedo. tunc argumentũ ualebit de qualitatibus primis; nam in igne ſunt duę formæ eiuſdem generis; caliditas, & ſiccitas. ꝙ, ſi dicatur fundamentum ualere de formis perfectis; at non de imperfectis, quales iſtæ ſunt. tunc cõtra nam, ꝙ plures formæ eiuſdem generis eſſe non poſsint in eodem ſubiecto, uel eſt ratione generis; & tunc, ſi non imperfectæ, neq; perfectæ, neq; ecõuerſo; &, ſi alteræ eſſe poſſunt; tunc & reliquæ erat, ſi hoc fuerit, quia perfectę iſtę, imperfectę illæ; tunc ſequetur nõ poſſe eſſe in eodem ſubiecto: nõ quia ſunt eiuſdẽ generis, ſed propter aliud, quod inconuenit. Vnde Therapol. dicebat in via Auer. Si loquamur ſimpliciter de ipſo intellectu, qui in omnibus unicus eſt; ꝙ intellectus plura poteſt, ut plura intelligere: at ſi loquamur de intellectu non ſimpliciter, ſed reſpectu determinati hominis; dicendum, ꝙ nõ intelligit plura, ut plura, ſed ut unũ. At doctor iſte errauit, & in fundamẽtis Auer. & in quæſito principali. primum probatur; nam intellectus ſimpliciter cõſideratur, ut unus, apud Auer. poteſt tamen bifariam intelligi; uel ut poſsibilis eſt; & ſic noluit illum unum eſſe com. 5. uel ut adeptus; & ſic unus etiã erit; quia intellectus agẽs, qui eſt eius forma, & perfectio, unus eſt: medius autem inter iſtos duos eſt intellectus in habitu; at talis ex ſententia Auer. com. quinto. eſt generabilis, & corruptibilis, & non plurificatus, ut indiuidua humana ſunt. tũc ſic; Si capiatur, ut poſſibilis, tũc nullam ſpeciem habet, nihil intelligit; ſed eſt dũtaxat potẽs intelligere: ſi uerò capiatur, ut adeptus; tunc intelligit omnia per eſſentiã agẽtis; ergo plura; ſiue omnia, ut unũ: ſi uerò, ut in habitu; tunc eſt intellectus determinati hominis: & ſic ſecundùm ipſum etiam non intelligit plura, ut plura; ſed plura, ut unum. Ante uerò quàm pro ſecũdo dicam, pro ueritate reſoluemus, ſuſtinentes concluſionem Ariſtote. eſſe, quam S. Thom. poſuit. & cõfirmo; Si intellectus, plura, ut plura, ideſt nullo modo unita intelligeret; hoc eſſet uel in operatio-

operatione, quam formare, dixit Auer. vel in illa, quam fidem appellauit: ſed in neutra eſt; ergo, &c. quòd non in prima, probatur; quia poſito, quòd duo obiecta offerātur intellectui ſimul intelligenda; vel erunt eadem omnino; & ſic, vt vnū: vel aliqualiter, aut omnino diuerſa; & ſic intelligentur, vt diuerſa: quare ſub hac ratione diuerſitatis, quæ vna eſt; ergo hęc plura, vt vnum. quòd neque in ſecunda operatione, probatur; nam in illa, vel componit; & ſic, vt vnum: vel diuidit; & ſic etiam, vt vnum, vt rectè declarat Themiſtius, inquiens, quod capit à phantaſia, vnum, intellectus, diuidit, & plura facit: & ſic plura, quod vnū; & diuiſa, quod indiuiſum, intelligit: vt ſeorſum Socratem intelligit; atque ſeorſum quod ambulat: ſeparata tamen iſta vnit; cum ſit eorum eadē ratio, & eadem intellectio. quòd non concludāt rationes factæ, contra hanc concluſionem declaro; & primò pro fundamento S. Tho. quòd ſermo eſt de genere phyſico, ad argumentū dico, quòd albedo, & dulcedo non ſunt, vt plura, ſed vt vnū ſubiecto. argumento eſt, expreſſum Themiſtij dictum, cum dicat; Intellectus facit plura, quod eſt vnum. idem dicendum de qualitatibus in igne. at, ſi dicatur, illæ duæ qualitates ſunt plures, vt plures; dico, quòd falſum eſt, quòd ſic recipiantur; quia ſupponeretur ignis primò totus eſſe, mox illas recipere. at falſum eſt; quia ſimul ſit ignis cum qualitatibus illis; quę ante formam perfectam tenent vicem diſpoſitionis: & tunc non eſſet inconueniens, quòd plura diſponerēt, vt fatetur & ipſe S. Thom. in quolib. poſſet etiam dici, quòd conſiderantur, vt ad vnum, & non plura ſine aliqua vnitate. quòd, ſi adhuc dicetur; Recipiuntur in materia prima ſecundùm S. Thom. diceremus, quòd recipiuntur, vt diſpoſitiones ad entia: & ſic non inconuenit. At ſecundùm Auer. hoc negandum eſt; & dicendum, quòd concreatę ſunt materiæ primæ, vt interminatæ qualitates ſunt. Ad replicam dico, quòd neque perfectæ, neque imperfectæ eiuſdem generis ſimul recipi poſſunt; niſi imperfectæ intelligantur, vt diſpoſitiones. Et fundamentum huius tangit S. Thom. vt de habitibus intellectualibus, plures reperiuntur in intellectu. inquit S. Thom. quòd ſe habent, vt diſpoſitiones intellectus; vt uerò actu intelliguntur, ſunt perfectæ: &, vt ſic, non poſſunt ſimul plura intelligi; fundamentum; quia intellectus, cū intelligit aliquid, efficitur actu illud: modò intellectus ſimul fieri non poteſt actu plura. poſſet, & meliùs dici, quòd illi habitus ſunt unum ſubiecto: cum uero actu intelliguntur, efficiuntur plures, ſub unitate tamen conuenientiæ, ſiue differentiæ. Ad argumentum Gandauenſis, dicendum, quòd ponens differentiam inter aliqua duo, ut communis ſenſus, cognoſcit utrunque ratione propria; ergo plura, ut plura. negatur conſequentia; quia, ut unum ſub ratione differentię. At, ſi quis dicat; Cum intellectus intelligat aliquā magnitudinem; & illa, diuiſibilis cum ſit, ponatur actu diuiſa; tūc plura intellectus intelliget. Dicendum, quòd intellectus non intelligit magnitudinem diuiſibilem; quia ſic, non abſtraheret à materia; hoc enim habet, ratione materiæ intelligibilis: ſecundùm ſpeciem uerò; & rationem indiuiſibilis eſt; quo modo ab intellectu cognoſcitur: ut uerò dependet à ſenſato, & materiali, ſic repræſentans dicitur diuiſibilis. Vnde ad argumentum dicendum, quòd diuiſio illa non cadit in intellectu: unde, ſi offerantur diuiſæ actu intellectui, cum eiuſdem ſpeciei ſint; dicendum, ꝙ, ut unum, intelligeret.

Quod autē nō. Introducēs Auer. inquit; Cū dixerit, qūo intellectus intelligit illud, quod quātitate indiuiſibile eſt actu, potentia tamen diuiſibile; nunc intendit declarare, quod eſt ſecundū formam indiuiſibile, quod actu, & potentia indiuiſibile, & cauſam huius intentionis ponit Simplicius; nam, cum hic agat de intellectione indiuiſibilium, quæ in diuiſibilibus reperiuntur: prius quam ſermonem hunc expediat, interponit differētiam; quæ eſt in intellectione formæ ab hac intellectione dicta; ut ſit nota cauſa, quòd non ob aliud actum eſt de indiuiſibilibus, quę in diuiſibilibus ſunt, niſi, ut habeantur differentes ab intellectionibus formarum; namque iſtæ neque in tempore ſunt, neque diuiduntur aliquo modo actu, uel potentia; ſic & comparatę iſtis intellectiones, omnino indiuiſibiles ſunt. In textu ſunt tres particulæ, ut notat Hiſpa. prima facilis; ſecunda intelligibilis; tertia difficilis. inquit in prima, quod indiuiſibile eſt, non quantitate, ſed ſpecie; intelligit indiuiſibili tempore, atque indiuiſibili animæ notione. prima hæc manifeſta per dicta; quandoquidem intellectio comparatur rebus, quæ intelliguntur; ut hominis forma, quæ non intelligitur per partes, ſed ſimul tota; quare neque intellectio partitur, neque tempus: & hoc eſt, ut inquit Themiſtius, de mirabilibus intellectus; audit in tempore, intelligit autem non in tempore, ſed in nunc temporis. Simpl. autem inquit; Dixit indiuiſibili tempore; non quòd intelligatur tēpus; quia diuiſibile eſſet; ſed uoluit, nūc: ideo addens, indiuiſibile, tempus deſtruxit, quo modo dicitur nauis lapidea, quę natatū deſtruit interpoſuit autem mentis intellectionem (quæ indiuiſibilis animę notio dicitur) de formis ueris indiuiſibilibus; ut differentiam habeat inter hāc & intellectionem dianoeticæ: quæ cum diuidua ſit; diuiduas quoque formas intelligit; non tamen, ut diuiduæ. Secundùm accidens; Hanc ſecundam Latini exponentes inquiunt; quòd tametſi formæ iſtæ materiales ſint diuiſibiles; quin imò diuiſæ actu in indiuiduis non intelliguntur, ut actu diuiſæ, niſi per accidens, ſed quatenus indiuiſibiles ſunt. Philoponus alio modo exponit, inquiens, quòd forma materialis eſt per ſe diuiſibilis; quia extenſionem habet; & continuum, eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia; per accidens tamen indiuiſibilis, quatenus ſub unione illa, ſiue unitate formali, intelligitur, & ſic uoluit Philoſophus, quòd non inquantum illa diuiſibilia ſunt; ſed inquantum indiuiſibilia per accidens, intelligit. & notat, quòd intellectus per ſuam naturam T. c. 24.

turam habet, quòd indiuiſibiliter intelligat: at ſecundùm accidens indiuiſibile intelligit; quoniã accidit intelligibilibus, quòd indiuidua ſint, Sueſſ. intellexit Philoponum ſecundùm ſententiã Latinorum; & malè accepit; quia ly, per accidẽs, nó accepit in formis ratione diuiſibilitatis, ꝙ ſcilicet, per accidens ad rationem ſubiecti ſint diuiſibiles, vt acceperunt Latini: ſed ly, per accidens, expoſuit ratione indiuiſibilitatis, vt dictum eſt. erranit etiam in expoſitione Philoponi, & grauiter, cum dixerit eius eſſe ſententiam, quòd anima intelligat vniuerſales formas intellectione indiuiſibili: magnitudines verò, quę actu indiuiſibiles ſunt, intelligat intellectu diuiſibili, & indiuiſibili: talis autem phantaſia eſt. primus error fuit; quia opinio hæc non fuit opinio Philoponi; quandoquidem expreſsè dicat ipſe; Aliqui autem dicunt ipſum dicere animum phantaſiam. ſecundus error, quia non intellexit etiam hanc opinonem; tum, quia de forma, quæ intelligitur; & non de magnitudine erat: tum etiam, quia per phantaſiam, vt indiuiſibilis eſt; non aũt, vt diuiſibilis; quãuis & diuiſibilis ſit per accidens. hoc expreſsè ponit Philoponus, cum dicat, Vult dicere Philoſophus, quòd intellectus vtens phantaſia, intelligit formam materialem: ergo non magnitudinem. deinde addit; Vtitur autem, quod phantaſiæ indiuiſibile eſt. & probat, quòd habeat partem indiuiſibilem phantaſia; quia ſecundæ ſpecies ſibi occurrentes, non impediuntur à primis in ea exiſtentibus. deinde addit; Secundùm accidens verò diuiſibilis phãtaſia eſt; quia in ſubiecto eſt diuiſibili: & ob id dicendum, quòd intellectus vtens, tanquam organo, phantaſia, per accidens vtitur ipſa diuiſibili. At opinio ipſa in ſe etiam non eſt Ariſtotelica; quia phantaſia eſt uirtus in corpore, atque extenſa: ergo ſemper ſecundùm eſſe, quod habet in re, diuiſibilis erit; & nunquam indiuiſibilis, niſi in ſpecie: & tunc habebit eſſe cognitum: quòd verò ſpecies mutuò non ſe impediant, contingit hoc illis; quia ſpecies materiales non ſunt; quamuis non ſine materiæ conditionibus, ſed ſpiritales; vt contingit in eadem etiã parte medij duas reperiri ſpecies, atque inuicem oppoſitas, albedinem ſcilicet, & nigredinem; & tamen medium diuiſibile eſt. quòd etiam opinio Philoponi non ſtet cum Ariſtotele; manifeſtum eſt; quòd formę materiales, exceptis qualitatibus ſunt ſecundùm ſe indiuiſibiles: vt verò quantæ, ſunt diuiſibiles, & ſic per accidens diuiſibiles. cõfirmatur; quia vt ratio infinitatis congruit quantitati; ſic & ratio diuiſibilitatis: at ratio infinitatis in quantitate eſt, vt Ariſto. primo phyſic. a 5. addens; Subſtantiam autem infinitam, aut quãtitatem, aut paſsionem, eſſe non contingit, niſi ſecundùm accidens; ſi ſimul, & aliquæ quantitates ſunt. ſic igitur erit, & de diuiſibilitate. erunt itaque formæ materiales per accidens diuiſibiles, ratione ſcilicet, ſubiecti quanti; & non per accidẽs indiuiſibiles. meliùs itaq; Latini in hoc fundamento dixerunt: cum quibus & Auer. idem ſentit, ponens formam materialem, ſcilicet, eſſe actu, & potentia indiui[illegible]em per ſe, & vt forma eſt; per accidens verò, vt ſcilicet, in ſubiecto diuiſibili eſt, diuiſibilem. neque iſta inuicem pugnant; quòd, ſcilicet diuiſibilitas per accidens inſit illi; quod per ſe actu, & potentia indiuiſibile eſt; quia hoc per accidens non poteſt ei competere in ratione formæ; in qua omnino indiuiſibilis eſt; ſed hoc ratione materiæ: & ſic non ſecundùm naturam; ſed magis præter naturam formæ: hoc modo & inſtãs, cũ indiuiſibile ſit natura: quia tamen in continuo eſt diuiſibili; per accidens diuiſibile eſſe dicitur. hoc idẽ affirmare vr̃ Them. de intellectione, cum exponens illã indiuiduã eſſe, dicat; quia non per partes, & partes intelligit, quomodo profertur nomen per ſuas omnes ſyllabas, ordine tamen quodam, & in tempore. & inquit, Si quis commendat intellectionem diuiduã eſſe; concedendum; modò intelligat illam per accidẽs diuiduã. & addit; Non enim ſui natura diuidua eſt, ſed culpa uocabuli; quod cum mora profertur. At, cum iam oſtenſum ſit; quòd hic agit de operatione, atq; obiectis intellectus in actu; quæ & formę, & quidditates ſunt eædem, re cũ intellectus eſſentia; &, quod agit de aliis indiuiſibilibus, vt diſtinguuntur ab hoc indiuiſibili, quod forma tale eſt; ea propter intelligere non poſſumus hic de forma materiali, ut in ſubiecto diuiſibili eſt; tum, quia talis eſſe non poteſt obiectum intellectus in actu; tum, quia non ab intellectu in actu intelligitur iſta; ſed ab eo, qui dianoea dicitur, in prima ſcilicet, apprehenſione ſimplici quare dicendum, vt retro etiam dictum eſt, ex ſententia diuina Simplicii; quòd anima rationalis, & manet, & progreditur; ſic & indiuidua, & diuidua eſt. cum itaque interpoſuerit de parte indiuidua, quæ in intentione eſt, cum qua, quæ ſibi conuenientia ſunt, intelligit omnino indiuiſibilia; modò agit, vt differentiam notet, de particula animæ diuidua; quæ, & obiecta diuidua ſibi conuenientia intelligit; verbi gratia, apprehẽdit de homine, primò animal, ſecundò rationale, tertiò mortale. ſic diuidit ſpeculationem de homine, actu: cum verò ſimul omnia colligit; actus eius cognoſcitiuus, ſit indiuiſibilis: nõ tamen potentia talis, ſed actu; cum ſit apta diuidi: hoc itaque animę cognoſcitiuum, cum diuiduum ſit, atque in tempore diuiduo cognoſcat, proptia eius natura; cunque vt indiuiduum, atq; ut in tẽpore indiuiduo indiuiſibiliter apprehendat cognoſcibile, quod ſui natura diuiſibile eſt; per accidens dicitur intelligere: ita vt illud per accidens, non imperfectionem, ſed magis eſſe illud perfectum ſignificet: quia non ad diuiſibile; ſed ad indiuiſibile dirigitur. ſic rectè accepit ly, per accidens Philoponus, non rectè tamen accommodauit. ſic & Philoſophus inquit; Non quatenus diuiſibilia, quo intelligit, ſcilicet particula animæ, vt indiuiſibili; & in quo tempore, ut indiuiſibili; cũ ambo tamẽ ſui natura, diuiſibilia ſint. & addit; ſed inquantum indiuiſibilia. quod confirmat, oſtendens indiuiſibilibus indiuiſibilia reperiri. Sed eo forte. Exponens Auer. inquit,

quod

quòd indiuiſibile temporis non eſt ſeparabile à tempore; neque indiuiſibile magnitudinis à magnitudine; quinimo illud facit tempus eſſe vnum, inſtans ſcilicet; & pũctum, lõgitudinẽ vnam eſſe. hæc igitur natura eſt cauſa, quòd iſtę res ſunt vnę: & ideo, cum inſeparabile ſit, fuit, & per accidens diuiſibile. S. Thom. vult, quòd Ariſtot. hic compararet ad primum modum, qui fuit de ſpecie indiuiſibili. vt ſit ſenſus; Sicuti in illo eſt indiuiſibile, ſcilicet, ſpecies, quæ facit partes omnes totius eſſe vnum; ſic in continuis aliquid eſt inſeparabile, ideſt indiuiſibile; quod facit continuum eſſe vnũ. Simplicius verò exponit hoc ſtans in forma, quæ in materia eſt; quippè quæ, cum materiam perficiat, & aliquid ipſius eſſe videatur; à materia inſeparabilis eſſe dicitur: & conſiderata, vt forma materialis, & quæ ſubſtantiat materiam; non ſubſtantiatur autem à materia; vt ſic ſeparabilis eſſe dicitur: quamobrem dubiè dixit, Sed fortè. & hæc expoſitio magis ad Ariſto. neque particula iſta poteſt comparari primę; quia hic de forma diuiſibili; ibi de quidditate omnino indiuidua: ob id non rectè S. Tho. neque expoſitio de puncto ſatis tuta, vt dictũ eſt. Et hęc expoſitio Ariſtotelica eſt, quã dixit Simplic. & Platonica; at nõ vt differens ab Ariſto. vt malè Sueſſ. ſentit hic de Simplicio. At diceret aliquis, continuum dicitur vnũ, quia punctus, verbi gratia, in longitudine eſt, inuicem componens lineæ partes, & faciens lineam vnam, & non ſpecies lineæ. Dicendum, quòd punctus ea ratione dicitur id, quo linea dicitur vna; quia eſt id, quo dicitur continuum: &, quia continuum dicitur, & vnum; inde eſt, quòd dicitur vnitatis etiã cauſa: at formalis cauſa ea eſt, qua tale quid vnum verè dicitur; vt dies vna eſt per formã diei; ſic vnitas menſis, & talia; quia horum ſingulum continuum tale eſt; vt & rectè Themiſtius exponit. quinimò & vnitas talis in numero, in quo eſt manifeſta diuerſitas, reperitur; in quo non eſt communis terminus, partes copulans; vt binarius, vnus; pariter & ternarius propria forma, vnus dicitur.

T. c. 25. Punctum autem, & omnis diuiſio. Intentio ſecundùm omnes eſt agere, quomodo cognoſcatur indiuiſibile, quod, & potentia, & actu, indiuiſibile eſt. dixit, de illo, quod actu indiuiſibile, potentia verò diuiſibile; quale continuum fuit: deinde, & de illo, quod eſſentialiter indiuiſibile eſt; per accidẽs verò diuiſibile, vt de forma. ita Auer. continuat; in præſentia agere intendit, & de eo quod actu, & potentia, per ſe, & per accidens indiuiſibile eſt, quale punctum eſt, & vnitas. At contra Auerro. dici poſſet; quia c. 24. dixit punctum eſſe diuiſibile per accidens. Dicẽdum, quòd intellexit dictum illud metaphoricè, quatenus ſcilicet, reperitur in linea, & nunc in tempore, quę diuiſibilia ſunt; non tamen ſimul cum illis diuiduntur. In tex. ſunt tres particulæ; in prima duas propoſitiones (at ſecũdam per modum exempli) ponit, per quas, quod dictum eſt, manifeſtat: in ſecunda, oſtendit, quę ſit virtus illa, quæ priuationes cognoſcit: in tertia, concludit differentem ab iſta illam, quam intendit. inquit in prima, quòd talia omniſariam indiuiſibilia cognoſcuntur, vt priuatio: ſecundùm quod cadunt à diuiſibilibus. At dubium contingit; quia punctum non modo priuatiuum, ſed poſitiuum dicit: quare debet priùs cognoſci, vt poſitiuum eſt. confirmatur; quia punctum eſt principium lineæ: ergo, ut principium, antecedit notitiam priuatiuam ſui ipſius. præterea punctum diſtinguitur ab unitate poſt. primo quia punctus dicit poſitionem; unitas uero nequaquam. Dicendum, quòd indiuiſibilia omnino, ſunt quam maximè cognitu difficilia; cum ſenſum effugiant: quare per diuiſibilia, utpote per notiora, cognoſci neceſſe eſt: at cum diuiſibilibus cõparata, ſunt ut priuationes habitibus; quare ut priuationes cognoſcuntur. confirmatur, quia diffinit punctum Euclides acturus de dimenſionibus priuatiuè, cum dicat, eſſe, cuius pars non eſt. cõcludendum itaque aſſumptum, quòd poſitionem dicat; neganda tamen conſequentia eſt, quòd ſcilicet, ſic primò cognoſci debeat. dixit; Et omnis diuiſio, quod habet duplicem intellectum; uel, quòd dictum ſit reſpectu lineæ, & ſuperficiei; quæ, & ſi ſecundùm ſe diuiſibiles ſint; ut tamen priuationes, illa. ſ. latitudinis; hęc uerò profunditatis priuatione monſtrantur: vel, quòd intelligatur etiam de puncto; quatenus lineam diuidit, ut Philoponus, & Albertus, cum dicat; Punctum diuiſio, eſt, nunquam tamen diuiſibile. addit Ariſtoteles, ſimilem rationem in cæteris eſſe; ut quomodo malum, &cę. Inquit Themiſtius quòd Philoſophus oſtendit hoc uerum eſſe, ut in intellectu, ſic & in ſenſu: nam aliqua potentijs comparantur cognoſcitiuis, ut talia, ac propria facie mouentia: quędam uerò ut illorum priuationes, quatenus ſcilicet cadunt ab illis, ut punctus cadens à longitudine, lõgitudinem negat: ſic in ſenſu, quæ ſentiuntur per ſe, ut album, & lumen; quæ uerò ſecundũ priuationem, nigrum, & tenebrę; ſic & auditus per ſe, uocem; per accidens, ſilentium: eadem ratione intellectui obiecta talia comparantur, ſecundùm ſe, bonum; ſecundùm uerò priuationem huius, malum. & hoc Platonis dictis de materia aſsimilatur: quippè quæ adulterina notitia cognoſcitur. Intelligitur autem bonum hoc in generabilibus, ut Simplicius; quandoquidẽ bono æterno nullum ſit malum contrarium. neque id dictũ falſò eſt, quòd nigrum ſit albi priuatio; & ſi utrũque actu tale, & formatum ſit; quia nigrum conſideratur, ut cadit à perfectione albi; & comparatur albo, ut tenebrę lumini, ut inquit Philoponus. Oportet autem potentia. Auerro. in hac ſecunda particula exponens uirtutem hanc, quę priuationes cognoſcit, eſſe intellectum poſsibilem dixit, & argumento ſumpto à ſenſu. quod accepit à Themiſtio: nam, ſi uiſus, uerbi gratia, ſemper operaretur, & ſemper actu uideret; non poſſet aliquando tenebras cognoſcere; ſicuti neque auditus, ſilentium; ſic & intellectus, ſi actu ſemper intelligeret, & nunquam potentia eſſet, priuationes non cognoſceret. & addit Auerr. quòd iſta uirtus cognoſcens cognoſcit priuationem, cognoſcen-

do

dò ſe eſſe in potẽtia cum fuerit in potẽtia cõprehendit ex ſe vtrunq; ſ. eſſe in actu; & eſſe in potẽtia vult per hæc Auer. innuere, ꝙ intellectus cognoſcens ſe eſſe in potentia, cognoſcit priuationem: cognoſcit enim ſe priuatũ eſſe illo, ad quod eſt in potentia. Et hæc communis expoſitorum ſententia, de virtute materiali. ad quam ponendam duo ſuppoſita ſint, vt Philoponus, alterum quod ſit in potẽtia ad cognoſcibile; reliquum, ꝙ cognoſcibile ſit in potentia ſine virtute cognoſcente. Simplicius diuinè ſcrutatus, inquit, cauſam eſſe, quòd nunc agat de intellectu potentia, vt oſtendat intellectionem hanc ſecundã eſſe, & multis numeris diſtantem ab illa, quæ formas ipſas indiuiſibiles ſecundùm ſe ſpeculatur: hæc enim ſecundùm puriſsimum actum conſtituta eſt: illa verò potentię annexa eſt: ſic &, quod cogn cui comparatur, exiſtit: nanque forma, cũ qua illa ſemper ſtat annexa priuatio; cognoſcitur etiam ab intellectu imperfecto; cum quo ſemper reperitur potentia. neque intelligendum eſt ly, potentia hoc eſt, quod nullo modo intelligat: ſed, quod actu intelligat, imperfectam tamen intellectionem producat, cum ſecum potentiam teneat, ſiue imperfectionem; vt tenue videns, non dicitur nõ videre, ſed imperfectè videre: ſic & intellectus talis formam intelligens, ſimul etiam illius priuationem cognoſcit: & proportionatum ſic eſt obiectum cognitum virtuti cognoſcenti. hoc idem voluit Auer. intelligere, quando dixit; Oportet, vt intellectus cognoſcens habitum, & priuationem ſit in ſe eadem virtus; & hoc comprehendat comprehendendo ſe eſſe in potentia. & ſic comprehẽdit ex ſe vtrumque, ſcilicet, eſſe in potentia, & eſſe actu. addens; Et hæc eſt diſpoſitio intellectus materialis. & hoc modo intelligi debet, non vt Themiſt. intellexit Auerr. Si verò alicui. In hac tertia particula huius partis agit de differentia, quã habet intellectus in actu, ſiue pura, & indiuidua intellectus perfecti intellectio, ab ea, quæ cum potentia eſt, & indiuiſibilis: ſicuti prius etiam differentiam poſuit inter has de indiuiſibili, intellectiones. Latini & ipſi cum Auer. intelligunt partem iſtam de intellectu agente: cauſam verò, Simplicio excepto, non ponunt: quia dixit, quòd intellectus potentia habens contrarium, verbi gratia habitum. ſimul, & priuationem cognoſcit. addit, quòd, ſi ſit aliquis intellectus, cui contrariũ non inſit, ipſe ſe ipſum cognoſcit; & actu eſt, & ſeparabilis: tunc enim omnia hęc de illo verificantur; cum aliquando ſeparatus ſit: non enim poni debet ſeparatus, quaſi ſemper ſit talis, vt Deus eſt; ſed ſeparabilis: quia aliquando ſeparabitur, & actu erit. & eſt, qui primò à ſe progreſſus; mox in ſe ipſum reditus eſt; quia ſermo hic eſt de tali intellectu, & nõ de Deo. eadem fuit Auerr. ſententia, cum dixerit; Hoc eſt, in quo diuiditur iſte intellectus ab intellectu agente; quia in hoc potentia, & actus; in agente actus tantùm. & addit, quòd rectè vocauit hunc Philoſophus materialem, non corruptibilem, vt voluit Alexander; ſed cum potentia, atque imperfectum. intellectus autem, in quo potentia non eſt; neque priuationes intelligit, neque mala. & iſte eſt, qui ſeipſum intelligit: & cuius actio eius ſubſtantia eſt: & eſt ratio, & cauſa intelligibilium, vt rectè dixit Albertus; &, qui cognoſcendo ſe, cognoſcit alia. & hæc maximè de Deo verificantur: non tamen ob id, quòd hæc de Deo ſit prima intentio.

Dubitatur (quia dictum eſt, quod intellectus, potentia, intelligit priuationes) quomodo intelligat; ſecundò, an ipſi conueniat hoc in quocunque ſtatu: nam, quòd intelligat, palàm eſt; quia de non ente non formarentur tot conceptus, vt contradictoriorũ oppoſitionibus applicantur. Egid. inquit, quòd cognoſcit priuationem per habitum; idque bifariam; vel per habitum, quem habent; vel per quem non habent: primò modo, videndo lumen, interior ſenſus cognoſcit, quòd, ſi præſens non eſſet lumen; tenebræ eſſent: ſecundo modo, vt, cum nõ habeat tunc lumen; ſed habuit; cognoſcit tunc tenebram; cum lumen nõ habeat. At opinio iſta, & ſi ſecundùm ſe vera ſit; non videtur tamen Ariſtotelica: nam Philoſophus hic intelligit de intellectione ſimplici; quia de puncto, qui ſimplici apprehenſione priuatiuè cognoſcitur cum talis ſit eius diffinitio; Punctus eſt, cuius pars non eſt: ſic & malum dixit cognoſci, & nigrum. at cognitio talis per habitum, eſt cum diſcurſu: qui ſupponit, & primam, & ſecundam operationem intellectus: ergo. Aſſumptum patet. Gand. tenet, quòd priuatio intelligitur per ſpeciem habitus; non tamen per ſpeciem illius habitus, cuius eſt priuatio, ſed per ſpeciem alicuius alterius habitus, cum quo forma illa ſtare non poteſt, verbi gratia cognoſcitur intellectus in formatus ſpecie quantitatis, priuationem quantitatis, non per ſpeciem quantitatis; ſed per ſubſtantiam, cognoſcendo ſcilicet, quantitatem eſſe diuerſam à ſubſtantia: cognoſcit quantitatis priuationẽ, & ſpecies priuationis; cum cognoſcat ſpecies ſubſtantiæ, & illas non eſſe quantitates: quare tot quantitatis priuationes ſpecie erunt: &, ſi dicatur priuatio, quæ in materia prima eſt, cognoſcitur. Reſpõdet Gand. quòd hoc modo, verbi gratia, intellectus intelligit aliquam formam, quę eſſe non poteſt ſimul cum alia; tunc intelligit aptitudinem ſubiecti ad illam aliam, verbi gratia ignem, tunc cognoſcit aquę priuationem. At contra ſententiam iſtã arguitur: nam punctus priuatiuè cognoſcitur; & eſt priuatio lineæ; & tamen non cognoſcitur per aliã dimenſionem à linea: quia, ſi comparetur ſuperficiei; quòd, ſcilicet, non ſit ſuperficies; illa priuatio nõ correſpondebit puncto; quia illa dicit lineam non eſſe latam: punctus verò dicit priuationem longitudinis. præterea hoc fieret cum magno diſcurſu; primò cognoſcere vnam formã; deinde aliam; diſcurrere poſtremò, quòd iſta non ſit illa. & iam dictum eſt hanc non eſſe Ariſto. intentionem hic. Pro reſolutione huius dicti, notandum ex ſententia Simpli. ut elicitur, ꝙ priuatio bifariam; uel, quæ omnino priuatio eſt, ut malum; uel, quæ non penitus priuatio eſſe dicitur, ut punctum: nam punctum eſt ſic indiuiſibile,

bile,ut nunc in tempore:quare, ut priuatum diuiſione,ſecundùm priuationem conſideratur ſolũ: malũ verò,qđ omnino ſub priuatione eſt,in abſentia boni duntaxat eſſe habet,vt nõ ens;nõ ꝙ penitus nõ ens,& nihil;ſed eſt in abſentia entis,quatenus nõ ens eſt.his poſitis,fit cõcluſio talis;Intellectus potentia,de quo retrò dictum eſt,intelligendo habitum eadem intellectione priuationem illius intelligit:ſiue ſecundùm priuationem ſimpliciter fuerit; ſiue ſecundùm quid. Declaratur concluſio:nam intellectus talis non ſemper intelligit;cum imperfectus ſit;& potentia dicitur:quare & ipſi comparatum obiectum quandoque intelligitur;quandoque verò non: quare obiectum tale nunquàm ſine priuatione eſt:ſicut intellectus in illo ſtatu nunquàm ſine potentia: ſimplici itaque intellectione intelligens tale obiectum, ſecum etiam illius priuationem intelligit.hoc affirmauit Them.inquiens;Modo quodam contrariis contraria cognoſcit: vt operatur,formas ; vt potentia eſt,priuationes; quodammodo contraria, actus,& priuatio.

In ſecundo articulo maius dubium eſſe videtur;vtrum intellectus perfectus,qui ſeipſum intelligit,& per ſeipſum alia, intelligat priuationes. &, quia trahitur dubitatio hæc ad Deum vſque Glorioſum;Græci tenent, quòd non, cum dicat Them. Intellectus non communicans potentię, neque mala,neque priuationes intelligit. & hoc maximè verum eſt de prima cauſa; cum omnino à potentia remoueatur:neque teneret, ſi quiſpiã diceret; Cum intellectus in actu ſit perfectior eo, qui potentia eſt,debet intelligere quæcunque intelligit ille, & vltra aliquid. Cui rectè occurrit Them. cum dicat; Honorabilior intellectus ille eſt,non qui intelligit plura,ſed qui potiora. idem Simpl.cum dicat; Perpetuo bono nullum opponitur malum:neque alijs perpetuis formis reperitur oppoſita vlla priuatio.In oppoſitum eſt Latinorum ſententia: S. Thom.prima parte,quæſtio. 18. idem quæſtio. 14. articul. 10. primo contra Gentiles cap. 72. cum alijs fidelibus, quòd niſi Deus cognoſceret mala, punire malos non poſſet.arguit deinde S Thom.Nam Deus cognoſcit ſpecies omnes ſpecialiſsimas, 12.met.37. diſtincta cognitione:ergo vnã diſtinctam ab alia; quia ſpecies ſunt ſicut numeri.8. met. 10. ergo vnam non eſſe aliam ; quare & priuationem. ſecundo cognoſcit ſpecies contrarias, vt albedinem,& nigredinem:ſed oppoſitioni contrarietatis annexa ſemper reperitur oppoſitio priuatiua;ergo,&c. vltimò,Deus cognoſcit materiã;ergo & priuationem,quæ in materia eſt.cõfirmatur; Nouit Deus perfecta cognitione entia naturalia; ergo & eorum principia;ergo materiam, & priuationem. Dictis Theologorum fauet Plato de leg. & 2. de rep.& alibi in Phæd.inquiens,animas noſtras deduci ad iudiciũ,& pro demeritis puniri:quod nõ eſſet,ſi iudex ille demerita non cognoſceret. His ductus rationib. Sueſſ.determinauit pro parte iſta ad mentem Ariſto. inquiens, quòd Deus intelligere poteſt turpia,& mala intuitu ſuę eſſentiæ, vt proprii obiecti,apprehendit ſe; bona verò conſecutiuè intuitu eius eſſentiæ ; mala uerò intuitu bonorum;omnia verò vno atque eodem intuitu. Iſte vir grauiter peccat.ſed,dato uno inconueniẽti,alia ſequuntur.non intellexit tex. 31. ideo hæc dixit.Philoſophus dixit,ꝙ indiuiſibiliu intelligẽtia,circa quæ non cadit falſitas;ergo neque malũ. præterea ex iſto text.dixit,ad differentiam intellectus potentiæ,quòd intellectus in actu,non intelligit,niſi ſeipſum;ergo ſemper intelligit;.ergo obiectum,quod ſemper eſt; non igitur priuationes,quæ non ſunt. præterea.Si per bona, intelligit mala;intelliget,vt per habitum,priuationem; ergo aliquid opponetur eſſentiæ Dei priuatiuè; quod impium eſt. Thera.voluit concordare duas iſtas ſectas.& diſtinxit de priuatione;quę & reſpectu intellectus dicitur talis.& hoc modo negat intellectum agentem;atque alias intelligentias priuationes intelligere.& de hac voluit hic Auerro. intellexiſſe; cum dixerit; Cum intellectus agens ſit ſemper in actu; dici non poteſt, quòd intelligat priuationem, quæ exiſtat in ſeipſo.& in hoc differt à poſsibili: qui in ſeipſo priuationẽ intelligit.& per Auerr.confirmat,cum dixerit,quòd intellectus intelligit priuationem; cum intelligat ſe eſſe in potentia.ubi patet,quòd loquitur de priuatione, quæ ĩ intellectu eſt.altero modo capitur priuatio,quæ in re exiſtit:& ſic priuatio ab intellectu in actu,atque ab intellectu diuino apprehenditur. Doctor iſte errat bifariam; primò habet rationes in textu Ariſto contra ſe; quas & Sueſſ. habuit:ſecundò ipſe ſeipſum deſtruit. & deduco: nam intellectus in actu pro obiecto ſeipſum habet;& ſi ideas quoque intelligat; intelligit,ut eaſdem eſſentiæ ſuæ realiter:at, ſi priuationes intelligeret; ergo eaſdem ſuę propriæ eſſentiæ ; ergo priuationes eſſentiæ: quod negauit in primo membro.dicendum itaque,cum utriuſque ſectę fundamenta diuerſa ſint ; ab illis etiam diuerſæ concluſiones deducuntur.Secundùm Ariſt.anima humana,quamuis immortalis habeatur, ut probabitur; etiam magis,poſt mortem conſiderari non poteſt : quandoquidem paſsiuus intellectus, qui cogitatiua dicitur, & conſequenter ſenſitiua virtus corrupta eſt.cum verò Ariſto.ſemper medio ſumpto à ſenſu philoſophatus ſit; ea de cauſa ſuum non erit agere,quid illi poſt mortem contingat. Theologi verò,& cum illis Plat.cum habeãt diuerſa fundamenta,illi credita; iſte uerò intellectualia;potuerunt de illa,quid poſt mortẽ, agere.Sint itaque duę iſtæ concluſiones ſecundùm Ariſto. altera, quòd intellectus in actu nullo modo priuationes intelligit. fundamentum huius; quia talis non imperfectus eſt ; neque potentiã ſecum admittit, vt poſsibilis. confirmat hanc Them. cum dicat;Si mens non communicat potentiæ; neque priuationes intelligit,neque mala; ſed, quod maximè ens, & ,quod maximè forma eſt, intelligit, quàm remotiſsimè à priuatione, atque ab informatione:& intellectus talis,& maximè primus,nõ habet in ſe diuiſum intellectum ab intelligẽte, vt, in intellectu potẽtia eſt; ſed quatenus intellectus

intelli-

intelligibilis etiam dicitur ; & quatenus intelligibilis. intellectus : & magis veritas , quàm verum de eo dicitur ; non intelligens aliud , verum dicit , ſed ſeipſum : potentia verò intellectus id verum intelligit , cui opponitur falſum. Argumenta verò in oppoſitum facilè ſoluentur : & primùm , quia Deus non cognoſcit ſpecies abſtractiuè , ſed intuitiuè : & non primò ; ſed intelligendo ſeipſum : & ſic omnes vnico intuitu videt , in illo eſſe eminenti , in quo non reperitur priuatio . Opponitur autem priuatio ſpeciei , quando ſpecies eſt in eſſe formali , atque in materia . ad ſecundum per idem dicendum , quòd albedo , & nigredo non cognoſcuntur , vt contraria , ſed per identitatem ; quia contraria in Deo ſunt idem ; cum quicquid ſit in Deo ; ſit ipſe Deus . ad tertium ; Deus in eodem eſſe materiam cognoſcit , in quo non conſideratur cum priuatione . neque Deus per principia illa cognoſcit entia naturalia ; ſed per ſeipſum , vt dictum eſt : non itaque priuationem cognoſcit . At , ſi dicatur ; Aliæ intelligentiæ , à Deo , non ſunt liberatæ à potentia : ergo poterunt intelligere priuationes . Dicendum , quòd potentia bifariam ; vel , quod poſsit , recipiendo , intelligere aliud à ſe ; & ſic in intellectu arguit ſummam imperfectionem ; qualis eſt in noſtro intellectu poſsibili : alio modo comparatiuè ad Deum ; quo modo vnaquæque Deo imperfectior eſt ; ſingula tamen ſeipſam intelligit . dicendum itaque , quòd intellectus primo modo priuationes intelligit ; ſecundo vero non . Altera concluſio Theologica , & uera eſt , quòd intellectus diuinus intelligat mala . fundamentum ; quia hoc arguit in Deo ſummam perfectionem ; cum nihil effugiat facies eius ; ſed inſtar uirtutis , quæ perfectiſsima iudicatur , cum ad minima uſque penetrare valeat : ſic & intellectus Diuinus , cum omnium cauſa ſit ; ſuo quoque lumine intellectuali cauſatiuo ad minima quæque ſe extendit . Plato & ipſe cum intellectuali medio proceſſerit ; potuit de anima , à corpore ſeparata , ſermonem habere . & ſic , quæ dixit , vera quidem dixit.

T. c. 26. Adhuc dictio quidem , Intentio , ut Latini introducunt , eſt ponere differentiam adhuc inter duas iſtas intellectus operationes , ſimplicium ſcilicet , apprehenſionem ; & compoſitionem , & diuiſionem . & fundamentum huius differentiæ eſt ; quia in prima illa , veritas ſola eſt ; non autem falſitas : in ſecunda verò iſta , utraque reperitur . me hercule , non uideo , quomodo excuſabitur Ariſtoteles à nugatione ; quandoquidem idem dixerit ſecundùm etiam eorum ſententiam , atque cum eodem fundamento in textu vigeſimoprimo. Auerroes non continuat . inquit tamen Sueſſanus , quòd continuat ſe ad prædicta : colligit enim differentiam inter intellectum agentem , & materialem ; cum dicat , quòd intellectus agens non intelligit priuationem ; ſed eſt ſemper in actu . nunc apponit ſecundam differentiam , quòd , ſcilicet , intellectus potentiæ quandoque intelligit uerum ; quandoque falſum ; & ſemper verum admiſtum falſo : agens uerò ſemper verum . At intentio iſta non potuit Auerrois eſſe in hoc textu : non in prima parte ; quia , ut Latini , ponit ipſe differentiam inter formationem , & fidem ; quarum utraque ad materialem attinet intellectum : non in ſecunda parte textus ; quia exponit prima expoſitione ly , abſtractum , de intellectu materiali ſolùm ; quare non rectè accepit Auerroem, Philoponus inquit intentionem eſſe ponere differentiam intellectuum omnino ; cum egerit hucuſque de intelligibilibus : & trifariam diſtinguuntur ; primò vt , qui ſimplicia , ab illo , qui compoſita ; quod dianoeticæ opus eſt: ſecundò, qui potentia eſt , ab illo , qui actu : tertiò, qui practicus , à ſpeculatiuo . In hoc agit de prima differentia. Sueſſanus laudat hanc introductionem , damnans Auerroem , & Simplicium : nec mirum eſt ; quandoquidem hoc in loco neutrum iſtorum intelligat . quòd non Auerroim , per dicta patuit : quòd non Simplicium , declaro ; Inquit ipſe , quòd Simplicius opinabatur animam complicatam eſſe ex ſubſtantia impartibili (quæ intellectus ſimplex , atque indiuiduus) & ſubſtantia partibili , quæ , ſcilicet , partibilis eſt per uniuerſum corpus . ex quibus colligitur per Simplicium , vnum eſſentiale , quòd anima rationalis eſt , cuius ſuprema pars eſt intellectus ſemper intelligens : alia , quæ ratio dicitur , quæ poteſt percipere ideas : tertia , imaginatio , quæ recipit ſenſibilia : quarta , uegetatiuum . ex his omnibus conflatur tota rationalis anima . damnat deinde Simplicium ; quia dictio , & ſimplex intellectio eiuſdem uirtutis ſunt . At mea quidem ſententia, Doctor iſte non intellexit Simplicium , primò in fundamento ; quia nuſquàm Simplicius dixit , rationalem animam eſſe ex imaginatione , & uegetatiuo gradu ; ſed duntaxat manentem , & progreſſam , ſcilicet uſque ad phantaſiam , ut paſsim retrò uiſum eſt . errauit quinetiam in illo , Dictio , ut patebit in expoſitione primæ partis . dicendum itaque , ut diuinè introducit Simplicius , cum Philoſophus dixerit de illa animæ ſuprema particula , quæ dicitur mens ; uult rurſum , & palàm aſsignare differentiam inter particulam illam , & ſubſtantialem intellectum noſtrum cum diuiſibilitate rationali . & notat Simplicius rationalem animam noſtram mediam eſſe ; ea propter captu difficilem : ſiquidem

media difficilia cognitu ſint, atque interdum nominibus uacantia: quare ab extremis antiqui media declarabant. ſic & Plato in extrema reſpiciens, animam rationalem, diuiduam, atque indiuiduam appellauit; ut, ſcilicet ad ſuperiora, indiuidua; ut uerò ad corpus declinat, diuidua diceretur: nec tamen partibilis, vt altera eius particula diuidua; indiuidua altera foret: ſed tota, & ſecundùm ſe totam diuidua, atque indiuidua eſſet; perinde atque color medius, flauus, verbi gratia, qui ſimplex eſt, atque medius, niſi comparatione extremorum dicitur totus, & per ſe totum, albus, & niger, vt diuerſimodè comparatus, fuerit. Sic & Ariſtoteles, vt inquit Simplicius, animam ex mente, & ſcientia, habitu ſcilicet, conſtantem intellexit. per quæ verba facilè cuiuis erit cognoſcere Sueſſan. errorem: cum ex habitu, & actu compoſitum, non ex imaginatione, minus etiam ex vegetatiuo gradu conſtare voluerit; ſic anima media; non enim mens pura eſt ipſa ſecundùm ſe tota: neque ſcientia pura habitualis; quæ per cauſam eſt; ſed comparatione vtrunque.. In textu duæ ſunt particulæ exponendæ; in altera, quod dictum eſt; in reliqua idipſum, argumento ſumpto à ſenſu manifeſtat. inquit in prima. Ad hæc dictio quidem. Latini cum Auerroe, & Philopono, intelligunt ſecundam intellectus operationem; in qua compoſitio; & diuiſio eſt; & verum, & falſum. & eſt dictio talis, aliquid de aliquo, vt affirmatio eſt, & fides ſecundùm Auerroem. At non omnis intellectus talis eſt; verùm, qui ipſius duntaxat, quod quid eſt, verus eſt ſolùm; quia adæquatur rei illi ſimplici intellectæ. & dixit, quod quid erat eſſe, ut exponit Sanctus Thomas, ideſt, ſecundùm quod intelligit, quid eſt res, verus eſt ſemper. & hoc modo in hac particula prima differentiam inter primam, & ſecundam intellectus operationem apprehendit. At expoſitio iſta, ut etiam illorum introductio ſecundùm Ariſtotelem non eſt. & obiicit huic Simplicius per communem dicendi modum Ariſtotelis; quippè qui, & ante ipſum Plato ſemper in expreſsione ſimplicium dictionum uſus eſt hoc uocabulo, φάσις: vnde in hac prima particula fuit intentio Ariſtotelis, dare differentiam animæ ipſius rationalis, ut tota ipſa ſecundùm ſeipſam totam à pura mente diſtinguatur; cum utrunque ſit; neutrum tameſi purè: & eſt de eademmet anima ſimplici, & indiuiſibili, quæ diuerſa uidetur duntaxat per comparationem: quod non cognouit Sueſſanus. inquit itaque Philoſophus, Dictio, ſimplex ſcilicet anima, quæ aliquid de aliquo, eſt ueluti affirmatio uera, uel falſa; namque eſſe affirmationis conſiſtit, quatenus aliquid de aliquo dicitur; quod notat diuiſionem, & lapſum à ſimplici unitate. Sic uoluit intelligere animam: per hanc ſimilitudinem, quando à ſeipſa progreſſa eſt; & ſcientiæ comparatur, quæ à cauſa per diſcurſum pendet: ut, ſi dicatur, flauus color diſgregat; uerum erit hoc, quatenus albo communicat. accepit autem affirmationem; quia non ens, intelligibilibus non conceditur, ut Parmenides quoque affirmauit; quare neque eſſentiæ animæ, quæ pura eſt. Deinde inquit Philoſophus; Intellectus autem non omnis. tangit differentem alteram partem, quæ mens dicitur, & dictio; cum dicat hæc, non aliquid de aliquo. & accepit mentem, loco dictionis, ut rectè Simplicius, modò talis ſemper uerus; qui eſt ipſius, quid eſt, ſecundùm quod aliquid erat eſſe: non enim per duo hæc idem voluit, ut Diuus Thomas; ſed per, quid eſt, intellexit ſubſtantias rerum; per quod, quid erat eſſe, formam, ſiue quidditatem veram, ſecundùm quam intellectus verus ſemper: non enim illam, cum indiuiſibilis ſit, partim attingit, & partim non, ſed ſecundùm ſe totam, totam attingit. Sed ſicut uidere.. Latini exemplum hoc accommodant primæ operationi intellectus; vt, ſicuti in viſione proprii obiecti non contingit in uiſu error; ſic nec in ſimplici intellectus apprehenſione contingit: ſi uerò fiat compoſitio, vt quod albus Cleon ſit, vel aliquid aliud, in hoc error contingere poteſt. particulam uerò vltimam textus. Sic & quæ ſine materia. exponit Sanctus Thomas de ſubſtantiis ſeparatis, quòd intellectus earum, ſcilicet, ſemper uerus, ſicuti nos, cum intelligimus, quod quid eſt. At expoſitio hæc ſuſpecta eſt, & ualde: nam intellectio quidditatis, quæ noſtra eſt, æquiuocè dicitur cum ea, quæ intelligentiarum eſt: ſiquidem noſtra cum phantaſmate, & cum intellectu poſsibili; illæ uerò ſine phantaſmate, & cum intellectu, qui actu ſemper eſt; ergo adinuicem comparari non poſſunt. Auerroes exponit locum bifariam; altero modo, quòd intelligatur de materiali intellectu; qui & ipſe à materia ſeparatus eſt in ſua comprehenſione: altero, quòd intelligatur de intellectu; cuius intellectio per accidens non eſt: quia ſuum intellectum eſt abſtractum à materia. In hac expoſitione uidetur bifariam peccare Auerroes: primò, quia falſum eſt, quòd intellectus, ut materialis eſt, ſit à materia abſtractus, tameſi ſubiectiuè; non tamen obiectiuè: præterea ſermo Ariſtotelis, eſt in plurali: ſecundò ſibi contradicit in ſecunda; nam Ariſtoteles ſimilitudinem hanc applicat priùs dictis: & intelligitur de dictione. modò Auerroes per dictionem in prima particula textus expoſuit formationem, quæ ſecundùm Simplicium materialis eſt intellectus: in hac uerò intelligit de intellectu adepto; imò de intellectibus ſeparatis: quod eſſe non poteſt. dicendum itaquè, ut diuinè Simplicius, notans in primis, quòd ex arte intellectum viſui comparauit Ariſtotelem quo ad

intel-

intellectionem ſimplicium quidditatum ; quamuis eadem lege & aliorum vnuſquiſque ſenſus ſimplex ſuum cognoſcit obiectum ; atque circa illud non contingit errare, ſeruatis conditionibus : de quibus in ſecundo. tum, quia uiſus comparatur lumini ; tum, quia à remotis cognoſcit ; & ſimul totam habet notitiam ; & quia maximè impaſsibilis dicitur, & actiuus: ea propter commodè potuit inter cæteros intellectui comparari : eſt itaque verus, ſi ſimplex fiat. ſic, inquit Philoſophus, ſe habent quæcunque ſine materia ſunt ; ſupple, ſicut propria ſenſibilia ; quia ſubſtantiæ indiuiduæ ſunt perfectæ ; quinimò puræ ipſæ perfectiones, & termini indiuiſibiles : quippè qui in eorum ſimplicitate omnia colligunt. comparatur autem ad hoc ſolum ſenſibile, quod ſimplex eſt ; quod intelligitur veluti ab vno, & ad vnum. Dubitat Sueſſanus quomodo obiectum intellectus abſtrahat à materia : & diſtinguit materiam, quæ eſt tranſmutationis; & materiam propoſitionis ; quæ eſt ſubiectum, & prædicatum. & ſoluens inquit, quòd intellectus obiectum abſtrahit à materia propoſitionis ; quia ſimplex eſt. At ſolutio iſta inepta ſatis eſt ; tum, quia Philoſophus, realis cum ſit, curam non habet de propoſitionis materia, quæ logici negocii eſt : tum etiam, quia obiectum illud ſimplex mentis abſtrahit à materia omnino. adhuc ineptiùs damnat Simplicii expoſitionem circa uerba hæc textus nouiſsima ; cum dicat Simplicium intelligere, per ſeparata à materia, Deum, & intellIgentias : quandoquidem Simplicius, perfectiones, ſiue impartibiles terminos, eſſe dixerit ; quos paſſim appellat ideas. de quibus & hic ab ipſo ſermo eſt.

T. c. 27. Idem autem eſt. Introducens Auerro. cum Alberto, inquit, quòd fortè voluit dare cauſam, quare intellectuum ſeparatorum apprehenſio eſt formatio ; cum qua falſitas non admiſcetur ; quia idem eſt ſcitum, & ſciens præciſè : quod numeris omnibus in Deo veritatem habet. at intellectus noſter à potentia in actum procedit. Philoponus iuxta intentionem, quam retrò poſuit, inquit nunc Philoſophum agere de differentia intellectus, qui potentia eſt, ab eo, qui actu : & duas aſsignat differentias. Sueſſanus ſecundum Simplicium introducens, de more ipſum non intelligens, inquit, quòd cauſa, quare eadem præciſè repetat hic, quæ in textu commento uigeſimo, dixit ; fuit, quia ibi egit de intellectu agente, ut forma, & pars animæ rationalis ; hic uerò, ut operatio, quæ dicitur ſcientia : deinde admiratur Simplicium, quomodo loquatur hic de intellectu, ut ſcientia ; illic, ut forma. At bonus iſte Philoſophus non cognouit, quæ dicta ſint à Simplicio ; quandoquidem neque ibi de forma ; neque hic de ſcientia : ſed ibi cum Philoſophus egiſſet de eſſentia animæ intellectiuæ, & de illa potiſsimum particula, quæ perfectiſsima eſt, intellectu ſcilicet, in actu ; ſaluans animæ medietatem, dixit, quo ad eſſentiam intellectus ſecundùm ſe, & ut à ſeipſo diſtantis, ut frequenter dictum eſt : cum verò à vigeſimoprimo, de illius operationibus egerit ; & quomodo ab illis differant, quæ illius ſunt, vt progreſſus eſt ; modò per epilogum eiſdem nominibus vtitur ; quibus & eius puriſsimam operationem ab impura diſtinguat. & miro ſanè artificio ibi incepit ab eo, qui potentia eſt ; & dixit præcedere tempore, vtpotè à faciliori ; & qui duceret nos in notitiam eius, qui actu eſt. modò epilogans, incipit ab eo, qui actu, cum iam cognitus eſt. Secùndùm Philoponum, & communem expoſitionem, prima differentia erit ; Quia intellectus in actu, dum intelligit, eſt & actu cum re ſcita : at qui potentia eſt, minimè : ſecunda differentia ; Qui potentia eſt, in eodem, tempore prior actu, & cætera. & textus clarus eſſet ; at non pro dignitate Ariſtotelis, ut in retrouiſis cognitum eſt. In textu itaque duæ ſunt particulæ exponendæ, ex ſententia Simplicii : in prima ponitur differens pura intellectus operatio ab ea, quæ progreſſa eſt : in ſecunda quaſi dictum corrigens, oſtendit, quòd neque in eodem potentia præcedit actum. Primam exponentes concordant de intellectu abſtracto penitus ; cuius ſcientia in actu, eſt ipſum ſcitum : quia, vt Albertus notat, non fit receptio intellIgibilis extra ſe alicuius : non enim intelligenda eſt ſcientia hic, quæ per habitum habetur ; & quæ ſubſtantiæ progreſſæ ſit ; quæ per alteritatem quandam fit ; ſed quæ per omnimodam identitatem : mens ſiquidem ea propriè eſt ; cuius operatio eadem ſubſtantiæ ſuæ eſt omnino. Quæ verò ſecundùm potentiam tempore prior in vno eſt. In hac particula primò ponit hanc, quæ in generabilibus omnibus veritatem tenet, quòd potentia præcedit actum in eodem, ut imperfectum perfectum ; nunquam autem actus potentiam ; in diuerſis tamen prior actus : quandoquidem, quæ potentia ſunt, egent aliquo exiſtente actu ; à quo de potentia ad actum reducantur : veruntamen in anima rationali, quamuis, vt ad corpus uergit, imperfecta ſit, & tranſeat per habitus ſcientificos de potentia in actum, non eſt omnino uerum, quòd in eadem anima, potentia præcedat actum tempore ; quinimò in illa actus præcedit potentiam, priùs intellectus, ſecundùm ſe, purè operatur ; & ſeipſum intelligit : mox in operationes pendentes à corpore deſcendit : tametſi, ut complicatus corpori, potentia præcedat. Latini cum Auerroe particulam hanc legunt, in diuerſis, quod falſum ſit potentiam præcedere : & ly, omnino autem, capiunt pro quodam generaliter ſumpto ; & ſic diuerſa reſpiciente : at diuinè, & ad mentem magis Ariſtotelis expoſuit totam hanc particulam ad eandem intentionem Simplicius ; ut ſenſus fuerit ; In eodem potentia præcedit actum tempore ; ſequatur deinde, omnino autem, ſcilicet in eodem, neque

tempore. & dictum ſit hoc modò; quia dubium non eſt, quòd præcedat actus, natura, honore, ac dignitate. Sequitur; Ab actu ente ſunt omnia, quæ facta ſunt. Exponunt hoc communiter, vt veritatē habet in diuerſis; his ſcilicet, quę generantur: quandoquidem ſupponant ſemper, à quo educantur. At veritatem habet quinetiam de anima, vt intentio eſt; quia, ſcilicet, de potentia ad actum educitur imperfecta, à ſeipſa perfecta; cum in ſeipſam recurrat; ac ſeipſam intueatur veris plenam rationibus, vt ſatis de hac dictum eſt.

T.c. 28. Videtur autem ſenſibile. Intentio, ſi ſequamur Auerro. cum Latinis omnibus, & Themiſtio de Gręcis, videtur eſſe, comparare intellectum ſenſui: nam, cum ſatis de intellectu dictum ſit, vt inquit Diuus Thomas, modò comparat ipſum ſenſui; & primò in motu. Dicendum tamen, & meliùs cum Simplicio, & Philopono, quod intentio eſt in hac parte agere de intellectu practico, cum ſatis hucuſque actum ſit de ſpeculatiuo: nam ſpeculatiuus, & practicus, vt rectè Philoponus, non differunt ſubiecto, ſed habitudine: comparatur ſiquidem viſui ſpeculatiuus; qui duntaxat colorem album, vt album, cognoſcit: at practicus & ipſe viſui, vt colorem illum vel fugiendum, uel proſequendum: talis nempè intellectus dianoea dicitur; ſicuti qui priùs, verum, & falſum; ſic & iſte, bonum, & malum: eſt enim, vt inquit Simplicius, non ſolùm veritatis ſpeculatio, ſed & boni; non tamen veluti cuiuſdam extra veritatem exiſtentis, & ab ea alieni; ſed ipſius veritatis, tanquàm optimæ exiſtentis, & optimi finis. aduertendum tamen eſt, quòd & mathematicæ fine potiuntur; ſed illo, veluti notitiæ illius veritate: at practicus, quia illo vtitur; & circa illum agit; & quatenus bonum cognoſcit; ſuus ille finis exiſtit minimè; ſed quatenus iuſtè, aut prudenter agit illud. Cauſa verò huius ordinis, quare ſcilicet, priùs de ſpeculatiuo; mox de practico egerit; ſumitur clara ab Alexand. primo metaphyſi. primo, laudante cum Ariſtotele ſcire ſpeculatiuum, & anteponente illum practico; cum dicat, in rebus etiam agendis anteponendam eſſe actioni cognitionem. quare autem hic à ſenſu inceperit, dicendum, non tamen ſecundùm Latinos, vt comparet intellectum ſenſui; quia ſatis actum eſt de eorum conuenientia, pariter & differentia; ſed, vt eundem in practico, quem in ſpeculatiuo declarando, ordinem ſeruet. Talis autem erit ordo, vt à notioribus nobis initium fiat, ſi acturi de intellectu, priùs dicemus de ſenſu in his, quæ vtrique modo quodam communia ſunt: ſic nobis clariora reddentur, cum ſenſata ſint. Eundem notauit ordinem Simplicius aduertens eum, quod ſenſu vtitur, non vt ſimpliciter cognoſcente; ſed vt apprehenſiuo iucundi, vel moleſti. Notauit & Philoponus tres eſſe differentias inter ſpeculatiuum, & practicum intellectum: prima, quia practicus circa particularia ſemper verſatur; ſpeculatiuus verò, vniuerſalia: ſecunda, practicus phantaſia ſemper vtitur, ſpeculatiuus verò non ſemper: tertia, & quam maximè propriam dicit, eſt; quia in ſpeculatiuo ſemper verum, & falſum; in practico verò ſemper bonum, & malum. In tex. tres ſunt exponendæ particulæ: in prima declarat, quo motu moueatur ſenſus, oſtendens ipſum non eo motu moueri, qui imperfectus eſt; quique in potentia eſt; de quo ſatis actum in Phyſicis: in ſecunda concludit: in tertia declarat, qui ſenſus huic deſeruiat intellectui. in prima inquit quòd ſenſibile videtur agens actu in potentia ſenſitiuum. & addit; Non enim patitur; neque alteratur: nam, cum dictum ſit, ſenſum à ſenſibili pati; &, quod tale eſt, alteratur: & omne tale alteratur à contrario: &, quod ſic mouetur, in potentia eſt, ad alterum, ſcilicet, contrarium, quod in termino motus eſt, recipiendum: &, quod in potentia eſt, includit imperfectionem: quare & ſenſus, ſi ſic moueretur, actum imperfectum haberet: cum verò non illi conueniat; eapropter dicit Philoſophus; Vnde alia hæc ſpecies motus: nam res materiales illæ ſunt, quæ transferuntur de potentia ad actum. at in ſenſu nulla fit talis paſſio in receptione ſenſibilis: nihil enim de ſenſu abiicitur: neque progreſſus fit de forma in formam, fluendo, ut de forma in materia genita contingit. non ſic itaque ſenſitiuum à ſenſibili mouetur: ſed, ſi concedatur moueri; ſenſorium illud erit, quod mouebitur; non autem ſenſus ipſe: quandoquidem perfecta uita fit ſenſus, ut inquit Simplicius, & occurrens ſenſibile iudicat: intus enim fit iudicium: eget tamen ſenſibili obiecto præſente, quod ſenſorium moueat; cum non ut phantaſia de abſentibus iudicium ferat; ſed excitatum à præſentibus, cognoſcat: ſic intelligitur moueri, cum præſentia obiecti ſenſibilis, qui priùs potentia ſenſus erat, totum ſimul actum moueat, & illum indiuiſibilem; qui non tempore, neque continuitate, ut realis motus menſuratur. & rectè dixit Ariſtotel. Videtur, ut notauit Simplicius; quia non agit ſenſibile in ſenſitiuum, ſed in ſenſorium: & ob id reddidit cauſam, quare dixit, Videtur. inquiens; Non enim patitur, & cæt. quia in ſenſu ſola eſt motus perfectio: ut, ſi quis à motu, quod imperfectum eſt, remoueret; nouiſſimus duntaxat remaneret actus, ſine perfectio: & talis eſt, quæ ſenſui conuenit; & iudicium appellatur. motus itaque talis, ſpecie ab reali motu diuerſus, ſimultaneus erit, atque impartibilis de non ſentire ad ſentire. Auerroes reddit cauſam, quare huic motui ſenſus non contingit diminutio, ſiue actus imperfectus; reali uerò contingit. & inquit, quòd motui accidit eſſe actionem imperfectam propter materiam; non tamen ſecundùm quòd eſt actio. &, cum hoc ſit accidens actioni; poterit aliquando eſſe actio ſine tali accidente. & addit; Quod ineſt alicui per accidens, neceſſe eſt, ut non ſit ei, ſecundùm quod eſt: quare poterit ab eo ſeparari. At contra dictum hoc

ſtat inſtantia; cum motus diffinitus ſit 3. phyſic. à Philoſopho per eſſe actum diminutum entis in potentia, vt in potentia; qnare hoc conuenit omni motui; cum ſit de prædicatis primi modi, & inquantum motus. Dicendum, ſecundùm Auerroem, quòd ly, accidere, non debet ad motum transferri, ſed ad ipſum actum, ſiue perfectionẽ: accidit ſiquidẽ actui, quòd imperfectus ſit. quòd, ſi hoc ſecundùm ſui naturam conueniret; tunc quilibet actus talis eſſet; & ſic Deus glorioſus. quo nihil abſurdius, ac nihil impium magis. in ſenſu itaque ſimpliciter eſt actus, qui perfecti eſt. Dubitat hic Sueſſanus, vtrum ſenſatio ſit motus. & probat, quòd non, ſecundùm Egid. duo illa aſsignans fundamenta: tum, quia non abiicitur aliquid in ſenſu: tum etiam, quia non fit ſucceſsio fluens de forma in formam. inquit ipſe, rationes iſtas friuolas eſſe: prima quidem; quia tollit ſenſationem, motum eſſe corruptiuum, non autem motum: ſecunda quinetiam; quia ſucceſsio non ponit rationem motus. & dat inſtantiam: nam formæ elementariæ ſucceſsiuè acquiruntur; non tamen mouentur; neque ſubitatium tollit rationem motus: nam Auerro. 8. phyſi. 23. poſuit augmentationem ſubitariam eſſe: & tamen eam dixit eſſe motum, & 3. & 5. phyſic. quare concludit Sueſſanus ſenſationem eſſe motum, perfectiuum tamen. vtrum autem vniuocè dicatur cum vero motu, inquit motum vniuocè dici de ſenſatione, & alteratione, ſecundùm rationem metaph. quia vterque eſt actus entis in potentia, vt in potentia: at ſecundùm rationem phyſic. ęquiuocè: nam alteratio eſt entis in potentia tranſmutabilis, vt tranſmutabile eſt: ſenſatio verò eſt actus entis in potentia, ut in potentia. Opinio talis, ſalua huius viri pace, peripatetica non eſt: & primò quo ad eius fundamentum de ratione metaph. nam ratio metaph. cum ſit tranſcendens, abſtrahit à motu, & à materia ſenſibili: nam, ubi motus; ibi materiam eſſe neceſſe eſt, ſecundo meta. 12. at cõſiderare motum, ut actus entis in potentia, ut in potentia, eſt conſiderare motum per diffinitionem motus; ſic diffinitus eſt phyſ. 3. quod, ſi dicat Conſideratur ſecundùm puram duntaxat trãſmutationem; tunc dicendum, eadem ratione Metaphy. abſtrahere à quacunque tranſmutatione. ruit itaque ratio fundamenti huius. præterea ruit & alterum, quòd ſubitarium non tollit rationẽ motus; quandoquidem Philoſophus tertio phyſico. primo, dicit agendum eſſe de continuo; quia motum conſequitur. cum itaque ſit per ſe conſequens motum, quilibet motus menſuratur tempore: non ſtat itaque cum motu, ſubitarium. Ad illud de augmento, non rectè acceptum eſt: nam Philoſophus tertio phyſico. ſexto, dixit augmentationem verum motum; cum non recedens à diffinitione motus, dixerit; Augmentabilis, quatenus augmentabile, & cæt. & ibi Auerro. dixit, augmentum compoſitum eſſe ex pluribus motibus, & pluribus quietibus: & per quietes mutata eſſe intelligebat: & non intellexit illa per motus. errauit etiam, dicens, quòd ſucceſsio non ponit rationem motus, ſi per ſe dicatur; ſi verò conſecutiuè, dicit motum factum in alio: & ſic ad inſtantiam de formis elementorum dicẽdum, quòd ſucceſsio illa, quæ fit in illorum generatione, ſi per ſe conſideretur, eſt uerus motus, quia talis fit in alteratione primarum qualitatum: ſi verò conſecutiuè, dicendum, quòd ſupponit motum factum in qualitatibus: propter quem eorum generatio ſucceſsiuè conſequitur ob formas illas ſubſtantiales in natura imperfectiſsimas. dicendum itaque cum Egid. quòd ſenſatio non eſt motus, niſi exiſtimatus, vt ſecundo ani. 37. Auerro. expoſuit, quod Ariſtotel. dixit; Videtur alteratio quædam, cum non habeat duas illas conditiones, quas & Alber. poſuit: vel ſaltem illarum alteram. & ſic ſenſatio habet actum de motu, nõ autem imperfectionem ipſam, ut rectè ex ſententia Auerro. dictum eſt, & Græcorum omnium. Dubitatur adhuc; quia uidetur, quòd ſenſatio fiat in tempore; quia actio diminuta præcedit ipſam ſenſationem, ſecundo ani. 54. præterea, Si ſenſatio, & intellectio fierent in inſtanti; ſequeretur, quòd ſenſus, & intellectus eſſent uirtutes infinitæ. deducitur; Nam ſi qua uirtus producat, A, in tanto tempore; quæ perfectior, producet in minori; & quæ illa adhuc perfectior, in minori: ergo, quæ infinitè perfecta, in inſtanti producet. Dicendum ad primum, quòd illud per accidens contingit ratione diſtantiæ obiecti ſenſibilis à ſenſu: ad ſecundum, quòd ueritatem haber in habentibus contrarium. Dubitat & Auer. cum comparauerit in hoc ſenſationem intellectioni; quia utraq; fit in inſtanti; quomodo intellectus, cum ſit immaterialis, poſsit in eo fieri receptio: quia, ſcilicet, proprium materiæ, eſt recipere; quia etiam eius proprium eſt pati. Soluit; quòd materia ſignatè recipit, ſiue indiuidualiter: intellectus uerò uniuerſaliter, & abſtractè. Si dicatur; Cœlum recipit & ipſum indiuidualiter, ubi diuerſa; & tamen in materia non eſt, Dicendum, quòd & ipſum materia talis eſt, qua ſicuti à prima abſoluitur omnino intellectus. Sentire quidem. In hac particula ponit ſimilitudinem inter ſentire, & intelligere. & inquit Auerroes, quòd hęc eſt in nomine tantùm, ſcilicet, quia utrunque dicitur actio perfecta, & quæ in inſtanti fit: neque ſupponit actionem diminutam: at ſecundùm rem diſtinguuntur; quia materiale alterum: alterum uerò abſtractum. comparatur uerò, ſentire, ipſi, dicere: nam in actione, quæ eſt, dicere, ut rectè Alb. ſtatim eſt actio completa: & eſt expreſsio ſimplicis dicti. eſt itaque ſimile ipſi dicere, ideſt cognoſcere ſolùm, ut Philoponus, exponit. comparatur hoc rationali actui purè cognoſcitiuo, ut rectè Simplicius, nam dicere, & negare, proprium rationalis actus: at intelligere intellectiui eſt. comparauit itaque utriſque, & rationali per dicere; & intellectiuo per, intelligere. Cum autem delectabile. Hic, ut Latinorum ſententia eſſe uidetur, comparat, quantum ad ſecundam intellectus operationem, quę non eſt ad propoſitum, Simplic.

autem inquit, & rectè; Cum propoſuerit agere de ſenſu, vt de imagine intellectus practici; dixit non eſſe accipiendum ſenſum, vt ſimpliciter cognoſcit; ſed, vt cognoſcit obiectum, vel vt triſtabile; vel vt delectabile. & hæc operatio ſtat cum affirmatione, aut negatione: nam ſenſus cognoſcens flauum, non proſequitur, aut fugit: ſed, ſi illud nouerit, vt delectabile, quale eſt mel; tunc proſequitur: ſin triſtabile, vt cholera eſt; auertitur, & fugit ſentiens.

T. c. 39. Et delectari, & triſtari. Intentio iſta difficilis ſatis eſt, vt eliciatur. opinor tamen, vt colligitur ex Simplicio, quòd Ariſtoteles velit oſtendere, quomodo ſenſus deſeruiat intellectui practico, quantum ad actum; cum hoc fecerit, quantum ad obiectum; cum dixerit, iucundum, & triſte, vt affirmans, & cæt. oſtendit tunc intellectũ illum, de quo plerunque dictum eſt, vt notat Themiſtius, qui cointelligit, tempore. qui progreſſus, ſcilicet, cum ſit; aſſimilatur affirmationi, vt dictum eſt. tranſit modò ad delectari, & triſtari: nam quatuor ſunt, quæ ordine incedere videntur: primò fit apprehenſio; nam dolor nullus eſt, niſi comprehendatur: ſecundò iudicium an, ſcilicet, apprehenſum, ſit bonum, vel malum: tertiò ad bonum ſequitur delectatio; ad malum triſtitia: quartò fuga, vel proſecutio. Duo ex his intellecta ſunt in obiecto delectabili, vel triſtabili; cum ſupponatur apprehenſum. reſidua hic declarat. In tex. duæ ſunt particulæ declarandæ: in altera ponit illa duo: in reliqua reſoluit, quod poteſt eſſe dubium. inquit in prima. Lętari, & triſtari, eſt operari, media ſenſitiua uirtute, ad bonum, & ad malum. Sanctus Thomas exponit, quòd ſenſus, ut medietas quędam (& eſt ſenſus communis, quippè qui, ueluti centrum, medium eſt, ad quod lineæ concurrunt; & à quo egrediuntur ad peripheriam) facit iudicium hoc eſſe delectabile, & bonum; illud uerò triſtabile, & malum. quod ea ratione dicitur bonum, & malum ſenſui; quia non omnis actio ſenſitiuæ partis, eſt delectari, & triſtari; ſed, quæ eſt reſpectu boni, & mali, quatenus huiuſmodi: nam bonum ſenſus dicitur, quod eſt conueniens ſenſui: malum uerò, quod eſt repugnans. Auerroes & ipſe innuere uidetur, quòd tangat hic differentiam inter ſenſum, atque intellectum circa boni cognitionẽ: nam, ſi intellectus nouerit aliquid ſub ratione boni; repentè in illud fertur uoluntas. quod, ſi ſub ratione mali; eadem ab eo ſtatim auertitur: at ſenſus, ſi iudicaret aliquod eſſe bonum; non ſtatim in illud ſenſitiuus ferretur appetitus: ſed, ſi illud bonum noſſet; etiam, ut delectabile: & ſic malum, non ut malum; ſed, ut triſtabile. hanc eandem ſecutus eſt Sueſſanus, neutra tamen ad Ariſtotelem facit: nam, quæ ſancti Thomæ, & quæ Auerro. non faciunt: primò, quo ad intentionem Philoſophi in hoc tex. ut dictum eſt: ſecundò peccant; quia ſenſus non cognoſcit bonum, neque malum; ſed delectabile, & triſtabile; quod à particularibus accepit, ſi fuerit communis. confirmatur per Themiſt. cum dicat; Senſus percipiens flauum, quod, ſcilicet, eſt proprium uiſus, ſi cognoſcit ipſum, ut delectabile, proſequitur, ut mel: ſi, ut triſtabile, bilem ſcilicet, auertitur. addit Themiſt. hoc idem eſſe in intellectu, dum cognoſcit, quod quid eſt ſanitatis, illam non ſequitur: at, ſi nouerit eam, ut bona eſt; tunc ſequitur, & uult. deinde concludit, quod ſenſui delectabile eſt; idem intellectui eſt bonũ. poſſent tamen ſaluari cum expoſitione Simplic. à qua accepit, ut puto, Auerroes, quòd ly, ut bonum, & cæt. non ſit ſenſus, quod bonum à ſenſu cognoſcatur; ſed ſit expreſsio quædam delectabilis à ſimili: quod, ſcilicet, delectabile in ſenſu ſit, ſiue bonum; ſiue quod bonum, & conueniens ſenſui, ut dixit Diuus Thomas: nam rationalis uirtutis eſt, ut inquit Simplic. diſtinguere bonum à delectabili; & malum à triſtabili: nam delectabile, & triſtabile ſimilia ſunt bono, & malo. ſenſus itaque in delectari, obtinet proprium actum, ſiue operationem; in triſtari uerò remittitur. Dixit Philoſophus, Quatenus talia. Exponens Philoponus inquit; Cum tertiò dictum ſit, ſenſitiuum non diſtingui ſubiecto ab appetitiuo; & oſtenſum ſit intellectum practicum cum ſenſu eſſe; quare & erit ſimul cum appetitu. at non intelligi debent, quatenus ſimpliciter bona, aut mala, obiecta talia; ſed, ut animalibus comparatur: hæc bona dicuntur, quatenus ſaluant: illa uerò mala, quatenus deſtruunt. melius Simplicius. Non bonum, ut bonum, à ſenſu ſcilicet; qui medietas dicitur; cum poſsit & delectabile, & triſtabile recipere; ſed bonum, vt delectabile; malum uerò, ut triſtabile: quod uoluit ly, Quatenus talia. Addit Philoſophus, Et fuga, & appetitus. nam præcedit ſenſus apprehenſio; deinde lętari, aut triſtari: quia (ut rectè Simplicius) ſentire poſſumus ſine lętitia, aut triſtitia: ſed lętari, aut triſtari ſine cognitione obiecti delectabilis, aut triſtabilis, impoſsibile eſt. in tertio itaque ordine fuga reponitur, & appetitus. &, ut Simplicius, proſequi non ſimpliciter in pati, ſicut delectari conſiſtit; ſed in proſequi: proſecutio uerò non paſsio, ſed actus eſt: frequenter autem ſenſui, ſic proſequenti aduerſatur intellectus, ut inquit Themiſtius, cum oſtendat diuerſum eſſe à bono delectabile. & addit Auerroes, & cum eo Albert. quòd deſiderium ſenſus, eſt de re pręſenti, & indiuiduali: & eſt hoc illi proprium; quia non mouetur, niſi pręſentia ſenſati in actu, At contra diceret aliquis; Mouetur equus ad aquã aquæ deſiderio, etiam aqua non præſente; ergo non eſt proprium ſenſui, & cæt. Ad hoc dicunt aliqui, quod tenet de ſenſibus exterioribus. Contrà, non ſolùm tunc eſſet differentia inter ſenſus deſiderium, & deſiderium intellectus, ut uoluit Auerroes; ſed inter deſiderium etiam ſenſus exterioris, & interioris. Dicunt alii, quòd intelligitur de obiecto, ut habet eſſe cognitum; quia de nõ habente tale eſſe poterit uerificari, quòd etiam abſens. At hoc nihil eſt; quia etiam idẽ de intellectus deſiderio uerificari poterit: & ſic nulla erit inter eos differẽtia; quod eſt cõtra Auer. Dicẽdũ

vt primò dictum eſt, quòd intelligitur de exteriori; ſiue de communi, ut ab exteriotibus dependet apprehẽſionibus; quia nõ cõparat intellectus practicus, niſi tali ſenſui; à quo dependet inoperari, & in cognoſci. & ſic rectè dixit Auer. Et non eſt alterum. Diuus Thom. tenet dictum hoc fuiſſe contra Plat. qui cognoſcitiuam virtutem ab appetitiua diſtinctam ponebat, ſubiecto, vt concludat hoc non eſſe, ſed differre ſecundùm eſſe, quod reale eſt: &, vt opinor, traxit Ariſtotelem ad hanc ſententiam, ne forſè videretur contra ipſum determinaſſe; qui tenet realem diſtinctionem inter appetitiuam, & cognoſcitiuam. meliùs tamẽ cum Grecis dicendum, & cum Auerr. quòd ex intentione propria dicat hoc; vel, vt Philop. ne quis opinaretur potentias tales maiori diſtinctione diſtingui, quàm ſecundùm eſſe. dicit itaque, quòd appetitiuum, & fugitiuum non eſt alterum à ſenſitiuo: nam appetere, & fugere duæ ſunt potentię virtutis concupiſcibilis, vt notat Auerr. quæ ſubiecto à ſenſitiua non differunt; vt neque appetitus intellectiuus ab intellectu: nam, ubi ſit iudicium ſenſus; ibi ſit & fuga, & appetitus: quod euidens eſt in ſenſu tactus; quo percipimus nocuum, vel innocuum: & delectabile repente ſequimur: triſtabile verò fugimus. quod & Ariſto. dixit 2. ani. 20. inquiens; Vbi ſenſus; ibi lætitia, & triſtitia: vbi autem hæc, ex neceſsitate deſiderium eſt: idem itaque ſubiecto ſunt: eſſe tamen differunt, id eſt ſua diſtinguuntur proprietate, vt exponit Simpli. addens ſignum diſtinctionis; quia interdum ſenſatio ſit abſque fuga, vel appetitu; quandoque verò cum appetitu ſolo ſine fuga: & contrà. Auerro. dixit, non diuerſus à Simpl. quòd diuerſitas capitur in actione. non propriè ly, eſſe, intelligendum eſt, formale, ſiue eſſentiale, pręſertim inter fugã, & appetitum: nam perinde eſt, atque de forma naturali graui, quæ deorſum locum appetit: & ab eo, qui ſurſum eſt, eadem auertitur, non tamen eodem modo ſe habens. diſtinctio itaque illa inter fugam, & appetitum, erit ratione diuerſi modi habendi. at inter hæc, & ſenſum diſtinctio formalis erit, quę ſecundùm eſſe dicta eſt. Hæc voluit Philoſophus priùs habere de ſenſu, vt facilem coniecturam facere poſſet ſenſus de practico intellectu, vt notauit Simplic. de quo in parte iſta agendum propoſuit Ariſto.

T.c.30. Intellectiuæ autem animæ. Cũ dictum ſit ſenſibilia ſenſibus comparata, eſſe quaſdam formulas, quibus de intelligibilibus ad intellectum negociamur; & agendum ſit de intellectu practico, qui ratione à ſpeculatiuo diſtinguitur; eſt tamen eadem anima, quę per diuerſos iſtos habitus, tum practica; tum ſpeculatiua dicitur: & hæc dianoetica nominatur. talis eſt, quæ à ſeipſa quodam modo lapſa eſt: neque ſimul formas, ſiue rationes cognoſcit; vt, ſi mens eſſet; quod diuinè notauit Simplic. ſed quæ in cognoſcendo, ſuis conformatur obiectis partitis, ſiue diuiſis aliquo modo ab eorum quidditatibus: vt ipſa quoque à ſeipſa diuiſa dicitur. intellectura itaque talia, neceſſariò vtitur phantaſmatibus; cum talia, & materialia ſint; & ſubiecta ſenſibus. quæ ſi debent intelligi, priùs phantaſia cognoſcuntur. intendit itaque in tex. agere ratione à ſimili de ſenſu; quòd eadem ratione intellectui comparantur phantaſmata; qua ſenſibilia ſenſibus. In tex. duo declaranda: primò ſimilitudinem declarat: ſecundò corollarium ponit. in primo dianoeticæ animæ phantaſmata comparantur, vt ſenſibus ſenſibilia. talis proportio eſt horum ad intellectum materialem, qualis ad ſenſum, ſenſibilium, vt rectè Auer. non enim phantaſmata ſunt dianoeticæ intellectiones: abſque tamen phantaſmatibus illæ non fiunt. cauſam ponit Simpl. quia actus tales intelligendi, hi ſunt, qui fiunt de obiectis extra: cum anima ipſa ſic extenſa ſit; & partibiliter cognoſcat, vt de homine: animal primò; mox rationale: poſtremò, cum etiam mortale addiderit; tunc omnia in vnum intelligit: non poſſunt itaque ſine phantaſmatibus eſſe: nam, vt rectè Simplic. vel, cum partibiliter intelligat, & partibilia; habet obiecta phantaſmata; vt ab illis capiens cognoſcat: interdum etiam eis vtitur; vt appetitum illorum expleat: quandoque non vtitur: conſequitur tamen extenſionem illam, quæ extra eſt, operatio illa extra exiſtentis, ſimul mota. propter quod paſsim Ariſto. legitur dixiſſe, non ſine phantaſmatibus intellectum intelligere. Hiſce poſitis, addit Philoſophus; Cum bonum, aut malum affirmauerit, aut negauerit; ſequitur, aut fugit. deducitur autem hoc, comparatione à ſenſu facta, vt cum Simpli. inquit Auerro. nam & ſenſus primò iudicat iucundum illud, vel triſte: alterum mox ſequitur, vel fugit; vt fugam præcedat iudicium ſic & dianoetica prius cognitum iudicat bonum, vel malum: mox fugam ordinat, vel proſecutionẽ. Sueſſ. inquit, Them. in hac expoſitione à Simpl. diuerſum eſſe; cum dicat Them. proceſſum hunc intellectiuum eſſe, non dianoeticum; ita vt, cum phantaſmata inſint ipſi dianoeticæ, ut ſenſibilia exterioribus ſenſibus; intellectus percipit in eis bonum, & malum, vt ſenſus communis in ſenſibus particularibus triſte, uel delectabile percipiebat, veluti in ſibi miniſtris: ſic & intellectus in phantaſmatibus, ſibi per dianoeticam obiectis, bonum, & malum percipiebat. differunt tamen; quia ſenſus communis non componit, aut diuidit: at intellectus cum phantaſmate componit, & diuidit. & per intellectum intelligebat illum Themiſtius, qui animæ congenitus eſt. & talis eſt intellectus materialis. At Philoſophus iſte me hercule errauit, & in expoſitione Them. & in ſententia Ariſto. primus error fuit, quòd per dianoeticam virtutem intellexit diuerſam quandam ab intellectu materiali: quæ cum in ſe phantaſmata illa teneat; & ſit, ceu intellectui materiali miniſtra; cogitatiua erit. & in hoc diſcordat à ſententia Grecorum, & Ariſto. & facit Themiſtiũ Ariſtotelis ignarum: nam in tex. Ariſt. comparat dianoeticæ phantaſmata, vt ſenſata eſſe. modò ſenſibilia comparata ſenſui, non ſunt, vt ſic, in ſenſu; cum in tali eſſe ſenſum moueant, & extra ſunt. at in cogitatiua ſunt phantaſmata:

atque

atque priùs phantaſmata dici poſſunt:debent ita que comparari dianoeticę huic, vt virtuti extra ſe exiſtenti. præterea intellectus non eſt ſubiecto idem cum cogitatiua; ſi quidem mortalis hæc; æternus ille. at Themiſtius inquit, quòd ſenſus, atque appetitus ſenſitiuus ſubiecto idem; ratione tamen diuerſus. & addit; Sicut intellectus, & voluntas ſubiecto idem, differunt, quod quid erat eſſe, volens, & nolens; neque ab inuicem; neque à potentia intellectiua diſtinguuntur; ſed eadem potentia eſt, quæ ad velle, & ad nolle: quare eadem eſt, quæ affirmat bonum, &cæ.& quæ fugam præcipit. quòd, ſi dianoetica eſſet ab intellectu diuerſa; tunc voluntas, quæ intellectus eſt, dianoeticam non ſequeretur: vndè dianoetica non eſſet componens, & volens. cuius oppoſitum dicit Them. cum expreſsè dicat, quòd voluntas dianoetica eſt. deinde dicit, quòd voluntas ab intellectu non diſtinguitur ſubiecto. qui fieri poteſt, ut euidens non ſit dianoeticam virturem Themiſtinm intellectum eſſe voluiſſe, & nullo modo ab eo diſtinctam? vnde dubium non eſt & Simpl. & Them. in expoſitione loci huius cõcordes extitiſſe. Philop. & ipſe per dianoeticam voluit intelligi intellectum ſpeculatiuum. qui & ipſe phantaſmatibus vtitur, veluti & practicus. cũ itaque præceſſerit iudicium rei cognitæ eam, quæ de bono, aut malo, apprehenſionem; cum qua ſi bonum, vel malum copulauerit dianoetica virtus vel auerterit; affirmat, vel negat, perinde atque in tertio ordine ſenſus; proſequitur, aut fugit bonum, vel malum intellectus, quòd, ſi quis fuerit intellectus, vel non indigens, vt cupiat; vel nõ imbecilis, ut fugiat; ille dubio procul, vt Themiſt. notat, phantaſia non eget. Quapropter In hac ſecunda particula concludit corollarium. & eſt, quòd nunquam ſine phantaſmatibus intelligit anima. Auerro. primò exponit hanc particulam: ſecundò circa illam digreditur. inquit in primo cum aliis etiam exponentibus, quòd nihil intelligit anima ſine imaginatione: quia eadem proportio eſt imaginum ad materialem intellectum, quæ eſt ſenſibilium ad ſenſum; ita vt materialis non intelligat aliquod ſenſibile abſque imaginatione. Ex hoc apparet, quantum deuiarint à ſententia Ariſtot. qui mortalem animam ſuſtinuerunt, hoc potiſsimum fundamento freti, quod in hoc text. legitur: quandoquidem neceſsitatem intelligendi cum phantaſmate attribuerit duntaxat dianoeticę virtuti: quæ & practica, & ſpeculatiua eſſe poteſt; & quæ verè anima dicitur; cum talis ſit, quæ à ſeipſa progreſſa eſt, & partibiliter intelligit. & notat hoc diuinè Simpl. cum dicat. non eſſe intelligendum hoc de ſpeculatiuo intellectu: cuius, ſcilicet, ſubſtantia ab operatione non diſtinguitur: & qui ſic, quod bonum eſt, cognoſcit; ut nullo modo in eius cognitione malum admittat. hic uerò agit de anima, quæ bonum ſequitur; & malum ſugit: ſic & practicus circa bonum uerſatur, atque malum eius oppoſitum ob conuerſionem, quam habet ad generationem, & ad particularia; in his enim actiones ſunt. In parte digreſsiua duo facit Auer. primò ponit duas propoſitiones ex tex. elicitas: ſecundò redarguit ſententiam Auemp. prima fuit quòd intellecta uniuerſalia ſunt colligata cũ imaginibus; & corrupta ad corruptionem illarum, ideſt dependẽt ab illis in eſſe, & in conſeruari. At contra hoc uidetur dictum Philop. cum expreſsè dicat; Particularium nullum ſine phantaſia; quæ uerò uniuerſalia ſunt, ſine phantaſia intelligit. Dicendum, quòd Philop. potuit intelligere altero duorum modorum, uel ſpecularinum uerum, rationes formales intelligentem; quæ cum diuerſæ nõ ſint ab eius eſſentia, phantaſia non indiget; uel hoc dictum eſſe ad differentiam intellectus practici; qui circa particularia ſit, cum agat: quare ſemper ſecum tenet phantaſiam; ſpeculatiuus autem minimè; quamuis à phantaſia aliquo modo dependeat. infert & aliam propoſitionem, quę ſe habet per modum corollarii. & expreſsè dicit, quòd proportio intelligibilium ad imagines eſt; ſicut proportio coloris ad corpus coloratum; non ſicut proportio coloris ad uiſum, ut exiſtimauit Auemp. nam (ut com. 5.) opinabatur phantaſmata illuſtrata, intellectum eſſe materialem, & addit; Sed intellecta ſunt intentiones imaginum abſtractæ à materia, ideſt ſpecies intelligibiles cauſatæ ſunt ab intentionibus imaginatis: intentiones ſi quidem imaginatę, uirtute intellectus agentis, abſtractæ à materia intelliguntur: ea propter alio ſubiecto indigent, quàm phantaſmata ſint. & tales intellectus materialis eſt. & probat hoc ad impoſsibile: quia tales ſpecies intelligibiles reciperentur ab intentionibus imaginatis. tunc idem ſeipſum reciperet: & eſſet mouens, & motum. deductæ autẽ ſunt & 4. & 5. comm. indigent itaquè intellectu materiali pro ſubiecto. & ſic intentiones uniuerſales, quæ intelliguntur; dicuntur formæ & imaginum, ſiue particularium, ſecundùm eſſe tamen reale; at intellectus ſecundùm eſſe intentionale, hoc eſt, ſecundùm intellectionem de eis; quia intellectus non capit aliquid à phantaſmatibus, niſi occaſionem, ut intellectionem deponat, ut retrò dictum eſt aduerſus ponentes ſpecies intelligibiles, quomodo & forma coloris, eſt parietis forma, ut realis eſt, eſt & ſenſus ratione alterius imaginis, quę ſenſatio eſt; & ſpiritalior ſenſibili ſpecie, ut accepit Scot. primo ſentent. diſtin. 3. quæſtio. 7. Et declaratio Ariſtot. Rurſus reprehendit Auemp. qui, vt dictum eſt, volebat, quòd phantaſmata illuſtrata eſſent intellectus materialis, ideſt, actù intellecta. inquit Auerro. ex doctrina Philoſoph. quòd intellectus materialis neque materialem vllam habet formam, neque intentionalem actu; ſiue actu ponatur intellecta, ſiue potentia. addit vltimò cauſam erroris huius hominis: & fuit, quia, inquit, dimittunt moderni libros Ariſtot. & ſequuntur libros expoſitorum, & pręcipue de anima, opinati librum hunc non intelligibilem eſſe, vt taxat Auicen. qui in metaph. errauit, cum voluerit philoſophari ex ſe; neque ſecutus fuit Ariſtotelem.

Dictum

Dictum eſt ex ſententia Simpli. quòd dianoetica virtus illa eſt, quæ pendet in intellectione à phantaſmatibus: at, quę mens dicitur, minimè. At dubium eſſet de cauſa illius dependentię: Dicendum, quòd cauſa ſumitur à nouitate intellectionis. nunc intelligit homo; & priùs non intelligebat. ergo inferri debet; quòd nunc motus eſt; & priùs non mouebatur: ergo ab aliquo motus: quod eſſe non poteſt, niſi phantaſma: quia Philoſophus dixit in tex. quòd phantaſmata comparantur intellectui, veluti ſenſibilia ſenſui. At ratio iſta non videretur ſufficiens; quia fortè diceret aliquis; Virtus iſta dianoetica ab intellectu agente habet, quòd nunc ſpeculetur aliquid, & non priùs. Et dixit Algazel in libello de anima capite 8. de cauſa cognoſcendi futura, quòd anima interdum eſt uſque adeo fortis, vt ſenſus ei impedimento eſſe non poſsint. & addit; Poſſibile eſt, vt eleuetur ad ſuperiorem mundum, vt ei appareat aliquid de rebus. at apparentia talis, ſicut fulgur, eſt citò tranſiens. & hæc eſt ſpecies vna prophetandi. Meliorem cauſam reddere uidetur Diuus Thom. prima part. ſumm. quæſtio. 85. articul. primo; cum dicat dari tres virtutes cognoſcitiuas: vna eſt, quæ omnino actus corporis eſt, & materialis: & hæc ſenſitiua eſt: & talis ſingularia, & materialia cognoſcit ſolū. datur & alia, quæ penitus abſtracta eſt, & immaterialia duntaxat contemplatur: & quæ materialia ſunt in immaterialibus. datur & inter has duas media: & eſt, humanus intellectus, quippè nullius organi actus eſt; ſed quædam animæ virtus, quę anima forma corporis eſt. ea de cauſa proprium eius eſt, cognoſcere formam in materia; non tamen, vt in materia eſt: hoc autem eſt abſtrahere à materia indiuiduali, quam referunt phantaſmata: ideo neceſſe eſt dicere; cū intellectus noſter intelligat materialia, abſtrahere à phantaſmatibus. At & cauſa hęc deficere uidetur: ſi quidem intellectus poſsibilis ille erit, qui per abſtractionem factam à phantaſmatibus intelligit: at intellectus in habitu non eget abſtractione; ſed, quando vult, intelligit, ut text. commen. 8. quare poterit de illo dici, quòd intelligit ſine phantaſmate: quod eſt contra Ariſtot. qui vult intelligentem phantaſmata ſpeculari. Scot. 4. ſent. diſt. 45. quęſtio. prima ad tertium; inquit, quòd phantaſma non requiritur, tanquam principium aliquod actus intelligendi: ſed requiritur præcisè, vt principium operationis virtutis phantaſticæ: & illa operatio requiritur ad intellectionem. & inquit cauſam eſſe connexionem potentiarū ſuperiorum, & inferiorum in agēdo; vt ſuperior virtus operari nequeat circa aliquod obiectum, niſi & inferiores, quæ operari poſſunt, operentur circa illud.

Dictum hoc eſt peripateticum, & uerum: non tamen talem ueritatem habet in diuerſis potentiis einſdem eſſentiæ animæ, ut opinati ſunt Latini. de qua ſententia ſatis retrò dictum eſt. dicendum itaque, & meliùs cum Auerro. & ſit primò notandum intellectum copulari nobis per phantaſmata, vt commen. quinto dictum eſt, & hoc modo competit illi ratio actus in diffinitione animæ poſiti: vndè illius operatio neceſſariò dependet ab aliquibus in homine exiſtentibus conſequenter à phantaſmatibus; eapropter dixit Auerroes in commen. intellecta vniuerſalia colligata eſſe cum imaginibus; & corrupta ad corruptionem ipſarum. ſequitur itaque ex hac cauſa, quòd oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari. & ſecundùm hunc ſenſum uerificabitur cauſa rectè poſita à Scot. propter connexionem, non dicam potentiarum, ſed virtutum. Veritatem habebit & dictum S. Thom. quia anima vt etiam à Simplic. paſsim notatum eſt, media inter abſtracta, & materialia: quare prima ſui facie materialia intelligens, non ſine phantaſmatibus operatur.

Sicut enim aer. Continuans Auerro. inquit; T.c.31. Cum hucuſque oſtēderit Philoſophus, quòd tam ſenſus, quàm intellectus eget obiecto, à quo multiplicatæ ſpecies; ſentit ille; & intelligit iſte. intendit modò oſtendere, quòd proportio intellectus poſsibilis ad diuerſa numerata phantaſmata; eſt, ſicuti proportio communis ſenſus ad ſenſibilia particularium ſenſuum diuerſa. Ab hac introductione neque alii diuertunt exponentes. In tex. ſunt tres particulæ: in prima, quod dictum eſt, oſtendit, ſcilicet ad ſenſum communem aliorum particularium tranſitum: in ſecunda exponit ſenſum illum communem: in tertia, idem per dicta confirmat. Auerro. tex. diuerſum habebat: reducit tamen ad ſenſum bonum; cum dicat; Aer mouet uiſum, ideſt, color aerem mouet: & aer motus, mouet ſenſum uiſus: qui denique ad ſenſum communem defertur: ſic auditus, & quicunque alius de particularibus fit: & ſenſus ille, veluti punctus in circulo medius; ad quem omnes terminantur lineæ; quæ à circunferentia deriuantur: ſic ſenſus iſte communis ſenſibilia hæc omnia apprehendit: atque inter illa uel diuerſitatem, vel identitatem ponit in cognoſcitiuo indiuiſibili, atque in tempore indiuiſibili cognoſcens, ut exponit Simplici. tametſi ſenſibilia illa ſeorſum, vt propria obiecta, à ſenſibus particularibus cognita ſint: viſus ſiquidem album, & nigrum, &, qui intermedij ſunt, colores: guſtus dulce, & amarum, medioſque ſapores: & idem de aliis. Elicuit autem Simplic. ex hoc rationem intentionis acceptam ab iſtis: & eſt deuenire ad vnicam intellectionem, qua quæcunque practica fuerint phantaſmata, ſimul collecta intelligat; non autem oppoſita illa duntaxat, bonum ſcilicet, & malum, quæ in rebus duntaxat venereis, ſiue comeſtionibus inueniuntur; ſed omnia, atque illorum omnium indiuiſibiliter identitatem, & diuerſitatem intuens. Addit Simplic. & eſſe unum intelligens adhuc communius, quod actiua ſimul, & ſpeculatiua cōtemplatur, differentiam illorum ſimul, & cōuenientiam noſcens ſimplici, atque indiuiſibili notione; & unum erit ſecundùm potam illam uitam; plura uerò ſecundùm rationes plures; cum per

illas

illas dinerſis quientiam occurrat cognoſcendis: quod apertè cognoſcitur occaſione ſumpta à cõmuni ſenſu. Notat Simpl. & rectè, dictum eſſe ly, ſicut, in tex. non vt compareſt, ſiue vt ei aliquid tetribuat: ac. ſi dicere deberet; Sic intellectus practicus, &c. ſed dictum eſſe, vt quoddam remittẽs ad retrodicta, quæ clara, & manifeſta ſunt: nam quæ habita ſunt de ſenſu, & ob intellectum practicum fuerant dicta. ut ſenſus Sit; ſicut delectabile, & triſte inuicem ſenſus comparant: ſic dianoetica actiua, agibilia cognoſcet oppoſita. quæ omnia etiam dicta ſunt priùs. per hanc quoque propoſitionem in text. ſignificauit etiam, quòd ſingularia non immediatè feruntur ad communem illam notionem ſenſitiuam, ſiue intellectiuam, vt notauit Simplicius: verùm aer priùs pupillam alterat; pupilla ſpiritum; hic uerò facultatem cryſtallinam, vt Philoponus inquit, quæ denique excitata virtus vna exiſtens videt: & quatenus iudicat, medietas appellata eſt; & vna, quia vnum centrum: quod medium eſt, & extremis omnibus communicans. non diſsimilis ab hoc practicus intellectus, vt, verbi gratia, de eſculentis, acceptis phantaſmatibus, iudicat, quę conueniant, & quandò, & quomodo; ſic de agibilibus quibuſcunque. Addit Philoſophus in ſecunda. Quæ autem diſcernit inter dulce, & calidum, dictum eſt prius, ſcilicet in cap. de ſenſu communi: & nunc etiam ſtrictè de eo meminit, ita vt ob breuitatem videatur minus claram depoſuiſſe ſententiam: quare addit; Dicendum & nunc. Auerro. quia in text. ſuo habebat; Quemadmodum in eſſe eſt idem; ſic & in diffinitione. quæ uerba diuerſa ſunt à lectione uera: ea propter tribus illa expoſitionibus declarat & ad bonum ſenſum reducere tentat: & prima eſt, quòd ſicuti iudicantur ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, vt calidum ab albo; & album à ſono, inter ſe diuerſa ab eodem precisè ſenſu: & ſic iudicans, eſt vnum: ſic & diuerſas imagines iudicans, unum erit; & per vnum diffinitione capit intellectum: ſecunda reducitur ad res, de quibus iudicium fit. quæ ſicuti per vnam intentionem iudicantur; ſic per illam iudicans, vnum eſſe debet, vt accepta conuenientia inter duo, vel plura ſit intentio una, qua iudicat. tertia exponit, quæ ſibi cæteris conuenientior eſſe videtur. cum intendat ponere ſimilitudinem inter ſenſum, & intellectum, inquit; vt ſenſatum apud ſenſum vnum eſt; ſic & apud intellectum imaginatum: & cum multa apud imaginatum, ideſt, apud ſenſatum; multa quoque erunt apud imaginationem, ideſt, intellectum. Quæ expoſitiones deuiæ ſunt à ſententia Philoſophi vera; quia eius ſententia fuit, non ponere inter ſenſum, & intellectum conuenientiam, ſed comparare ſenſum medietatem puncto in medio circuli. ſunt itaque uerba talia; Eſt enim unum quoddam: & ſic, ſicuti terminus. & per terminum intellexit centrum circuli: etenim illud unum, atque indiuiſum eſt, diuerſas habens ab eo diuerſas productas lineas, poſitiones.

Et hoc in proportionali. Intentio, vt põnit Auer. eſt ſignificare proportionem, quæ eſt inter intellectum, & ſenſum communem; quòd ſcilicet, ſicuti ſenſus ille vnus eſt, qui plura ſenſibilia cognoſcit, tametſi ratione inuicem differenti: ſic & intellectus materialis vnus eſt: qui phantaſmata, & ſi ratione diuerſa, vt vnus intelligit. & hanc introductionem poſuit etiam S. Thomas. & hæc ſequi videtur ſententiam Auerro. qua ſecundum ſuũ tex. nouiſsima verba ſuperioris tex. expoſuit. Philopo. vult eſſe intentionem, oſtendere, quomodo ſenſus communis, & numero, & proportione, reſpondet centro in circulo. idem centrum numero, & lineæ omnes reſpectu illius, numero, ſiue ſubiecto idem: vt verò illis comparatur; & ad vnamquanque ſe habet; ſic proportione, & communis ſenſus ad vnumquodque ſenſibilium: ſicut etiam lineę inter ſe proportione reſpondent; pariter & ſenſibilia. ex qua facta comparatione fiet deinde comparatio inter ſenſum illum, atque intellectum. & erit ſecunda intentio, quam Auerro. primam poſuit. Fundamenta horum diuerſa accepta ſunt ab illis vltimis verbis ſuperioris tex. At neutra iſtarum perfectè ſatisfacit: non quæ Auerro. eſt; ſiquidem in hac prima tex. particula non fit comparatio inter ſenſum, & intellectum, vt poſsit capi ratio proportionis; ſed duntaxat inter ſenſibilia, & ſenſum communem; vt patet: non quæ Philo. quia ſatis ibi dixit de cõparatione ſenſus communis ad centrum circuli; cum ſatis de eadem in ſecundo cap. de ſenſu communi dixerit: quare dicendum, & meliùs, cũ Simplic. facta, ſcilicet, comparatione illa inter ſenſum, & centrum; in hoc agere intendat, quomodo ad ſenſibilia propria, communis ſenſus ſe habeat; vt deinde ab his ad intellectum meritò intelligibilium aſcendat. In tex. itaque duæ erunt particulæ declarandæ: in prima oſtendit, quomodò ſenſus ad ſenſibilia ſe habeat: in ſecũda utitur loco à proportione cõmutata. Inquit in prima Philoſoph. Et hoc unum proportione, & numero. pro quibus notandum, quòd cognoſcibilia per potentiam cognoſcitiuam determinantur. ſi itaque dulce, & calidum (& per hęc omnia intelliguntur ſenſibilia) idem numero fuerint reſpectu propriæ ſuę cognoſcitiuæ uirtutis; erunt quinetiam inter ſe numero idem. quòd, ſi non numero, ſed proportione reſponderint; eandem quoque inter ſe continebunt; & reſpectu etiam cognoſcitiui. proportione autem dicuntur unum, quando per diuerſas rationes ſecundùm ſimilem actum cognoſcũtur: calidum nanque, calidi ratione cognoſcitur; & nigrum, nigri: atque inuicem aptantur; ac ſi numero in idem tenderent: & ſic cognoſcibilia inuicem vnum fiunt, ſiue numero, ſiue proportione, ſimul etiam cũ cognoſcitiua virtute. Quid enim differt. In hac ſecunda ſumpta ratione à proportionalitate, & æqualitate, demonſtrat, quam habet in numero cũ imaginibus. & ratio, ut format Auerro. eſt talis; Eodem modo ſe habet album ad nigrum, A, ſcilicet, ad B, quomodo intentio albi ad intentionem nigri, C, ad D. & nihil refert, T.c. 32.

fert,

fert, ſiue contraria ſint, & eiuſdem generis: ſiue
etiam diſparata, aut genere diuerſa, vt album, &
dulce, quo ad cognoſci ab eadem uirtute. at A, ad
B, comprehenditur ab eadem uirtute, ſenſum cõ
muni ſcilicet: ergo & C, ad D, ab eadem, materia
li, uidelicet, intellectu. & notat Auerro. concluſio
nem hanc poſitam non eſſe; ſed id, quod conclu-
ſionem hanc ſequitur; ideſt; ſi C, ad D, eiuſdem
uirtutis; quia A, ad B, pariter eiuſdem: ſequitur
inde duas haſce uirtutes, ex hoc modo, & hac in-
tentione idem eſſe; licet in naturis ſuis diuerſæ
ſint, & tanta fuit harum uirtutum ſimilitudo, ut
notat Auerro. quòd plerique antiquorum fuerint
opinati duas iſtas uirtutes eandem eſſe. idem quo
que iudicium erit de dulci, & albo; quæ genere
diuerſa ſunt, Notandum, quòd contraria, ſecun-
dùm unam rationem, diſtant magis; quàm diuer
ſa: quia in eadem parte ſubiecti eſſe non poſſunt;
at diuerſa genere, in eadem ſe compatiuntur, al
bum, ſcilicet, & dulce: alia uerò ratione diſtant
minus; quia contraria ſub eodem genere ſunt;
diuerſa autem nequaquam. Expoſitio talis conſo
na eſſe poteſt textui Auerro. in quo non eſt, per-
mutatim ſe habere: deinde, quia habet; Tunc
intellectus erit, quaſi intelligens. At in text. græ-
co prima particula reperitur: quare argumentum
fieri debet à commutata proportione. ſecũda par
ticula deeſt. ex quo ſequitur intentionem mini-
mè fuiſſe, comparare ſenſum intellectui; ſed obie
cta ſenſus ad ſenſum; ut inde ad intellectum pra-
cticum per hanc ueluti imaginem deueniat, Tres
ſunt particulę in hac parte: in prima oſtendit nul
lam eſſe differentiam, ſiue capiantur contraria,
quæ ſunt ſub eodem genere proximo, ut album, &
nigrum, quæ ab eadem uirtute cognoſcuntur; ſi
ue etiam ſub eodem genere, at remotius accepta,
ut album, & dulce: quia, ſi talia ab eadem uirtute,
vt rectè Simplic. uniuerſam hanc partem expo-
ſuit, quę magis remota; tunc magis quæ proxi-
miora ſunt, ut album, & nigrum, ab eadem cogno
ſcentur uirtute. Rectè itaque dixit non differre, ſi,
quę eiuſdem generis capiantur; aut contraria. Sit
autem. In hac ſecunda arguit: & primò capit duo
contraria, album, & nigrum, per A, & B, ut iſta in
uicem ſe habent, ſcilicet ad unum numero, reſpe
ctu ſcilicet, cognoſcentis, ut dictum eſt, ſiue pro-
portione ſecundùm proprias eorum rationes: ſic
& C, ad D. & non nominauit illa. intellexit autem
duo alia contraria, quæcunque illa fuerint: quæ
ſcilicet, ab alia potentia cognoſcitiua cognoſcã
tur. addit, Quare, & permutatim, ut, ſcilicet, A, ad
C, album, uerbi gratia, ad dulce: ſic nigrum ad
amarũ. quæ & ſi ſub eodem ſint genere; remota ta
men ſunt, & ab eadem uirtute cognoſcuntur, ſiue
numero, ſiue proportione; quia, cum diuerſas ha
beant rationes, non magis hoc, quàm illud co-
gnoſcitur; ſed unumquodque per ſuam propriam
quare & contraria ab uno, & ſic unum numero,
uel proportione; & quæ eiuſdem generis ſunt,
quamuis remota: unde multitudo unitate perci-
pitur; & quæ à permutata proportione elicuit u-
num eſſe illis elementis, ſcilicet, per A, & B, no-
minat; quibus contraria priùs, ut euidentius hoc
reddat oſtendens idem eſſe, ſiue contraria ſint,
ſiue homogenea, remota tamen: quare dixit eau
dem futuram rationem; & ſi per A, dulce; &
per B, album dicatur: Philop. diuerſas ab hac uo
luit, & cum eo Diuus Thomas, quòd homoge-
nea dicta ſint à Philoſopho contraria; quia ſcili
cet, ab eadem ſenſitiua potentia: genere uerò
diuerſa; quæ diuerſorum obiecta fuerint, album
ſcilicet, & dulce. deinde exponens proportiona-
litatem, uoluit comparationem factam eſſe inter
ſenſum, & intellectum, ut de albo, & nigro, ad in
tentionem albi, atque ad intentionẽ nigri. Quæ
expoſitio minus eſt textui conueniens. & primũ,
quia Ariſto. diſiunctiuè protulit, quomodo iu-
dicat, quæ eiuſdem generis ſunt, aut contraria.
in quibus dictis palàm eſt diſtinxiſſe cõtraria ab
his, quæ eiuſdem generis ſunt. ſecundum quinẽ
tiam non rectè dictum eſt; quandoquidem per-
mutata proportio, ſiue etiam proportionalitas fa
cta eſt inter album, & nigrum; dulce, & amarum.
quæ omnia obiecta ſunt ſenſus; & nihil habent
ut talia, cum intellectu. addit in tertia particu-
la; Species quidem igitur intellectiuum intelli-
git in phantaſmatibus. in hac concludit, non ut
Sueſſanus accepit, & malè: quapropter Simpl.
damnauit, ſcilicet, cum facta ſit comparatio in-
ter intellectum, & ſenſum, concludat modò de in
tellectu. Sed dicendum, ut diuinè accepit Simpli.
quòd facta collatione illorum ſenſibilium penes
communẽ ſenſum, modò tranſeat ab exemplario
illo ad proprium exemplar: & concludat practi-
cum intellectum, de quo eſt intentio, ſpecies in
phantaſmatibus intelligere, ut communis ſenſus
in particularibus.
Et ſicut in illis. Intentio modò eſt agere de T. c. 33.
practico intellectu per ea, quæ in ſenſu dicta ſunt,
ut eſt Gręcorum omnium ſententia, Themiſtii,
Philop. & Simpl. In text. duo ſunt declaranda: pri
mò inquit, quòd anima mouetur, & præſentibus
ut, ſcilicet, in ſenſu exteriori ſunt; & abſentibus
ut in interiori: ſecundò hoc idem exemplis ma-
nifeſtat. inquit de primo Philoſophus. Et ſicut in
illis determinata ſunt, & cæte. Auer. notat com-
parationem factam inter ſenſum, & intellectum
nam mouetur uterque à præſentibus; ſed ſenſus
à præſentibus ſenſibilibus; at intellectus à preſen
tibus imaginabilibus. addit deinde Philoſophus,
Et extra ſenſus, &c. Inquit Auer. Quandoq; mo-
uetur intellectus abſque uſu ſenſus, ut cum in-
tellectus dictet, ſequendũ bonum, quod præſens
non eſt; pariter & à malo auertendum, quod eſt
abſens. Philopo. & ipſe inquit, intellectum hunc
quandoque ſimul cum ſenſu operari; aliquando
ſeorſum à ſenſu cum ſola imaginatione. Quomo
do autem hoc fieri contingat; non eſt eorum, qui
declaret. dicendum itaque cum Simp. quòd con-
uerſa in ſeipſam anima dianoetica, excitat de
agibilibus diſcurſus; & ab hac in ſeipſam uerſio-
ne; non in ſenſibilia, uerùm in imagines ab illis
productas uidet; & eis utitur: ex quibus fiunt ſe-
cũdùm partem in ſyllogiſmo propoſitiones, quæ
mino-

minores ſunt : vnde neceſſariò phantaſia vtitur . & ex his elicit Simplicius, intentionem Philoſophi de ſpeculatiuo intellectu hic non fuiſſe, quando dixit, nunquam ſine phantaſia intelligere, ſed de actiuo, vt ex retrò, & modò dictis manifeſtum eſt. nouit itaque in phantaſmatibus circa quæ actiones ſiunt; quæ, cum particularia ſint; aliquo modo & ſenſibilia eſſe dicuntur. Sic voluit, cum dixerit, intellectum ſpeculari ſpecies (quas ſenſibilium imagines intellexit) in phantaſmatibus. rectè dicet, quòd iſtorum intellectiones phantaſmata non ſunt : at non ſine phantaſmatibus videt in phantaſmatibus; ſiue præſentia fuerint ſenſibilia; ſiue etiam abſentia: quare dixit, ut in ſenſibilibus determinatum eſt fugiendum, & proſequendum; ſic & extra, cum in phantaſmatibus, quatenus, ſcilicet, excitatur animus in diſcurſum, & conſilium. Vt ſentiens facem: Exemplis vtrunque manifeſtat. & primò inquit; Vt ſentiens facem, cõmuni cognoſcit; quia ignis videns, quod mouetur. Auerro. in textu ſuo habebat; Quandoque imaginatur, quòd ignis inflammatur in turribus. & addit, Commune eſt enim inquit Auerro. Quando homo imaginatur, licet non ſentiat ipſum, vt prælietur, mouetur, cum imaginatus fuerit turrim inflammari, quamuis hoc non fuerit. deinde ad ly, commune applicat duas expoſitiones: altera eſt, quòd qui ignem illum imaginatus eſt, repente cogitat deſtruere illum: oppoſitus uerò miles eundem ignem cogitabit accendere magis: quare ignis erit finis communis utriuſque cogitationi; vel, quia primum, quod ſequitur ad ignem exiſtentem in turri, eſt, quo ſcire poſſumus, quæcunque ignem talem conſequuntur, vt vicinos, ſcilicet, hoſtes eſſe, & ciuitatem poſſe deprædari. Neutra tamen uero textui conueniens eſt. Sanctus Thomas bifariam & ipſe exponit; uel quòd aliqua potentia communi iudicatiua id apprehendatur; vel ab eo, quod communiter accidere ſolet. Hanc ſecundam poſuit Albertus, dicens communiter cognoſcit quilibet, cum illud viderit, ignem ſcilicet, depopulari, ſugiendũ eſſe, uel ſimilia. Philop. primam poſuit, quòd ſcilicet, ſenſu communi apprehenditur hoc; vt oſtendat quicquid particularibus ſenſibus ſubiectum eſt; idem quoque & communi ſenſui ſubiici. Simplic. ab omnibus his diuerſus exponit ratione ſenſibilis communis; quia apprehenditur fax ardens in motu, qui eſt ſenſibile commune. At Philop. talem ſententiam damnat: quia videretur, inquit, quòd ſentientis, & cognoſcentis ad ſenſibile translatum eſſet: quod inconuenit; quia Philoſophus dixit; Hoc communi cognoſcit. At ſententia Simplic. potuit eſſe & vera, & docta. Non ſolùm hoc applicuit Simplic. ſenſibili communi ratione motus; quia fax moueri uidebatur; ſed & ſenſui communi: nam, tametſi viſus, ſecundùm ſeipſum, ſenſibilia communia cognoſcat; videntur tamen talia quam maximè conuenire ſenſui communi etiam, cum circa propria vniuſcuiuſque operatur : prudens itaque conferens hæc, quæ à ſenſu capit, ſimul per rationes huius diſcurrens iudicat hoſtes adeſſe: opinio ſiquidem, hoc futurum eſſe bonum, uel malum, vt Themiſtius ait; quod, ſcilicet, aliquis intelligit, uel fugiendum, vel proſequendum, facit; ſic opinatus inimicos adeſſe, fugiet: hoc idem operabitur, etiam ſi non uiderit; dummodo phantaſmata illa ſibi comparans, opinetur. cognoſcit itaque, quòd hoſtis eſt, ex viſione motu ignis: & ex illo accepto ſigno; quod, ſcilicet ratione fit ex conſuetudine; quod ſic contingat; iudicium facit. dixit in phantaſmatibus, aut intellectionibus; vel idem intelligens, cum phantaſiam intellectum aliquando appellauerit, vt Simplicius notat; uel, & meliùs, diſtincta ita, ut phantaſmata in phantaſia; intellectiones in intellectu practico. quælibet rationalis cognitio, ut notat Simplicius, quę extrinſecus ortum habeat, in ſeipſam tamen colligitur; & eius intellectum iudicat: quapropter & fides ſequitur quancunque opinionem. rectè itaque de agibilib. conſulturus, in phãtaſmata, ſiue intellectiones aſpicere debet: & non diuiſus in iſta; ſed ſimul aſpiciens in utraque, conſulit de præſentibus cum futuris; pręſentia ſenſu; futura uerò futurorum notitia capiens. Sequitur Auerr. dictum in parte digreſsiua; Et ideo poſsibile eſt. in qua duo facit: primò ponit quædam documenta: ſecundo remouet quædam falſa. notat primum, quòd poſsibile eſt, quòd homo cogitet aliquod indiuiduum, quod nunquam habuerit in ſenſu, ſed aliquod ſimile. vt, ſi expertus Medicus iudicauerit aliquem ęgrum mori; quia ſimili morbo laborantem aliàs mortuum vidit: uidetur etiam ob bonitatem cogitatiuæ aliquem cogitaſſe, quod nunquam ſenſit, nec ſimile, ut fertur de quodam fabro; qui cum audiuiſſet factam fuiſſe quãdã ſeram ab uno, qui nunquam illius ſimilem uiderat, nec reſerare quiſpiam nouerat; niſi ſolus ipſe; alteram & ipſe ſimilem compoſuit tametſi illam non uiderit: neque aliquo ſenſu illius acceperat notitiam. Notandum tamen, quòd & ſi ſenſibile illud ſub ſenſu non fuerit; fuerunt tamen illius particulæ aliquæ, quarum beneficio adiutus illam compoſuit. hoc uidetur Auerr. innuere; cum dicat; Virtus cogitatiua, cum iuuerit ſe cum informatiua (ideſt imaginatiua; in qua idola, ſiue formæ ſimplices recipiuntur) & memoratiua; tunc innata eſt præſentem facere rem, ſiue ſpeciem aliquam, quam nunquam ſenſit. & addi poteſt; Neque ſimile aliquid, ut dictum eſt. & addit, quòd tunc intellectus iudicabit imagines illas iudicio vniuerſali: quia intellectus uniuerſaliter, quod cogitatiua particulariter, cognoſcit. ponit deinde operationem cogitatiuæ, quæ nihil eſt aliud, quàm referre rem abſentem à ſenſu, ac ſi ſenſui pręſens eſſet. & diuidit humanam apprehenſionem in illam, quę originem ducit à ſenſu; atque in eam, cuius principium ſola eſt cogitatio, vt de ſera dictum eſt: uel etiam referri poteſt ad rem ſolùm abſentem. Et iam diximus In hac ſecunda remouet quædam falſa: & primum, quòd intellectus ſolet appellari cogitatiua: non tamen verum eſt; quia neque intellectus potentia

tentia

tentia eſt; neq; actu.i.habitu; ſed eſt virtus particularis. Et non dēt. Remouet nunc dictū Auemp. Non dēt quiſpiā opinari cogitatiuā cōponere ſingularia,i.ſimplicia intelligibilia; hoc.n.opus materialis eſt intellectus: at illa diſtinguit ſolū indiuidua illorū intelligibiliū; & actu offert ea, vt ſenſata apud ſenſum.& infert Auer. Quando fuerint præſentia apud ſenſum; tunc cadet cogitatio; & remanebit actio intellectus in eis. idem 2. col. cap. 20. Cogitatio non eſt niſi compoſitio rerum imaginatarum, & diſſolutio earum: & Imaginatiua, & memoratina propter cogitatiuam Inuentæ ſunt. Notandum, quòd cogitatiuæ munus duplex eſt: alterum rem abſentem cogitare præſentem: ſecnndum eſt intellectum mouere, vt intelligat. modò, ſi ſenſibilia præſentia fuerint, cogitatio cadet, quantum ad primam eius operationem; non autē reſpectu ſecundæ, qua, ſ. mouet; cum neceſſe ſit, intelligentem phantaſmata ſpeculari. deinde dicit, quòd operatio intellectus alia eſt ab operatione cogitatiuæ, quam Philoſophus dixit paſſibilē intellectum. & dixit generabilē, & corruptibilē; cū, ſ. habeat inſtrumentum determinatum, medium ſ. cerebri ventriculum: intelligendum tamen eſt hoc, quatenus ad manifeſtationem, ut voluit Auerro. 2. col. cap. 20. & addit, quòd homo non eſt generabilis, & corruptibilis, niſi per hanc nirtutē; quia homo eſſe habet, quòd homo ſit, ab hac virtute: & ſine hac uirtute, & imaginatione nihil intelligit materialis intellectus: vndè ſequitur nos poſt mortem amplius non rememorari, ſecundùm eā, quam attulit ſuper tex. 20. expoſitionem.

T. c. 34. Et, cū dixerit. Intētio in præſenti eſt ab his, quæ in ſenſu cōtingūt, ut à quibuſdā ueluti imaginibus, ad intellectum ipſum practicnm aſcēdere; vt ſimillter ab eo & fugam, & proſecutionem determinari, vt ꝓpria eius expetūt obiecta; ſiue bona, ſiue mala fuerint: nā, quod in ſenſu delectabile eſt, id in intellectu bonū dicitur; &, quod triſtabile, malum. hoc aūt idcirco fecit, vt notat Simpl, ne brutorum more in his duntaxat, quæ ſenſui vel iucunda, uel triſtia ſint hominibus, manendū fuerit; ſed, quod illa à iucundo, homines à bono proſecutionem capiant. In tex. duę ſunt particulæ: in prima ait; Vbi lętū, aut triſte; fugit, aut ſequitur; & omnino in actione. Exponit Auer. conſecutionem hanc, quam habet cum ſenſu intellectus; vt illud fugiendum eſſe iudicat intellectus, quod in ſenſu contriſtabile; ſi idē & ipſe malū eſſe cognouerit. & hoc vniuerſaliter cōtingit intellectui cū ſenſu in quibuſcunque actionibus. & addit Auer. quòd interdū ēt ſenſui aduerſatur; cū iudicauerit id eſſe bonū, quod contriſtabile apud ſenſum fuerit, ut v.g. in aſſumendo amaro pharmaco, quod tamē ad ſalutē expedit. in actione itaque nerſatur intellectus, cum bonum proponit proſequendū, & malum fugiendum. Et quod ſine actione. Auerro. notat defectum in ſuo tex. deinde exponit, vt reperiuntur in illo, uerba, veritas ſcilicet, & falſitas, inquiens (& comparat ſpeculatiuum intellectum practico) quòd ſunt in intellectu ſpeculatiuo diuerſæ à veritate, & falſitate, quæ inueniūtur in intellectu practico. exponit deinde, quomodo ſunt in eodem genere. & dupliciter exponit: primo modo in eodē genere. ſ. bono, & malo nā & veritas practici, & quæ ſpeculatini eſt, in bono eſſe dicuntur: idem de falſitate: vt ſenſus ſiat, quòd omnis neritas in genere boni; & omnis falſitas in genere mali. & hæc eſt ſecunda expoſitio in prima verò capit pro genere cognitionē; quia utraque cognitio eſt; differentia verò; quia veritas eſt in cognitione boni; falſitas verò in cognitione mali: & ſic malum, & bonū erunt in hac differētiæ: at in ſecunda tenent generis locū. exponit deinde inter vtrunq; differētiā: & applicat textui, cum dicat, bonū ſpeculatiui eſſe ſimpliciter bonū; ſic & malū illius ſimpliciter malum: at bonū actiui ſecūdū quid erit, ſeruatis, ſ. circunſtantiis, exponit ly, in termino, quod dictū habebat in tex. ſuo, loco ly, & quodam: & intelligit illum, ſcilicet, reſpectu finis, ideſt operationis, in quam ordinatur. etiam tex. com. 49. idem 2. met. 3. determinat practicum differre à ſpeculatiuo, fine. exponit idē ſecundo modo, non diſsimiliter à primo; niſi quòd in primo de fine acquirendo; in hoc verò de acquiſito intelligit. Videtur cum Auerro. ſententia Them. qui uult factam eſſe in prima parte comparationem proportionis ſenſus ad intellectum; ut, ſcilicet, iucundum, & triſte in ſenſu; ſic bonū, & malū in intellectu ſpeculatiuo. in ſecunda deinde particula cū Auerro. uult differentiā poni inter ſpeculatiuū, conſiderantem bonū, & malū ſimpliciter; & practicū ſecundū q̄d Philop. in prima uult tranſitū eſſe à ſenſu ad intellectū practicū: in ſecunda per ly, in eodē genere, exponit ſubiectiuè.i. bonū, & malū in intellectu eſt; in quo eodē & uerū, & falſum eſt, dr̄ia; quia in hoc & ſimpliciter tale uerum, & bonū, quod ſemper eſt tale, & alicui tale, v.g. reſpū corporis, aut animæ. & hęc in actione ſunt. S. Thomas utroque modo exponens ly, in eodem genere, non diſsimilis eſt ab Auerro. ſententia: pariter neque quo ad intentionem, quòd, ſcilicet, hic intendat comparare intellectum ſpeculatiuum practico, ut dictum eſt. Conuenit itaque inter omnes de intentione, qui enumerati ſunt, exponentes. At ſententia talis non uidetur undequaque tuta; quia hic agere intendit de intellectu actiuo, quatenus à ſpeculatiuo diſtinctus eſt (de quo retrò ſatis ſuperque dictum) & quomodo neritatem, & falſitatem ſpeculetur, & huiuſmodi: unde non uidebatur ratio, quare hic conſiderationem ſpeculatiui repeteret: neque ut poneret inter eos differētiam; quia, cum cognita erit operatio practici intellectus, ex ſe differentia patebit. meliùs opinor dicendum eſſe cum Simpl. quòd intentio tota ſit ſolùm de intellectu practico. pro quo notādum, quòd actiuus ſemper utitur phantaſmate ad formandam electionem, à qua fit motio; quia neceſſariò duæ concurrunt propoſitiones, ut actio ſequatur; altera uniuerſalis; & hæc fit ab intellectu, ut ciuitas quælibet ſummo ſtudio cuſtodienda: altera uerò particularis, ſiue ſignata; & hæc formatur à phantaſia, vel concurrente exte

riori ſenſu; vel etiam non concurrente; ſi maior illa, quæ vniuerſalis eſt, ſeorſum conſideretur, non erit cum actione; non tamen ob id ſpeculatiui erit intellectus, ſed practici: ſi verò etiam minor, tunc cum actione erit, & perfectus practicus. ex hoc ſequitur, quòd, quomodocunque capiatur, ſemper ad practicum attinebit. iure in eodem genere eſſe dicitur. Cum itaque nihil agens vniuerſalem illam maiorem ſpeculatur, vt quælibet inſtituta legibus ciuitas eſſe debeat: quibus moribus erudiendi ſint ciues, & ſimilia: tunc; quod verum eſt, ſiue quod falſum, cognoſcit: nō ob id tamen ſeparatur à phantaſia penitus. & eſt hæc quædam, veluti ſcientia practica. hoc autem differt ſolo à ſeipſo, cum verè actiuus ſit; quia & ſimpliciter, & ſecundùm quid aſſumit, cū particulari pręmiſſa etiam ſyllogizet: quòd ſi omnifariam vniuerſalis eſſet, ex duabùs vniuerſalibus ſyllogizaret; & non concluderet particulariter, vt dicet. Ex Simpl. Veritas, & falſitas, quæ in actione tractantur, ita ſe habent, vt, ſi agere oporteat, intellectus vſurus ſit veritate, quæ ei vniuerſaliter apparuerit. & in eodem genere ſunt cum bono, & malo: & reperiuntur in intellectu, qui in actione verſatur, qui circa oppoſita, & contingentia verſatur, & quamuis vniuerſaliter agat de his; non tamen à particularibus recedit: neque ab imaginatione omnino diſcedet: ſine actione verò verum, & falſum exiſtit de his, quæ in actione tractantur ſecundùm ſcientiam illam, quæ agendi vim habet: differt autē ab ea, quę in agendo eſt; quia ſeçum tenet particularia; ideo ſimplici, & quopiam: altera verò, quæ ſimpliciter eſt, ex duabus exiſtit vniuerſalibus, ex quibus ſequitur dictis quòd ſcientia practica eſſe poteſt ex duabus vniuerſalibus; at non quæ cum actione eſt.

Dubitatur ob ea, quæ dicta ſunt de ſpeculatiui, & practici intellectus differētia; nam, quòd inter ſe differant, manifeſtū à Philoſopho habitum eſt, cum de vtroque ſeorſum egerit: at, quæ ſit inter eos differentia, dubium eſt: & hoc eſſe videtur; quia tenent aliqui, quòd diſtinctio ſit à fine; aliqui verò, ab obiecto. Thomiſtæ primi habent Ariſto. dictū 2. met. 3. quòd diſtinguuntur fine: Scotiſtæ alteri habēt Philoſ. 2. ani. 32. & alibi, quòd potentiæ diſtinguuntur per operationes; & illæ per obiecta: quare diſtinctionis ratio capitur ab obiectis. In hac difficultate, quæ ſatis difficilis eſt ea præſertim ratione, quia alterum ſeorſum à reliquo non videtur intelligi poſſe: nam obiectū ſpeculatiui verum dicitur; practici verò, bonum: ſed uerum, eſt quoddam bonum; alioquin appetibile non eſſet: & bonum eſt quoddam verum; alioquin intelligibile non eſſet. Dicendum tamē, cū diſtinctio actuum arguat diſtinctionem potētiarum, quòd uideretur in intellectiua uirtute duas reperiri facultates: quarum altera practicum; altera verò ſpeculatiuum, redderet. Sueſſa. hoc uoluit à Græcis receptū eſſe, vt dianoeticus diceretur practicus; noeticus verò, ſpeculatiuus; & his nominibus intellectus diſtinguatur, quæ opinio, ut mea fert ſnīa, neq; cū Simpl. neq; cū Philo. neque cū Ariſt. exponēs particulā illā tex. 30. Simpl. Dianoeticæ aūt animæ, īquit; Dianoetica illa eſt. quæ ad partita cognoſcibilia conuerſa eſt. & addit; Nō actiuæ ſolū, ſed ēt ſpeculatiuæ. & huic ſemper phātaſmata ſubminiſtrant, & deſeruiūt. & hoc frequenter apud Simpl. dictū eſt, quòd mens, ſiue noetica, perfectum intellectum, & actu exiſtentē ſignificat; dianoeticum uerò, cum à ſeipſo ꝓgreſſus eſt. quæ duo diuinè manifeſtauit in expoſitione tex. 21. quòd nō ſecundùm Philop. quia in prolog. primi an. Philop. ponit differentiam inter doxam, & dianiā: prima eſt de concluſione abſque aliquo ad illā diſcurſu: reliqua uerò, quæ diania eſt, diſcurrit per præmiſſas in concluſionē, modò ſyllogizat & practicus, & ſpeculatiuus: potētia itaque talis utriq; deſeruiet. confirmatur; quia ſubinde mentē exponens, ſiue noeticū, ut cōtra iſtos inquit ſine ullo diſcurſu rebus occurrere intelligibilibus, ut ſenſus occurrit ſenſibilibus. & Ariſt. cū propriè loquatur, & dianiam, & mentem ſic accepit diſtinctas. ex quibus colligitur, rōne intellectus progreſſi, nullā prorſus haberi inter practicū & ſpeculatiuū differentiā; quia ſic eſt potens fieri oīa: ſed differentia illa contingit ratione diuerſorū habituū, intellectū illū perficiētiū. qđ notauit Philop. in expoſitione tex. 26. inquiens, practicū, & ſpeculatiuum idē ſubiecto, at poſitione, ſiue habitudine diuerſos. Notādū itaq; in primis, quòd ſpeculabile proprie illud dicitur, quod nō ſit à nobis; neq; per ullā actionū noſtrarū; ſed dūtaxat à nobis, ſicuti eſt, cognoſcitur. cognoſcimus cęlū, intelligētias, naturalia, mathematica: nullū tamē horū per actionē noſtrā ꝓuenit: actiuū uerò, ut inquit hic Albertus, quod actuale pōt agi pēr nos, ut quęcunq; attinent ad delectationes, aut triſtitias, uel ad cōicationē uitæ animaliū inter ſe: quare actio actiua circa ſingularia uerſat̄, 6. ethic. cap. 8. Sic & habitus actiui omnes circa ſingularia, ibidē cap. 13. quare in diſcurſu illorū minor eſt ſingularis, 7. ethic. cap. 3. verūtamē nōnulli ſunt habitus, q etſi in praxim tādē finiāt, ſecūdū ſe ſolū, ſpeculatiui, & ſcibiles ſunt; quales in arte medica dicūtur cognitiones de elemētis, de canonib. uniuerſalibus obſeruādis, & ſimilibus. Notādū, qđ practicū, & ſpeculatiuū, cōparata ītellectui, ſecūdū ſe accidētales ſunt dñę; quinimò idētitatē ſignificāt: at cōparata habitib. de quib. ſunt; eſſentiales erūt dñę: erūt itaq; apud Ariſt. tres gradus intellectus: primus, ſolus ſpeculatiuus: ſecūdus, cōſiderās agibilia; nō tñ dictās fugā, ſiue illorū proſecutionē. & talis, licet uideatur ſpeculatiuus, ut de Medico dictū eſt; practicus tñ eſt, ſed imperfectus: cū uerò extēditur à cognitione iſta ad dictamē fugæ, uel ꝓſecutionis; tūc de īperfectè practica, trāſiuit ad cognitionē perfectè practicā: ſic ad artē factiuā medicā diſcēdū, quòd, etſi, quæ uniuerſalis eſt, remota ſit magis ab actione, ſiue factione; cū tñ uirtutē, quæ de ſingularibus eſt, contineat, quæ eſt factioni conformis; practica & ipſa dicitur. Notandum quinetiā, quòd in factiua reperitur ſubiectū cōſiderādū, ut in arte medica corpus humanū: reperiī & finis, vt puta, ſanitas, ſiue ſanitatis productio.

ctio.&inter ſe diuerſa ſunt; quod idẽ ẽt in actiuis contingit, praxis finis eſt. Datur & ſubiectũ, quod eſt agibile obiectum, quod eſt ad praxim ordinabile. S.Thom. 1.par.ſum.q.79.art.11.tenere videtur; quòd eſſe practicũ ſumatur à fine. fundamentũ, quia, quod apprehendit ſpeculatiuus, non ordinat ad aliud; ſed in ſola illius cognitione ſiſtit: practicus verò ſuum nouit obiectum in ordine ad opus: & ſic ſunt fines diuerſi. Scot. in prolog. ſenten. q.4. tenet, quòd eſſe practicum ab obiecto pẽdeat principaliter. & fundamẽtum eſſe potuit; quia aptitudo talis ad praxim, reſpectus quidã eſt in obiecto; quia ab eo nata eſt haberi notitia determinatæ rectitudinis contingẽtis. cum itaque reſpectus ille fluat ab obiecto; ea de cauſa ſciẽtia ſortiri debet eſſe practicũ, nõ ab illa rectitudine, ſed à principio illius rectitudinis, ſiue aptitudinis. hac ratione reſpondet Scot. ad argumentum ſumptum ex dictis philoſophi, 2. met. 3. quòd, & ſi practica, & ſpeculatiua diuerſos fines habeãt; & ſermo ſit de per ſe finibus; intelligi debent, qui ſint infra genus cognitionis. At diſtinctio non capitur ab illis primò, ſed ab obiectis. notandum inſuper pro reſolutione, quòd intellectus actiuus, & ſpeculatiuus ſunt diuerſæ potentiæ intellectus; quia utraq; dicitur talis per habitum iam in intellectu exiſtẽtem; à quo talis denominatur. declaratur ex fundamento philoſophi in hoc tertio tex. com. 8. quia habens habitum, eſt adhuc potentia ad operationem, ſiue actum illius habitus: at non ſicut ante addiſcere, aut inuenire; quia ſic nulla inter eos diuerſitas reperitur, ut dictum eſt. deinde per alterum fundamentum 2. ani. 22. Senſitiuum alterum eſt ab opinatiuo; quia ſentire alterum eſt ab opinari. idem 3. phyſicorum 10. Poſſe ſanari, & poſſe infirmari, nõ ſunt vnum; quia ſanari, & infirmari, vnum nõ ſunt. Quibus viſis, & cognitis, ſint duę iſtæ concluſiones: prima. Pro generandis habitibus ratio practica, ſiue ſpeculatiua ſumitur ab obiectis: ſecunda. Habitibus præſentibus intellectui, ratio utriuſque ſumitur à fine. vtraq; elicitur ex dictis Alex. 3. ani. cap. de potentia rationali primo cũ dicat; Si ſecundùm ſimilitudinem quandam, & proprietatem ſit cognitio ad cognitum, ut ad ſenſibile ſenſatio; ſubiecta rationali virtuti ab inuicẽ differunt: altera ſiquidem actiua ſunt, & in gñatione, & contingentia; altera verò, perpetua, & neceſſaria; & hæc vel opinabilia, vel ſcibilia: quare ex his factæ ſunt duæ animæ facultates; hæc opinatiua; ſciẽtifica reliquas; & ide intellectus practicus, & cõſultiuus; quippè qui ſit actionis principiũ, qñ conſiliũ, & appetitus cõcordant. ſubiungit deinde Alex. Cũ homo non natus ſit cum tali habitu, qui nõ ad eſſe, ſed ad bene eſſe conducit; habet tamẽ aptitudinẽ illum acquirẽdi: ut verò acquiſitus eſt, & ſit practicus, ut dependet in facto eſſe ab obiecto; reſpectu tamen actuum; à quibus perficiuntur habitus; tota ratio ſumi debet à fine: quandoquidem tota perfectio practica ſit in operatione; & trãſitus ab illo habitu ad eius operationem, eſt de imperfectè practico ad perfectè practicum, ut de arte medica dictũ eſt: & ſic intelligitur factus extenſione practicus intellectus. ſic & Auerro. in prol. primi phyſ. dixit bonum morale conſiſtere in operationibus uoluntariis: operatio aũt finis eſt. & hoc uoluit innuere Philoſop. 2. ethic. cap. 4. cum dixerit; In uirtutibus ſcire ipſum parum, aut nihil eſt. idẽ uoluit Philop. cũ dixit, practicum habitudine differre. Ad fundamentum Scot. Habitudo illa ad praxim, fundatur in obiecto. Negatur hoc. quinimò dicẽdum eſt, fundari in habitu, ſiue intellectu habituato. ſi uerò dicatur; Ergo primò dẽt capi differentia ab habitu. Dicendũ, ꝙ differẽtia propriè ſumi dẽt, à quo ſit denominatio: quia differẽtia ſumi dẽt ab actu, ſiue forma, à quo & denominatio, ut potè à perfectiori: quod uerò in habitu eſt, imperfectũ eſt, reſpectu proprii ſui actus.

Abſtractione aũt. Intentio ſecundũ Latinos T.c.35. pendet à retro dictis; quia dixit intellectum, quomodocunque intelligentem depẽdere à ſenſu, & à phantaſia. Alicui fortè uideretur, quòd mathematica, quæ notant abſtractionem, poſsint abſq; ſenſu intelligi, ut Albert. introducit. ea de cauſa, qũo cognoſcantur ea, declarat. Philop. introducens, inquit; Cũ ſatis egerit de intellectu ſimplici, & compoſito, actiuo, & ſpeculatiuo, potentia, & actu; modò ad ipſum redit intelligibile declarandũ. quod cũ forma ſit; & forma ipſa trib. habeatur modis; uel materialis; aut abſtracta omnino; uel medio ſe habẽs modo; & de materiali dixit in tex. 9. modò de immateriali intendit agere: & primò de illo, quod mediũ eſt, mathematico. ſ. Sueſſa. continuans ad mẽtem Simpl. inquit rurſum acturum eſſe de ſpeculatiuo, cum ſatis egerit de practico. & dicit cauſam de mente Simpl. quia non datur ab extremo ad extremum proceſſus ſine medio: ideo ab actiuo immediatè aſcendit ad mathematicorum contemplatiuum. Hæc Simpl. uerſus finẽ ſuperioris comm. At contra Simpl. inſtat Sueſſa. nã primus, & qui iure actiuo immediatior eſſe debet intellectus eſt, qui res materiales contemplatur; quare dicẽdũ putat; quia in ſpeculatiuo dixit, ueritatem eſſe bonũ ſimpliciter; & bonum eſt finis quare, cum intelligat mathematica; in illis quoq; finis erit. cuius oppoſitũ dixit 3. met. 17. quod, ut remoueat, oſtendit, quomodo intellectus intelligat mathematica. Malè Sueſſa. quia accepit intellectum mathematicum ob ſimilitudinem, quam habet cum practico: uterque cum imaginatione eſt. addit deinde ſecundũ Simp. cauſam aliã: nam, quòd hic intẽtio ſit agere, qũo mathematica abſtracta intelligantur; inter omnes conuenit expon entes: at, quæ cauſa fuerit iſta, difficillimum eſt cognoſcere. inquit itaq;, Cũ dixit de actiuo, nũc agit de ſpeculatiuo. &, quia ſpeculabilium quædam coniuncta materiæ: quædam uerò à materia ſeparata, ideſt in quorum definitionibus non cadit materia ſenſibilis; & hæc, uel ſecundùm rationem, ut mathematica: uel ſecundùm eſſe, ut diuina: ideo declarat, quomodo hæc intelligãtur: nã ex hoc habebitur, quid ſit ſpeculatiuus intellectus, qui deprehenditur tum ab intelligibili, tum ab intelligendi modo. At nulla iſtarũ, mea quidem ſententia, ſtat cum Ariſt. non quæ Latino

rũ eſt; quandoquidẽ 2.phyſ.18.determinauit,q̃uo
mathematica,tametſi abſtracta ſint,ſine mẽdacio
intelligantur.præterea,& in hoc tert.ani. 11. de-
clarauit perfectè, quomodo talia entia intelligan
tur,ita vt amplius dubium eſſe non poſsit: eadem
ratio tenet in ſententiam Philopuni:quia de intel
ligibili materiali ſatis dixit in hoc tex.9. de ma-
thematico tex. 11.de oĩno abſtracto tex.25.qua-
re nõ erat hic opus de intelligibili amplius agere
Sueſſ.oĩbus modis errat:& primò quoad primum
modum ſecundũ Simpl.quandoquidẽ ſit clariſsi-
ma eius ſententia,vt dicetur, quòd agit de mathe-
maticis,vt declaret magis, quæ dicta ſunt de pra-
ctico:nã,quæ ex abſtractione ſunt, mathematica
dicuntur;quia nõ cognoſcũtur,vt termini ſunt na
turaliũ corporum,q̃uo ſenſibus exterioribus obii
ciuntur cognoſcenda;ſed abſtrahuntur à ſenſibi-
libus;non tamen vt ſeparentur à ſubſtantia; cum
accidentia ſint;ſed ea duntaxat cognitione,ut di-
ctũ eſt,ſiue cognoſcẽdi modo: quare,vt diuinè tã-
git Simpl.conformi apprehenduntur virtute co-
gnoſcente:nã intellectus ſenſui connexus materia
lia nouit, atque accidentia omnia: quorum ac-
cidentium intellectus ſecundũ ſe ſubſtantias cõ-
poſitas,veluti proprias rõnes, cognoſcit:at hic nõ
agitur,vt rectè Simpl.de intellectu ſecundũ ſe; ve-
rũ,vt connexo ſenſui,vel phantaſiæ: ideo dixit nõ
poſſe ſine phantaſia intelligere:quare,vt de practi
co dictũ eſt,ꝑ ſine phantaſia,ſ.& ſenſu intelligere
nõ põt: quia,vt ſic,intellectus progreſſus eſt,& vni
tus ſenſui,& phantaſiæ: ſic ẽt dicendũ de intelle-
ctione mathematicarum; quamuis in illis videã
tur minus; vt inde eliciatur concluſio talis; quòd
intellectus,vt ſic, non poteſt ſine phantaſia intel-
ligere,& hæc fuit intentio Ariſt.in hoc tex. ſecun
dũ Simpl.& rectè,quã Sueſſ,nõ accepit: cũ nulquã
dixerit Simpl.intentionẽ eſſe agere de intellectu
ſpeculatiuo;minusq́ue dixerit cauſam illã de ex-
tremo ad extremum non eſſe ſine medio procedẽ
dum: neque ẽt vera eſt ſecunda expoſitio ad mẽtẽ
Simpl.quia non declarat hic,quomodo intelligan
tur mathematica; ſed Simp.obiter declarat illud,
vt deſcendat commodè in Philoſophi intentio-
nem,quam vltimò diximus.peſsima fuit omnium
illius expoſitio; quandoquidem nullam habeat
continuationem cum dictis;quòd,ſcilicet,inten-
dat hic finem remouere a mathematicis; & ideo
de eis agat; cum nulla prorſus in hoc tert. talis
poſsit introductio accommodari; cum negotium
ſit vel Metaph.in tertio met.vel philoſophi natu-
ralis in ſecundo phyſico. Notandum, vt ex Sim-
plic.colligitur, quòd vis illa poteſt interdum cum
ea,quæ eiuſdem ordinis eſt, vt ſenſus, ſcilicet, cũ
ſenſatis; interdum ex ſeipſa ſola: ſic ratio no-
ſtra cognoſcens naturalia; quandoque vnà. cum
ſenſu agit; & cum eo coniuncta eſt; quandoque
ſine ſenſu ſubſtantias formarum naturalium, at-
que ſubſtantias eorum compoſitorum; quæ ſe-
cundùm ipſas determinata ſunt, cognoſcens: vbi
ex ſubſtantiis,tanquam ex cauſis, affectiones, &
accidentia illorum diiudicat: & ſic Naturalis
à Mathem.differt: quia is duntaxat accidentia;at

Naturalis ex formis, veluti ex cauſis,ſiue ex com-
poſitis ſubſtantiis,& figuras.& reliqua,quę ſubſtã-
tiis adueniunt, contemplatur. naturalis itaq; Phi-
loſophia eſt;quia & cauſas, & ſubſtantias cogno-
ſcit:at mathematica peritia, nequaquam philoſo
phia dicenda eſt;cum ſolùm de accidentibus ſit.
ratio aũt,& intellectus ſunt,qui ſubſtantiam com
prehendere valent: haud.n.ſubſtantiæ percipien-
dæ cõpos ſenſus eſt: eodẽ modo & circa talia no-
ſter ſe habet intellectus,qui aliquando cum ſenſu
atque imaginatione connexus eſt:& circa hæc tã-
tùm agit abſque vlla ſubſtantiæ notitia; aliquãdo
non in ipſa intuetur,ſed in ipſorum cauſas, quæ
ſubſtantiæ ſunt;cum formales;tum compoſitæ: &
ex his,vt ex cauſis accidentia excipit: at præſtan-
tiſsimus eſt,cum ſubſtantias ipſas contemplatur:
& eſt progreſſus;cum perfectionem adeptus fue-
rit.at de hoc ſermo in præſentiã non eſt;ſed de eo
loquitur, qui vnà cum ſenſu, atque imaginatione
connexus eſt: ideo non ſine imaginatione;quem
admodum & ille, qui in actione verſatur. In tex.
duæ ſunt particulæ exponendæ: in prima ponit,
quod intendit:in ſecunda illud idem exẽplo ma-
nifeſtat.inquit in prima. Abſtractione dicta intel
ligit. Declarat Auer. Abſtractione.i.non intelle-
cta materia: nam,ſi quæ ſint inuicem coniuncta;
bifariã poteſt committi error,ſi alterum ſine altẽ
ro intelligatur; vel cum alterum ponatur in reli-
qui diffinitione;vt,ſi intelligatur homo non intel
lecto animali, error committitur: altero modo,
ſi,quæ coniuncta ſunt ſecundùm eſſe,ſeparata in-
telligantur,vt,album,& muſicum in Socrate; ſi al-
bum intelligatur ſine muſico; error committitur:
oppoſitis modis error non contingit;vt, ſi album
intelligatur quidditatiuè, muſico non intellecto,
quo abſtractionis modo mathematica à ſenſibili-
bus abſtrahuntur;quandoquidem ſenſibilia in dif
finitione mathematicarum non ponuntur; ſed
ſeorſum ab illis rectè diffiniuntur.in quam verita
tem cadunt etiam ſpecies naturales; cum per in-
tellectum à conditionibus indiuiduantibus intel-
ligantur abſtractè; cum conditiones illæ ſingula-
res de illarum quidditate non ſint: neque etiam
decipitur intelligens mathematica entia, non in-
tellectis ſenſibilibus; non tamen re à ſenſibilibus
ſeparata, vt quidam poſuerunt, inquit Auerro.&
intellexit Pythagoreos,ſiue Platonem. Sicut,ſi ſi-
mum. In hac ſecunda exemplo manifeſtat: & pri
mò exemplum declarat: ſecundò applicat propo-
ſito: inquit in prima.Sicut,ſi ſimum.quaſi inferat,
vt Them. Simum etſi in naſo ſiue carne ſit; & non
poſsit ſine naſo, ſiue carne eſſe; poterit intelligi
non intellecto naſo. at hoc de ſimo eſt impoſsibi
le;quandoquidem in eius definitione ponatur na
ſus: non itaque accipiendus eſt ſimus totus,ſed ge
nus illius, cauitas ſcilicet, quæ quidem intelligi
poteſt rectè ſeparata, vt dictum eſt; cum ſeparata
tamen non ſit: cauum enim, & curuum, cum re-
ſpiciant quantum, poſſunt ſeparata intelligi à
ſenſibilibus; quamuis abſque illis eſſe non poſ-
ſint: non enim, ut inquit Themiſtius, ſpeculatio
quanti phyſico corpore eget, ſine eius paſsio-
nibus:

nibus: ea de cauſa geometria, & arith. maximę omnium ſcientiæ, à materia ſenſibili remouentur. hypotheticè deinde dixit; Si quod vnum intelligat actu; quia curuum eſt oppoſitum cauo: idem itaque poterit eſſe de curuo, quod de cauo; vt in aduncis naſis poſſet quis curuum intelligere. & addidit; Sine carne, in qua cauum eſt, recurrens ad ſimum, vt notauit Simpl. non expectans translationem ad curuum. & notat Auer. quòd iſta ſic abſtractè intelligi poſſunt; nõ quia accidant carni; ſed, quia ſecundũ illorũ quidditates, ſic ſunt apta intelligi. Auer. in tex. ſuo habebat; Sed intẽtiones mathematicæ nõ ſunt ſingularia. quare inquit, quòd mathematicæ nõ ſunt in anima, ſicut extra animã & hoc dubiũ nõ eſt; quia in aĩa habent eſſe abſtractũ; extra aĩam verò, nullo modo: ſic intelligere diuerſum eſt ſecũdũ diuerſitatem naturæ intellecti.

T. c. 36. Non ſeparata. Intẽtionẽ ponẽs Auer. fũdat illã ſuper hoc fundamẽto, quòd intellectus efficitur res ipſa intellecta; cũ actu illã intelligit: vnde de his, quæ ſecundũ ſe intellectus ſunt, & ea rõne abſtracta, dubium eſt, vtrum poſsint ab intellectu noſtro, vt ſic intelligi. in hanc deſcendũt intentionem Latini omnes. Simp. Quia dixit intellectũ intelligere cũ imaginatione, & ſenſu; ea de cauſa inſeparabiles eſſe videntur à magnitudine. dubium eſt, an, quæ omnino à magnitudine ſeparata ſunt, intelligere valeat. In tex. tres ſunt particulæ exponendæ: in prima cõcludit: in ſecunda ponit vnam propoſitionem: in tertia ponit dubiũ. inquit in prima, quòd intelligit nõ ſeparata, mathematica. ſ. ac ſi ſeparata ſint. Duplex eſſe poteſt lectio, ut notat Simp. vel non ſeparata, ut ſeparata; uel non ſeparatè, vt ſeparatè: nã, ſi recto naturæ ordine operaretur intellectus; ſubſtantias priùs intelligeret; & non accidentia ſepararet: ſed voluit oſtendere intellectum, cum à ſeipſo diſtet, & ſecundis iſtis operationibus annexus ſit, tanquam ſeparata, uel ſeparatè intelligere: quod tamen nõ ſit ſine opere phãtaſiæ, ut rectè etiã dixit Alb. quòd. ſ. receptio iſtorũ eſt ex phantaſmate, & diuinè concludit Alb. inquiens; In omnibus his videtur, quòd noſter intellectus ex phantaſmatibus oriatur. Colligit ex hoc dicto Philoponus, intellectum eſſe abſtractũ; quia abſtracta intelligit: quod mehercule non concludit; quia ab abſtracto, ſecundùm quid, ad ſimpliciter abſtractum, fallacia committitur. Omnino autem intellectus eſt res actu intelligens. Ponit in hac ſecunda propoſitionem, quam frequenter dixit; & ſic eſt intelligenda; Omnino intellectus eſt res, qui ſecundùm actum intelligens eſt. Sueſſanus deduxit à Philopo. huius expoſitionem, cum dicat, & referat propoſitionem hanc ad dictam de mathematicis, ſcilicet, quòd intellectus debet eſſe abſtractus, qui intelligit mathematicas. & expoſuit ly, omnino: nam, cum diffinitione mathematicæ ſint abſtractæ, ſequetur intellectum omnino, ideſt, ſecundùm eſſentiam abſtractum eſſe. At expoſitor iſte malè accepit hanc propoſitionem, quia non dirigitur ad præcedentem de mathematicis; quia ibi per concluſionem determinauit, ut dictum eſt: ſed dirigitur ad ſequentem: in qua dubitat; imò ſuper hac fundatur ratio dubii, ut dixit Auer. pręterea neque ſecundùm Philoponum rectè expoſitus fuit Ariſto. ut dictũ fuit. quare opinor meliùs dicendum cum Simpl. quòd cum intellectus, & materialia, & mathematica nõ intelligat, omnino abſtractus; ſed altera cum phãtaſia, & ſenſu; reliqua verò cum phantaſia ſine ſenſu; & intellectus actu ſit res ipſa intellecta; quomodo omnino ſeparata intelligere poſsit? & ſic iſta occaſio dubii; quia, ſi talia intelligeret; & ipſe omnino ſeparatus eſſet; & ſine ſenſu, & phantaſia operaretur: quod non apparet. Vtrum autem. In hac tertia particula dubitat; utrum, ſcilicet, intellectus, qui non eſt abſtractus à magnitudine, intelligere poſsit aliquod ſeparatorum, uel non. Auerro. habuit duos tex. in hac particula: primus vtrũ intellectus à magnitudine abſtractus, poſsit intelligere abſtracta, ſicuti materialia intelligit, quæ de potentia intellectis, actu intellecta facit. & hæc eſt diuerſa à uera litera Ariſto. græca, & dixit; Non ſecũdùm comparationem ad alterum. Dixerunt quidam hoc intellexiſſe Auerr. intuitiuè, ideſt, utrum intellectus poſsibilis, abſque quo agentẽ intueatur, poſsit intelligere abſtracta, & falſa eſt expoſitio: ſed dixit illud Auerr. reſpiciens ad corpus, ſiue ad magnitudinẽ. Secunda litera erat, vtrum intellectus exiſtens in corpore, & vnitus nobis, nõ ſecundùm eſſentiam, quia immortalis eſt; ſed ſecundùm operationem, poſsit abſtracta per eſſentiam intelligere? & ſic non uult quærere, vtrum intellectus intelligat abſtracta; quia notum eſt, quòd intelligit; ſed dubium eſt, ut in nobis. Et uult Auerro. quòd ſecunda iſta ſupponat primam, ideſt primò debet eſſe manifeſtum, quòd intellectus poſsibilis intelligat abſtracta; deinde determinare, utrum poſsit hoc in nobis exiſtens. & hæc ſecũda accepta fuit à Græcis, & à Latinis omnibus. S. Thom. ſaluat utrunque Philoſophi dictũ; & quòd intellectus poſsibilis ſit ſine corpore, ut alibi; & quòd non ſine magnitudine, ut hic; ſecundùm uiam ſuam tenens, intellectum eſſe animæ facultatem; quæ tamen anima actus corporis eſt; & ſic cum corpore; uel quia nullum habet deputatũ organum, quo operetur; ideo ſine corpore. Themiſt. non à remotis ualde, hãc introducit quęſtionem; ſed idem noluit, ut puto, cum Simpli. quòd, ſcilicet, dubium hoc propoſitum ſit, ne fortè, cum operetur cum ſenſu, & phãtaſia in operationibus iſtis, credatur omnino inſeparabilis; & præſertim cum dictum ſit tex. commen. 8. intellectum à ſeipſo egreſſum, atque perfectum per habitum ab intellectu ſubſtantifico poſſe & ſeipſum, & ſeparatum intelligere: ex altera parte, cum nullum inſeparatum, & tale ſeparatum effici poſſit, dubium eſt, quomodo hic inſeparatus, quæ ſeparata ſunt, intelligere ualeat. Philop. inquit, quòd Ariſt. dubium hoc propoſitum nõ ſoluit. S. Thom. dicit, quòd non ſoluit hic; quia non dũm actum eſt de ſubſtantiis ſeparatis: de quibus aget in met. quare ad illum diſtulit locum. &, quia non reperitur ſolutum in metaph. dicit S. Thomas hoc eſſe; uel quia perfectio ſcientiæ metaph. nondum ha-

bita eſt, ſiue ad nos peruenit; vel quia Ariſt. morte præuentus, perficere non valuit: & hoc, quia Philoſophus in tex. dixit; Conſiderandum poſterius. Moderni, Hiſpan. duo loca adducunt; in quibus videtur hoc determinaſſe: in vltimo 9. metaph. vbi dixit; Non eſt, ſicut cęcitas in oculo, intelligere ſeparata: ſecundus 12. meta. 39. à quo videtur etiam Them. ſolutionem accepiſſe; cum dicat, à ſimili; Sicut diuinus ille intellectus, actu omnino ſeparatus, materialium nihil intelligit: non enim facultatem habet intelligendi priuationes; quod non defectui illius, ſed excellentiæ dãdum eſſe videtur. vndè videretur & rationi conſonum, qui materialis eſt, nihil intelligere eorum, quæ extra materiam ſunt. at hoc non ſequitur; qa intellectus talis facultatem habet intelligendi etiam, quæ immaterialia ſunt; ſicuti ſeparans à materia, materialia intelligit: quare cõcludit Themiſt. non deficere à diuino intellectum humanũ; quia non intelligit omnino immaterialia; ſed quia non continuè, & ſemper. Simpl. dicit, uel inferiùs ſoluiſſe: & tamen nullus eſt locus clarus, vbi pateat: vel, quòd quiſque ſoluere poteſt per iam dicta. Auer. in parte digreſsiua; Oportet igitur, &c. duo facit: primò proponit, quæ conſideranda ſint: ſecundò exequitur. in primo attentum reddit, oſtendens difficultatem maximam in quæſito: in ſecundo quatuor facit, ut quatuor ponit opiniones; quarũ poſtrema ſua eſt. in primo tria facit: primò ponit opinionẽ Alex. ſecũdò oſtẽdit in dictis eius contradictionem: tertiò dicta ilia concordat. in primo adhuc tria facit: primò arguit cõtra vnam concluſionem, quæ Alex. non eſt; ſequitur tamen ex illius dictis: ſecundò ponit euaſionẽ illius argumenti: tertiò euaſionem impugnat. Dicamus, Concluſio eſt, quòd qui ponit intellectum materialem generabilem, & corruptibilem, ut, ſupple, Alexan. poſuit, nullo modo ſaluare poteſt, quomodo abſtracta per eſſentiam intelligat. & fundamentum ponit Ariſto. quòd, ſcilicet, intellectus debet eſſe res intellecta omnibus modis, & maximè in penitus liberatis à materia. hoc autẽ idcirco dictum eſt; quia res materiales; quæ per ſpecies intelliguntur; non habent omnino cum intellectu identitatem; ut ſit idem intelligens, & intellectum, quomodo determinauit eſſe in abſtractis omnino, ut tex. com. 19. arguit Auer. hypotheticè ad inconneniẽs: quia, ſi intelligeret, ſequeretur, quòd natura poſsibilis uerteretur in neceſſariam. deduci poteſt; quia intellectus materialis abſtracta intelligere non poſſet, niſi primò ſeipſum intelligeret, ut deductũ eſt. & deducitur; quia eſt minimus omnium. quòd, ſi dicatur, Non eſt intelligentia. Tunc dicendum non poſſe intelligere abſtracta, niſi primò vniatur agenti. ſed tũc idem omnino eſt intelligẽs, & quod intelligitur: ergo, &c. Si igitur. In hoc ponit euaſionem: nam, ſi quis dicat, quòd intellectus poſsibilis non eſt, q intelligat abſtracta; ſed nos per intellectum agẽtem nobis vnitum. & hoc ſecundùm Alex. Contra hoc inſtat Auer. dicens; Si copulatio hæc agentis fiat nobis de nouo; hoc eſſe nõ poteſt ſine aliqua tranſmutatione, uel in recipiente, uel in recepto, uel in utroque: quia, ſi copularetur ſine receptione; non magis nobis, quàm brutis copularetur, ſecundùm Alex. qui ponebat agentem intellectum Deum eſſe, etiam ſecundùm Theologos; cũ Deus vbique ſit. ſit itaq; per receptionẽ, cum aũt Deus, ſiue agens, æternus ſit; non poteſt in eo fieri trãſmutatio: fiet itaque in recipiente. opus itaque erit ponere ſubſtantiam vnam in nobis, quæ talem agentem de nouo recipiat, ipſamq́ue de nouo factam: tunc continget prædicta quæſtio, ſ. an ſubſtantia illa, in qua de nouo ponitur agens, ſit æterna, uel corruptibilis: ſi primum, ergo non poteſt eſſe, niſi intellectus poſsibilis: ſi ſecundum, cũ recipiens, & receptum debeant inuicem proportionari; ſequitur, quòd vtrunque æternum erit: & talis erit intellectus poſsibilis: ergo, & cæt. & addit Auer. Niſi poſuerimus continuationem propriam nobis; differentia non erit inter nos, & alia: neque quare magis in una hora, quàm in alia fiat nobis hæc cõtinuatio: niſi enim ponamus, quòd, cum intellectus poſsibilis fuerit perfectus per omnes ſpecies intelligibiles; tunc agentem recipit, ac abſtractas ſubſtantias intelligit; non erit differentia ulla, ut dictum eſt; neque quare magis in una, quàm in alia hora nobis fiat. At contra Auer. inſtatur: nam, ſecundùm ipſum, intellectus poſsibilis eſt æternus; & tamen recipit materiales formas; quæ generabiles, & corruptibiles ſunt: ergo natura neceſſaria uertetur in poſſibilem. præterea uiſiua uirtus generabilis eſt, & corruptibilis; & tamen lumen æternum recipit: quare non concludit contra Alex. Ad hæc dicendum, quòd tales receptiones non fiunt per modũ formæ realis in materia reali, quomodo concludit in Alex. ſed altera per receptionem ſpeciei: altera uerò, ut diaphanum reſpectu luminis: & propter latentiam declarat difficultatem in quæſtione contingentem ob dicta Alexand. & in eis contradictionem oſtendit. Ex dictis Alexand. habetur, quòd intellectus, qui ſubſtantias abſtractas intelligit, non eſt intellectus materialis; neque intellectus, qui eſt in habitu. & ratio potuit eſſe; quia uterque corruptibilis eſt; ſed eſt intellectus, adeptus, qui & agens dicitur; diuerſa tamen ratione; & eſt deforis adueniens; neque ulla pars animæ eſt. Si igitur intendebat. Nunc deducit Alexander ad contradictionem: aut enim Alexander per intellectum adeptum, intelligit agentem intellectum; & tunc dubium eſt, utrum priùs copuletur nobis; deinde poſt copulationem operetur, & intelligat; uel potiùs èconuerſo fiat: & eſt eadẽ cum priori difficultate, & hoc videtur dixiſſe in ſuo libro de anima. At, quod dixit in quodã tractatu de intellectu, capite quinto, uidetur dictis prioribus opponi: quia innuere videtur intellectum poſsibilem, cum completus fuerit, intelligere, ſine abſtractis uniri. & ſunt hæc formalia Alexandri uerba; Hoc ipſum intellectus potentię intelligit; cum ad perfectionem, & augmentum prouectus eſt. & à ſimili confirmat, dicens; Vt incedendi facultas, quam mox

natus

natus habet homo, ad actum ducitur tempore procedente; cum ipſe perficitur, non per aliquam paſsionem: eodem modo & intellectus, cum ad perfectionem euaſerit; &, quæ natura ſua intelligibilia ſunt, intelligit; & faciet ſenſata intellecta, ideſt materiales formas de potentia intelligibilibus, actu intelligibiles reddet; quia agẽs eſt. Sed, cũ aliquis intuebitur. Hæc pars tertia in duas diuiditur: in prima conciliat dicta Alexan. exponẽdo illa: in ſecũda dicit, quòd adhuc ſic expoſita contingit quæſtio prædicta. in prima parte ponit tria dicta Alex. deinde exponit, ponens verba propria cap. 3. de intellectu. poſtremò notat fundamentum propriæ ſuæ opinionis. inquit in prima, quòd quando intellectus potentia perfectus fuerit; tunc copulabitur ei intellectus agẽs, vt forma; & per ipſum tunc illum intelliget, & alia abſtracta: non quòd continuatio, ſiue copulatio illa, fiat per intelligere; ſed intelligere ſupponit factam copulationem; & fit per illam; vt dicendum ſit, quòd nobis, vt primò natis, anima tota ſit nobis forma; deinde per ipſam incipimus operari, vt per agentem abſtrahere materialia: à pari, & in ſtatu poſtremo vnitur poſsibili agens, vt forma: & tunc per ipſum fit in nobis eius intellectio, & ſuperiorum. vt viſiua virtus primò fit forma nobis: ſecundo per ipſam operamur videntes; & non per uidere informatur oculus. Et poteſt ſcire. In hac particula exponit verba Alexandri, quòd, ſcilicet, quando intellectus in actu vnitus fuerit materiali, vt forma; tunc dicetur intellectus adeptus: & eſt vltima nobis forma; & fit per aſcenſionem materialis ad ipſum; & eſt tunc felicitas noſtra: & non eſt pars animæ, neque animæ uirtus. Saſtentatio. Ponit in hac eius fundamentum: nam intellectus agens in duplici ſtatu nobis unitur, & ſemper, vt forma; veruntamen non eo perfectionis modo; quandoquidem in primo gerat vicem agentis, cum materialia abſtrahat, vt intelligantur; in ſecundo uerò, & propriè magis, dicitur, vt forma, vniri, quando per eſſentiam intelligit. & addit, quòd intellectus in habitu hunc intellectum non intelligit; quia materialis ille eſt, & corruptibilis; hic verò æternus. At non videntur concordia Alex. dicta; quandoquidem in libello de intellectu voluerit, quòd intellectus noſter agentem intellectum intelligat. hoc autem putabat; quia volebat, quòd agens efficeretur forma poſsibilis: & eſt intellectio ipſa; & per ipſam intellectionem non intellectam ſubſtantias alias abſtractas intelligat. neque inconuenit, quòd per intellectum agentem ab ipſo non intellectum, ſubſtantias abſtractas intelligat alias; ſicuti viſus per viſionem videt; non tamen viſionem ipſam videt. Sueſſ. adducit hic horum dictorum concordiam ex ſententia Simpl. & inquit Simplicium voluiſſe duplicem intellectum materialem, generabilem alterum; alterum verò æternum; & generabilem nunquam agentem intelligere; qui verò æternus eſt, intelligere. & concludit ſic nullam prorſus differentiã eſſe inter Alex. Simplic. Them. & Auerro. At miror ego philoſophi huius dicta; quandoquidem in retro habitis paſsim Alexandri ſententiam damnauerit: nunc verò in ſuam, atque aliorum, tanquam ueritate coactus, acceperit. præterea, cum apud omnes cõſtet Alex. poſuiſſe intellectum materialem ſubſtãtia corruptibilem, quis erit alter ille intellectus materialis apud ipſum ęternus? aut in quo dictorum ſuorum loco aliquando lectum eſt? vnde bonus iſte Doctor non rectè accepit Simplic. à quo, vt opinor, accepit Auerro. cum eiuſdem vterque ſententię ſit; cum expreſsè hic citans Alexandrũ Simplic. dicat; Sed & Alexander dicit, quod inſeparabile eſt, quandoque contingere, ſeparatorum fieri cognoſcitiuum: quoniam ab inſeparabilibus ad ſeparabilia relatio fiat illi: non eſt tamen relatio eadem intellectioni; ſed excitatio quædam; finis verò intellectio. declarat ſubinde dicens; Anima ab inſeparabilibus orditur; cum impetum, ſiue conuerſionem ad ea, quę extra ſunt, teneat, non potens in ſeipſam, neque in meliora operari; ſed ab his, ueluti ab imaginibus ad primitiuas formas deducitur. Hæc Simplicij ſunt. Quid nam aliud dicere voluit, quàm quod Alex. in libro de intellectu dixit, quòd augmentatus per ſcientias intellectus, abſtracta intelligit, cum ſemper agentem habeat; tametſi non vt poſtremam formam ſecum operantem? quia, vt inquit Simpl. non inconuenit, quod ſeparabile eſt, inſeparabilibus occurrere, quãdo connectitur ſecundis uitis, atque inſeparabilibus; inconnenit quidem tamen; quod omnino inſeparabile, inſeparabilibus connecti; ſicuti uniuerſalis propoſitio vnita particulari particularem concludit: at particularis, etſi uniatur uniuerſali, nunquam tamen vniuerſalem concludere poteſt. ex quibus dictis palàm concluditur, quòd intellectus poſsibilis neque in habitu ſecundùm Alex. vnitur agenti intellectui; ita ut illum intelligant: ſed facta diſpoſitione, ut dictũ eſt, in intellectu poſsibili, tũc unitur nobis intellectus agens, ut forma; non tamen, quòd illum poſsibilis intelligat; ſed, quòd nos per illum abſtacta intelligamus. Sed huic. In hac oſtendit adhuc Alexandrum deficere: nam, quòd intellectus agens poſtremò recipiatur, ut forma; & priùs non recipiebatur, arguit nouam aliquam cauſam. quòd, ſi illa dicatur diſpoſitio facta in intellectu: uel itaque talis diſpoſitio erit receptio, & tũc cõtinget, ut generatũ efficiatur ęternum, per fundamentum retrò frequenter dictum: quòd, ſi non fuerit receptio, quid nam diſpoſitio illa tunc erit? quia diſpoſitio ſecum tenet formã ad quam diſpoſitio illa ordinatur; & à fine motus differt ſolùm per magis, & minus perfectum, ut Auerro. 3. phyſ. quare debent eſſe eiuſdem generis; & non diſpoſitio materialis, & forma abſtracta: conducit opinionem Alphar. in ſua nicomachia; idque, ut oſtendat, quantum habeat roboris ratio facta in Alex. inquiens; Tametſi Alphar. fuerit eiuſdem opinionis cum Alex. de intellectus corruptione; non poſuit tamen intellectũ agentem uniri nobis in formam in fine, ſed duntaxat, ut agens, quomodo & principia, uniebatur,

deducit

deducit hominem ad contradictionem:& confirmat per opinionem Auemp. Et videmus. Hæc eſt ſecunda pars principalis; in qua ponitur opinio Themiſtij, & diuiditur in duas: primò ponit eam in generali: ſecundo propriè magis. primò format ſyllogiſmum unum hypotheticum diuiſiuum: & ponit primò partem unam ſyllogiſmi: ſecundo probat illam: tertiò ſoluit argumentum: quartò arguit contra reſponſionem illam: quintò ponit alterum membrum: ſextò epilogat: vltimò præfationem quandam ponit, priuſquam in ſpeciale deſcendat. in primò ſyllogizat; Si intellectus poſsibilis eſt æternus, vel põt de ſui natura intelligere ſubſtantias abſtractas; vel non intelligere: ſi primum, tunc ſequetur & in præterito, & futuro ſemper illas intelligere; & non in poſtremo, vt tenere uidentur. conſequentia illa tenet; quia intellectus poſsibilis eſt ſubſtantia æterna; & eius proprietas eſt abſtracta intelligere. & deducit ad aliud inconueniens, quòd, ſcilicet, in principio intellectus agens nobis cõtinuabitur: quod ſequitur, ſi poſsibilis in principio intelligat abſtracta: idque eſſe non poteſt, niſi quia ſibi unitũ habet intellectum agentem: ergo ſequitur dictũ. Sed poteſt ſolui. Nunc ſoluit inquiens; Dici poſſet, quòd intellectus materialis, non eo modo cõtinuatur nobis in principio, quomodo continuatur agenti; quia nobis per ſpecies intelligibiles, vt dictum eſt; agenti uerò per eſſentiam. & ſic concedi poteſt intellectum poſsibilem ſemper intelligere abſtracta; at non ſemper nobis copulari. Et, cum ita ſit. Arguit modò contra illam reſponſionem; Vel intellectus materialis eadem nobis copulatione copulatur, & agenti; vel diuerſa: ſi diuerſa; tunc nobis nulla continuatio erit, ſcilicet, cũ agente; quia diuerſa à nobis eſt: quòd, ſi eadem; tunc continget diuerſitas ex parte diſpoſitionis: & non videtur, quæ ſit diſpoſitio iſta. Si autem. Ponit alterum membrum; ſi dicatur, quòd intellectus materialis, natura, non intelligit abſtracta; tunc maior erit ambiguitas. & inquit Auerro. cauſam tantæ difficultatis in hac materia fuiſſe; quia Ariſto. nihil determinauit de hoc. Dicamus. In hac deſcendit ad propria magis; cum intentionem habeat agere modò de ſententiis expoſitorum; & præfatione vtitur, laudans primò Auemp. mox ad expoſitores deſcendit; & primò ad Themiſtiũ, & diuiditur pars hæc in duas: primò ponit opinionem Themiſtij: ſecundò oſtendit illam, quantum difficilis ſit. inquit in prima, quòd ratio Themiſtij, proceſsit per locum à minori. minus uidetur, quòd intellectus poſsibilis abſtrahat res materiales; & intelligat illas, quàm quòd abſtracta intelligat. Valet hæc; quia intellectus poſsibilis, cum ſit immortalis; maiorem habet cum æternis ſimilitudinem, quàm cum materialibus. Minor; Sed poteſt illa; ergo & iſta. Et iſte ſermo. In hac parte ponit illam difficilem, inquiens, Aut corruptibilis, aut æternus ponetur intellectus. hoc autem dixit, vt ſimul opinionem Alex. cũ Them. comprehendat. ſi corruptibilis; tunc ſermo iſte Them. ſufficiens, ſiue metaphoricus erit; non autem probabilis: non enim ſequitur de uirtute materiali, quòd, ſi intelligat minus cognoſcibile; magis intelligat, magis cognoſcibile. & inſtãtia clara eſt de potentia viſiua: non enim ſequitur, ſi minus uiſibile recipit, quòd immenſum recipere valeat. Notãdum, quòd primo cę. 22. dicit, quòd ſermo ſufficiens eſt, qui poteſt facere exiſtimare non nerus v. g. quòd Sol minor ſit, quàm terra vniuerſa. At probabilis eſt ſermo concludens: vnde ſermo ſufficiens probabili innctus, eſt ſufficiens magis, quàm ſeorſum acceptus: at, ſi ponatur intellectus materialis, ut ponit Them. tunc continget prædicta quæſtio: quare in principio abſtracta non intelligimus. Alex. In hac vult inueſtigare, quare continuatur nobis in fine; non autem in principio. & diuiditur in duas: in prima ponit ſũ per hoc ſententiam Alexan. In ſecunda difficultates illi contingentes. Sententia Alex. conſiſtit in tribus ſyllogiſmis; & ſic erunt tres cõcluſiones. & primò aduertendum, ſecundùm Alex. quòd hoc tenet in omni generabili, quando ueniet generabile. cum uenerit generabile ad perfectionẽ ſuæ generationis; perueniet quoque ad perfectionẽ ſuæ virtutis actiuæ, ſiue operationis actiuæ; ſi tale quid actiuæ erit; non enim puer ad hanc peruenit perfectionem, vt generare poſsit, niſi peruenerit ad debitam membrorum generatiuorum perfectionem. hoc idem tenet de potentia paſsiua, vt de ſenſitiua. tenet de vtraque, vt in toto homine; tum reſpectu potentiæ motiuæ; tum etiam ſenſitiuę. Cum intellectus in habitu. Sub hac concluſione ponitur minor ſecundi ſyllogiſmi; Cum ſit materialis, & genitus, quando in ſua generatione perfectus erit; erit quoque in ſuis omnibus operationibus. &, quia duę ſunt illius operationes & creare intellecta; atque illa intelligere; poterit tunc vtraque illa facere: & ſic erit in operationibus perfectus. & ſub hac concluſione ponitur minor tertij: at intellectus habere non poteſt perfectionem ſecundæ ſuæ operationis, niſi intelligat res abſtractas, & non abſtractas: intelliget itaque ſpeculatiuus ſubſtantias ſeparatas. Et in hoc ſunt quæſtiones. Oſtendit Auerro. in his opinionibus defectum; & contra poſitionem Alex. hoc primò ſuppoſito, quòd finis motus, eſt eiuſdem rationis cum his, quæ ad finem illum ordinantur. quo poſito, dicendum, quòd ratio Alex. teneret, ſi vnico cè diceretur intelligere de materialibus, & immaterialibus. cum verò hoc verum non ſit; ſequitur duntaxat, quòd intellectus ſit perfectus in operatione; quæ eſt creare intellecta, id eſt facere de potentia intellectis, actu intellecta; non autem ſequi eum abſtracta intelligere. Et etiam quomodo attribuitur actio. ſecũda ratio in Alex. eſt, quomodo poſsit intellectui ſpeculatiuo hanc attribuere actionem, vt, ſcilicet de potentia in intellectis, actu intellecta faciat, niſi velit, quòd intellectus in habitu ſit aggregatum ex intellectu agente, & poſsibili, quæ attribuitur Them. & ſic operatio iſta erit attributa toti illi intellectui. ratione agentis; uel quòd intellectus in habitu aggregatum ſit ex intellectu agente, & ſpecie intelligibili, ut Alex.

tenere

tenere uidetur, & Auemp. vt nos putauimus ex ſermone Ariſt.&,vtcunque ſit, ſemper totum operabitur ratione partis, agentis ſcilicet. Et ſi etiã. Ponit modò rationem tertiam in Alex.nam poſito etiam, quòd intellectus ſpeculatiuus ſit compoſitus ex intellectu in habitu, & agente; & quòd ratione agentis creat intellecta; & intelligat materialia; non tamen ob id ſequitur, quòd intelligat immaterialia, niſi per accidens: &, ſi non; tunc generabile efficeretur æternum: quia tunc operatio intellectus in habitu, eſſet operatio æterna. dicitur autem intellectus in habitu, cauſa per accidens; quia eſt cauſa diſpoſitiua; diſponitur ſiquidem intellectus per intellectionem rerum materialium, ut abſtracta deinde intelligere poſſit. Et contingit. Aduerſus eandem Alex. ſententiam adducit aliam rationẽ; cũ dicat Alex. quòd intellectus in habitu,& agente compoſitus, creat intellecta.contra; Aeternũ nõ indiget in ſua actione generabili, & corruptibili; quomodo itaque vna erit operatio procedens ab æterno agente, & in habitu generabili,tanquam ex compoſito vno? At,quia videtur & hoc eſſe contra ipſum, & Auerro. quippè qui voluit intellectum agentem ſimul cum phantaſmatibus concurrere ad hanc operationẽ.inquit ipſe; Poſtea loquemur de hoc; quia inſufficiens fuit Alex.in hoc: tria enim ſunt, intellectus agens, intellectus poſsibilis,& intellecta ſpeculatiua; per quæ immaterialia intelligimus. mutatio poteſt quandoque ſe tenere ex parte materiæ; quandoque agentis:diſpoſitiua verò cauſa quandoque alterum reſpicit; quandoque reliquum. hoc autem non diſtinxit Alexander Auemp.tertia hæc pars digreſsionis eſt:& diuiditur in duas: in prima ponit opinionem Auemp. cum ſuis fundamentis: in ſecunda oſtendit difficultates illi contingentes: in prima, præfatione vtitur: deinde ponet tria ſuppoſita. Auempac.in hoc duas fecit rationes; primam in ſua epiſtola. & primum fundamentum ſupponebat, quòd intellecta ſpeculatiua ſunt facta, ſecundùm quòd omne factum habet quidditatem, id eſt omne factum; quia generabile eſt; ergo materiale,& indiuiduum,& ſic diſtinctum à ſua quidditate, vt t.c.9.tertium, Omne habẽs quidditatem, intellectus poteſt ab eo quidditatem extrahere: & ſic quidditates omnes ab habentibus quidditatem. & in hoc cum Alphar.conuenit.probauit hoc per duas vias; alteram in epiſtola; alteram in libro de anima:& ſunt proximæ valde.& ratio eſt; Intellectis rerum non contingit multitudo,niſi per multitudinem formarum ſpiritalium; cum quib. ſuſtinebuntur in vnoquoque indiuiduo: ſic intelliguntur dicta, quòd intellectis rerum, id eſt ſpeciebus intelligibilibus non contingit multitudo, niſi ſecundùm multitudinem phantaſmatum à quibus tales cauſantur ſpecies, quæ ab inuicem diuerſæ ſunt, ſecundùm phantaſmatum diuerſitatem: & propter hoc ſpecies intelligibilis equi diuerſa fuit apud te,& apud me:ex quo ſequitur, ſecundùm conuerſionem oppoſiti, id eſt, per oppoſitum, ſi ſit aliquod intellectum, quod non intelligatur per ſpecies dependentes à phantaſmatibus tale idem apud me, & apud te erit, vt de ſubſtantijs ſeparatis; ex quo non intelliguntur per ſpecies à phantaſmatibus dependentes; eędem ſunt apud omnes intellectus. Deinde coniungit. Ponit primò ſuppoſitum:deinde ratione concludit. inquit primò, quòd quidditas intellecti, & forma eius,non habent formam ſpiritalem,id eſt vniuerſale in ſe conſideratũ,nõ eſt multiplicabile ratione phantaſmatum; ſed multiplicatur ſpecies. rationem aſsignat,inquiens; Cum quidditas intellecti non eſt quidditas indiuidui ſpiritalis, neque corporalis; id eſt vniuerſale, quod in ſe vocatur quidditas intellecti, non eſt quidditas indiuidui ſpiritalis,id eſt nõ eſt ſpecies intelligibilis,quę eſt quidditas phantaſmatis,quod eſt indiuiduum ſpiritale: neque talis quidditas, ſupple, eſt phantaſma, quod quidditas eſt indiuidui corporalis. ex hoc conſequitur, vt intellectus ſit innatus intelligere intellecti quidditatem; quia de ſui natura maximè intelligit, quod multiplicatum non eſt.& addit, cuius, id eſt intellecti intellectus eſt vnus omnibus hominib. & quòd tale eſt ſubſtantia abſtracta: deinde dicit in lib. de anima,quòd quidditas intellecti, ſecundùm quod eſt intellectum,niſi concedatur, quòd non habet quidditatem;& quòd non eſt ſimplex. Aduerte, quòd negatiuè locutus eſt;quia, ſi affirmatiuè, propoſitio falſa eſſet, verbi gratia, intellectum, ſecundùm quod intellectum,habet quidditatem; & eſt ſimplex; quia tunc intellectum omne eſſet tale; vt, verbi gratia,genus generum quidditas eſt, quę nõ habet quidditatem; ſpecies verò habet;& compoſita eſt.ratio cõſiſtit in hoc; Quod intelligit quidditatem non habentem quidditatem, ſubſtantias abſtractas intelligit: ſed intellectus eſt talis; ergo &cæ.nam,cum intellectus innatus ſit abſtrahere quidditatẽ ab habẽte quidditatẽ, in infinitũ procederet;niſi concedatur intellectum dari, nõ habens quidditatem;ad quod denique deueniendum eſt.quòd verò tale ſubſtantia abſtracta ſit; probatur; quia illud,quod hanc terminat abſtractionem; vel eſt quidditas non habens quidditatem; vel habens quidditatem,quam tamen intellectus non eſt innatus abſtrahere ab illa; vel tale eſt,quod neque quidditas eſt;neque quidditatem habens.non poteſt dici,quòd habeat, & intellectus non ſit aptus abſtrahere; quia tunc intellectus æquiuocè diceretur;quia non poterit in operationem propriam intellectui:neque dici poteſt quòd terminus talis,neque quidditas,neque quidditatem habens;quia tale pura priuatio eſt; remanet tertium, quòd ſit forma ſimplex: & talis abſtracta ſubſtantia eſt. Et confirmauit, At diceret aliquis;non valet; Intelligit quidditatem ſimplicem;ergo ens ſeparatum;quia talis quidditas eſſe poteſt differentia vltima,vel forma generis generaliſsimi;Dicendum,quòd per ſimplicem illam intelligere debemus, quæ neque compoſita eſt, neque componibilis; cuiuſmodi forma generica non eſt: deinde dicit Auerro.quòd Auemp.hoc ſuum confirmauit dictum per hoc, quod Ariſt.di-

xit

xit 2.ani.16. quòd cum ſit abſcindere infinitum, ſtandum erat in principio: non enim abſcindendum eſt in quarta, aut quinta propoſitione; quia eadem ratio de vna, ſicut de aliis eſt. Dicit Auerro. quòd hæc eſt eadem ratio cum prima. at ponitur hæc ſecunda, quia poſſet aliquis dicere, quod priuſquàm deueniat ad ſimplicem quidditatem, cognitionem ſcilicet, ſubſtantiarum abſtractarum, oportet, quòd tranſeat per infinitos intellectus medios, ideſt per infinitas res intellectas intermedias: & ideo poſita eſt hæc ratio, vt habeatur, quòd intermedij illi intellectus. uel ſunt vnus vel, ſi plures, ſaltem finiti. Nos autem dicamus. In hac parte mouet Auerro. dubia contra hanc opinionem: & tangit tres difficultates: prima quòd, ſi hoc nomen, quidditas, dicatur vniuocè de materialibus, & abſtractis, ſimiliter eſſe compoſitum, &cæ. tunc demonſtratio erit vera: at, ſi æquiuocè, ueritatem non habebit; quia ratio illa non probat, quòd intellectus intelligat ſubſtantias ſeparatas. licet enim verum ſit, quòd intellectus noſter deueniat ad ſimplicem quidditatem, ideſt non habentem quidditatiuum prædicatum; non tamen quis dicere poterit, quòd talis ſubſtantia abſtracta eſt; ſed eſt quidditas ſupremi generis. & licet intellectus noſter innatus ſit intelligere ſpecies omnes materiales; non tamen ob id ſequitur, quòd abſtractas intelligat; quoniam vniuocè nõ dicuntur. deinde dicit; Vtrum analogicè dicatur? quod, ſi ſic, adhuc dubium erit; quomodo; quia analogia 4. met. 2. eſt multorum ad vnũ. tunc videndum, an illud comparetur, vt efficiens; vel potiùs, vt finis. poteſt etiã eſſe dubium, ſi quidditas dicatur de materialib. & immaterialibus de quibus dicatur priùs. Sed, ſi conceſſerimus. Ponit ſecundam difficultatem contra Auemp. quòd, ſcilicet, vniuocè dicatur. Dubium erit, quomodo intellectus materialis, ſi ponatur corruptibilis, intelligat abſtracta. & fuit ratio retrò dicta in Alex. intellectum corruptibilem ponentem, vt & Auẽp. cum in abſtractis à materia idem intelligens ſit intellectum, & intellectio. quòd, ſi dicatur æternus; continget, quam dixit in Themiſtium, dubitatio: quare, ſcilicet, copulatur magis in poſtremo, quàm in principio. Et etiam, ſi poſuerimus. Ponit modò tertiam difficultatem in Auemp. Si ponamus, quòd intellectus materialis de ſui natura poſsit abſtracta cognoſcere, propter quid eſt, quòd intellectio talis non currit curſu intellectionum ſpeculatiuarum ſcientiarum, ſcilicet, vt à præceptore, & ipſa acquiri poſsint? Auerro. dicit Auemp. in hoc fuiſſe dubium; quandoquidem dixerit in epiſtola expeditionis, quòd poſsibilitas & naturalis, & diuina eſt: & per diuinam hanc voluit innuere, intelligere per eſſentiam: & per hanc intelligi voluit abſtracta. in alia epiſtola continuationis uoluit eſſe de poſsibilitate naturæ; quare ſecundùm ordinem ſpeculatiuarum acquiri. & ponit uerba Auemp. ex quib. ſententiam elicit. Auerro. arguit contra hoc, quòd, ſcilicet, ſit pars ſpeculatiuæ: nam homines huius tẽporis hanc non habẽt. quod tribus de cauſis cõtingere poteſt; uel; quia principia, ſiuè propoſitiones, quæ ducunt in ſcientiam iſtam, ignoramus: aut erit; quia naturalibus rebus aſſueti, non habemus adhuc tantam in illis exercitationem; quanta requiritur pro comparanda tali notitia: uel, quia diminuta in nobis natura, redditi ſumus inhabiles, ut illam acquirere ualeamus. modò deſtruit tria hęc membra: & primò ultimum; quia ſequeretur, quòd homo æquiuocè diceretur; & de aptis ad hanc ſcientiam; & de ineptis. Contra primum; Si quę propoſitiones ſunt ignotæ; tunc perfecta non erit ſpeculatiua ſcientia: quia propoſitiones ducentes in cognitionem abſtractorum, notæ non ſunt. & licet fortè hoc non haberet Auemp. pro impoſsibili; eſt tamen inopinabile ualde. remouens & tertiũm deducit ad idem; Sequeretur, quòd philoſophia perfecta non eſſet; ſunt enim rationes illæ ualde proximæ. Dicamus. In hac parte ſuam Auerro. ponit ſententiam: & diuiditur in duas: in prima nonnullas ponit ſuppoſitiones: in ſecunda ponit opinionem propriam, prima adhuc in quatuor diuiditur, cũ quatuor ſuppoſitiones ſint: prima; Intellectus noſter duas tenet operationes; alteram de genere paſsionis intelligere, alteram extrahere; & de potentia intellectis actu facere intellecta: ſecũda ſuppoſitio eſt; ponit manifeſtũ eſſe, quod in uolũtate noſtra eſt, cũ habuerimus intellectũ in habitu, intelligere, quodcunque uoluerimus. In hoc, dubitant Auerroiſtæ: nam; ſi in intellectu ſpecies intelligibiles non remanent, ut uidetur uoluiſſe Auic. facilis huius loci erit expoſitio; quòd, ſcilicet, in arbitrio noſtro erit, quandocunque rurſus abſtrahere, & intelligere: at, ſi ponantur in intellectu manere; maius inſurgit dubium, quomodo, cũ acta in intellectu ſint, & abſtractæ, poſsimus rurſus abſtrahere. Pro reſolutione, ut retrò à nobis determinatum eſt, ſpecies non manent intelligibiles in intellectu; quia nunquam fuerunt in illo; quamuis ſine illarum occaſione intellectus de nouo non intelligat. Dicendum itaque, quòd intellectus in habitu dicitur in nobis, qui occaſione dictarum ſpecierum in phantaſia exiſtentium, conuerſus ad agentem, ea perfectione pro gradu illo ſibi poſsibili, perfectus eſt, ut obiecta illa participata, & effuſa requiruntur: quare pro arbitrio quiſque intelligere poteſt. quod determinauit Ariſto. tex. 8. & hoc idem uoluiſſe Auerr. opinatus ſum. non ſemper autem contingit fieri talem abſtractionem, ſine intellectionem; quia ad tales intellectiones nõ intellectus ſolus agens cum poſsibili concurrit; ſed agens cum phantaſmate; quare dixit Auerro. quòd intellecta ſpeculatiua, uel uniuerſalia colligata ſunt cum imaginib. & corrupta ad corruptionem earum, comm. 30. nouitas itaque erit ratione diſpoſitionis, ſiue huius noui concurſus. & addit Auerro. de mente Alex. quòd creare prius eſt, quàm intelligere. quod ſaltem ueritatem habere debet natura, ſi minùs tempore. ea de cauſa uoluit Alex. definire intellectum potiùs per hanc, quę actio eſt, quàm per paſsionem; quia per paſsionem potuit & uirtutibus aliis, ut ſenſitiuis cõmunicare.

municare. Auerro. aliquo modo reſpondet Alexãdro, inquiens, quòd procederet ratio, ſi diceretur paſsio vniuocè de intellectu, & virtutibus alijs, vt puta ſenſu: at, cum dicatur æquiuocè, potuit & per paſsionem diffiniri; nihil tamen inde ſequens incommodum: potuit autem ſequi ſecundum Alexan. qui voluit intellectum poſsibilem corruptibilem, & materialem eſſe; ſicuti ſenſus eſt. colligit deinde Auerr. ſententiam Them. quia intellectus in habitu eſt & extrahens, & recipiens; ideo poſitus fuit compoſitus ex poſsibili, & agente: quod idem & Alexan. mouit ponentem intellectum nobis copulatum eſſe, ueluti compoſitum ex intellectu in habitu, & agente. Intellecta autem. Ponit in hac particula tertiam ſuppoſitionem. & eſt, quòd intellecta nobis bifariam inſunt: quædam intellecta naturaliter. & ſunt primę propoſitiones quia neſcimus, vndè veniant; alia verò voluntariè, vt quæ acquiſita ſunt, vt, ſcilicet inclinatur homo propria voluntate ad ſcientiam ſibi acquirendam. Sueſſ. vult, quòd intellectus in habitu dicatur ille, qui prima ſecum tenet principia: ſpeculatiuus verò dicatur ille, qui concluſiones habet cognitas; quia ſpeculamur illas per illa principia. At locus iſte à me non intelligitur: nam intellectus in habitu, vt rectè ſentit Alexan. comparatur ſcientiæ. modò talis diſtinguitur à primis illis principijs. præterea in eodem capite de intellectu in habitu 3. ani. inquit Alexan. quòd ille eſt, qui perfectiones poſsidet. & eſt ſententia Ariſto. tex. com. 8. quia intellectus talis nō eſt ampliùs in potentia remota, ut poſsibilis erat, ſed propinqua, vt ad libitum homo per ipſum intelligere poſsit: & ſecundùm habitus diuerſos dicitur & practicus & ſpeculatiuus. Dixit autem Auerr. Principia illa prima nobis nota naturaliter; quia neſcimus, vndè veniant: nam in puerili ætate latentes nos ipſos dignoſcimus, & totum, & partem; & totum deinde ſua parte maius, vt uideatur nobis principium hoc connatum eſſe. & addit Auerro. quòd intellecta nobis naturaliter neceſſe eſt, vt ſint ab aliquo: tale autem debet eſſe intellectus liberatus à materia; alia verò ſcita, vt, gratia exempli, cōcluſiones ſciuntur ex primis principijs illis naturalibus. ſic concluſiones erunt, vt quædam facta ex congregato ex primis propoſitionibus, & intellectu agēte. & talis eſt ītellectus in habitu. Et omnis actio. Tangit nunc quartum ſuppoſitum. & eſt, quando actio ex congregato duorum fit: alterum eſt, quaſi materia, aut inſtrumentum; alterum verò, quaſi forma, aut agens. ſic propoſitiones videntur, aut vt materia, aut inſtrumentum. Antiquorum aliqui dicebāt, propoſitiones primas eſſe intellectū agentem; quia viderunt nullum abſque illis in nobis fieri agētem intellectum. vt ſit ratio talis; Speculatiuus fit ab intellectu agente: ſed intellecta prima ſunt cauſæ intellectus ſpeculatiui: ergo talia ſunt intellectus agens. At opinio hæc falſa eſt per retro dicta; quia agens vnum, & æternum eſt: talia verò non ęterna; ergo, &cę. Dubitat Auert. quia propoſitiones, cum corruptibiles ſint, & factæ; dici non poſſunt inſtrumentum, ſiue materia rei æternę; quia inſtrumentum æterni debet eſſe æternum. Aduertendum tamen, quòd hoc ſimpliciter prolatum non habet veritatem: nam intelligentię agunt in hęc inferiora mediāte cęlo. quod, etſi ſit inſtrumentū æternum; non habet tamen inſtrumentum æternum, per quod in hęc inferiora agat. præterea, Sol, & homo hominē generat, 2. phyſ. 26. & homo reſpectu ſolis, eſt inſtrumentum corruptibile. præterea, intellectus agens per phantaſmata corruptibilia format ſpecies intelligibiles. ob id intelligenda his limitibus eſt propoſitio, quòd ſit de agente æterno nullo modo variabili, nec per ſe, nec per accidens: à quo cęlū excluditur. ſecundò intelligitur, ſi illud inſtrumētū ſit cauſatum ab agente principali æterno; cuiuſmodi phantaſmata non ſunt. Dicamus. In hac reſpondet Auerro. negando conſequentiam: non. n. valet; Primæ propoſitiones ingrediuntur intellecta ſpeculatiua: ergo ſunt materia, vel inſtrumentum agentis; ſed intelligendum, quaſi materia, vel quaſi inſtrumentum. & oſtendit vtilitatem, ſi hoc cognoſcatur, quòd ſcilicet, intellectus in habitu, in quo, vt; veluti in materia, fit agens; vel, veluti in inſtrumento. tunc poterimus ſcire modū, ſecundùm quem continuatur cum intellectis ſeparabilibus. Dicamus. Reſpondet formaliter ad argumentum, quòd neceſſarium non eſt, quòd ſit, vel tanquam materia, aut inſtrumentum; ſed neceſſe illic eſſe reſpectum quēdam; ſecundùm quē intellectus in habitu, materiæ aſsimilatur: & agēs formæ. mouet deinde quæſtionem maiorem, quid ſit reſpectus iſte. ſubdit Auerro. quòd ponentes intellectum generabilem, & corrup. non poſſunt huius reſpectus aſsignare cauſam, vt fuit Alexander; quia, ſi agens, & propoſitiones, habent rationem formæ, & materię, & recipiuntur in aliquo; non poſſunt recipi in intellectu materiali corruptibili; quia agens ęternū eſt. & ratio in hoc eſt; quia, niſi ſaluetur, quòd reſpectus ille proportioni ſimilis, quæ cadit inter materiam, & formā; fiat etiam inter intellectū agentem, & Intellecta ſpeculatiua; non poſſumus modum habere, quod intellectus agens copulatur nobis, vt forma: quare non poteſt ſaluare reſpectum. Ponentes. Adducit contra Them. quòd intellectus operans, ſcilicet, intellectus agens ſit intellectus, qui eſt in habitu, contingeret ſpeculatiua æterna, atque alia impoſsibilia. Nos autem. In hac vult ſoluere: primò tamen poſuit tres propoſitiones: ſecundò ſoluit. prima; intellectus materialis æternus: ſecunda; intellecta ſpeculatiua generabilia, & corruptibilia: tertia, quòd intellectus materialis cōprehēdit & materialia, & abſtracta. deinde intellectus poſsibilis recipiens ſpeculatiua, & agentem intellectum, perinde recipit, vt diaphanum ſimul colorem, atque lumen: & tamen lux eſt efficiens colorem. &, cum nobis manifeſtus fuerit is continuationis modus, qui inter intellectum agentem eſt, & poſsibilem, poterimus reperire modum, ſecundum quem intellectus agens eſt, quaſi forma; & in habitu eſt, quaſi materia. ponit deinde Auer. pro reſolutione maximam hanc; Omnia duo illa, quæ

quæ in aliqno recipiuntur, illorum tamen alterũ perfectius; alterũ verò imperfectius ſit; perfectius ſemper ſe habet, ut forma; impfectius verò, ut materia. ſupplenda minor eſt; Sed intellectus agens, & intellectus in habitu, recipiuntur in eodem ſubiecto, ſcilicet, in poſsibili: ergo agens ſe habebit ut forma; &, qui in habitu, ut materia. ſic dixit, quòd imaginatiua perfectior eſt ſenſu communi; quia in eodem recipiuntur ſubiecto, anima ſcilicet. ſoluit deinde Commenr. inquiens; Iam enim inuenimus modũ, &cæ. Pro intellectu horũ uerborũ notandũ, quod intellectus agẽtis duę ſunt operationes, abſtrahere, ſ. formas à materia primò deinde intelligere per eſſentiam. ſic bifariã nobis copulari dicitur, & ut agẽs; & ut forma: copulatur itaque nobis copulatione prima à natura: copulatur ſecunda per ſtudiũ, atque exercitationẽ. aduertendum tamen eſt, quòd reſpectus agẽtis ad intellectum In habitu, non eſt in agente reſpectus, ſecundùm eſſe, de nouo adueniens; ſed ſecundùm dici, fundato reſpectu ſecũdũ eſſe in intellectu in habitu, ſiue ſpeculatiuo. & cõtingit de agẽte dici, quod de columna, quæ efficitur & dextera, & ſiniſtra, moto Socrate in partes diuerſas. ex his itaque dictis uidetur ſolutum primum dubium, quod mouet Auerroes in hac digreſsione. & fuit, nunquid intellectus noſter intelligere poteſt per eſſentiam abſtracta. & determinat pro affirmatiua, ſic procedens; Intellectus agens fit forma intellectus ſpeculatiui, ut quidditas in habẽte quidditatẽ: ſed ſpeculatiuus poſtremò intelligitur; & hoc eſſe nõ põt, niſi ꝑ eius quidditatẽ: ergo quidditas illa, quæ intellectus agẽs eſt, intelligitur quare abſtractũ intelligitur à nobis. at priùs fiat hoc, ꝙ erit notitia intuitiua, dr̃ copulatus ſpeculatiuo; & eſſe ex vtroque unũ in actu, quod operatur. & ſic redactum erit ad noſtram volũtatem; vt, quandocunque voluerimus, poſsimus generare intellecta, vt Auerr. air, ſiue intelligere. quod Ariſt. tex. c. 8. de ſpeculatiuo dixit. & ſic ſoluta eſt etiam ſecunda quæſtio; Quare eſt, quòd potiùs copulatur nobis in fine, quàm in principio. Declarat ſubinde Auerro. quomodo intellectus agens fit nobis forma; quoniam intellecta ſpeculatiua copulantur nobis per formas imaginabiles: & intellectus agens copulatur ſpeculatiuis: vnde per illa nobis etiam copulari dicitur; cum intellectus poſsibilis ſubiectum ſit, quod utrunque recipit. & ſubdit, quòd, quando intellecta illa erunt nobis copulata in potentia; erit & ipſe in potentia; & quando actu, actu: & quando partim actu, partim potentia; ſic & ille. & addit Auerroes. Cum iſte motus complebitur; tunc copulabitur nobis omnibus modis. & videtur ſoluiſſe tertium dubium, vtrum copulatio prior ſit intellectione; vel magis contra. & uidetur dicendum, quòd copulatio ipſa eſt intellectio; & e conuerſo; uel, ſi voluerimus copulationi aliquam aſsignare prioritatem; illam dicemus eſſe, quo ad naturam. At dubium eſt, quomodo intellectus agens copulari dicatur ſecundùm partem, cum expers ſit cuiuſcunque partis. Reſpondent aliqui, hoc eſſe ratione operationis; quia reſpectu ſpeculatiui copulatus eſt per primam operationem; & ideo ſecũdùm partem: poſtremò copulabitur per alteram, quæ eſt ſecunda eius operatio. At hæc reſponſio ſtare non poteſt; quia partim, & partim voluit dictum eſſe reſpectu intelligibilium ſpeculatiuorum; cum dicat; Cum quædam ſpeculatiua actu; quædam verò potentia erunt, &cæ. Dant alij ſecundam ſolutionem quòd ſcilicet, hoc contingat ratione diſpoſitionis quæ requiritur in poſsibili, vt ei vniri poſsit agẽs. At neque ſolutio hæc ſtare poteſt: nam non dicitur eſſentia aliqua alicui vnita, niſi fuerit, vel ratione operationis; vel ratione propriæ eſſentiæ: inde eſt; quòd non dicitur de mente Auerr. quòd intellectus ſit puero vnitus; tametſi in illo imaginatiua, & cogitatiua actu reperiatur. modò, ſi intelligatur illud, ratione diſpoſitionis; ratione illius neque operatio, neque eſſentia intellectus agentis vnita eſt; quare, &cę. Dicendũ hoc eſſe ratione primæ operationis intellectus agentis; quæ eſt abſtrahere, quod eſt abſtractum reddere id determinatum phantaſma; cuius occaſione motus poſsibilis pro ſui capacitate illuminatur. & quia hoc fieri dicitur per partem, vt, ſcilicet per intelligibilia, & actiua, & ſpeculatiua perficitur magis, & ſucceſsiuè; ergo, &cę. & copulari tũc dicitur nobis ſpuria, vt platonicè dicamus, cognitione. At, cum motus iſte perfectus erit, vt inquit Auerro. tũc copulabitur nobis omnino, ideſt ſecundùm veram idearum omnium viſionem: ſic quę priùs obnubilata; ſic modò, quę ſecundùm ſe lucidiſsima erunt, obiecta videbimus. Homo igitur. In hac Auerro. ponit ſex corollaria: quorum primum ſecundùm Themiſt. quòd homo erit quoquo modo Deus, & omnia entia; cũ ſcientia Dei ſit omnia entia, & cauſa omnium entium. Auerroiſtæ moderni exponũt, ꝙ Deus ſit omnia entia quoquomodo; quia Deus primò ſeipſum intelligit, tanquam primum obiectum ſuę intellectionis: &, quia omnia entia relucent in eſſentia Dei; ideo Deus intelligendo propriam eſſentiam, intelligit quoquomodo alia; quia illa non intelligit, tanquam primũ obiectum. & ſic dicitur, quòd eſt quoquomodo omnia entia; quia hoc maximè in Deo uerum eſt, quòd res ſcita, idem cum ſciente eſt: ſic res ſcitæ, inquantum ſcitæ, dicuntur cum ipſo aliquo modo idem. At expoſitio iſta nõ mihi ſatisfacit; ſed videtur impia magis; quia tunc in Deo non eſſet abſolutiſsima, & perfectiſsima cognitio, cum quoquomodo cognita. præterea daretur in Deo & obiectũ primum, & nõ primum, & ordo intelligendi. quę omnia à Deo glorioſo remotiſsima eſſe dicuntur: quare dicendũ, & rectius, quòd entia omnia, ſcilicet, creata; & extra ſuas cauſas, quoquomodo dicuntur ſcita à Deo; quia non vt materialia ſunt, & ſenſu cognoſcibilia, ſed ut in eo uita ſunt, & eminenter, & actu ęterno nouit omnia. &, ſi detur aliquis ordo; erit reſpectu noſtri modi intelligendi; at non reſpectu Dei: & ſecundũ hunc ſenſum diuina eſſentia omnia entia eſſe dicitur; ita ut ly, quoquomodo, non imperfectionem, ſed omnimodam perfectionem

ſectionẽ oſtendat. ea rõne vocauit hũc eſſendi modũ extrãneũ; quia maximè à primo diuerſum: idẽ contingit homini, cũ intellectus eſſentiã adeptus fuerit. Et ſecundũ hunc modũ. Ponit hic ſecundũ corollariũ. Dicebat Alex. ꝙ cauſa, quare intelligimus ſubſtãtias ſeparatas, eſt, qa cõtinuatur nobis ĩtellectus agẽs; & per ipſum deinde intelligimus. Cõtra, dicebat Auẽp. ꝙ, ſ. cauſa, quare cõtinuatur nobis intellectus agens, eſt, quia intelligimus ſubſtantias ſeparatas. ex dictis viſus eſt diſſoluere dubium Auer. vt dictum fuit; quòd, ſ. copulatio eſt prior intellectione, non tempore; quia vtrunque in inſtanti fit, ſed natura. Ex his excluditur error illorum, qui uolunt intellectum poſsibilem nobis vniri per ſpecies priùs intellectas; cum ſit totum oppoſitum; quia, ſ. intellectus poſsibilis eſt nobis vnitus; ideo per ſpecies intelligimus. unio præcedit intellectionem: non tamen, quia det eſſe, ut retro dictum eſt. Et per hoc. Ponit modò tertium corollarium. Fuit quæſtio, qũo intellectus noſter intelligat de nouo formas ſeparatas; & quare continuatur nobis poſtremò, & non in principio. cauſa eſt propter intellecta ſpeculatiua; quæ non ſemper ſunt intellectui poſsibili vnita: & conſequenter intellectus agens vnitus non eſt. at, quando intellecta ſpeculatiua nobis unita ſunt; tunc vnitur nobis agens; & per eſſentiam illius intelligimus: &, quamuis reſpectu noſtri intellectio talis dicatur noua; reſpectu tamen intellectus, in ſe æterna erit, & eſt. Et ex hoc. In hac videtur ſoluere aliud dubium; quod erat, an cognitio, quam habet intellectus de ſubſtantiis ſeparatis, ſit ſcientia ſpeculatiua, uel pars ſcientiæ ſpeculatiuæ. & inquit, quòd tametſi ſcientia hæc non ſit ſcientia ſpeculatiua; currit tamẽ curſu rei naturaliter generatæ, innuẽs per hoc, quòd ſcientia ſpeculatiua eſt diſpoſitiua cauſa ad illam unionem. & cum homines poſsint ſeipſos adiuuare in ſciẽtia ſpeculatiua, poſſunt, vt in cauſa diſpoſitiua: & ſic ſe adiuuãt. Intellecta. n. Hanc particulam Sueſſ. dupliciter legit; vel, quòd dicat intellecta falſa, uel facta. & hanc ſecundam magis laudat; quia ſic comparare uidetur intellectum ſpeculatiuum practico; quia facta. i. operata, & practica, non faciunt ad fęlicitatem, ſiue ad hãc vnionem; quia non ſunt, vt ſciamus; ſed ut boni ſimus. At expoſitio hæc eſt purus error in Auerro. primò Litera codicis antiquiſsimi ſtat falſa, non facta. præterea Auerr. in prol. magno ſuo phyſi. inquit, ſcientias ſpeculatiuas ad fęlicitatem neceſſarias; & hanc ſequi ſcientiam de moralitate uirtuoſam; ita ut ſpeculatiui ſint; & neceſſariò practici, quomodo erit monſtroſa, & ueluti ſextus digitus; cum, quę monſtroſa ſunt, rarò contingant. hęc autem ſcientia ſemper conſequitur ſpeculatiuam & probatur per ipſummet Auer. qui cum ſibi obijciat de illis, qui à philoſophia diuertunt, quia non habentur digni, qui ciuitates regant; inquit, quòd tales dialectici ſunt, non philoſophi, in philoſophia, ſ. probabiles. vltimò, ſi volumus uerbum conſiderare, dicendum erit, magis tenere de factis. i. mechanicis, quàm agibilibus. meliùs itaq; exponendum, quòd falſa intellecta uerè non conducũt ad fęlicitatem; quia, quod poſtremò acquiritur, eſt intellectus eſſentia, atq; illius propria operatio. modò talis tex. com. 21. duntaxat eorum eſt, in quibus falſitas nõ cadit; ſed ueritates ſunt. modò diſpoſitiones, ut ſubiectum præparetur ad ueritatem conſequendam, neceſſariò uera eſſe debent: unde, quæ falſa ſunt; meritò reſpectu huius monſtroſa dici debent, ac ueluti digitus ſextus. Et eſt etiam manifeſtum. In hac particula redarguit Alex. inquiens, non poſſe copulari agentem intellectui in habitu; quia ſecundùm Alex. intellectus poſsibilis eſt generabilis, & corruptibilis. modò materia debet formæ proportionari. cùm itaque vniatur poſtremò nobis intellectus agens, ut forma; materia illius receptiua æterna & ipſa eſſe debet. At quiſpiã pro Alex. dicere poſſet, ꝙ intellectus agẽs nõ copulatur, ut forma; ſed appropriatiuè. Tunc inquit Auer. In hac copulatione tũc non ut forma, ſed ut agẽs copulabit. quo dato, dicẽdũ erit, & aliis oĩbus entibus ſic poſſe copulari, ut diuerſitas capiatur ſola in operationib. entiũ diuerſis, qũo & ſol oĩbus copulatus eſt; quia ſol cũ planta, plantã generat; & cũ hoĩe, hoĩem. & tũc reſpũs ad hoĩem erit dũtaxat reſpũs agẽtis; nõ ãt reſpũs formæ. & cõtingit q̃ſtio Alphar. quã ſcripſit in nicomachia. i. in moralib. ad Nicomachũ Ariſt. filium, nomine ani appellatũ. ibi Alphar. ſecutus fuit Alex. opinionem, ꝙ intellectus ſit generabilis, & corruptibilis. quo ſtãte, copulabitur nobis, ut agens, non autem ut forma, intellectus agens.

Quæritur, utrum humanus intellectus intelligere poſsit ſubſtantias, quæ per eſſentiam abſtractæ ſunt ab omni materia, & magnitudine. In hac difficultate duo occurrunt examinanda; alterum, utrum illas intelligat; Secũdũ, Dato ꝙ intelligat, utrũ eas ĩtelligat pro iſto ſtatu, uel potiùs poſt obitũ. Pro primo arguo, qđ nõ: nã, ſi intellectus nr̃ intelligere põt oĩno abſtracta, aut erit cognitione intuitiua; aut abſtractiua: nõ prima, quia nõ ut poſsibilis, cũ ſit oĩno ad id ĩperfectiſsimus; nõ rõne diſpõnis factæ per ſpeculatiuos habitus; qa, cũ ſint rerũ corruptibiliũ; nõ poſſunt diſponere ultra cognitionẽ illorũ; quare nõ entis oĩno æterni: neq; ſecũda, cũ ſit cũ diſcurſu: uel erit à priori; ꝙ falſum; cũ nullũ habeat illis nobis priùs: neque à poſteriori; qa nullus eſt illis cõparabilis, & ęquiualẽs effectus. In oppoſitũ arguitur, ſuppoſito primò, ꝙ dicit Auer. 12. met. 36. quòd abſtracta eadẽ ſunt, quæ ut agẽtia, & ut fines mouẽt. ex quo ſequetur, quòd intellectus agẽs; cũ abſtractus ſit, & in nobis cõparetur, & ut agẽs, & ut finis; ergo, ut deſideratus. cũ uerò quilibet naturalis motus ad finem perueniat, ad quem ordinatus eſt; ſequitur neceſſariò, ut poſtremò cum illo continuentur: ſecundò Auer. format vnam cõſequentiã. 2. met. c. 1. Si ſeparata à nobis non intelligerentur; tunc natura otioſè egiſſet. quæ cõſequentia ſic deducitur nam in nobis datũ eſt à natura deſideriũ intelligere illa. modò, ſi minùs intelligerentur, deſideriũ illud in nobis fruſtraretur; quare otioſè egiſſet; ꝙ de natura dici nõ dẽt: ergo à nobis ĩtelligi poſſunt. In materia iſta uideo expoſitores omnes cõ-

cordes; q abſtracta intelligamus; diſcordes verò nõnullios de modo, ſ. de vnione; qa primò neceſſe eſt, ut uniatur nobis intellectus agẽs: at, quõ vniatur, nõ idẽ ſermo apud oẽs: quid Græci, Alex. ſ. & Them. dixerint, de hoc ſatis dictũ in digreſsione fuit. Notandũ tamẽ, ut Sueſſ. de mente Alex. inqt, quòd res æterna põt vniri corruptibili vnione reali, nõ aũt cognitiua: & vr̃ ſic defendere aliquo modo Alex. à dictis Auer. & hoc perſuadẽs, primò ponit fundamentũ à veritate acceptũ, quòd anima intellectiua, cum ſit æterna, tempore tamen mortali corpori vnita eſt: ergo & dictum Alex. ſupple, ſic ſaluari poterit. fundamẽtum huius dicti, vt ponit, eſt, quoniam æternum ſecundùm eſſe reale, eſſe poteſt terminus relationis huius, quę eſt unio, & cauſa eſt; quia ſecundùm eſſe reale, indiuiduum, & ſingulare: ergo poteſt eſſe terminus vnionis ſub eſſe tali temporali, non autem ſub eſſe cõprehenſiuo; quoniam æternum cum abſtractũ ſit ab hic, & nunc, cum uniuerſaliter, & intentionaliter vniatur; non poteſt niſi abſtracto uniri, & immateriali. At pace ſua dixerim, non rectè philoſophatus eſt: & primò in fundamento; nam abſtractum quodcunque ſit ab hic, & nũc, abſtractum intelligitur à conditionibus omnibus indiuiduantibus; quare à tota ratione indiuiduationis, ſiue indiuidui: ideo terminare non poteſt reſpectũ hũc qui dicitur unio cũ corruptibili. quòd, ſi dicatur; Abſtractum hoc unũ, & indiuiduum eſt; cum ab alijs abſtractis diſtinguatur. Dicendum tunc, quòd tale eſſe indiuiduum, & unum, non diſtinguitur ab unitate, ſiue eſſe ſpecifico ſecundùm rem: ergo ſecundùm rem ſua indiuidualitas, erit uniuerſalitas: quare non poteſt vniri ſecundùm cognitionem; quia vniuerſale, & abſtractum per eandem quoque uniri non poterit, ut reale, & temporale: quare ſequetur omnino in Alex. quod Auer. determinauit. cum itaq; de modo difficultas ſit; notandum, quòd de ſubſtãtijs omnino ſeparatis cognitio bifãriam intelligi poteſt; vel per effectum utputa, Dei; uel per ipſiuſmet Dei eſſentiam: primo modo, ut cum formantur conceptus quidditatiui, & qualitatiui: quo modo potius intelligitur Deus negatiuè, quàm affirmatiuè; quia cognitio talis cauſatur à rebus creatis. Cognitio talis neq; intuitiua; neque abſtractiua dici poteſt; non prima, quia non terminatur in ipſum Deum immediatè: neq; abſtractiua; cum non terminetur in aliquod, quod ſit Dei ipſius repręſentatiuum: unde dicitur veſpertina à Theologis, & obſcura. intelligitur uerò Deus, ut Deus eſt, non per conceptus, neque per phãtaſmatis abſtractionem, à Deo cauſati; ſed imediatè intellectione, quæ eſt ipſe Deus: & cognitio talis intuitiua dicitur, & uiſio. & hæc eſt ſimpliciter fęlicitas, & uera beatitudo. de qua cum præſens ſit hic intentio, agitur ſiquidem de beatitudine, ſiue humana fęlicitate; uidendum de modo eſt. notãdum tamen antea eſt; quòd, etſi Theologi in hoc cum philoſophis conueniant, q anima intellectiua humana ſit beatitudinis capax, uidetur tamen nonnihil diuerſitatis, imò dubii, vtrum hoc cognoſci poſsit ratione naturali. Scot. rectè determinauit 4. ſen. diſt. 45. q. 8. quòd ſ. hoc cognoſci poſsit, tum ex parte obiecti, quod eſt ens uniuerſum; quare & entis huius analogi præcipuum analogatum, quod Deus eſt. neque in uniuerſali, ſiue confusè cognito; quia potẽtia intellectiua, cuius tale eſt obiectum, in eo, ut ſic, nõ acquieſceret. ſecundò ex parte actus; nam, quod eſt perfectionis ſimpliciter in aliquo genere, ſi inferiori competit in illo genere; oportet etiam, ut ſuperiori conueniat; ſed cognitio intuitiua competit ſenſui; ergo & intellectui. Rationes Scot. cõcludunt ſecundum rei ueritatem; uerũ apud Scot. ſuſpectę ſunt. Scot. vt in quęſtione dicemus, Deo dante, negauit poſſe naturali ratione probari intellectiuam animam immortalem eſſe. hoc autem conceſſo fundamento, ratione quoque naturali ſciri non poterit ipſam eſſe beatificabilẽ: quia tota ratio, quòd intellectus humanus uidere poſsit æterna, eſt; quia & ipſe ſit æternus: cum autem per ea, quæ retrò dicta ſunt, conſtet Ariſt. ſententia intellectum humanum immortalẽ eſſe; liquidò, quoque naturali ratione conſtabit ipſum eſſe beatificabilem. Pro reſolutione dicendum duas eſſe generationes, &, quia utraque generatio eſt; materialis altera; ſpiritalis reliqua; ideo utranque ſua præcedit alteratio, ut receptiuum diſponatur pro recipiendo: quare in materiali materia prima calido, & ſicco diſponitur, ut v. g. formam ignis recipiat; qua recepta compoſitum factum eſt: quod, ut ſua forma requirit, operatur: ſic tũc ignis ignit erit, & ſurſum mouetur. in ſpiritali diſponitur intellectus poſsibilis per habitus actiuos, & ſpeculatiuos, ut agentem ſibi formã recipiat. & tunc uelut indiuiduum quoddam effectum, ut ſua forma requirit, operatur: ſic intelligit per eſſentiam & ſe, & ſuperiores omnes: & tunc beatus dicitur: itaq; ratione naturali hoc effectum eſt. Dubitatur, expoſita digreſsione, cum determinauerit Ariſt. intellectum agentem copulari nobis, acquiſitis omnibus habitibus ſpeculatiuis, dubium eſt, utrũ homo habuerit actu intellecta omnia ſpeculatiua; & uidetur impoſsibile; uel habuerit habitu: quod, ſi ſic; non diſtinguetur fęlix à miſero. Deducitur; Quia ponatur dormiens; tunc ita fęlix erit, ſicut, quando uigilat. idque aduerſatur Ariſtotel. dictis eth. primo, quòd fęlix tempore ſomni non diſtinguitur à miſero. Reſpondens Therapõl. inquit, quòd homo dicitur habere copulationem iſtam, quando habet omnia ſpeculatiua in habitu; & cum hoc etiam actu cogitat de aliquo ſpeculatiuo; ideo nõ ita fęlix eſt homo dormiẽs, ſicut uigilans. At ſolutio iſta ſtare non poteſt: nam Auerroes dixit, quòd, ſi intellecta ſpeculatiua in nobis erunt in potentia; & intellectus agens copulatus erit in potentia: ſi actu, erit copulatus in actu: ſi partim actu, partim potentia; ſic & ille nobis erit. Quæro ego, an intellexerit intellecta ſpeculatiua nobis copulata habitu, uel actu: non ſecundo modo per te; cum, ſcilicet, fęlix ſit homo: ergo primo modo: ergo ſemper erit fœlix, perfectum habens intellectum in habitu: ſiue actu aliquid ſpeculabitur; ſiue non ſpeculabitur

labitur

habitur aliquid : argumẽtũ itaq; tenet. quare dicẽdũ, quod homo, quando actu fęlix erit. nõ intelliget per diſcurſum, neque abſtractiua cognitione, ſed per eſſentiã agentis intellectus: & ſic intuitiuẽ ſubſtãtiã illã ſpeculatus, vnitiuè quoque ſimul omnia ſpeculabilia, ut in rationibus ſuis, videret actu: & in eo ſtatu neq; comederet, biberetùe, neque dormiret: meritò paruo tẽpore duraret, ut dixit Ariſt. 12. met. 39. At, quid de modo dicẽdũ ſit, dubiũ vr̃: nã, ſi fuerit hoc ad fęlicitatẽ neceſſariũ, vt generetur priùs in nobis intellectus, qui in habitu ſit, quàm acquiratur agẽs, vt forma; cuius beneficio abſtracta intelligamus, & beemur; ſequetur tunc neminẽ, philoſophis exceptis, & cõſummatiſsimis, beari poſſe: quare pauciſsimi beati eſſẽt. Theologi ĩ hoc diuerſum tenẽtes fundamẽtũ à philoſophis, quòd, ſ. Deus beatitudo ſibi ſit per naturã, & neceſſariò; aliis verò à ſe per voluntatẽ, & cõtingẽter; velle videntur, quòd homo, cũ exercuerit ſe in bonis operibus, quãuis nõ meritoriis ſumma Dei liberalitate cõferatur illi gratia, quæ gratũ reddat illi. tũc filius ĩniquitatis impedimẽto nõ erit adeptionis filio. tũc homo ille in ſe pacẽ obtinebit: nã rõ pacis, ut optimè S. Tho. 4. ſent. diſ. 49. art. 3. ad quartũ, eſt, ut cũ aliquid à recto ordine nõ impeditur: nã pax præcipuè ordinẽ illum reſpicit, quo uoluntas in aliquid ordinatur. pacẽ hẽt ille, cuius uoluntas à recto ordine non impeditur. plures modò tales reperiri poterunt. At ſecundũ Philoſophos dubiũ uidetur, & maius; quamuis Plato videatur cũ Theologis; cũ uoluerit animas pro meritis, ac erroribus, præmiis honeſtari, atque affligi, in Phædr. & alibi : nã philoſophorum fundamentũ eſt; quod ẽt beatitudo, quæ Dei eſt viſio, naturali ordine hominibus cõferatur; quandoquidẽ intelligẽtia agẽs eis, ut forma, uniatur. ſi dẽt itaq; Deũ videre; quia in hac coguitione beatitudo matutina cõſiſtit, ut dictũ eſt, oportet, cum viſio iſta ſit operatio penitus immaterialis, & perfectiſsima, ut forma ſit neceſſariò talis. hæc aũt eſſe non poteſt, niſi intellectus agens, ut forma; qppè qui, vt acquiratur diſpoſitio, requiritur in poſſibili. quæ per habitus practicos, & ſpeculatiuos generatur, ut dictũ eſt: nã per materialia ad immaterialia ſit aſcẽſus. differẽter Theologus cõſiderat creata entia, ut in Dei amorẽ rapiatur, & philoſophus. ſiq̃dẽ Theologus entia, ut ſimilitudinẽ Dei pſefetũt, admiratur; utpote ignẽ, non ut ignis eſt; ſed, ut diuinã altitudinem refert. & ut creaturæ in Deũ referantur; & Deò ſubiectæ ſunt; ita ut principia talis cõſiderationis Deus ſit; v. g. ſic diuinitus traditum; ſic in gloriã Dei cadit: uel, quia Dei poteſtas infinita eſt, ut S. Tho. notat ſecũdo cõtra Gẽtiles, cap. 4. at Philoſophus cõſiderat entia, ut entia ſunt; ſic ignẽ, ut ignis eſt; ac per propria eius ſiue eorũ principia; & poſtremò in cognitionem Dei ducitur. Secundũ modũ hũc ſciẽ uidebantur neceſſariæ: quare indocti oẽs excludẽtur. dicẽdũ tñ eſt, tunc hoiem fęlicẽ, & beatũ reddi, cũ ſic caſtigatos habuerit ſenſus, ut perinde intellectui obediãt, atq; firmamẽto orbes inferiores erratici, vt Boeth. in lib. de conſol. in hoc. n. ſtatu aſpectus mẽtis à quocunq; corporeo affectu liberatus eſt: in qua libertate beatitudo reperitur, ut colligitur ex diuinè dictis Lincon. poſt. 1. cap. 14. dicẽtis; Cũ amor, & affectus aĩæ conuertitur ad corpus, neceſſariò trahit ſecũ mẽtis aſpectũ, atq; à lumine ſuo auertit, donec per ſenſus excitatus lumẽ propriũ quærat. & quãtũ auertit à corpore amor; tñ: aſpectus mẽtis cõuertitur ad lumẽ ſuum; & reperit ipſum. Hunc aũt mẽtis aſpectũ liberũ bifariã intelligere poſſumus, imò conſequi; vel bonitate ſuprema, quæ excedit ẽt, ꝙ humanũ uiuere eſt; uel per ueros habitus ſciẽtiarũ àcq̃ſitos, veluti diſpoſitiones ad generationẽ hãc diuinã intellectus in nobis. de hoc ſecũdo dictũ eſt in digreſsione: de primo dixit Ariſt. 7. eth. cap. 1. cũ dixerit; Immanitati oppoſitã ponimus hãc uirtutẽ, q̃ ſupra nos eſt, heroicã quandã, ac diuinã, ut Hom. de Hect. eximia bonitate præſtantẽ, neq; filiũ hoĩs uideri, ſed Dei. & hãc poſſunt mulieres, atq; uiri alii adipiſci. At diceret aliquis; Intellectio mẽtis, ſecũdũ ſe eſt intelligere ipſum intellectũ, ſimul atq; ideas oẽs, quæ unitim, & idẽticè in eo reperiuntur. modò ad tantã cognitionẽ impoſsibile eſt, ut imperfectus eleuetur intellectus ſola bonitate, quantumuis excellenti: quia in puero modo nato ſuus intellectus non eſt, mole corporis impeditus; cum nullum tunc temporis habeat habitum in oppoſitum, non tamen fęlix eſt. Ariſtote. eth. 1. cap. 13. Fęlix neq; brutũ, neq; puer eſt. Cui occurrẽdũ puto, quòd intellectus, ut fiat adeptus, operę preciũ eſt, quòd diſponatur priùs. quæ diſpoſitio perfecta redditur magis, quantò magis liberatur ab affectu corporeo. hoc aũt contingit duobus modis, ut dictũ eſt; uel per ſcientiarũ habitus; uel per heroicã illã uirtutẽ. neq; poſt adeptionẽ, qui indoctus erat, à doctiſsimo diſtinguitur; cum uterq; intellectũ in actu poſsideat, atque rerum omnium rationes ueraces; ita ut æquè ſapientes, atq; ęquè diuini ſint. De pueris inquit Sueſſ. quod ſat eſt habere intellectum nudum à contrariis diſpoſitionibus: & ſic capaces ſunt ſummæ beatitudinis. At dictum hoc non mihi uidetur philoſophicum, neque theologicũ: non primũ, quia intellectus pueri eſt, ueluti tabella ſine ſignis, & imperfectiſsimus: undè, cũ nõ habeat diſpoſitionẽ malã auertẽtẽ à fęlicitate; nõ hẽt ẽt diſpoſitionẽ bonã ad eandem inclinãtẽ: ſecũdũ ẽt minimè; uã pueri, ut Theologi rectiſsimè dicunt, naſcũtur in peccato originali: unde, ſi ſic deceſſerint, beati nõ fienr; cũ faciẽ Dei nõ uideant: quare, ut diſpouãtur, egẽt, ut oleo baptiſmatis unguantur. cõſtat itaq; per ea, quæ dicta ſunt, intellectũ humanũ beari poſſe. Orige. homel. 1. Figurauit Ezechiel fęlicẽ hominẽ ꝑ viſionẽ 4. animaliũ cũ ſpiritu, & Cherubin, qui ſub pedib. Dei eſt. præcipua facies homo ponitur; intellectiua aĩa: in dextris Leo; pars iraſcibilis: ĩ ſiniſtris vitulus; pars cõcupiſcibilis: deſup facies aquilę, ſpũs. ſ. ab agente intellectu procedens, illuminans animam, quouſque efficiatur Cherubin. qui ſcientię plenitudo interpretatur; tunc erit, quando unitus agens, vt forma, nobis erit: quippe quæ, vt intelligentiarum vltima ſub pedibus Dei eſſe dicitur.

tur. Diuina bonitas, atque diuitiarum altitudo uoluit omnes beatos fieri: neque, ut eſſent tales, in aliquo defecit, ut benè notauit magnus Rabi Leui Gerſon. ſuper cant. cantic. Solom. in prolo. Miſit Deus prophetas, ut omnes erudirent, & præſertim vulgo homines, & inter alios omnium præcipuum Moyſ. & ut indoctis conueniebat, ſic ſapientiſsimè proceſsit; & moribus inſtituit eos, ut redderet eorũ animas perfectas in diſpoſitione. hoc per erudita præcepta in lege fecit. &, quia finem noſcere oportet, qui in eum dirigitur; cum hunc non cognoſcat uulgus ob ſui imperitiam; docuit finem hunc populum: qui eſt Deo adhærere; idque per res admirabiles, cum uidebant continuè poſitas in hiſtoria, ut de forma tabernaculi eius, quinetiam inſtrumẽtis, & ſimilibus: & uelata myſteria populum docebat: nam, per Hieruſalẽ, hominem intelligebat; qui ſolus inter compoſita, in Dei cultum ordinatus eſt: ſicuti & ſola Hieruſalem inter alias ciuitates ordinata erat: & filiabus Hieruſalẽ ſimilem eſſe uoluit humanę animæ potentias; intellectum uerò Solomoni; cum ſit Rex in Hieruſalẽ, ut intellectus in homine. & quia Siõ eſt præcipua pars in Hieruſalem, & eſt domus Sancta, & domus Regis, filias Sion, potentias animæ intellectiuæ eſſe uoluit; & ſic de aliis; ita ut conuenientibus mediis erudiebatur populus ad felicitatẽ, per media ſibi nota, ut docuit fieri Auer. tertia diſp. de modo docendi ſolem eſſe tota terra maiorem. Reliquum modò eſt, utrum uiſio talis, ſiue beatitudo poſsit ſibi in hac uita acquiri. & uidetur, quòd non, per fundamentum Ariſt. quòd anima noſtra intelligit nihil ſine phantaſia: ſed entia omnino ſeparata non intelligentur cum phantaſia intellectione, quę viſio eſt; ergo, &c. In oppoſitum arguitur: nam intelligere cũ phantaſia, aut ineſt intellectui eſſentialiter; aut accidentaliter; ſi primò, ergo ſemper intelliget cum phãtaſia, ergo etiam poſt mortẽ; quare nunquam poterit beari; quod eſt contra determinata: ſi uerò accidentaliter; ergo poterit nõ eſſe: quare in hac uita poterit intelligere ſine phantaſia; ergo beari. quod, ſi dicatur eſſentiale ſibi eſſe in hac uita tãtùm, ut cum phantaſia intelligat; tunc contra; Quod eſt alicui eſſentialiter, eſt ſibi per ſe; ergo de omni; ergo in omni tempore: non itaq; in hoc tñ. S. Tho. in hac difficultate, quęſt. 16. quæſt. de an. diſp. tria dicit; primũ, quòd Ariſt. mouit quæſtionẽ iſtã; nihil tñ de illa determinauit, ut in 36. ſecundum arguit contra Auer. tertiò determinat pro ueritate. opinionẽ Auer. inquit nullo modo eſſe ſuſtinẽdã; tũ; quia uanum eſt dicere, quòd intellectus agens, qui ſecundũ eſſe ſeparatus ponitur, uniatur poſsibili, ut forma; cũ nulla intelligentia ſeparata alteri ſeparatæ ſic uniri poſsit; ſed potiùs vnitur, ut agens, quõ ſol oculis noſtris unitur: ſecundò, quia intellectus agens altioris gradus eſt, quàm cętera intelligibilia ſpeculata materialia; quare talia nũquã poterũt adæquare ſubſtãtiã intellectus agentis: tertiò, intelligere oĩa ſpeculata impoſsibile eſt alicui homini; uel adeo rarũ, quòd nulli accidit in ſtatu huius uitæ, niſi Chriſto. determinãs poſtremò dicit, quòd anima intellectiua humana ex unione ad corpus hẽt aſpectũ inclinatũ ad phãtaſmata; quare nõ ſine phantaſmate intelligit: &, dũ ſic eſt unita, nõ põt intelligere quidditates abſtractorũ, ſed potiùs quid nõ ſunt; cũ illa excedãt quãcũque operationẽ horũ intelligibiliũ: & ſic ſolum de illis cognoſcimus, qa ſunt, per effectus deficiẽtes: & ſic cognoſcimus, quod non ſunt tales; quales ſunt eorũ effectus: ideo, qd nõ ſunt, noſcimus. Arabes uidentur eſſe in hoc eiuſdẽ ſniæ cũ S. Tho. Alphar. in libello de intellectu inquit talẽ poſtremã perfectionẽ haberi in alia uita. Aui. quinẽt 6. natu. cap. 6. inquit; Cũ aĩa liberabitur à corpore & ab accidẽtibus corporis; tũc poterit cõiungi intelligẽtię agẽti: & inueniet in ea pulchritudinẽ intelligibilẽ perennẽ. & cap. 5. dicit, quòd nõ debemus loqui, qd anima erit poſt mortẽ. & addit; qa ſermo nõ eſt de anima, niſi ſecundũ, qꝫ anima eſt, ſ. cõiũcta materiæ. Format cõtra Diuũ Tho. argumẽtũ Gãda. tale; Nulla forma impeditur à ſua nobiliſsima operatione per eius unionẽ ad propriã ſuã materiã; quia unio illa nõ eſſet formę illi naturalis: ſed intelligere quidditatẽ ſubſtãtiæ ſeparatæ eſt operatio humanę aĩæ nobiliſsima, ut primò deductũ eſt, & eth. 10. patuit. ergo, &c. Fuit & hæc Auer. ſnĩa clara, quòd in hac uita homo dici poſsit felix; cũ in digreſsione dixerit beatitudinẽ eſſe in copulatione intellectus agẽtis nobis. dixit deinde intellectũ hũc copulari nobis per intellectũ ſpeculatiuũ, ſiue in habitu, qui cõtinua generatione ſpiritali perficitur: &, cũ partim pficiatur; partim quoq; agẽs unitur, ita ut, cũ deniq; totus perfectus erit; facta tũc erit perfecta unio; quę in hac uita fieri põt: tũ, qa motus iſte, ſiue generatio intellectus in habitu, eſt generatio naturalis. ſeruari itaq; dẽt rõ illa motus uſq; in terminũ: tũ ẽt, qa agẽs abſtractũ eſt; ideo nobis cõparatur, vt agẽs, primò; mox, vt finis; quia poſtremò perficit. Hãc ſentẽtiã uř uoluiſſe Ariſt. 12. met. 39. cũ poſuerit fęlicitatẽ noſtrã paruo tẽpore in nobis durare; ideo in hac uita. hoc dixerunt Græci, The. quòd homo efficitur ĩtellectus agẽs, ut alibi dictũ eſt. Pro reſolutione huius dubij primò erit unũ notandũ: ſecundò ponetur diſtinctio: tertiò concluſiones: quartò ſoluentur in oppoſitum argumenta. Vita tunc dicitur, cum actu fiat operatio. hoc Ariſtote. dixit eth. 10. cap. 5. idem 8. phyſ. primo. Motus uita eſt omnibus natura ſubſiſtẽtibus; ſecũdò diſtinguitur de vita: altero modo vita eſt, q̃ cõtinua operatione aĩæ nutritiuæ caloris innati bñficio cõſeruatur, nutrimento non deficiente. & hæc illa eſt, quæ conſiſtit in calido, & humido. quo calido extincto mors eſt, q̃ huic opponit vitę: hac viuũt vita ſtirpes, animalia, & homines: altera aũt vita eſt, lõgè hac præſtantior, & eſt vita intellectualis; quando continua fit intellectus operatio; tunc autem eſt, cum intellectus adeptus eſt, & actu ſemper intelligens, hanc ſecundam vitam poſuit Alphar. in libello ſuo de intellectu: cũ dixerit; Et ſtudet ſeparationi, quouſq; acquirat intellectus. deinde addit infra; Et hic eſt finis vltimus, & vita alia. addens adhuc; Et hæc eſt intẽtio de uita alia; quãuis eius

actio

actio non fiat in alio, quod ſit extra ſuam eſſentiã idem magnus ille propheta Dauid, inquiẽs; Domine da mihi intellectum, & uiuam. In hac vita altiſsima uidentur ſimul entia omnia in cauſis ſuis eminenter; quomodo dixit Auer. in 4. tracta. ſui epit. metaph. intellectum agentem intelligere ea, quæ ſunt hic; & illas intelligere nobiliori modo. & hac exiſtente vita, prima durare nõ poteſt, vt ex Plat. conuiuio colligitur. & fuit ſententia Ariſt. 12. met. 39. Paruo tempore durat. his poſitis, ſint duę concluſiones: altera quarũ ſit; Beatitudo humana acquiri poteſt, manente adhuc vita in calido, & humido naturali: altera; Fęlicitas talis, cum acquiſita ſit; ſiue, cum intellectus adeptus fuerit, homo altera vita viuere dicetur. Corollariè ſequitur, dici poſſe, hominem non in hac vita, ſed in altera beari; neque etiam ſic in altera, ut non etiam in iſta. prima concluſio patet per dicta, atque Ariſtotelis teſtimonio, qui vult, fęlicitatem hanc nobis ineſſe, quamuis paruo tempore durare. idem 10. ethi. cap. 9. Perfecta utique fœlicitas hæc erit hominis. & infra addit; Talis potior eſſet, quàm ſecundùm hominem: non enim, quà homo eſt, ita uiuit; ſed, quà diuinum quoddam in ipſo exiſtit. hoc & Græci exponentes affirmarunt. Simplicius. qui poſuit, ſenſus ſequi intellectum fœlicem. Them. qui voluit denique hominem intellectum fieri. hanc quoque vitã ſecundam celebrans Ariſto. 10. ethi. cap. 9. inquit; Omnia facere debemus, vt viuamus ſecundũ optimũ eorũ, quæ in nobis ſunt. & Paulus raptus, vidit ea, quæ nefas hoĩem loqui. & neſciebat, an in corpore, vel potiùs extra corpus eſſet. & hæc ſatis ſint pro veritate cõcluſionũ. Modò ad obiecta S. Tho. & ad primũ dicendũ, ꝙ S. Tho. non rectè accepit Auerroim. non. n. opinio Auer. fuit, ꝙ intellectus agens ſit agens oĩno à poſsibili ſeparatũ: ſed uoluit, ꝙ ſit impreſſum in aĩa rõnali; quod cõparatur lumini cũ viſu, vt expreſſa ſnĩa eius eſt in fine epiſtolæ, de beatitudine. hoc tamen impreſſum uoluit dependere à ſuperiori intellectu agente: cum quo poſtremò vnitur anima rationalis. & eſt Deus glorioſus. ſicuti à ſole imprimitur viſui lumen. ſecundò etiam notãdum, ꝙ perfectum reſpectu imperfectioris ad ipſum ordinari, ſe habet, ut forma ad materiam, modò ad argumentum Negatur, ꝙ intellectus agens, cui primò unitur, ſit ſeparatus à materia ſecundùm eſſe rationale; quia in ea impreſſum eſt. deinde notandum falſum eſſe, ſi forma capiatur, vt perfectio; quòd agens tale, ut forma illi non uniatur; quinimò efficitur forma ipſa, cum reddatur tota intelligentia. ꝙ, ſi intelligat etiam de omnino ſeparato agente, Deo. ſ. glorioſo: tunc, nõ ut agens, ſed ut finis comparatur intellectibus: quare, ut obiectum perfectiſsimum, & optimũ rationali intellectui comparabitur, & uoluntati. ad ſecundum diſtinguendum de intellectib. materialibus; quia, uel, ut in materia ſunt, capiuntur; vel, ut in intellectu agẽte, ac proprijs ideis: primo modo intellectus agens altioris eſt gradus: ſecundo modo ſunt ipſamet intellecta: quare falſa conſequentia erit; quòd denique ad ęquari non poſsint; quia ab intellectu, ut in habitu, ſunt pro tali gradu cognitæ, quo illi conueniũt. qui intellectus, cum in ſeipſum redierit, eaſdem ſub propria apprehendit cognitione, ſine uiſione. Argumentum S. Thom. procederet, ſi ſpecies darentur intelligibiles in intellectu, quæ accidentia eſſent. ad tertium dico, argumentũ peccare; quia arguit difficultatem, quæ contingit homini, cum carnalis naſcatur, & terrena magis, quàm ſpiritalia, uideat. ſed hoc impoſsibilitatem non infert; quandoquidem homo animam teneat, quæ naturali appetitu fęlicitatem iſtam, ut dictum eſt, petat; & omnia fieri poſsit, ut dictum eſt, habeatque corporis uires, ad quæcunque munera animi expedienda paratiſsimas. Ad determinationem S. Tho. dicendũ, ꝙ ſecundùm eius fundamenta, Ariſtotelica non eſt; quia per aliam uitam intelligit; quia anima omnino ſecundùm eſſe ſeparatur à corpore; quia in eo duntaxat ſtatu uelle uidetur poſſe fęlicitari; tum, quia non paruo tempore ſic durat, ut determinat Philoſophus 12. met. 39. durare; ſed perpetuò durat. at, ſi ſeparatio à corpore, intelligatur, quomodo nos alterã uitã accepimus; ſic recta fuerat expoſitio, quomodo Alpharabius etiam alteram uitã intellexit. & Ariſt. 9. metaph. 16. dixit; Fœlicitas ipſa uita quædam eſt. Et hæc dicta ſint ad laudem Dei omnipotentis, qui per infinitum ſit benedictus.

Nunc autẽ de anima. Intentio in textu eſt, ſecundũ Auer. facere ſummã dictorũ de anima, con T.c.37.
cludens, ꝙ anima eſt quoquo modo omnia. &, ut Latini introducunt, uidetur alludere ad dicta antiquorum: nam Empedocles, cum poneret animã ex quatuor elementis, quia ponebat illa eſſe omnium rerum principia; & Democritus athomalia corpora; ideo apud illos uidebatur, quòd anima eſſet omnia; undè Philoſophus hic determinare intendit, quomodo omnia eſſe dicatur anima. Simplicius inquit, intentionẽ eſſe, perficere, quæ de anima dicta ſunt. ad hanc poſſunt & aliæ reduci. In textu duæ ſunt exponẽdæ particulæ: in prima ponit concluſionẽ; in ſecunda probat. in prima inquit; Dicamus recapitulantes, quòd anima eſt quodammodo omnia. exponit Simpl. ly, recapitulantes; Nõ quòd ſit poſitum per modum epilogi; nam, quæ de anima dicta ſunt, in ſumma quadam repetit, ut de ſenſu, de phantaſia, de intellectu practico, & reliquis; ſed quæ dicta ſunt omnia recapitulantes, ideſt, perficientes, & abſoluentes, intelligendum eſt; non autem, ut Auerro. & alii, quòd, ſcilicet, facere uelit unam ſummam. & addit; Dicamus iterum, quæ, ſcilicet, etiam dicit. At, quomodo anima ſit quoquo modo omnia, non eſt apud omnes eadem intentio. Latini; Quia anima non eſt entia materialia, ſed entium intentiones. At, cum ſatis dictum ſit de intentionibus iſtis, ſiue ſpeciebus, quòd non dantur; relinquitur expoſitio non recepta. Alber. nititur perſuadere; quia uidebat, non parum ſequi incommodi, quòd accidentia illa in anima reciperentur; ut inde compoſitum unum fieret ex ſubſtantia illa nobili, & tali accidente: ideò

inquit, quòd vniuntur animę, vt receptum recipiē ti, non propriè, vt forma materiæ, neque vt accidens ſubiecto; ſed eo dicatur modo recipere, quo perficitur ad agere ſecundùm potentiam naturalem. non video quo modo poſsit effugere Alber. alteram illarum compoſitionum, quam negauit; quandoquidem operatio ſupponat eſſe, & præſertim in compoſitis materialibus: quare ſentire ſupponet neceſſariò compoſitum illud ex anima, & intentione, quacunque compoſitione dicatur eſſe. Dubitatur ſecundò; Cum anima ſit ſic omnia, quia ſenſibilia, & intelligibilia ſunt omnia, quæ ſunt; ergo omnia erunt ad aliquid. inquit, & rectè, Philopo. quòd, vt ſenſibilia ſunt, pariter & intelligibilia; quòd omnia dicuntur ad aliquid: ſed, vt ſecundùm ſe conſiderantur; abſoluta eſſe dicuntur: color ſiquidem, & color, & viſibilis eſſe dicitur: ſic anima dicitur entia omnia eſſe. Philopo. confirmare videtur ſententiam Latinorum, cum dicat, non eſſe materialia entia in anima, ſed illorum ſpecies, & eſt Phi. dictum; Lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. At dictum hoc, vt vidimus, peripateticum non eſt; quandoquidem ſpecies, quæ ab obiecto multiplicantur, in ſenſorio recipiuntur; non autem in anima, vt rectè Scotus 1. ſent. diſtin. 3. quæſt. ſeptima quatenus. ſ. ſenſorium mouet, vt paſsim Simplic. affirmauit. at in ſenſu ipſo actu operãte fiũt ſenſibilium ſpecies. declarans Simplicius inquit; Non extra capiens, ſed intus à ſubſtantia, cum actu operatur: etenim cognoſcitiuus actus totus intus eſt. decipimur autem videntes, poſitione, quæ intus ſunt intelligibilia, adhuc vſque, quæ extrinſecus ſunt, obiecta progredi. ſummus, qui in nobis intellectus eſt, ſciētia ſcibilium omnium eſt quodammodo, quatenus, ſcilicet, ad rationem declinat. Sueſ. inquit, ꝙ nec ſcire ſcibilia eſt, nec ſentire ſenſibilia, vera ſunt in prædicatione formali; ſed veritatem habẽt in prædicatione cauſali, hoc eſt, ſcientia à ſcibilibus. & ſenſatio à ſenſibilibus. At dictum hoc ſic intellectum peripateticum non eſt: quia ſenſatio non fit à ſenſibilibus, nec ſcientia à ſcibilibus; quamuis nec ſine ſcibilibus ſciētia, neque ſine ſenſibilibus ſenſatio fiant; quia vtrũque fit ab anima; tametſi occaſione obiectorũ. vndè concurrunt obiecta, veluti cauſa, ſine qua non: & in hoc diſtinguimur ab intelligẽtiis, quæ ſuas cauſant intellectiones nulla occaſione ab obiectis recepta: contra verò nos ob animæ noſtræ imperfectionem, vt pluries dictum eſt.

T.c.38. Qualiter autē hoc fit. Quia dixit ſenſum eſſe quodãmodo ſenſibilia, & ſciētiã ſcibilia; ideo intentio erit, manifeſtare modum iſtum. In tex. tres ſunt particulæ exponendæ: in prima ponit diſtinctionem vnam per modum cuiuſdam ſuppoſiti: in ſecunda hypotheticè diuiſiuè arguit: in tertia concludit. in prima ſeipſum cõtinuans ponit aliud aſſumptum, ꝙ ſcilicet, vt res ipſæ ſecantur ſecundùm potentiam, & actum; ſic & ſcientia, & ſenſus; nam ſenſus potentia, eſt omnium ſenſibilium potentia; &, qui actu, omniũ, quæ actu ſunt: idem & de intelligibilibus ad intellectum iudicium. & Addit Auerro. quòd res eo modo eædem ſunt, quo modo eaſdem differẽtias habent: ſic intellectus intellectum; & ſenſus ſenſatum erit; quia differentiæ animæ eędē ſunt cum differentijs omnium entium. Neceſſe. In hac diſiunctiuè arguit. Neceſſe eſt, animam continentē ſcilicet, ſenſum, & intellectum, aut entia ipſa eſſe; aut entium ſpecies. & eſt ſufficiens diuiſio; quia duo hi duntaxat reperiuntur entium modi, vt rectè Auer. quia, uel forma eſt cum materia; & eſt eſſe compoſiti, ut eſſe lapidis: vel capitur forma ſeorſum à materia. Ipſa. In hac deſtruit alteram partem, cum dicat animam non eſſe compoſitum ipſum: eſſet autem, ſi cum materia ens ipſum caperetur: anima verò lapis non eſt. In quem modum cadebant antiqui ponentes ex eiſdem principijs compoſitam animam, ex quibus cætera entia, ut notat hìc Alexand. non enim lapis in anima eſt, ſed lapidis ſpecies. Them. exponit, & rectè, de potentia habituali, ut cum anima habuerit habitum ſenſus, & intellectus, tunc dicetur potentia, eſſe talia: cum verò de habitu ad actum, tunc actu poſsidebit. Notat deinde Them. rectè dixiſſe animam eſſe entia ob duas rationes: tum, quia materia eſt potius generationis cauſa; forma verò eſt cauſa eſſe, à quo habetur eſſe, ſiue vniuerſale, ſiue particulare, forma eſt; materia verò eſt potiùs ſubiectum eſſe, & eſſentiæ, ut inquit Albertus: nam, ſi ſine materia ſubſiſtere poſſet; non quæreretur materia à natura; quia per illam forma redditur ignobilis: altera ratio eſt; nam inquieta corporum fluxio propter materiam fit: idem autem eſt per aliquod tẽpus; & quietum manet ens per formã. rectè itaque entia dicitur anima, cum illorum recipiat formas: differenter tamen acceperũt Latini ſpecies, uolentes dari illas, tum ſenſibiles, tum intelligibiles, in anima, quæ accidentia eſſent. at de his ſæpe dictum eſt, quòd tales non dantur præterquàm in ſenſorijs. Notauit pro euidentia maximę huius veritatis Simplicius, Ariſtotelem manifeſtè diuiſiſſe in ſenſibus formas à ſuis obiectis extra; cum dixerit non ipſa, ſed horum ſpecies; non ſic autem ſcientiam à ſcibilibus, ſed magis ſcibilia ſcientiam ipſam eſſe voluiſſe. cauſa huius eſt; quia ſcientia eſt ſubiectorum, ſiue remiſſorum ſcibilium, v.g. materialium, ſiue mathematicorum: eſt & potiorum, atque præſtantiorum: non eſt autem horum, uel illorum, niſi quatenus proportionata ſibi ſcibilia fuerint. prima ſcibilia primò occurrunt; poſt hæc uerò, quæ altiora ſunt; ita ut anima per ea, quæ in ipſa ſunt, ad prima etiam, ſiue remiſsiora extendatur. eſt itaque ſcientia duplex fit; altera progreſsi intellectus; altera uerò perfectiſsimæ mentis: hæc vnitim indiuiſibiles rationes nouit; illa uerò eaſdem, at cum quadam alteritate; & vtroque modo potentia dicitur; hęc, vt addiſcat; hæc verò, vt perfectam ſibi mentẽ acquirat. Quare. In hac parte concludit; at non, quæ ſequitur ex dictis; cum per ſe pateat; quia, altero membro deſtructo, ſequitur reliquum, ſcilicet; ergo intellectus, & ſenſus non res, ſed rerum formas recipit. concludit

cludit

cludit autem, quæ ſequitur ex concluſione illa; Si anima recipit ſpecies omnium entium, quòd anima ſit, veluti manus. & duo dicit: primò concludit, & patet: ſecundò confirmat ratione: nã, ſicut manus eſt inſtrumentorum omnium inſtrumentum, cum cætera recipiat, vt inquit Auerro. ſic erit & anima omnium cognoſcitiua ſpecierum, tum ſenſibilium, tum etiam intelligibilium Gale. primo de uſu partium hunc locum Ariſtotelis citat, & laudat: quia natura in homine, ſicuti animam dedit, qua artes omnes, ſiue quæcunque ſcibilia, ſibi vendicare poteſt; ſic ſibi corpus muniuit inſtrumentis, cum dederit illi manum, quę ante omnia inſtrumenta inſtrumentum eſt; vt ad hũc vſum corpus eius cuſtodiatur. quod, ſi vnico, & particulari inſtrumento muniuiſſet; ei & artem vnam duntaxat conſciuiſſet. hanc ſẽtẽtiam accepit ab Ariſt. 4. de part. animalium cap. 10. ſic anima non ſolùm dicitur ſpecies omnium entium; quia recipiat omnes, vt inquit Themiſtius; ſed, quia formas omnes figurat in materia: ipſa enim eſt, quæ figurat materiam varijs formis. ex quo loco clarè elicitur Them. ideas voluiſſe, quas & Auerro. 2. tract. epito. metaph. & hæc clariſsima veritas fuit, & Ariſtotel. ſic intellecta: nam anima per intellectum agentem cauſa eſt non modò perfectæ cognitionis entium, ſed ſui eſſe. Similitudinem hanc, de manu non eſt expoſitorum vllus, Simplicio excepto, qui nouerit, ad quid dicta ſit: nam intellectus non commodè dici poteſt organum ſpecierum. dicendum itaque, vt diuinè exponit ipſe, quòd Ariſtoteles per hoc manifeſtauit animæ ſtatum, quæ media eſt inter primas illas formas, & ſecundas, quæ cognoſcuntur accidentali quadam notitia: nam, ſicuti manus media eſt inter animam artificis vtentem, & organum, quo manus vtitur, bipennem, ſcilicet. ſic media anima eſt inter pura intelligibilia, & poſtrema ſenſibilia, quæ ſenſu apprehendit. Plutarchi inſtantia fuit, quo modò dicat animam receptiuam omnium ſpecierum; quandoquidem ſolum intellectum talem eſſe dixerit, in hoc tertio tex. 6. ſolutio eiuſdẽ fuit, quòd ibi intellexerit per intellectiuam, etiam ſenſitiuam, vt conſona eſſet, quæ ibi litera ea, quę hic. at melius, vt opinor Simplicius, quòd, ſcilicet, ibi propriè acceperit ſpecies, quæ ſcilicet, ſubſtantiæ, & eſſentiæ ſunt, ac vera intelligibilia; hic verò, quæ in ſenſu capiuntur, non veras ſpecies eſſe voluit, ſed ſpecies accidentibus inuolutas; imò accidentia ipſa, quæ verę ſpecies dici non poſſunt cum veræ ſolæ ſubſtantiæ ſint, vt 7. met. patuit.

T.c. 39. Et quæ abſtractione. Auer. non introducit præſentem textum. S. Thom. vult dependere intentionem hanc à tertio dictis, ſcilicet, quia dixerat intellectum eſſe intelligibilia; ne opinetur aliquis, quòd intellectus ob id à ſenſu non dependeat. & hoc contingeret, ſi intelligibilia ſecundùm eſſe ſeparata eſſent, vt platonici poſuere: ideo hic oſtẽdit, quòd intellectus ſenſu indiget. & hæc eſt intentio firmata cum cauſa. Sueſſ. notat duas antiquorum de intelligibilibus opiniones fuiſſe: alteram, qua dictum eſt, intellectum ſimpliciter, atq; identicè intelligibilia eſſe; quam voluit Empedocles; & Democritus: alteram, qua intellectum ponebat per admiſtionem, non res eſſe, ſed rerum notiones, quæ illis connatę erant, quibus anima cuncta intelligeret, vt Plato in Menon. vndè ſequebatur ſcire noſtrum eſſe reminiſci; & ſic prò reminiſcentia, non autem pro rerum intellectione, ſenſibus egere. cum itaque probauerit Philoſophus intellectum identicè res non eſſe contra Empedoclem, & Democr. modò intendit oſtendere, quòd intellectus eget ſenſibus; non pro reminiſcentia, ſed pro intellectione. At neutra harum introductionum videtur facere ad Ariſtotelem: non quæ S. Thom. quia non poteſt hic reſpõdere dubio tacito; quia iam determinauit res, quomodo in ſenſu, & quomodo in intellectu ſint, in 38. & quòd lapis non eſt in anima, ſed lapidis ſpecies, & quomodo. & ſic nullam prorſus mentionem facit de Platonis ſententia. minùs ad propoſitum videtur, quę Sueſſani eſt; quia nihil ait de rẽminiſcentia, ſiue acquiſitione ſcientiæ: nec poſſet ſic intelligi, niſi vi expoſitio traheretur, & multa ſupponerentur. Simplicius longè melius: & ſtat in recapitulatione, quam Ariſtoteles ipſe facit tex. commen. 37. & inquit; Cum dictum ſit, quòd non intellectus, quocunque modo acceptus, ſicut nonnulli peripatetici voluiſſe videntur; & fuit Alexan. ſed qui practicus, & qui phantaſmati vnitus intelligere non poteſt, quin in intellectione à phantaſia dependeat: modò intendit hoc idem vniuerſaliter concludere, quòd, ſcilicet, intellectus, ſic acceptus, dependet à phantaſia. Intentio iſta mehercle uera eſt; at, quorſum facta ſit talis repetitio, & determinatio, non ſatis habetur clara. Dicerem autem ego, quòd hoc factum eſt, vt tacitè ſolueret propoſitum dubium in tex. commen. 36. vbi quæſiuit, an intellectus in magnitudine exiſtens, abſtracta intelligere poſſet. & antequam ſoluat, repetit fermè, quod 35. dixit, quòd abſtracta à magnitudine, quaſi non abſtracta intelligit. idem in 38. modò in præſenti textu ſoluit. Pro quo notandum, vt rectè Philoponus, quòd in triplici ordine ſunt cognoſcibilia; in primo, quæ omnino à magnitudine ſeparata ſunt; in duobus verò alijs, quę in magnitudine ſenſibili habent eſſe; qualia & ſenſibilia, & mathematica ſunt. obiecta iſta conformia redduntur cognoſcibilia intellectui, ſic diuerſimodè ſe habent: & ideo, quę & mathematica, & ſenſibilia ſunt, ab intellectu exiſtente in magnitudine, id eſt, dependente à phantaſia cognoſcuntur. hinc ſumitur ſolutio dubij, quòd intellectum exiſtentem in magnitudine impoſsibile eſt omnino abſtracta intelligere. quod, ſi inferatur; Ergo in quocũque ſtatu erit talis; ſic committitur fallacia à ſecundùm quid ad ſimpliciter. quare optimè notauit hic Albertus quòd ante intellectum adeptum, eſt acceptio ſcientiæ ex phantaſmatibus. & infra introducit dubium Ariſto. dictum tex. 36. & addit opinionem communem, quòd clarum eſt poſt mortem ipſum talia intelligere: quaſi quòd in nobis intelligere non valeat.

leat. deinde adducit veram ſententiam peripateticam, quam tenet, quòd etiam in hac ſit nita; aliter homo fœlicitatem contemplatiuam non attingeret. de quo ſatis à nobis in quęſtione dictũ eſt. In textu tres ſunt particulæ præcipuæ exponendæ: in prima format unam conſequentiam. cuius aſſumptum probatur, argumento ſenſato: & conſequens firmatur ratione: in ſecunda tangit differentiam inter phantaſiam, & intellectũ: in tertia dubio ſatisfacit. conſequentia ſit talis; Senſibilia, ſiue mathematica cognoſcuntur omnia per ſenſum; ergo neceſſe eſt ſpeculantem phantaſmata ſpeculari. inquit itaque in prima, quòd nulla res eſt, quæ præter magnitudinem corpoream, ſcilicet, atque ſenſibilem, ſit: ſenſibilis nanque ſubſtantia cum accidentibus eſt; quæ & ipſa dimenſionem ſubeunt, & quanta ſunt; intelligibilia ſiquidem ſunt in ſpeciebus ſenſibilibus, ideſt, quæ apprehendit intellectus pro tali, ſcilicet, ſtatu, à ſenſu pendent, & à phantaſia: intelligentiæ autem, ſiue abſtracta intelligibilia illa, de quibus modò non intendit; non capiuntur ſenſu, aut phantaſia, ut rectè dixit Philoponus. Auerroes hic ab alijs diuerſus; quia expoſuit textum etiam diuerſum; inquit tamen unum, quòd, ſcilicet, formę exiſtunt in intellectu ſecundùm rem uelocis tranſmutationis non fixam; &, quòd eędem ſint extra animam in ſenſibilibus. Pro quibus notandum, quòd res dicitur non fixa in aliquo; cum in eſſe, & conſeruari dependet ab aliquo extrinſeco, ut caliditas in aqua: contra uerò dicitur fixa, cum ab alio non dependet, ut frigiditas in aqua. ſic ſe habent cognitiones ſenſibilium in intellectu; quorum ſpecies ſi in proprijs capiantur ſubiectis, in quibus ſunt, per modum habitum habent eſſe fixum. addit deinde Philoſophus pro maiori euidẽtia huius aſſumpti, quòd & quæ abſtractione dicuntur, de quibus, ſcilicet, uidetur minùs, mathematica, ſcilicet entia, & habitus, & paſsiones ſenſibilium, intellectus ſcilicet, qui à ſeipſo omnino progreſſus eſt, non poteſt talia, ut rationes ſunt, & ueræ formę, contemplari; ſed ſimul utitur ſenſu, & phantaſia. Exponit Simplicius ly, uidetur in textu: & primò ſecundùm Alexandrũ dictum eſſe de ſenſibilibus, ob motores orbium, qui ſub ſenſu non cadunt. Simplicius hoc etiam intelligi poſſe de formis rerum generabilium, quæ ſecundùm ſe, & pro eſſe ſuo, non indigent dimenſione, aut accidentibus; ſed è conuerſo magis, accidentia, ſcilicet, ipſis egent: quare ratione, accidentia nomen ſenſibilium ſubeunt; cum ipſæ ſecundùm ſe ſenſibiles non ſint. probat Philoſophus hoc, argumento ſenſato, quod poſter. primo poſuit. nam, ſi cui defuerit ſenſus aliquis; tunc & illi ſcientia, quæ per illum ſenſum acquiri potuit, deerit: nàm, quæ intelliguntur, in ſenſibilibus, & phantaſticis ſpeciebus reperiuntur: nam principium intellectionis in iſtis abſque ſenſu non fieret: & à ſenſu idola in phantaſia fiunt, à quibus intellectiones pendẽt. addit deinde Philoſo. cõſequẽs; Et, cũ ſpeculetur neceſſe eſt ſimul phãtaſma aliquod ſpeculari: ſunt enim phãtaſmata, ut ſenſibilia. Notandũ tamẽ eſt, ꝙ in aſſumpto dixit Philo. Nihil addiſcet, neq; intelliget. S. Tho. exponit duo hæc, ly, addiſcit; Cũ primum aliquis diſciplina aliquid notum acquirit: ly, intelligit; Cum intellectum habitum exercet; quia ſiue in primo, ſiue in ſecundo actu ſemper intellectus phantaſia utitur. & huius occaſione reprehendit Auicennam. qui concedebat in primo actu dependere; in ſecundo uerò minimè. At ſententia S. Thom. meo quidem iudicio, ſanior eſt: nam Philoſophus in textu inquit, non poſſe fieri intellectiones, niſi pendeant illę à ſenſu, uel phantaſia. & cauſam reddens: quia, quæ intelligũtur in ſenſibilibus, ea de cauſa proportionatam ſibi habere debent uirtutem cognoſcitiuam. & talis, ut dictum eſt, intellectus progreſſus eſſe dicitur: quippè qui, ut talis, pendet ſemper à ſenſu, & à phantaſia: ideo, ſiue in primo ſit actu, ſiue habitu fuerit, ſemper coniunctus ſenſui eſt; &, ſi non externis, ſaltem phantaſiæ, ſiue internis. at, ſi exponatur textus, ut Philoponus, dubium hoc continget, ut per ly, addiſcere, doctrinam de nouo à doctore; per ly, intelligere, per inuentionem noſtram. & ſic utrumque erit de actu primo; in quo concordant omnes, quòd intellectus à ſenſibus dependeat. quæ expoſitio mihi placet magis; Phantaſmata, ſicut ſenſibilia. nam phantaſia rem, ut in materia eſt, cum illius præſentia non capit, ut ſenſus exterior, ſed duntaxat rei ſenſatæ idolum. Addit Philoponus alteram expoſitionem. & eſt, quòd intelligi poſsit de intellectu ſecundùm talem ſenſum, quòd, ſcilicet, intellectus utatur phantaſia. & ſenſu: ipſe tamen in eius intellectione abſque materia eſt. prima tamen mihi, placet magis, quę optimè declaratur à Simplicio, cũ dicat intereſſe inter ſenſibile, & phantaſma: ſiquidem ſenſibilia circa particularem ſubſtantiam reperitur, quam materiam dicimus, tametſi prima illa non ſit, quæ communis omnibus eſt generabilibus. at phantaſma, etſi accidens ſit, innititur tamen cuidã ſubſtantiæ, non naturali tamen, ſed uitali. Phantaſia in corpore uita eſſe dicitur, & ſubſtantia corpore melior; etſi ab eo inſeparabilis ſit. & hoc modo phantaſma non dicitur eſſe in materia. & hæc expoſitio tertia alias excedit omnes. Eſt autem. In hac ſecunda ponit differentiam inter phantaſiã, & intellectum. & eſt cõmunis omnium expoſitorum ſententia. at quorſum hoc faciat, non eadem apud omnes. Auerroes uult dictam eſſe ob particulam ſequentem; quæ, ut ipſe exponit, eſt de dignitatibus primis. quę, cum neſciamus, undè ueniant, dubium cadit, utrum à ſenſu, ſiue phantaſia, uel non. quem ſenſum poſuit iuxta literam ſuam, cum habeat; Primæ creditiones. at græca litera habet; Primi intellectus. Philoponus & ipſe dirigit hanc ad ſecundum dictum. differt tamen ab Auerroe; quia per primos illos intellectus intelligit ſimplicium apprehenſionem. & ſic, cum & phantaſia ipſa ſimplicia apprehendat, ut intellectus facit; ſicut iſta non componit; ſic neque ille tunc componit: quare phantaſia erit intellectus. & ideo ſit

hoc

hoc dictum ob illius differentiam; quia intellectus aliquando componit; phantaſia verò nūquā. At clariùs dicendum cum Simplicio, & melius, quòd Philoſophus, cum dixerit phantaſiam apprehendere ſine materia; tunc, cum & intellectus hoc modo apprehendat; videretur phantaſia ab intellectu non diſtingui: ob id ponat differentiā, quia intellectus notiones componit, in quibus veritas reperitur, & falſitas. at phantaſia, cum ſit virtus materialis, non componit, & corporea. & ſic ſecundùm Simplicium cogitatiua particularia non cōponeret. & ſtante hoc fundamento, quia materialis, neque ſecundùm Ariſtotelem hic componeret, cum tamen huius oppoſitum alibi determinauimus; dicere poſſumus intellexiſſe de imaginatiua, cum dixerit; Quia corporea eſt, & materialis nimis, cuiuſmodi cogitatina non eſt. Dixit deinde Philoſophns in textu; Compoſitio intellectuum eſt uerum, aut falſum. poſuit conſequens, loco aſſumpti, vt Simplicius notauit. debebat nanque dicere; Compoſitio eſt affirmatio, aut negatio. ad quas poſtea ſequebatur uerum, vel falſum. Primæ autem. Aner. exponit hanc particulam de primis propoſitionibus, quas neſcimus, an per ſenſum illas habeamus, nec ne. At inquit Auerroes. Imaginatio non ſunt; non tamen ſunt abſque imaginatione. expoſitio hæc, ut dictum eſt, non ſtat cum litera. Latini exponunt de apprehenſione ſimplicium terminorum. & inquiunt tales phantaſmata non eſſe, at non ſine phantaſmatibus. & hoc modo habent intellectum à phantaſia diſtingui. cui expoſitioni fauēt de Græcis Philoponus, & Themiſtius, inquiens Themiſtius, quod diſtinguitur phantaſma ab intellectione; quia phantaſma eſt paſsio quædam; intellectio verò eſt circa phantaſma illud, actus intellectus. At uidetur & iſta expoſitio ſuſpecta; quandoquidem proponat primò de ſimplicibus intelligibilibus; mox ſoluens inquiat; Neque alia phantaſmata erunt, &cæ. per ly, alia, uidetur intelligere quid diuerſum à primis intelligibilibus: quare dicendum, & meliùs, cum diuino Simplicio, quòd intentio ſit proponere dubiū de primis intelligibilibus, quæ ſunt primæ ſubſtantiæ, ſiue etiam formæ puræ immateriales; propter quid & ipſæ, cum ſimplices ſint, phantaſmata non dicantur? Reſpondet, & erit locus topicus per locum à maiori; nam nec quę, ſcilicet, priùs dicta ſunt, quæ appellauit alia, illa ſcilicet, quæ eſſe habent in ſenſibilibus, & phātaſmatibus, formatæ ſcilicet, ſubſtantiæ, phantaſmata non ſunt; non tamen ſine uſu ſubiectorum phantaſmatum innoteſcere ualent. & non credendum, quòd prima illa ſint, quę progreſſa, ut velle uidebatur Alex. at, quæ prima ſunt, magis à phantaſmatibus diſtant; ita ut neque illis aliquo modo utatur; ſed omnino ab eis eſt independens: ſic anima occaſione à ſenſibus accepta per medium intellectum practicum, ſiue ſpeculatiuum in ſummam, altiſsimamque intellectus particulam. & hoc modo ad dubium propoſitum patet ſolutio, quæ perficitur etiam 12. met. 39. vbi comparat intelligere noſtrum diuino.

Quæritur ob ea, quę de anima dicta ſunt, quod ſummopere deſiderari debet, utrum intellectus humanus, quo homo intelligens dicitur, ſit mortalis, uel immortalis. quęſtio difficillima eſt, cum ſecundùm Ariſtotelis fundamenta quæratur. nariæ de hac materia, apud antiquos etiam, opiniones extitere. quidam uoluerūt eam ex ſemine traduci, dantes calori naturali, ueluti inſtrumento, qui ſtellarum calori proportionatus eſt; dum tangit mulieris menſtrua, ſic agente anima, quæ actu in ſemine parentis eſt, atque operatur, quaſi trāſfuſam ex anima generat animam. & hanc Medicorum ſchola ſecuta eſſe uidetur: alij, quòd organizato corpori ſtatis temporum interuallis ab omnium creatore noua etiam infundatur anima; alij in concluſione, quòd immortalis eſſet, conueniebant: verùm alij antiquas creatione; alij uerò nouas eſſe ponebant. uerùm omiſsis his omnibus, cum dubium noſtrum ſit, quid in hoc ſenſerit Ariſtoteles, ideo peripateticè differendum eſt. Peripatetici in hoc quæſito ſunt diſcordes. Alex. nomine, & re peripateticus, mortalem eſſe perhibuit, & ex ſemine traductam; & cum eo de poſterioribus multi. Theophraſtus, Themiſtius immortalem eſſe Ariſto. ſententia, affirmarunt. ut autem, quæ uera ſit, habeatur opinio: in medium ponam Ariſtotelis dicta, quæ in materia iſta pręcipua ſunt: ſecundò exponam illa ſecundùm vtranque ſectam: tertiò concludam, quid tenendum ſit, verò Doctore mentem noſtram ſemper illuminante. Primum dictum Philoſophi eſt, 3. ani. 4. Quia intelligit formas omnes materiales, eſt immaterialis, ſiue immiſtus: & declarat, quòd eſt corpori immiſtus, 3. ani. 6. tertium dictum; Intellectus eſt ſeparabilis, 3. ani. 7. quartum, Reſtat, ut mens ſola extrinſecus ueniat; & differat, ut perpetuum à corruptibili, 2. de generat. animalium cap. 3. quintum, intellectum manere poſteriùs dixit, 12. met. 17. ſextū Impaſsibilem oportet eſſe intellectum. 3. ani. 3. Pomponatius, qui in hac materia de modernis ſibi primum uendicauit locum, in tractatu proprio ſuſtinuit animam intellectiuam mortalem eſſe. & quia omnia collegiſſe uidetur, cum ipſo agemus nos, qui oppoſitum determinabimus. quatuor pręcipua facit: primò diſtinguit de mortali, immortalitate; cū homo utriuſq; naturæ particeps eſſe uideatur: ſecūdò ſimul atq; tangit opiniones in hac materia diuerſas, & reprobat: tertiò declarat, quid ſit dependere ſubiectiuè, ſiue obiectiuè à phantaſia. ſuper quo fundamento ſuam deponit ſententiam: quartò exponens dicta Philoſophi ad propoſitum ſuum, concluſionem & auctoritatibus, & rationibus confirmat. ſit hoc, ordine, primum. Cum homo per uegetatiuam, ac ſenſitiuè mortalis ſit; intellectu uerò, quo intelligit, & uult, immortalis. dicendum itaque erit, uel unam eandemque animam eſſe, qua homo mortalis, atque immortalis dicitur; aut altera: ſi ſecundum, aut mortalis, & immortalis erunt diſtinctæ numero, vt humana ſunt indiuidua: aut in omnibus immortalis una numero erit; mortales uerò plures: ſi uerò primum accipiatur membrum, cum

de eodem oppoſita veritatem habere nequeant ſimul; tunc erit dicendũ, quòd vel ſimpliciter immortalis erit; ſecundùm quid verò mortalis; aut è conuerſo; vel vtraque ſecundùm quid. Auerroes cum Them. unam immortalem dixerunt, intellectiuam ſcilicet, plures verò mortales: quare inter ſe re differentes. fundamenta huius opinionis duo fuere; alterum ob dicta Ariſtotelis, quæ paſſim intellectiuam immortalem oſtendunt; alterum, quòd vna illa ſit; quia pluralitas numeralis fit per materiam quantam 12. met. 49. Tunc Pomponatius poſt multas execrationes, & blaſphemias in Auerr. inquit, quòd ſecundum Auer. intellectus habet aliquam operationem omnino à corpore independentem, aut à ſubiecto, aut ab obiecto. & adducit commen. 12. primi de anima, ubi dicit Auero. quòd non eſt intelligendum ſuperficietenus intellectum dependere à phantaſia; quia ſic eſſet generabilis, & corruptibilis, vt dixit Alexander. modò contra Auerro. inſtat; cum Ariſtoteles in fine illius textus. 12. dicat, intellectũ, aut phantaſiam eſſe, aut non ſine phantaſia. etſi videatur hypotheticè locutus, id tamen aſſeueranter confirmat 3. ani. 39. cum dicat, intelligere non eſſe abſque phantaſmate. ſecundum argumentum acceptum à diffinitione, per quam habetur eſſe, atque rei eſſentia, Anima eſt actus corporis; ergo ſecundùm eſſe; ergo ſecundùm nullam prorſus operationem ſeparatur à corpore. quòd, ſi quis dicat; Verum eſt, ut anima, quòd eſt actus, at non ſecundùm ſe, vt ſcilicet, intelligentia eſt; quod ſanè idem & de intelligentijs omnibus habetur: tũc falſum eſt; quia, cum ſit intelligentia, de ea egiſſet Metaph. ut de cæteris agit intelligentijs. ſecundò non haberet locum, dictum illud, 2. phyſ. 26. ubi conſiderationis naturalis ponit terminum, animam intellectiuam: quippè qui, ſi intelligatur, quo ad, quia eſt, falſum erit; cum non modò hanc naturalis verùm & alias intelligentias, & Deum ipſum ſic cognoſcat. intelligitur itaq; ſecũdùm eſſentiam, & quidditatiuè tertiũ. Valde oppoſitum eſt rationi, quòd anima intellectiua duas iſtas habeat operationes penitus diuerſas; Intelligere cum phantaſmate, & ſine phantaſmate; cum una numero potentia ſit; ſequeretur tũ illius duo eſſe reperiri. quartum. Si ad animæ inſeparabilitatem ſufficit ipſam eſſe phantaſiam, aut non ſine phantaſia; malè procedit hoc, cum altera iſtarum indeterminatè, vel determinatè; ſi primum, ſtabit quòd intellectus non ſit ſine phantaſmate; & tamẽ phantaſia non ſit: & conſequenter ſemper indigebit corpore, ut obiecto, non autem ut ſubiecto: ſi uero determinatè, cum fieri nequeat, ut aliquod egeat corpore, ut ſubiecto, & non ut obiecto: ergo intelligetur, ut obiecto; idem ergo, quod prius præterea Ariſtoteles clariſsimè fuit locutus. 2. phyſ. 26. & poſuit multiplicatas animas, cum dicat; Et circa hæc, quę ſunt ſeparatæ ſpecies in materia. homo enim hominem generat: & ſol: quare Auerrois opinio purum figmentũ fuit. deſtruit poſtremò fundamentum, quod erat, intellectum re à ſenſu diſtingui. Si homo cõponeretur ex motore, & moto; non maiorem haberet unitatem, quàm boues, & plauſtrum. deinde daretur pluralitas formarum: quod ab Ariſtotele alieniſsimum eſt: nam alia eſſentia eſſet, qua ſentio; & alia, qua intelligo; cum ſimul actu utrumque in me fieri cõtingat. qui igitur fieri poſſet, ut ego ipſe, qui ſentio, ſim, qui intelligo? præterea ponit vegetatiuum in ſenſitiuo, vt trigonum in tetragono. palàm uti que eſt, non re, ſed potentia in eo reperiri. Secũdã ponit in ordine opinionem Sancti Thom. & eſt, quòd anima humana ſimpliciter immortalis ſit; ſecundùm quid uerò mortalis. & ſunt quinque dicta, in quibus hæc fundatur opinio: primum, q; ſenſitiuum, & intellectiuum re idem ſunt: ſecundum, tale ſimpliciter immortale, ſecũdũ quid, mortale: tertium, quòd anima talis eſt uerè hominis forma: quartum, quòd eſt numerata ad numerum indiuiduorum hominum: quintum, quòd incipit eſſe per creationem cum corpore; non deſinit autem cum corpore. Secundum dictum, q; eſt, principalis concluſio, probatur 3. ani. 4. Recipit formas omnes materiales: ergo immaterialis: ſecundò. Si eſſet intellectus materialis, forma in eo recepta, eſſet intellecta in potentia: tertiò quia eſſet uirtus organica; quare, uel non cognoſceret omnia, uel ſaltem non modo uniuerſali. patet etiam per omnia illa Philoſophi dicta de intellectu. quòd verò ſecundùm quid mortalis, per duo hæc palàm fiet: primò; nam uegetatiuum, & ſenſitiuum, ab intellectiuo ſeparata ſunt: cum autem illud immortale ſit, hæc mortalia erunt: ſecundo, quia uegetatiuum, & ſenſitiuum operatur cum inſtrumẽto caduco; ergo ratione operis vtrũque mortale erit. At contra opinionem hanc per eadem inſtabo; & probo animam ſimpliciter dici materialem; ſecundùm quid uerò, immaterialem: nam per vegetatiuum, & ſenſitiuum, materialis eſt; quià inſtrumento materiali utitur; per intellectiuum verò, immaterialis; quare, &c. quia lõgè plura ſunt, quæ reddunt ipſam mortalem, quã immortalem; & à ſuperabundanti fit denominatio; ergo, &c. ſecundò, Opinio hæc patet; quia ſupponit animam eſſe immortalem; non apparet tamen, quo medio: deberet enim probari, quòd in aliqua eius operatione non dependeret à corpore ſubiectiuè, ſiue obiectiuè, ut patuit primo ani. 12. At oppoſitum huius determinat Ariſto. cum dicat, Oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari. præterea ualde irrationale uidetur, quòd ſubſtantia immaterialis moueatur à re materiali, ut intellectus à phantaſmate: nam, etſi immateriale poſsit in materiale; non tamen contra eſſe uidetur; cum etiam apud Theologos ortum ſit dubiũ, quomodo animę cruciari poſſunt ab igne corporeo. præterea, ſi daretur creata; ſequeretur Philoſophum creationem poſuiſſe; cuius tamen oppoſitum penitus determinat. 8. phy. probãs motus æternitatem. præterea, Si anima incepit eſſe, ſecundùm Ariſtotelem etiam deſinet eſſe, ut 1. cę. determinauit. ubi dixit; Quidquid incipit, ſiue per ueram generationem; ſiue quocunque alio modo; id tale eſſe deſinet. Tertia opinio, & vltima

eſt,

eſt, quòd ſenſitiuum, re, ab intellectiuo non differat. uerificatur & iſta quinque illis ſuppoſitis, ac primo dicto: ſecundò, quod eſt concluſio principalis, quòd anima talis ſimpliciter mortalis ſit; ſecundùm quid immortalis. pro cuius fauore, notandum, quòd cognitio quælibet ſupponit abſtractionem à materia; cum ab illa cognitio impediatur. modò quædam ſunt, quæ uſque adeo abſtracta ſunt, ut in eorum cognitione non egeant corpore, neque ut ſubiecto, neque ut obiecto, ut Deus, & intelligentiæ. aliqua verò ſunt, quæ egent utroque, ut ſenſibilia: nam ſenſus, cum organici ſint, & à ſubiecto pendeant; ſine ſubiecto non cognoſcunt; ſenſorium animatum illud eſt, quod cognoſcit; & non ſola anima. obiectiuè etiam dependet, cum per ſpecies cognoſcat: cognitio enim per abſtractum fit. cum uerò duo hæc abſtracta ſint, medium datur, in quo res colligitur: quæ non penitus cum materia cognoſcit; quare non ſubiectiuè, neque abſtractè penitus; ideo obiectiuè; & ſic modo medio: is autem eſt humanus intellectus; qui ab oībus antiquis ponitur medius inter abſtracta, & materialia: inde dictū eſt, Minuiſti eū paulo minus ab Angelis; & cōſtituiſti eum ſuper opera, &cæ. & hunc intellexit Philoſophus p. ani. 12. & 3. ani. 30. 39. differt ab intelligentia; quia illa habet cęlum inſtrumentum, & eſt actus eius; quia illud mouet; nihil tamen ab illo recipit. at intellectus actus eſt corporis; quia ab eo obiectiuè tantū recipit. neque apud Ariſtotelem fingendum eſt, quòd talis intelligendi modus ſit intellectui accidentalis; tum, quia unius virtutis eſt vnus modus operandi: tum etiam, quia ſicut ſenſitiua in eius operatione nunquam tranſmutatur in intellectiuam; ſic neque intellectus operans debet tranſmutari in intelligentiam; quia ſic, natura in naturam verteretur: concludendum itaque eſt, intellectum humanum in quocunq; eius opere ſemper indigere phantaſmate. & ſic patet principalis concluſio. quòd ſimpliciter mortalis; ſecundum quid verò immortalis. confirmatur; quia 12. met. determinauit Philoſophus nullam eſſe intelligentiam, quę cęlum non moueat; ergo neque anima humana; quare penitus à corpore abſtrahere non ualet. Tertium in ordine fuit declarare fundamētum illud, quid ſcilicet, ſit dependere ſubiectiuè, uel obiectiuè. & inquit, egere corpore, ut ſubiecto, eſt habere ſuum eſſe in materia, ſiue ſubiecto, ſecundùm extenſionem, & diſpoſitionem quantitatiuam, quo modo ſingula organica uirtus ſuum eſſe in corpore tenet, ut ſenſus quilibet: at intellectus, cum organicus non ſit (etſi in corpore reperiatur, quo fit, ut nulla eius operatio ſine corpore fiat, non tamen eſſe habet per quantitatem) ideo extenſus non eſt; ergo poteſt in ſeipſum reflecti, & uniuerſaliter cognoſcere. hoc autem prouenit illi ex eſſentia intellectus; obiectiuè tamen dependet quia copulatus eſt ſenſui; & vniuerſaliter intelligit non tamen omnino abſtractè, ſed ſemper in particulari aliquo, ut quiſque in ſeipſo experitùr. At contra ſe obijcit per ea, quę 3. ani. 6. Cum intellectus ſit in materia calida, frigida, &cæ. qui fieri poteſt, ut & ipſe nō calidus, non frigidus ſit, &c? Ad hoc reſpondet, quòd hoc idem argumentum procedit contra ſecundam opinionem; cum & ipſa formam in materia eſſe fateatur. & addit; Si quis dicat, neutra harum uera eſt; ſed duntaxat, quæ Auerrois eſt; ad hoc inquit, quòd nullum uidetur eſſe poſſe pulchrius monſtrum à pictoribus depictū. quartò dicta Philoſophi, ut ſuā hanc cōfirmet opinionem, concordat, & exponit; & primò, quæ inter ſe pugnantia eſſe uidentur, quòd miſtus, ꝙ non miſtus; quod actus corporis, ꝙ nullius corporis ſit actus; nam intellectus ille eſt, qui à corpore omnino ſeparabilis eſt, vt ſcilicet, intellectus eſt. at intellectus humanus utrunque obtinet: ſeparatus à corpore eſt, ut à ſubiecto; non autem, ut ab obiecto: & ſic eſt actus corporis, ut obiecti; non autem, ut ſubiecti: at intelligentia neutro modo; cum nihil à ſuo recipiat corpore: & ſic uerè concedimus, quòd ſit actus corporis; quòd multiplicata ſit, quia materialis; & quòd eſt facta, non tamen per creationem, ſed per generationem. Ad dictū philoſophi primo de partibus, quòd ad naturalem non attinet de omni anima conſiderare, inquit, verum eſſe hoc de uero intellectu; cum nō moueat motus; at de humano non uerus; cū talis uerè ad Naturalem attineat. Ad id, quòd ueniat de foris, dicendum hoc uerum eſſe de uera mente, nó autem de humana; vel ſi de humana, hoc uerum eſſe, comparatione habita ad uegetatiuam, & ſenſitiuam; quia magis de diuinitate participat. Ad id, quòd aliquod poſt remaneat. 12. met. 17. dicendum, Philoſophi dictum tenere de intellectu poſsibili, non de agente; corrumpitur enim quodam interius corrupto, ſenſitiuo ſcilicet, cui identificatur. verū Philoſophus illud intelligit per ſe, non autem per accidens: quaſi dicat, nihil prohibere ipſum manere, quà intellectus eſt, non qua humanus. confirmatur hoc per Philoſophum 12. met. 39. ubi comparans inquit delectationem in nobis paruo tempore durare; in Dijs ſemper; quia ſcilicet, ſimpliciter immortales; homo uerò ſecundùm quid immortalis, at ſimpliciter mortalis: nam & 2. de partibus cap. 10. Solus homo inter mortalia maximè diuinitatis eſt particeps; cōparatuſque cęteris mortalibus, immortalis dici poteſt. intellectus itaque humanus pauciſsimo tēpore delectatur; quia & tali quoque intelligit. ex quibus dictis apparet intellectum humanum non intelligere ſine phantaſmate; æterna uerò cum nō indigeant phantaſmate, ſemper delectantur. præterea 3. ani. 36. videtur innuere inſeparabilitatem humani intellectus; cum dubitet, utrum intellectus in maginatudine exiſtens poſsit, quæ omnino ſeparata ſunt, intelligere. Hęc ſunt pro hac concluſione dicta à Pomponatio. Scotus quinetiam hanc eandem magis uidetur tenere ſecundùm fundamenta Ariſtotelis, tametſi dixerit Ariſtotelē in materia iſta probabiliter locutum; & modò mortalitatem, modò immortalitatē accepiſſe, vt magis conueniebat locis diuerſis; in quibus de hac agebat materia: & primò, ut hoc oſtendat in pro-

propoſito de reſurrectione, vtrũ haberi poſsit per lumen naturale, vel non 4. ſent. diſ. 43. quæſt. 2. ponit tres propoſitiones: quarum prima eſt, quòd anima intellectiua eſt forma hominis ſpecifica: ſecunda, quòd anima intellectiua eſt immortalis: de tertia in propoſito non eſt, ut agatur. primam probat per hoc ultra alias rationes; quia omnes Philolophi poſuerunt in diffinitione hominis rõnale, intelligentes animã intellectiuam eſſe partem eius eſſentialem, & addit, Neq; reperitur aliquis, qui neget hoc; licet maledictus ille Auerroes in illa fictione ſua, nec ſibi, nec alijs intelligibili; ponat intellectum ſubſtantiam ſeparatam coniungibilem nobis, mediantibus phantaſmatibus. & ſic homo ſecundùm ipſum non eſſet, niſi animal quoddam irrationale. & infra in deciſione dicit, quòd talis prima propoſitio eſt naturaliter nota. & error oppoſitus eſt, qui ſolius Auerrois eſt, qui peſsimus eſt non ſolùm contra Theologiam, ſed etiam contra philoſophiam. ſecunda uerò propoſitio eſt dubia; & magis videtur pro altera parte; neque concludunt aliquid rationes Philoſophi dictę in pleriſque locis & primò, quod dixit 21. ſecundi de anima; Non intelligenda ſeparatio illa eſt, niſi in hoc, ꝙ intellectus nõ utitur corpore in operando; & per hoc eſt incorruptibilis in operando, loquentes de corruptione illa, quæ cõtingit ratione organi, cũ ipſe organicus nõ ſit, vt ſenſitiuę cõtingit, quæ lęditur lęſo organo, vt de oculo ſenis dixit Philoſophus 1. ani. 66. ipſa tamen nirtus incorruptibilis eſt; quia non ponit ipſam corruptam, quo ad operationem, ſed quantũ ad organum: ſic & intellectus eſt incorruptibilis, non tamen ſequitur; Ergo ſimpliciter incorruptibilis. At diceret aliquis; Cum intellectus ſit abſtractus, operatione, & in eo immediatè ſit intelligere; ergo erit & ipſe ſimpliciter abſtractus. Reſpõdet Scotus quęſtione 9. quol. quòd intelligere, bene recipitur immediatè, ut in primo recipiente in intellectu, i deſt in proximo; non tamen ſimpliciter primo intelligitur, quando eſt unita: ſed ratio tunc eſt, ſecundùm quã intellectio conuenit homini, cum ſit forma, non per ſe ſubſiſtens; ſed hominem informans. at, quod omnino abſtractũ eſſet, non modò ſecundùm ſe ipſum operaretur; uerùm eſſet, quo aliud operaretur. intellectus verò ſic erit ſecundùm quid incorruptibilis; at ſimpliciter uidetur corruptibilis, ut uidetur Philoſophus innuere. 1. ani. 66. Intellectus corrumpitur in nobis, quodam interiùs corrupto. hoc modo ſoluitur & dictum de excellenti ſenſibili, quod corrumpit ſenſum; quia deſtruit organum, ut dictum eſt. at intellectus, cum virtus organica non ſit, hoc non patitur. ad illud. 12. met. 17. dicit, ꝙ dixit, forſan, ſub dubio. & non eſt referendum ad intellectum, ut ſenſus ſit, quòd maneat, ſed ad omnem animam. uel ſi dicatur omnino dixiſſe de intellectu, dicendum, non neceſſaria hoc dixiſſe ratione, ſed probabili. ad illud, quòd deforis aduenit, inquit, ualde dubium eſſe. & tandem determinat, quòd apud Ariſtotelem anima accepit eſſe; quia non poſuit eam perpetuò ſecundùm ſe præfuiſſe, neque etiam in alio corpore. dicendũ itaque à Deo, ut à primo agente, productam eſſe, de non animare ad animare, non aliqua Dei nouitate, ſed nouitate paſsi, organici, ſcilicet, corporis, nuper animati. hæc ſunt dicta in materia hac à Scoto. Alexander in libello de intellectu ponit intellectum poſsibilem, via naturalis generationis, ex quatuor elementis, à ſole, & homine deductum eſſe. & inquit, quòd in prima ſeminis mutatione aſsiſtit intellectus in actu, cum per omnia permeet, & actu ſit: cum uerò per poteſtatem noſtram operatus fuerit; tũc noſter hic dicitur intellectus: & ſic diuinus intellectus, qui ſemper actu operatur, cum actu ſit; dicitur operari per inſtrumentũ, quando huiuſmodi ex temperatura factum erit. & uoluit Alexan. quæ 3. ani dicta ſunt, his eſſe accomodanda. ſic exponit ly, ſeparabilis à nobis, ſcilicet, pro extrinſeco intellectu; ſeparabilis dicitur: non qui aliò ſe transferat, uel locũ mutet; ſed, vt qui per ſe ſit, & à materia abiunctus: & dicitur à nobis; quia tunc à nobis non intelligitur. hæc ab Alexan. & alia pleraq; quæ in proprijs locis reprobauimus. Pro reſolutione huius difficultatis, quæ maxima eſt, tria faciemus: primò videndum erit, quid in opinionibus illis rectè, uel perperam à Pomponatio dictum eſt: ſecundò, quę fuerit verborum Ariſtotelis expoſitio dicta, tum à Pomponatio; tum etiam à Scoto: tertiò concluſionem illi oppoſitam, quam tenemus, confirmabimus; ſimulatq; obiecta, quæ erunt in oppoſitum, ſoluemus, uero Doctore ſemper mentem noſtram illuminãte. In prima parte, quo ad Auerrois ſententiam, dicendum Philoſophum iſtum, neque in fundamentis Auerrois, neque in ueritate, quam dixit, bonam habuiſſe ſententiam. & primò dictum illud Auerro. 1. ani. commen. 12. penitus non intellexit, neque Ariſtotelem. quòd non Auerroim, probo; quia Auerrois, auctoritate Ariſtotelis, ibi notat duo; &, quòd intellectus eſt abſtractus à corpore; &, quòd eſt impoſsibile, ut intelligat aliquid ſine imaginatione: ideo ſententia Ariſtotelis clara erit ſecundùm Auerroim: ꝙ ſtat eſſe abſtractum, & non intelligere ſine phantaſmate; cum hoc ſit impoſsibile. ideo, ſi in notando vellet Auerrois, quòd aliquãdo poterit eſſe ſine phantaſmate; uellet id eſſe poſsibile, quod dixit impoſsibile. quòd, ſi dicatur, voluit hoc in alio ſtatu; contra; quia in alio ſtatu intelligitur abſtractus: & tamen ſtante abſtractione, dixit eſſe impoſsibile intelligere ſine phantaſia. Dicendum itaque, ut eum expoſuimus cum diuino Simplicio, quòd ſemper indiget, imò ordine uirtutum ſemper habet imaginationem, vel præcedentem, vel conſequentem, ut ibi declarauimus. quòd etiã non intellexit Ariſtotelem, declaro; quia in hoc textu dubitatiuè loquitur, quod poſtea in hoc tertio determinauit. cum deinde confirmat per tex. 30. 39. tertij, quòd neceſſe eſt phantaſmata ſpeculari; illud dixit Philoſophus, quatenus intellectus practicus, ſiue ſpeculatiuus eſt; quia vterque eget phantaſia præcedente, ergo ſemper ſic eget: eſt fallacia à ſecundùm quid ad ſimpliciter. ſecundũ argumen-

argumentum eſt ſumptum ab eſſentia rei; quia à diffinitione, anima tota eſt actus; ergo inſeparabilis. Iſte bonus Phil. peccat; vel quia petit; vel æquiuocat; ſi capit ly actus, ꝙ ſecūdū vnā dicatur intentionē, petit; quia ſecūdū Auerroim, ſecundū plures dicitur; cum expreſſe de intellectu affirmauerit, quòd eſt actus, vt nauta naui. & ſic fuit Græcorum ſententia, vt Them. Simplicij, Philop. vt dictum fuit. & ſic æquiuocauit. quod & ipſe reſpiciens dixit; Actus eſt, vt intelligentia orbi. tunc cōtra arguit; quia Metaphyſicus de illo egiſſet, ſicut égit de cæteris intelligentiis. O quàm leue argumentum. non coſiderauit dictum Auer. 12. met. 17. quòd agere de intellectu humano, vt adeptus, ſiue vt intelligentia eſt, non attinet ad Metaphyſicum, ſed ad librum de anima. ſimiliter dictis iſtis determinauit diuinus Simplicius, ſciētiam de anima eſſe ſcientiam mediam. tertiò arguit, quòd nō haberet locum dictum 2. phyſic. 26. quòd. ſ. Naturalis terminat conſiderationem ſuam vſq; in animam intellectiuam. & intelligendum eſt quidditatiuè; quia, ſi intelligeret, quoad, ſi eſt; tunc falſum eſſet, quòd terminaret Naturalis conſiderationem ſuam in animam intellectiuam; quia & Deū & alias intelligentias, quo ad, ſi eſt, cognoſcit, vt Auerro. 1. phyſi. ultimo. Meta. accipit ſubſtantias abſtractas eſſe à naturali. relinquitur. itaque, ꝙ intellectus quidditatiuè cognoſcatur à naturali; ergo mortalis. Bonus iſte Philo. cum aliis etiam ſui temporis fuit in errore, hoc in loco. uel accipiendus eſt textus ſecundùm Ariſtote. uel com. Auer. ſi primo modo determinat Philoſophus, Naturalem conſiderare quidditatiuè formas, ut materiales ſunt, & producuntur uia generationis; ſiquidem fines ueri motus eſſe dicantur, quomodo Medicus ſanitatem in carne, & neruo eſſe cognoſcit; & ſic nouit formam hominis, per quam homo, homo eſt; &, quæ uia generationis à ſole, & homine producta eſt, & talis quidditatiuè cognoſcitur à naturali; ergo & intellectus. Negatur conſequentia; quia non eſt, per quam homo, eſt homo; quia intellectiua anima, ut mens eſt, nullius eſſe dicitur principium motus; ut primo de partibus cap. primo. quare non de omni anima Naturalis, ut ſuo clarius dicetur loco. at de formis abſtractis diuinę Philoſophiæ munus eſt quidditatiuè, ſcilicet, noſcere quam partem clariorem faciens Auerr. quia de numero abſtractarum eſt. humanus intellectus, dixit, quòd de eſſe iſtarum Naturalis cōſiderat, quouſq; perueniat ad ultimā abſtractarū. ꝗ lectio melior eſt. Ad argumētū, Nō ſolū, quia eſt, nouit intellectū humanū, ſed Deū, dicendū, quòd Diuinus capit à naturali duo fundamenta, ſine quibus ſcientia diuina non ſtaret: alterum eſt, ꝙ datur abſtractū eſſe; & hoc modo Deū, ſiue Motorem primum cognouit: alterum, quòd illud abſtractum intelligentia eſt intelligens: quod Naturalis accepit eſſe per notitiam formæ illius, quam nouit poſsibilem omnia fieri, & intelligere. & ſic diuerſa notitia eſt de forma intelligente, & de abſtracto, quo ad ſi eſt: ideo argumentū non concludit. At uidetur etiā apud Auer. difficultas; quia ſic non haberetur eſſe, niſi intellectus humani, & non abſtractorum omnium, ut ipſe in eo com. ponere uidetur, cū dicat; Eſſe formarum habetur à Naturali; quarum quidditates à Metaph. palàm eſt, quod de eodem eſt ſermo. Dicendū, quòd per notitiam habitam de intellectu, omnino hēt de potētia; quare de materia habuit etiam eſſe aliarum uſq; ad Deum; quòd ſcilicet, nulla ſit à materia libera, ut c. 5. patuit, ſicuti per notitiā abſtracti eſſe, à primo Motore collegit & alia ſeparata, à magnitudine abſtracta eſſe. Intereſt inter utrumq; proceſſum: cū hic ſit à primo ad nouiſsimum. contra uerò quia ab intellectu orditur. quartum irrationabile ualde eſt, quòd una & eadē anima intellectiua habeat operationes duas ualde diuerſas, intelligere, ſcilicet cum phantaſmate, & ſine phantaſmate. cum ſit numero una, ſequeretur duo illius eſſe dari. Admiror ſanè uiri huius acrimoniam, quaſi impoſsibile ſit eandem eſſentiam numero reperiri; ſecundùm tamen habitudines diuerſas; ſiue eſſe diuerſa diuerſas quinetiam habere operationes, Non ne quælibet intelligentia, prima excepta, proprium orbem mouet; deinde intelligit ſe, ac Deum? Non ne duę tales operationes ſunt inter ſe diuerſæ ualde, cum alteram neceſſariò agat cum corpore, reliquam uerò ſine corpore, intelligere, ſcilicet; & tamen eadem eſt intelligentia, ſiue numero eſſentia; quamuis minus à corpore pendeat, quàm humanus intellectus? Non ne idipſum contingit in nauta, & cum naui, & ſine naui? niſi quiſpiam ſenſum negaret, nō habet, quid dicere deat. quintum arguebat nunquā eſſe ſine phantaſmate; etſi non phantaſia; cum neceſſariò, uel alterum, vel utrumque ſit; quare inſeparabilis; quia ad ſeparabilitatē utrunq; nō eſſe requiritur. Dicendū, ſicuti iam dictū eſt, quòd intellectus, cum perfectus fuerit, phātaſia nō erit; neq; indigebit phātaſmate obiectiuè; at ipſū phātaſma inſequetur. & ſic poterit uerificari, quòd ſine phantaſmate; & tunc nō erit. ultimū fuit, quòd Philoſophus 2. phy. 26. ponit multiplicatas animas, cum dicat; Separatę ſpecies, in materia autē quare Auer. opinio purum figmētum fuit. O quā admirabile fuit viri huius auctoritatem ſtare cum his Ariſt. verbis. Non modò nō dixit ibi multiplicatas animas Philoſophus; ſed neq; ſomniauit; cū in illo tex. fuerit intentio clara, inueſtigare uſque ad quem terminū habeat Naturalis formas naturales inueſtigare. & determinat illas ſemper ī materia exiſtētes; quāuis formæ ſint ſua natura ſeparabiles rōne. illud aūt dixit, vt nō cōcedat formas deforis ab ideis in materia ꝑduci; quia ſic, re, eſſent ſeparabiles; qa ſi intētio fuiſſet de animis, nō fuiſſet quęſtio uniuerſalis, ut decet quæri in lib. phy. uniuerſaliſſimo: ſtāte quinetiā fundamēto vniuerſali ad omnes formas, ſuper quo difficultatem mouet; ꝙ, ſcilicet, dicatur ad aliquid materia, & forma. præterea per ly, ſeparabiles, non intellexiſſet, niſi animam intellectiuam; cum alias animas, præter hanc, multiplicatas ponat numero Auer. & ſic ſolutio valde particularis eſſet. Hoc dicere verè eſt purum figmentum: ſicuti Auerro. opinio

in philoſophia fuit pura veritas ad deſtructionem
fundamenti, quod erat, Intellectum, re, à ſenſu
diſtingui. & ad primum dicendum, quòd homo
non componitur ex corpore, & intellectu, vt ex
motore, & motò, ſed ex forma intrinſecùs ope-
rante, homini diuinum eſſe largiente; non autem
hominis in eo, quòd homo eſt. Simili compara-
tione voluit Alex. intellectum diuinum vniri in-
tellectui poſsibili noſtro corruptibili; ita vt nos
per intellectum illum diuinum dicamur intelligẽ
tes, vt clarè admodum dixit in libello de intelle-
ctu; In prima ſeminis tranſmutatione aſsiſtit in-
tellectus in actu. & paulò infra dicit; Poſtquam
autem per poteſtatem noſtram fuerit operatus;
tunc noſter intellectus dicitur; & nos intelligi-
mus. eadem fuit Auer. ſententia de cogitatiua ad
intellectum poſsibilem, quæ Alexandri de poſsi-
bii ad agentem. Hæc autem non vidit homo ille;
qui videbat plauſtrum, & boues. Ad ſecundam ſuã
conſequentiam, concedo totum. quinimò, ſecun
dũ Ariſt. neceſſarium eſt fateri formarum plurali-
tatem. ſicuti idem indiuiduum numero ſimul tan
git manu, videt oculo, pedibus ambular; quia di-
uerſa ſortitur munera ob diuerſas particulas, quæ
in eo potentia ſunt, & potentia ſubſtantiæ; cũ nul-
la ſeorſum à corpore operetur, vt 7. met. 57. ſic in
propoſito, &c. Ad argumentum in oppoſitum di-
co, quòd ego ipſe ſum, qui ſentio, & qui intelligo;
at non per eandem virtutem; ſed ſenſu ſentio;
intellectu verò intelligo. dicor autem ego talis;
quia vnum duntaxat reſultat eſſe, à quo fit deno-
minatio; quia formæ prę uiæ ad ultimam ordina-
tę ſunt, ut potentia ad actum; per quem ſenſum re
ctè expoſitus fuit locus ſecundi ani. 31. quòd uege
tatiuum in ſenſitiuo potentia eſt, non autem actu;
ut cum à ſenſitiuo ſeparatum eſt; & format per
ſe uiuum, plantam, ſcilicet; quia ordinatur in ſen
ſitiuum. & confirmatur, quòd ibi ſit; quia ſermo-
nem habet in formis, quę conſequenter ſunt, qua
rum lex iſta obſeruatur, ut, ſi poſterior pona-
tur, continuò & prior ponitur. at è conuerſo
non tenet: Ergo, ſi ſenſitiuum eſt; neceſſario &
nutritiuum erit. apparet itaque, cum Dei bene-
dictione, quàm recta fuerit Auerro. ſententia in
hac difficultate; & quàm malè intellecta. ſecun-
da opinio deinceps fuit Sancti Thom. quòd ani-
ma ſimpliciter eſſet immortalis; ſecundum quid
verò mortalis, cum quinque ſuis fundamentis di-
ctis. In hac, tria dico: primum, quòd opinio iſta
veriſsima eſt; & ſine dubio aliquo ſuſtinenda; &
quæcunque huic oppoſita falſiſsima: ſecundum
quòd ſecundum fundamenta peripatetica nullo
modo ſuſtineri poteſt: tertium, quòd in funda-
mentis Philoſophi rectior fuit opinio, quòd mor
talis ſit anima, quàm Sancti Thomę, immorta-
lis. quare in hoc Scot. ſtuduit magis philoſophię;
S. Thom. veritati magis, quæ fide, ac ſanctorum
præceptis ſuſtinenda eſt. deteriorem tamen opi-
nor etiã in philoſophia opinionem Scoti, quàm
Sancti Thomæ. Peccauit Scot. in concluſione;
quia ex illis non deducebatur fundamentis; San-
ctus Thomas in fundamentis. quæ tamen, quan-
tum potuit, ordinauit, ut ueritatem illam in con
cluſione deducerent. In hac opinione duo ſunt
dicenda: alterum, quòd ſecundum Ariſtote. con-
cluſio principalis ſtare non poteſt cum illis fun-
damentis: alterum, quòd malè damnatus eſt à
Pomponatio, quo ad concluſionem. primum ſic
manifeſtum: non enim fieri poteſt rationi con-
ſonum primum fundamentum, quòd intellecti-
ua, re, à ſenſitiua non diſtinguatur; quia utra-
que ſecundùm ipſum immortalis erit. hoc au-
tem falſum eſt; quia ſenſitiua, vt alibi diximus,
eſt uirtus educta de materia. præterea Philoſo-
ſophus tertio ani. nigeſimo, dixit intellectum paſ
ſiuum eſſe corruptibilem. ubi etiam ſecundùm
expoſitionem Sancti Thomæ, intellexit ſenſiti-
uam uirtutem. quòd, ſi dicat; Eſt corruptibilis,
ſecundùm operationem ſolùm. hoc eſſe non po-
teſt; tum, quia à poſsibili intellectu, ut ſic non
diſtingueretur; cum dicat, poſt mortem non
fieri intellectionem: cum qua ſtat cogitatio.
præterea dicit, quòd non reminiſcimur; quæ
eſt operatio ſenſitiua. & eſt argumentum ab ope-
ratione ad eſſentiam; quare ſcilicet, non remi-
niſcimur; quia intellectus paſsiuus eſt corrupti-
bilis. prętetea ſecundo de genera. animal. cap.
tertio. & ſecundùm S. Thomam mens ſola extrin-
ſecùs aduenit: ergo ſenſitiua ex materia; ergo
corruptibilis; & illa æterna. ex hoc ſequitur ſe-
cundum non peripateticum; quia ſic anima non
dicitur ſimpliciter immortalis: nam, ſi anima,
per quam homo eſt homo, capiatur; tunc ſim-
pliciter mortalis erit. at, ſi cum illa ponatur e-
tiam intellectus; tunc immortalis erit, ſecun-
dùm quid; & ſecundùm quid mortalis. tertium
etiam non eſt peripateticum; quia intellectus
non eſt forma hominis, ſed cogitatiua, ut in
hoc tertio frequenter diximus. quartum etiam
non ſtar; quia multiplicatio indiuidualis fit per
materiam quantam, ur dictum eſt: à quâ om-
nino abſtrahit intellectus. quintum etiam ſuſpe-
ctum eſt, ſi ſic intelligatur de creatione noua;
quia talis apud Philoſophum non datur; ideo
ſic non incipit eſſe. præterea, ſi ſic inciperet,
deſineret etiam eſſe: nam apud Philoſophum,
quod incipit eſſe, deſint etiam eſſe. at, ſi in-
telligatur de creatione æterna, ſic conceden-
dum eſt humanum intellectum ab ęterno crea-
tum, de nouo autem huic aſsiſt ere, & illi de no-
uo, ideſt, illo radium ab eo recipiente: perin-
de atque de Sole dixit Themiſtius cap. 32. Sol
unus eſt: at lux, quæ à Sole diſtrahitur, in multos
obtutus diffunditur. & ſic conceſsit Philoſophus
de nouo uniri, per intellectionem, ſcilicet, ut
dictum eſt: &, vt incepit, ſic etiam deſinere ope-
rari, corruptis, ſcilicet, illis in nobis 3. ani. 20.
Reliquum uerò, quod à Pomponatio damna-
batur, falſum eſt, quatenus immortalitatem de-
ſtruit. & ad primum, cum dicat magis ſequi ex
ſententia Sancti Thom. quòd anima ſimpliciter
mortalis dicatur; ſecundùm quid uerò immorta
talis; cũ denominatio fiat à ſuperabundãti: Dico
totum oppoſitum ſequi; quia S. Thom. uoluit totã

animæ

animæ eſſentiam eſſe immortalē; ſed ratione ope
rationis factæ per gradum vegetatiuum, & ſenſiti
uum, mortalem; per gradum verò intellectiuum,
immortalem; quia illi ab organo; iſte verò mi-
nimè dependet. ea ratione, cum tota eſſentia
cum hac etiam operatione dicatur immortalis, lō
gè magis redundans eſſe dicetur, quàm, ſi dunta-
xat duæ tantùm illæ capiantur operationes. ad ſe-
cūdum falſum eſt, quòd petat; quia immortalita-
tem probauit doctiſsimè S. Thom. & per illas etiā
rationes, quas Pomponat. adduxit. non igitur pe-
tit, cum probet. &, cum rurſus addat, quòd omnia
media irrita ſint; quandoquidem probet Philo-
ſophus oppoſitum; cum paſsim determinauerit
intellectum intelligēdo à phantaſmate depende-
re; dico, quòd non rectè accepit Ariſt. hoc in lo-
co, vt dictum eſt; quia de illo, vt practicus, & ſpe-
culatiuus eſt, egit; non autem, vt in alio ſtatu eſt.
verùm, cū dicat, Non datur alius ſtatus, in hoc de-
ceptus fuit, vt in hoc tertio oſtendimus, & in quæ-
ſito de fęlicitate. ad aliud, cum dicat, quòd valde
irrationale, vt ſubſtantia immaterialis moueatur
à re materiali, etiam apud Theologos, quomodo
crucientur animæ, & pati poſſunt ab igne corpo-
reo. miror certè inſtantiam huius viri; cū dubium
illud alia ratione nō cadat, niſi quia alteratio rea
lis ſupponit paſſum corporeum; cum fiat per qua
litates elemētares. at, ſi obiectiua capiatur actio;
& ab obiecto fiat immateriali, cum ſit ab omni-
bus materiæ conditionibus denudatum; quæ eſſe
poteſt dubitandi occaſio? Minor erit ſecundùm
Græcorum ſententiam; quandoquidem nihil ca-
piat intellectus à virtute materiali, neque ab ob-
iecto in ea exiſtente, niſi occaſionem, vt poſsit o-
perari, ſiue intelligere. ad vltimum de creatione,
ſatis dictum eſt, quomodo veritatem habeat. ter-
tia opinio, & quæ Pomponatii, eſt, quòd intelle-
ctus, re, à ſenſu non diſtinguatur; &, quòd ſimpli-
citer mortalis ſit; ſecundùm quid verò immorta-
lis. cum verò fundauerit ſuam hanc concluſionem
ſupra duo præcipua fundamenta; in primis oſten
dam malè intellecta fuiſſe ab eo fundamenta: ſe-
cundò corollariè ſequetur in propria concluſio-
ne falſitas. ad primum fundamentum, quòd co-
gnitio ſupponat abſtractionem; conceditur, quòd
ſint cognoſcentia penitus abſtracta, & penitus ma
terialia; quæ, ſcilicet, ſubiectiuè, & obiectiuè de-
pendeant: & hoc quoque conceditur. At, quòd de
tur virtus cognoſcitiua inter vtrunque media (&
eſt ea, quæ duntaxat obiectiuè dependet) dubita-
tionem habet multam: quinimò falſa eſt; ſi, vt ip-
ſe, intelligatur, duo ſanè ſecundū eius mentē, qui
ſimpliciter mortalem eſſe dicebat hanc virtutem:
alterum, quòd talis virtus ſemper obiectiuè depē-
deret: alterum; quòd media eſſet, quia non orga-
nica. Si medium, vel per abnegationem extremo-
rum; & hoc non, quia purè materialis, quia corru
ptibilis: vel, per compoſitionem; & hoc non; quia
nihil habet de abſtracto per eſſentiam: at ſecundū
falſum eſt; quia talis virtus patiente corpore pa-
teretur; ergo non ſolùm obiectiuè, ſed ſubiecti-
uè dependet. probatur aſſumptum; quia eſt educta
de ſubiecto; ergo materialiter dependet in eſſe
& conſeruari à ſubiecto: ergo patiēte ſubiecto pa
teretur & ipſa. conſequentia probauit Auer. in A-
lex. com. 5. ꝙ præparatio ſapit naturā ſubiecti prę
parati: at intellectus non patitur corpore patien-
te, vt Philoſophus 1. animæ 65. ergo data eius po-
ſitione, non ſolùm obiectiuè, verū, & ſubiectiuè
penderet. cum itaque hoc falſum ſit; primū quin-
etiam falſum erit, ꝙ ſemper obiectiuè pendeat.
& hoc modo non erit media uirtus, ut ipſe imagi-
nabatur. deinde confirmans hanc medietatem, ad
duxit hymn. Dauid. O diuinum miraculum, philo
ſophus iſte impulſus ueritate, etiam inuitus uera
conceſsit. credendum ne eſt prophetam illum opi
natum fuiſſe intellectum humanum mortalem, at
que ea ratione medium dixiſſe, uel magis immor
talem, cum paulominus ab Angelis minutum dixe
rit, quàm ſi mortalis quam maximè ab Angelis re
motus eſſet? uel magis putandum eſt ueram illius
medietatem attigiſſe? quandoquidē ſecundùm
eſſentiam intelligentia ſit; ideo de natura Ange-
lorum. uerùm, cum non per ſe, ut illi, ſed obiecto
egeat, accepto à corpore, ut cognoſcat; ideo mi-
nutus ab eis intelligitur. & talis intellectio per ac
cidens illi contingere dicitur; non autem per ſe,
ut intellectus eſt. quem modum dixit Auer. 12. me
taph. com. 17. hunc autem modum accidentalita-
tis damnat. unde ad primum obiectum dico, ꝙ
unius uirtutis, eſt unus duntaxat operādi modus,
in eodem, ſ. ſtatu manentis. & ſic uerum eſt, ut in-
tellectus progreſſus à ſe eſt; & obiecto à corpore
utitur: quòd eodem ſemper operatur modo; er-
go in quocunque ſtatu. Fallacia eſt expreſſa. ad al-
teram, ꝙ ſicut ſenſitiua in eius operatione in in-
tellectiuam nunquam tranſmutatur; ſic neq; iſta
in intelligentiam. Admiror hominis dictum: nā,
quòd ſenſitiua non poſsit, ratione dictum eſt; quā
doquidem inter ſe uirtutes iſtæ, re, differant. at,
quod eadem met res non poſsit de imperfecto eſ-
ſe ad perfectum mutari; non uideo, qūo teneat. al
terū fundamentū fuit acceptum à philoſopho 12.
met. ꝙ, ſ. non datur intelligentia, quæ orbē nō mo
ueat; ergo neq; humana anima Conceditur cōſe
quentia, & ueriſsima eſt; ſed nō ab eo, ut uera eſt,
intellecta; nā intelligentia orbē mouet in genere
cauſæ finalis; quia, ut amatū mouet, 12. met. 36. ſic
& intellectus humanus, cū perfectus erit, & intelli
gentia, interiores ſenſus, ut amatus mouebit. & ſic
in hoc ſecūdo ſtatu nō depēdebit ab illis; ſed eum
illi potiùs cōſequentur. cōcluditur ſic & per illius
fundamēta, rectè tñ intellecta, intellectū humanū
uerè immortalē eſſe, & nō mortalē, ut ipſe opina-
batur. ſecūdū, ꝙ examinādū eſſe ꝓpoſuimus, fuit
notādū de eſſe in ſubiecto. & inquit, ꝙ tale, eſt ſe-
cūdū quātitatē, & diſpoſitionē quātitatiuā, ut quæ
libet uirtus organica eſſe hēt. deinde addit; At in
intellectus, cū organicus nō ſit, & hēat eſſe ī corpo
re, extēſus tñ nō eſt. & inde eſt, ꝙ pōt in ſeipſum re
flecti, & uniuerſaliter intelligere. At, ut rñdeat, ue
lim, qūo intellectus habeat eſſe ī corpore; uel hoc
erit, ut forma in materia uel, ut accidēs ī ſubiecto:
ſi ſecūdū, ergo extēſus. Phil. ī pdic. inqt, tātā fore

albedinem, quantam quantitatem eſſe dixeris. ſi
primum, tunc ſic; Ad hãc formam neceſſaria fuit
materiæ diſpoſitio, per qualitatem, & quantitatẽ;
ergo recepta cum quantitate; ergo quãta, & extẽ
ſa: vnde neque in ſeipſam reflectetur; neq; vni-
uerſaliter intelliget. inquit ipſe, quod non ſequi-
tur; Ergo extenſus; quia hoc ei prouenit ratione,
qua intellectus eſt. Certè neſcio quid pulchrius fig
mentum, quàm hoc imaginari, & habere rationes
omnes naturales in oppoſitum. obiicit deinde cõ
tra ſe per dicta in tex. com. 6. tertii ani. Cum in-
tellectus ſit in materia calida, & frigida; erit & ip-
ſe calidus, & frigidus. Audiatis diuinam viri huius
ſolutionem. inquit hoc etiam ſequi contra ſecun
dã opinionem, quę fuit S. Thomæ. hoc autem fal-
sò dictum eſt; quia ſecundũ fundamenta S. Tho.
intellectiua, imò humana anima tota eſt indiuiſi-
bilis, quia non educta. & ideo non ſequitur, quòd
qualitatibus afficiatur materialibus intellectus,
vt contingit in eius poſitione. Sed dato etiã, quòd
ſequatur & illam, quomodo fugit ipſe, quin cali-
dus ſit, & frigidus intellectus? addit deinde, quòd,
ſi quis dicat; Neutra vera eſt; ſed quæ Auer. tunc
clamat in ipſum. quòd in ſe reflecti iure facilli-
mè poterit, nullum vnquam monſtrum tam pul-
chrum fuiſſe à pictoribus depictum. tertium in or
dine fuit examinare expoſitionem dictorum Ari
ſto. diuerſorum. & eſt ſecundum propoſitum à no
bis pro reſolutione difficultatis. primum fuit di-
ctum, quòd intellectus immiſtus, ſeparabilis. &
inquit, ꝙ ſubiectiuè vtrunq; verũ; at obiectiuè &
miſtus, & inſeparabilis eſt: & ſic eſt corporis actus
vt obiecti, non autem vt ſubiecti: at intelligentia
eſt vtroque modo ſeparabilis. Sigillatim inceda-
mus; & primò, quid voluerit Ariſt. per immiſtum,
nullam. ſ. qualitatum elementorum obtinens cra-
ſim. confirmatur per ipſummet: cum dicat; Si mi-
ſtus, qualis vtique fieret, &c. non voluit itaq; intel
ligere ſine ſubiecto, quia non organica: nam & a-
pud Medicos clarum eſt dari temperaturam, quæ
miſturam ſequitur, & organicarum partium com-
poſitionem; poſtremò ſolutionem continui. quo-
modo itaq; fieri põt, ut intelligatur de organo, cũ
expreſsè tangat temperáturam? ideo, cum intel-
lectus ſit eductus mediis illis diſpoſitionibus ſecũ
dũ ipſum; qui fieri poterit, quin calidus, vel frigi-
dus ſit, vt 3. ani. 6? deinde, quid clarius, quòd Ari-
ſto. de organo non intelligat, cum poſtea inferat,
Aut & organum aliquod, ſicut ſenſitiuo? idem de
ſeparabilitate; quia vel quo ad eſſe intelligitur à
corpore ſeparabilis; vel quo ad operationem, ſiue
obiectiuè. ſi primum; ergo immortalis ſecundùm
eſſentiam; quia, ꝙ ſecũdũ eſſe ſeparatum eſt à ma
teria, id tale intelligentia eſt: ſi ſecundũ, ſequetur
maius inconueniens, ſ. ꝙ omnino ſecundũ eſſe ſe
paratũ eſt, operatione propria inſeparabile erit;
quare deſtructo corpore manebit; quia ſecundũ
eſſe ſeparatum erat à materia; non operabitur
tamen; quia non ſine materia. neſcio quid pul-
chrius figmentum, quàm imaginari intellectum
eſſe in ſubiecto: idque per viam generationis na-
turalis; & tamen eſſe ſeparatum à ſubiecto; pro-
pterea quia organicus non eſt intellectus; nam
minus materiale eſt eſſe organicum, quàm eſſe
miſtum; quia magis remotum à materia, vt pa-
tet. at ponere intellectum in ſubiecto, & eſſe virtu
tem operatricem in nobis, non tamen organicã;
eſt ponere intellectum magis materialem, & con-
cedere ipſum non eſſe minus materialem. præte-
rea videndum eſt, quid per ſeparabilitatem voluit
Ariſto. & clara lectio eſt: nam 3. ani. 6. declarato
quid ſit eſſe miſtum; deinde quid organicum, ab
vtroq; ſeparauit intellectum; & in 7. concludit, in
tellectum ſeparabilem à corpore, ad differentiam
ſenſus, quem poſuit à corpore inſeparabilem. præ
terea 2. ani. 21. dixit ſeparabilem, tanquam à cor-
ruptibili perpetuum. tertiũ de actu, ꝙ eſt actus ob
iectiuè: hæc ſanè videtur mihi pura deriſio; nam
actus, vt declarat ibi Ariſt. idem quod forma, eſt
de prædic. ſubſtantiæ. & intelligitur actus primus.
Si dicatur actus obiectiuè; tunc erit, quando actu
operatur; quia ſecus actus non eſſet. quomodo
itaque primus? præterea, quid eſt actus obiecti-
uè, niſi actus obiecti? quomodo erit forma ſub-
ſtantialis reſpectu obiecti? quòd, ſi pro eo dica-
tur, quod ipſe non dicit, ly, actus verificatur de
anima, non autem de hac potentia, quæ intelle-
ctus eſt; tunc diffinitio non competet cuicunque
contento ſub diffinito. Si dicatur, quòd anima eſt
actus primus, at per potentiam intellectiuã exit
in actum ſecundum, ſcilicet, intelligere. Con-
tra, ſequeretur, quod anima ipſa, quæ eſt actus
primus, eſſet etiam actus ſecundus, & obiectiuè;
quia operatio debet attribui principali, vt ſubſtan
tiæ, non aũt potentiæ, quæ eſt accidens: & tunc de
penderet obiectiuè; & eſſet actus organici. ꝙ, ſi il-
la potentia fuerit ſubſtãtia: ergo forma cuius niſi
corporis eſt organici? ſecundũ fuit dictũ Philoſo
phi 1. de par. cap. 1. ꝙ non de omni anima ad na-
turalẽ. inquit eſſe hoc intelligendũ de vero intel-
lectu, non autem de humano. Expoſitio talis pu-
rus eſt error: nã, cũ ibi dixerit philoſophus agen-
dũ eſſe de anima, per quam animal dicitur tale, &
eſſe hoc Naturalis munus; dubitat, uſquequo Na-
turalis poſsit de anima cõſiderare. clarũ eſt, quòd
in hoc dubio nõ intelligebat Deũ, nec intellectũ
ſeparatũ; quia neuter anima eſt talis. præterea de
his nõ cadit dubiũ. Soluit deinde dubiũ, & inquit,
ꝙ nõ de omni anima: & excipit intellectũ; quem
appellat partẽ animæ, de qua dubitauit. vndè, ſi p
intellectũ voluiſſet intelligere illũ ſeparatũ, ut fin
xit; ſolutio nõ fuiſſet ad propoſitũ; & Deũ partem
aĩæ poſuiſſet: quæ nullo modo de Ariſt. audienda
ſunt. ad id ſecundi de gener. cap. 3. dedit duas ex-
poſitiones; quarũ utraq; falſa eſt; nã in prima vult
tenere de uera mente, nõ aũt de humana. contra,
nanq; Philoſophus ibi dubitat de animis, quæ re-
periũtur in cõceptu, quo modo inibi eſſe dicãtur;
an oẽs extrinſecùs, uel potiùs intrinſecus, ita ꝙ
priùs non fuerint; uel partim uno modo, partim
alio. & determinans inquit, quòd quæ organo cor
pore, & ſimul cum corpore operantur; ſimul cum
corpore ſunt, & fiunt. at mens ſola eſt, quæ extrin-
ſecus accedit: ideo non eſt intelligendum de mẽ-
te

te diuina, ſed humana; & quæ in conceptu eſt. At fortè aliquis cum Alexandro poſſet ſaluare hanc reſponſionem, vt Alexan.omnia dicta Philoſophi ſaluat, quæ videtur mortalitatem, ſiue ſempiternitatem inferre per intellectum agentē, quē Deum eſſe dixit, per hoc fundamentum, cum in libello de intellectu dicat, intellectum noſtrum cōpoſitum eſſe ex intellectu potētiæ, veluti diuini intellectus inſtrumento, & actione. & declarat, quomodo hoc eſſe cōtingat. & inquit, quod in prima ſeminis mutatione aſsiſtit intellectus in actu, cū per omnia permeet, & actus fit, ut in altero quouis corpore. cum autem fuerit per poteſtatem noſtram operatus; tunc noſter dicitur intellectus. dicendum, quod tunc intellectus ille, cum ſit in embrione, nihil intelligente, non poteſt dici anima eius, cum quærat de his, quæ ſunt in cōceptu. ſi dicatur, ibi eſt, quia per omnia permeat; tunc dicendum, quod non magis reſpectu hominis, quàm cuiuſcūque animalis dicetur extrinſecùs accedere. Alex. dicta profectò ſunt apud Ariſt. difficilia, ut ſuſtineantur. tunc. n. Deus immediatè in iſtis inferioribus operaretur; quia in ſemine eſſet, & in adulto primam, & rudem intellectionem ageret: & ſic paſſum omnino ineptum actionem tanti agentis immediatè reciperet: ꝙ, ſi ſic, agit; cum inſtrumento humano; meliùs ageret cum inſtrumentis aliarum intelligentiarum; tum, quia diſpoſita magis; tum, quia magis proxima: & ſic intelligentiæ aliæ ſolùm paſsiuè cōcurrerent: ꝙ falſum eſt. quare dicendū cum Ariſt. tot eſſe intelligentias; quot ſunt orbes; & vnamquamque propriū mouere orbem. at à prima omnium, ut à fine amato, & deſiderato, omnes alias moueri: ſic & intellectus humanus, cū adeptus fuerit à primo omniū Motore, vt à fine cognito ab eo, & ardētiſsimè amato, mouebitur & ipſe; & priùs actu ab illo nō mouebitur cū illū cognoſcere nō valeat, niſi prius ſeipſum nouerit. ſecunda expoſitio deterior eſt; cū velit id dictū eſſe cōparatione habita ad uegetatiuā, & ſenſitiuā, quibus intellectus diuinior eſt. Certè expoſitionē hanc admiror, qūo dixiſſet, reſpōdens ad dubiū, quod verè extrinſecùs intelligit, quod mēs ſola extrinſecùs accedit: quare tex. iſte immortalē animā, non autē mortalē probat. Ad aliud 12. metaph. 17. inquit intelligēdum eſſe de poſsibili, nō aūt de agente; quippè qui corrūpitur per ſe, non per accidens; quia corrumpitur, qui interiùs eſt, ſenſus. ſ. cui identificantur. dixit aūt poſt remanere, quà intellectus eſt; & non, quà humanus. At in hac expoſitione multiplex eſt error: uerum tamen eſt, ꝙ tex. intelligi debet de poſsibili, non autem de agente, vt volebat Alex. quia nouit ſermonem Ariſto. clarum eſſe, quod poſterius manet. at deficit; quia ſermonē habet ibi Philoſophus de forma, quæ ſcilicet, remaneat: intellectus verò agēs forma dici non poteſt in ſtatu primo; in quo & ipſe Alex. dixit aſsiſtere per operationem, quod dicit Pompo. quod corrumpitur per ſe, penitus deſtruit Ariſto. 1. ani. 66. vbi determinat, quod operatio intellectus, quæ à virtute in corpore dependet, corrūpitur interiùs corrupto ſenſu. & addit; Ipſum autē eſt impoſsibile. & in fine, Intellectus autem fortaſsis diuinū, & impaſsibile. ſub dubio dixit; quia in hoc tertio determinauit. ad id, ꝙ manet, vt intellectus, non autem, ut humanus; ego ſcire vellem quamlibentiſsimè hanc ſubtilitatem, quid intelligendum ſit per ly, vt intellectus; quia intelligit de poſsibili, uel de intellectu, qui erat in Socrate, ut res eſt: & tunc erit immortalis: vel, quod manet ſecundùm nomen, & in ſpecie. tunc diceremhoc idem verificari de quacunque forma naturali perfecta: nam hic ignis non manet, vt indiuiduum ignis, ſed ut ignis. neſcio quid puerile magis. confirmat ſuam hanc ſubtilitatem per dictum Philoſophi 12. met. 39. quem locum vtinam non adduxiſſet homo tantæ auctoritatis. ibi, inquit, Ariſto. delectationem dixit in nobis paruo tempore durare; in Diis verò ſemper; quia ſimpliciter immortales; at homo ſecundū quid, & ſimpliciter mortalis. & cauſam addit, quare non ſemper homo delectatur; quia vtitur phantaſmatibus: quare parum in intellectione durat: at Dii, cum non utātur, ſemper durant. quòd malè acceperit Philoſophum, arguo: nam, quæ inuicem comparari debent; neceſſariò debent conuenire in aliquo communi: cum itaque Ariſto. hic compararet delectationem, quæ eſt in intelligēte diuino, illi, quæ eſt in intelligēte humano; ergo debent in aliqua natura conuenire reali; ſed non conueniunt. & probatur; quia intelligere cum phantaſia, eſt intelligere per ſpeciem receptam: at intelligere diuinum, eſt eſſentiam. præterea illud intelligere noſtrum, eſt accidens, & operatio ab intellectu diuerſa. diuinum verò eſt ipſamet eſſentia intelligētiæ. in quo itaque communicabunt, cum in his expreſſa appareat æquiuocatio? ergo & in voluptatibus; quæ tales ſequuntur operationes. præterea non quancunque comparat voluptatem, ſed quæ optima eſt: at talis non eſt, niſi quæ ſequitur optimū intelligere, quod ab obiecto ſpecificatur tale; ergo, quod intelligit, optimum; ergo Deum; quia ſic rectè etiam Deo comparabitur: at, cum talis intellectio eſſe non poſsit, niſi per eſſentiam; ergo euidentiſsimè concluditur intellectum humanum tunc temporis ſine phantaſmate intelligere: & ſic concludetur iuſtè immortalis. præterea, quæ delectatio iſta eſſe poteſt, cum fiat cum maximo labore, & uigiliis multis; ita nt pauci ſtudeant, quia potiantur uoluptate; ſed ut lucrentur multi? quod autem dictū eſt à Philoſopho, intelligitur cōe omnibus ſic ſe habentibus. Ad auctoritatē ſecundi de partibus cap. 10. non dicit Philoſophus, ꝙ cōparatus aliis animalibus, homo dici poſsit immortalis; ſed, ꝙ ſolus diuinitatis eſt particeps, aut omnium maximè. & ſic ad propoſitū concludit nihil, cum ſenſus ibi diuerſus ſit. præterea inquit, agendum de homine; quia plura habet inſtrumenta, pluresq; actiones; quare diuinitatis particeps; quia hēt ſenſus exquiſitiores, quàm in cæteris reperiātur animalibus, & eorū beneficio vnitur intellectui; quod non aliis in eſt animalibus, ut 1. de hiſt. cap. 1. Solus homo cōſultiuus,

ſultiuus, & ſolus reminiſcitur. Hæc contra Pomp.
Scotus ille bonus frater fingit Ariſt. in hac mate-
ria ebrium; qui modò teneat mortalitatẽ, modò
immortalitatem, ut rei expediebat magis, quam
exponebat. non eſt amplius ille Ariſt. quem dixit
Auer. miraculum in natura; ſed uiliſsimus pęda-
gogus. ponit deinde tres illas propoſitiones, qua-
rum prima in philoſophia falſiſsima eſt; ſecnnda
veriſsima; tertia non eſt ad propoſitum. probat
primã; qa in diffinitione hominis ponitur ab oĩb.
ly, rationale. & addit, inrellectiuam animam hac
rõne eſſe partem hominis eſſentialem; neque quẽ
piã eſſe, qui neget hoc, niſi ille maiedictus Auer.
in illa ſua inintelligibili fictione. ex qua ſequitur
hoĩem nõ aliud eſſe pręter irrationale animal. O
bone frater quid dicis? hæc ſanè partim vera, par
tim falſa ſunt. uerum eſt, quòd in diffinitione po-
nitur rõnale. at, ſi per rationale intelligat intelle-
ctiuum propriè; hoc falſum eſt; ſi homo in ſpe-
cie ſolùm conſideretur: quòd, ſi, ut intelligens, &
per intellectum perfectus capiatut; tũc uera erit;
quia ſic intellectus eſt illi forma, vt dictum eſt: &
à forma capitur diffinitio. at, ſi per rationale intel
ligatur conſultiuus, quæ actio prouenit ab eius
cogitatiua, cum ut ſic, circa particularia diſcurrat
tunc uera eſt particula in diffinitione pro ſpecie.
& hoc modo non ſequitur, intellectum eſſe partẽ
eſſentialẽ hominis, ut ſibi finxerar ille bonus fra-
ter. quòd ſolus hoc uoluerit Auerr. & aliorum nul
lus, ſi per ly, aliorum, intelligat philoſophos ſui tẽ
poris, & qui præceſſerũt ab eo cogniti; fortè rectè
dixit. at, ſi intelligat Græcos expoſitores, Them.
Simpl. Philop. falſum dicit; quia omnes eiuſdem
opinionis cum Auer. extitere, ut vidimus in expo
ſitione diffinitionis de aĩa datę. & iſti ſunt legiti-
mi philoſophię peripateticę expoſitores. quod di
cat, ſequi hoĩem eſſe animal irrationale, eſt dictũ
hominis uirtutem illam neſcientis in homine da
ri; quæ cogitatiua dicitur. quam non ignorauit S.
Thom. cum dixerit, q. 13. diſp. de ani. In hoc homi
ne eſt uis cogitatiua; quæ eſt collatiua intentionũ
particulariũ: unde & ratio particularis dicitur, &
intellectus paſsiuus. &, cum addat, ꝙ talis prima
propoſitio eſt naturaliter nota; falſum dicit: nõ. n.
diceret Philoſophus 2. ani. t. c. Amplius immani-
feſtũ eſt, ſi ſic corporis ſit actus, ut nauta naui. un-
dè bene eſt per ſe nota, ꝙ rationalis ſit homo; ſed
dubium, utrum per intellectũ. & execratur Auer.
cui Deus ueniam largiatur; poſtquam in hoc ip-
ſum non illuminauit. ſecundam propoſitionem,
ꝙ anima ſit immortalis, ponit dubiam, & ad alte
ram partem declinare magis. quam nos ueriſsi-
mam poſuimus. & ad tex. com. 21. 2. ani. inquit
eſſe intelligendum ſeparabilem eſſe, intellectum,
ſcilicet ab organo; quia virtus organica non eſt,
ut ſenſus: & ideo cum ſenſorium læditur, lęditur
& ſenſus, ratione tamen operationis: at uirtus
ipſa manet incorruptibilis. in quo ſenſu ſignifi-
cauit intellectum ſequi incorruptibilem; quia nõ
corrumpitur, quo ad operationem, ratione. ſ. orga
ni. non tamẽ ſequitur; Ergo ſimpliciter incorru-
ptibilis. & quãuis intelligere immediatè recipiat

in intellectu; non ob id dici dẽt abſtractus; qa eſt
quo homo intelligit. tripliciter errat Doctor iſte
in re iſta: primò, quia Philoſophus nõ agit hic de
aliqua animæ operatione. & tex. iſte reſpondet
præcedentibus: in quibus dubitauit de animæ eſ-
ſentia. quæ plures habet eſſentiales partes. & du-
bitat, vtrum ſint ſeparabiles locò, & ſubiecto, vel
ratione duntaxat. & reſpondet in tex. 20. quòd in
quibuſdam palàm eſt ſubiecto non ſeparari, vt in
decisis entomis, & ſeparatis ramis ab arbore. at
de intellectu dubium eſt, utrum ſcilicet, ab aliis
partibus ratione, uel ſubiecto potiùs ſeparari di-
catur, ſecundũ ſe, non aũt ratione operationis. &
reſpondet, ꝙ uidetur alterum genus animæ, & ſe-
parari, vt perpetuum à corruptibili. præterea in-
quit Philoſophus; Vt perpetuum, uel intelligitur
ratione eſſentiæ, vel operationis & dixit; Si eſſen
tiæ; ergo ſimpliciter incorruptibilis, vt verè text.
demonſtrat: ſi operationis; ergo perpetuò ma-
nebit, etiam deſtructo corpore: quia non dixit. vt
incorruptibile à corruptibili; ſed vt perpetuum.
ideo ſecundùm Alex. non exponitur de intellectu
poſsibili, ſed de agente præſens tex. quæ expoſi-
tio quamuis mala ſit, ut ibi declarauimus; eſt ta-
men ad propoſitum magis; quòd intellectus poſ-
ſibilis ſit corruptibilis. ſecundus error fuit, quòd
virtus ſenſitiua non corrumpitur; quamuis orga-
num corrumpatur, ſiue patiatur; niſi ratione o-
perationis; quia operatur ipſa cum organo: nam
anima ſenſitiua comparatur organo, tanquã for-
ma materiæ; non autem tanquam mouens, & u-
tens, quia dicitur actus organi, ut uiſiua oculi; nõ
autem ut utens oculo. Sententia Philoſophi cla-
ra 2. ani. 7. ubi inquit; Non oportet quærere, utrũ
vnum ſit anima, & corpus; ſicut neque cera, &
figura. & addit, neque omnino vniuſcuiuſque ma
teria; & id, cuius eſt materia. præterea tex. c. 9. Vi
ſus eſt ſubſtantia oculi, quæ eſt ſecundùm rationẽ,
& tex. com. 10. Oculus eſt pupilla, & viſus. ſed de-
ſtructo compoſito, deſtruuntur & partes illius eſ-
ſentiales; ergo materia, & forma. falſum eſt ita
que, quòd, ſi deſtruatur oculus, potentia viſiua ma
neat illæſa, quamuis non operetur. At, ſi quiſpiam
dicat; Si ſenex haberet oculum iuuenis; uideret,
ſicut iuuenis; ergo manet. Neganda conſequen-
tia eſt; quia Philoſophus non dixit, ac ſi ſenex in
digeret oculo. i. inſtrumento iuuenis; ſed, quia o-
culus totus operatur; quia uiſiua eſt educta de
materia. ꝙ vt oſtendat, ſi haberet, dixit, oculũ iu-
uenis; quia haberet organum animatum iuueni-
le. & hac rõne concludit intellectum non eſſe edu
ctum, ſed eſſe immortalem; quia læſo organo, non
læditur. quòd, ſi rurſus quiſpiam inſtet, quia Philo
ſophus in tex. inquit; Quare ſenium non eſt in ſu
ſtinendo aliquid animam: ergo anima non pati
tur ſenſitiua læſo organo. Dicendum, ut in diffini
tione notauimus animæ, ꝙ anima corpus infor-
mat: &, vt ſic, forma eſt; & deſtruitur, deſtructo
ſubiecto: alio modo, ut utẽs informato organo: &
vt ſic, nõ patitur, niſi quia inſtrumentũ patitur: at
vt utens, ſi bonum haberet inſtrumentum, ope-
raretur, ut priùs. hoc autem dixit; quia & intel-
lectus

lectus pati uidetur in ebrietatibus, &cæ.quo minus operari poſsit.at hoc cõtingit ob naturalẽ ordinationẽ ad corpus. verùm, quia à corpore non dependet; neque priùs corpus informat; hac ideo ratione diuerſus à ſenſu eſt: qui, cum primò patiatur, vt forma, patiente inſtrumento; ſecundariò patitur, vt vtens, non autem quatenus vtens eſt. ſequitur etiã ob hoc, quòd à forti ſenſibili lædatur; ſecùs autem à forti intelligibili intellectus. tertiò errat, cum dicat; Intellectus eſt, quo homo intelligit; ergo non ſeparatur. conſequentia falſa; quia non dat eſſe homini, vt prima eius propoſitio requirebat; ſed, quia in homine operatur, actus hominis eſſe dicitur; & homo per ipſum denominatur intelligens; ergo corruptibilis ad corruptionem illius hominis. falſum eſt, vt in exemplo de nauta clarè admodum patere poteſt. Ad illud primi.ani.66.malè accepit ibi intellectum, vt Pomp. fecit; quia Philoſophus non ſubſtantiam intellectus, ſed eius operationem dixit; Intelligere marceſcit, quodam interiùs corrupto. ad id de forti ſenſibili dictum eſt, quòd ſcilicet, deſtruitur organum per ſe ſenſus informans; ſecundò vt vtens, per accidens ſcilicet, ratione inſtrumenti: quod de intellectu dici nõ poteſt; neque, ſi concedatur mortalis, quamuis non organicus, excellens intelligibile caperet, ita ut meliùs, quòd minus; quia vtrunque ponatur, ſiue vt præparatio; ſiue quouis modo alio, cum pendeat ab illa corporea craſi, ſi occurrat excellens intelligibile, cum fuerit illi improportionatum, lædet, & afficiet; quare non manebit in ea proportione; ideo non meliùs operabitur circa minus; quia præparatio ſequitur naturã præparati; & læſio eſt in temperatura. ſicuti lædebatur & uiſiua uirtus ob diſgregationem nimiam factam in temperatura oculi, & non ratione inſtrumenti. Ad illud 17.12.met.& ad primam eius expoſitionem, dicendum, quòd ſtare non poteſt; quia non poteſt referri ad totam animam; quia iam dixit; quòd, ſi eſt anima talis, quæ remanet; non tamen omnis; ſed intellectus forſan manet, etiam ſi ly, forſan, referatur, vt opinor, ad vniuerſam animã, quòd ſcilicet, impoſsibile ſit. non tamen ob id concluditur, quod dicit; ſed, quòd tota anima, quæ forma eſt, non manet: nam reſponſio eſt ad dubium de forma: ſed intellectus, & mẽs ipſa manet; quia iam dictũ fuit in hoc 3.t.c. 20. quòd poſsibilis intellectus corrumpitur ratione poſsibilitatis, vt rectè expoſuit Simpl. ſecũda etiã expoſitio non ſtat; quia hoc in loco nulla vtitur ratione, ſiue probabili, ſiue demonſtratiua, ſed determinatè reſpondet ad dubium de forma, vt qui in hoc libro hoc ipſum demonſtrauerit. & dixit quòd nihil prohibet, vt intellectus maneat. Ad dictum ſecũdi de gen.cap.3.inquit, quòd eſt à Deo producta nouitate paſsi, non nouitate Dei. Tunc quærendum, an productio illa fuerit generatio, vel creatio: ſi prima, non ſolùm mens iſta deforis veniet, ſed quęcunqne naturalis forma contra dictum Philoſophi: ſi ſecunda, hoc ab Ariſt. dictum non reperitur, niſi creatione æterna, ut dictum eſt: & tunc ſtabit incorruptibilis anima. Alexan. autem opinio, quòd non ſtet cum Ariſto. in pleriſque locis oſtendimus: & in hac quæſtione falſum etiam fundamentum ſuum oſtendimus; quandoquidẽ Deus Op. Max. immediatè operaretur in nobis, & ut agens, quod Ariſtotelicum non eſt. quod etiã ly, ſeparabile, non intelligatur de Deo, ſed de humano intellectu, probatur per dicta Philoſophi 3.ani.7.vbi comparat intellectum ſenſui, quo ad impaſsibilitatem. & tandem cõcludit ſenſum abſque corpore non eſſe; intellectum uerò ſeparabilem. nec dici poteſt, quòd intelligatur ibi de agente; tum, quia de eo intelligitur, quem in 5.diffiniuit: tum, quia nondum adinueniat agentem, quem demonſtrat dari t.c.17.

Tertiam partem, cum duas alias in hac deciſione abſoluerimus; modò, ueluti per corollarium, clariſsimam eſſe ponemus, animam, ſcilicet, intellectiuam humanam, re, diſtinctam à ſenſitiua, ſimpliciter incorruptibilem eſſe; ſecundùm quid tamen corruptibilem. Conclusio præſens tres cõtinet particulas exponendas. prima ex dictis manifeſta eſt; nãque per locum à diffinitione probari poteſt; ſi quidem diffinitio de anima nõ vniuocè competit, vt dictum, omnibus partibus animę; ſed analogicè; quia anima intellectiua non dat eſſe ſpecificum homini. & præter ea, quæ dicta ſunt, adhuc confirmari poterit: nam, ſi daret eſſe, ſequeretur, quòd per accidens extenſus eſſet, extenſione corporis. deducitur hoc ex dictis Philoſophi.8.phyſ.78.& 79.vbi probat, quòd uirtus in magnitudine mouere non poteſt per tempus infinitum. ſupponit ibi, quòd omnis uirtus in corpore diuiditur; quia totius maior eſt uirtus, quàm partis, & ſequeretur etiam, quòd intelligere eſſet, ſicut ſentire; vel ſaltem intelligere eſſet indiuidualis comprehenſio. ſi dicatur, quòd dat eſſe; ſed non eſt extenſa. contra, ſi dat eſſe; hoc erit uniuerſo corpori; ergo indiuiſibilis illa ſimul mouebitur, & quieſcet; quia poſsibile eſt, quòd manus moueatur, capite quieſcente: re itaque diſtinguetur ab illa, quæ dat eſſe. præterea ex Ariſtot. dicimus 2.de gen. animal. cap.3. ubi dubitat, an anima quęlibet ueniat ab extrinſeco, uel aliqua; cui reſpondens inquit; Quæ cum corpore ſunt, ut vegetatiua, ſcilicet, ſenſitiua, & rationalis non accedunt de foris; quia ſingula finis generationis eſt, vt ei contingit. deinde dicit; Reſtat, ut mẽs ſola extrinſecùs accedat, &cæ. Dicunt tenentes mortalitatem, quòd tenet de mente diuina; at nõ de humana. Contra; nã primo de partibus cap.1. dubitauit, an ad naturalem attineat de omni anima conſiderare: & determinat, quòd non: quia nõ de intellectu, ſiue mente: de mente humana; quia dubium eſt de anima. at diuina mens anima dici non poteſt. præterea de diuina mente non eſſet dubium, quòd ad naturalem non attineat; cum de conſideratione quidditatiua ibi intelligatur. Ad illud, quòd non intelligeret uniuerſale, reſpondet Pomp. ſecundùm ſuum fundamentum, quòd intellectus intelligit hominem in ſingulari, indeterminatè tamen, verbi gratia, ſi modò hominẽ in Socr. intelligo; poſſum & in Platone, & in quouis alio intelli-

intelligete. At ratio iſta peccat; nam ex Philoſophi ſententia t.c.9. quidditas carnis eſt alia à carne; ergo datur natuta carnis: & hæc natura eſt intelligibilis; & non vt in hac, vel in illa carne, ſed ſecundùm ſe; ergo non in ſingulari. confirmatur; quia non eſſer natura; cum ſecundùm ſe, neque vniuerſalis ſit, neque particularis; neque vna, neque multę; ſed ipſa ſolùm, ut dixit Auicen. & ipſa, vt ſic, abſtrahit à quocunque ſingulari. ſecundò confirmatur principale: nam forma dicitur natura 2.phyſ.12. modò inconueniens eſt, quòd eadem forma partim natura dicatur; & partim non. cum itaque intellectus non ſir natura; ſenſus verò natuta ſit, vt primò de part. c.primo arguit Philoſophus; relinquitur, quòd intellectus à ſenſu ſit, re, diſtinctus: ſecunda particula, quòd ſit incorruptibilis; tametſi ſatis ex retro dictis nota ſit & ex modò declarata prima particula; probabitur tamen ratione, auctoritate, & à ſignis. prima ratio ſumitur à tex.4. tertij. verùm prius, quàm dicatur, notandum, quòd de intellectu in præſentia poſſumus loqui quatuor, de poſsibili, de agente, de actu ſpeculante, & de intellectu in habitu: de actu ſpeculante dubio procul dicendum eſt, quod perit, per fundamentum Philoſophi primo cœl. quòd incipit, deſinit. idem iudicium de intellectu in habitu ex ea parte, quia intelligibilia ſunt veta; quia ex eadem generationem habuerant, vt optimè dixit Auerr. commen.5. de poſsibili dicendum, & ipſum corruptibilem, vt rectè notauit Simplicius ſuper tex.com. 20. quia & ipſe incepit eſſe: non enim intellectus ſecundùm ſe poſſibilis dicitur; ſed et in Socr. idem dici poſſet & de agente. quare concludi poſſet, quòd intellectus reſpectu harum uirium, corruptibilis eſſe dicatur: & ſic uerum erit, quòd ſecundùm quid corruptibilis. altero modo capitur intellectus ipſe pro eſſentia intellectiua: &, ut ſic, ſimpliciter dicitur incorruptibilis. & arguatur argumento Ariſtot. primo. Omne, quod recipit formas omnes materiales; eſt ſimpliciter immaterialis: intellectus eſt huiuſmodi; ergo. maior patet per fundamentum; quia recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti. minor eſt Ariſtotelis in litera. Calumniatur ratio iſta, veluti non valida: & primò à Pomp. c.4. cum dicat potius concludere oppoſitum: nam, ſi concluderet eſſe immaterialem, cum operatio ſequatur eſſe; diceretur etiam habere operationem independentem à materia. huius autem oppoſitum dicit; quia ibi comparat intelligere, ſentire: & inferiùs, quod ſuum motiuum eſt phantaſma: ergo operatio depēdet: quare magis concludit intellectum eſſe materialem. At ratio iſta nulla eſt: nam, ſi intellectus capiatur, vt forma materialis, cum habeat operationem dependentem, &cæ. tunc rationis fundamentum ruet, quod erat, eſſe denudatum à forma materiali; vel, quòd non recipiat omnes; intus enim apparens prohibet. At fortè diceret aliquis, & magis ſecundùm mentem Alexandri, quòd intellectus non eſt forma corporis, ſed tota anima; intellectus uerò eſt præparatio: modò talis eſt denudata à quacunque forma materiali; ideo ſic omnes recipere poteſt. Tunc contra; vel præparatio illa dicit puram negationem, & ſic non recipit; vel priuationem ipſam, ut priuatio in materia prima eſſe dicitur: ſed talis forma aliqua dicta eſt à Philoſopho ſecūdo phyſ.15. ergo nō recipiet omnes. Ad illud, quod agit de operatione, quæ materialis eſt, dicendum hoc procedere ex malo intellectu de operatione uirtutis huius intellectiuę: nā, quāuis ibi comparet intelligere ipſi ſentire; & agat de intellectu poſsibili, ſimpliciter imperfecto; dicendum, quod non eſt ob id intelligere ſemper eſſe operationem talem; verùm in principio, dum capit res cum accidentibus, ſimul cum ſenſu operatur; & formas omnes materiales recipit à phantaſmate: verùm, cum magis in ſeipſum eleuauerit, quas primò cum phantaſia, ſicuti entia illa cognoſcibilia erant pro ſtatu illo. modò per eſſentiā propriam ideas, ſiue formales illas contemplatur rationes, vt ſecundùm Ariſto. expoſuimus. fallacia itaque committitur ſecundum quid ad ſimpliciter. Si dicatur in ſtatu imperfecto intellectus mouetur à phantaſia; ergo ſimpliciter dependet à phantaſia. In grauiſsimum etiam errorem propter hoc cecidit. Pomp. c.11. cum ibi dixerit intellectum noſtrum vnicam tantùm operationem habere, ſicuti intelligentiæ habent, & ſicut ſenſus habet. deinde modum illum ponit medium inter modum cognoſcendi abſtractorum ſimpliciter, & animæ ſenſitiuæ, cum de utroque participet: & declarat: nam, cum vniuerſale intelligat, conuenit cum abſtractis: cum uerò illud uniuerſale contempletur in ſingulari, cum ſenſu conuenit. O dictum maximè à ueritate remotum. quamuis à ueritate coactus dixerit animam intellectiuam mediam; qui fieri poteſt, ut intelligere vniuerſale in ſingulari ſit participare de modo intelligendi abſtractorum; quandoquidem nec intelligere uniuerſale omnino abſtractum à ſingulari, habeat commune aliquid cum intelligere abſtractorum; ſi quidē illorum intellectio, eſt eorum eſſentia; uniuerſale uerò in intellectu ſit, veluti accidens quoddam, ab eſſentia intellectus omnino diuerſum? at ueritas ſumma eſt, quod intelligere illud medium ſit; medius quoque dicatur, & rectè intellectus; quandoquidem in principio, cum operatur per ſenſus, & phantaſiam cum ſenſibus nihil commune teneat; cum uerò ſecundùm ſeipſum, & per propriā eſſentiam cū intelligentijs annumeretur. Clamāt alij adhuc contra hanc rationem, dicentes illam non tenere: non enim valet, quod ſequeretur idē eſſe mouens, & motum, tanquam impoſsibile: vel enim hoc intelligit de eodem in numero, & hoc eſt contra ſeipſum; quia in 4.cœl. 23. determinauit oppoſitum; cum dixerit, idem poſſe eſſe mouens, & motum: ſi ſecundùm ſpeciem, non inconuenit etiam; quia dicimus, quòd oculus Socr. videt oculum Platon. neque illa ratio de excellenti ſenſibili tollit, quo minùs intellectus dici poſſit intellectus materialis; quia illud contingit ſenſibus exterioribus; cum illi patiantur realiter: at virtutes interiores alterātur ſpiritaliter: realis ſiquidem

quidem

quidem alteratio ad ſenſus ipſos ſiſtit exteriores.
Quidam tueri volentes rationem iſtam Ariſto.de
immaterialitate intellectus, inquiunt; quòd ra-
tio intelligi debet de receptione vniuerſaliter ſi-
cut Auerro. dixit com. 5. At rationes iſtæ nullæ
ſunt;& quę deſtruere videntur immaterialitatem.
Dicendum, quòd ſequeretur dictum ab Auerro.
illud impoſsibile. Ad id 4.cæ.22.dico differenter
ſe habere; quia ibi dixit de motu reali in elemen
tis; in quibus non apparet diſtinctio inter moués
& motum, ſicut in animalibus. & dixit, quòd, vt
forma, mouet; ut in materia, mouetur. & addit,
quòd ratio, quare moueatur, eſt ratione materię.
modò tale quid ueritatem non habet, ſi intelle-
ctus ponatur uirtus materialis; quia, ſi idem mo-
ueretur, ideſt intelligeretur; hoc non eſſet ratio-
ne materiæ; quia ratio ſenſibilitatis à materia;
intelligibilitatis uerò à forma; ideo præcisè eſſet
ratione ſui. & ſic idem pręcisè eſſe mouens,& mo
tum in uirtute materiali. præterea ad ſecundum
notandum, quòd dictum Philoſophi de receptio
ne omnium formarum; uel intelligi debet in nu
mero, vel in ſpecie: ſi primo modo; hoc arguet
quam maximè immaterialitatem; quia erit uir-
tus recipiens infinita. Si dicatur, quòd non tenet;
quia uerum eſt de exiſtentibus hic in mundo; di-
cendum, quòd ly, omnes, ſimpliciter prolatum
tenet de omni ſubiecto, atque in omni tempore;
ſecus contingeret Menn. ambiguitas; ſi uerò in
ſpecie intelligatur; idem erit, ac ſi dicatur; Intel-
ligit omnes formas ſpecificas materiales; ergo ab
indiuiduis abſtractas: quare non erat addendum
ly, vniuerſaliter, vt uidebantur tenere ſaluantes
Philoſophi rationem; cum illam potiùs deſtruāt.
Ad illud de impaſsibilitate, dictum eſt in expoſi-
tione loci illius. dicendum tamen, quòd, etſi phā
taſia non patiatur ea, qua oculus, aut auris, paſsio-
ne reali; patitur tamen alia; & aſsidua cogitatio-
ne hebetatur; ſecus autem intellectus. & ratio eſt
in fine illius tex. quia ſenſus non ſine corpore eſt;
intellectus autem ſeparabilis. neque poteſt ap-
plicari præparationi dictum hoc; quia, ſcilicet,
organica non eſt, neque corporis actus: quia non
dixiſſet, ſeparabilis, ſed ſeparata. Secundò ad prin
cipale Philoſophus 3.ani.13.dubium mouet, quo
modo dicatur intelligibilis intellectus. & in tex.
25. ſoluit, intelligibilem eſſe, ſicut intelligibilia:
& intelligit ea, quæ verè intelligibilia ſunt, ut
per eſſentiam ſeparata, ut ibi expoſuimus. qua-
re clariſsimè determinauit Philoſophus, intelle-
ctum eſſe ſubſtantiam ſeparatā. tertiò notandū,
quòd diuina ſcientia eſt de ſubſtantiis abſtractis
per eſſentiam. modò ad illam non haberemus
viam, niſi nobis priùs nota eſſent duo fundamen-
ta: alterum, quòd datur ens abſtractum, quod
habitum eſt à Philoſopho ex 8. de auſcult. phyſi.
reliquum verò, quòd tale abſtractum dicatur in-
telligens. & hoc habetur ex doctrina de anima.
at, ſi intelligere noſtri intellectus ſemper à phan-
taſmate dependeret; & eſſet uirtutis materialis;
nihil haberet commune cum intelligere abſtra-
ctorum; imò cum eo pura diceretur æquiuocatio
ne: quare abſtractorum notitia à nobis haberi nō
poſſet: ceſſaret itaque metaph. quartò. Si anima
mortalis eſſet; homo non eſſet fęlicitabilis ea fæ
licitate, quæ uerisſima eſt. & talis contemplati-
ua eſt; quæ in ocio, & tranquilla contemplatio-
ne diuinorum conſiſtit. deducitur; quia contem-
platio diuinorum eſt eorum intellectio, & uiſio,
vti ſunt. modò operatio talis fieri non poteſt per
virtutem materialem, & corruptibilem. Huic ar-
gumento, quod maximum eſt, reſpondet Pomp. c.
14. inquiens, quòd homines, ſiue genus humanū
uniuerſum, eſt, ſicut vnum corpus ex diuerſis con-
ſtitutum membris, quæ diuerſis fungantur mu-
neribus, ut corpus vnius indiuidui ex pluribus
partibus ſimiliter, manu ſcilicet, pede, capite, & ſi
milibus: in communem tamen vtilitatem uniuer
ſi generis humani ordinatur, perinde ac mem-
bra unius in illius communem vtilitatem; ita ut
unum alteri tribuat; & ab alio illud recipiat: ha-
bent tamen quędam, in quibus omnia commu-
nicant, ut membra omnia unius in calore illius
innato: ſic omnes homines ob hunc finem com-
municant in triplici intellectu, ſpeculatiuo, acti-
uo, & factiuo: unuſquiſque nonnihil habet ſpe-
culationis, ſiue naturale illud ſit, ſiue mathema-
ticum, ſiue diuinum, habet & de actiuo, cum ſin-
gulus pars ciuitatis, & bonum ciuile negocia-
tur: ſimiliter & de factiuo; cum ſine hoc homi-
nes non uiuerent: at intellectus ſpeculatiuus Deo
rum eſt, & non hominis proprius; & quam pauciſ
ſimi euadunt tales; verùm, qui fuerint, ſunt in-
ſtar cordis in animali inter cætera membra. fa-
ctiuus quinetiam proprius hominis non eſt; cum
& beſtijs ſuas texentibus domunculas conueniat.
ſolus itaque actiuus eſt, qui homini, ut homo eſt,
conueniat: quare eſſe philoſophum, vel domifi-
catorem, non hominis eſt, neque homini neceſ-
ſarium hoc; ſed bonum eſſe, & moribus ornatum;
hoc autem homini proprium eſt. Pro quibus di-
ctis notandum, quòd, ſi homo, ut homo eſt, acci
piatur; tunc dubio procul ſpeculatiua fœlicitas
non conuenit; ſed moralis, & actiua; hæc enim
propria homini eſt, quatenus homo: & in hoc ré
ctè dixit: non tamen in fundamento rectè ſenſit;
quia homo apud ipſum eſt homo per intellectum
quem mortalem ponit. & hoc falſum eſt, ut oſten
dimus; quia homo talis eſt per cogitatiuam: ea
propter Moralis accipit hanc, ut eam moribus
ornet. quod optimè notauit Auerro. primo ani.
commen.2. & Themiſtius in eodem loco. at. ſi ho
mo, vt in eo diuinum quoddam eſt, capiatur, quod
ipſum ſupra hominem eſſe reddit; tunc eius fæ-
licitas propria, & pręcipua moralis non eſt; ſed
contemplatiua. & hęc fuit expreſſa Ariſto. ſenten
tia 10. eth. c. 9. cum dixerit actiuam non eſſe pro-
pter ſe, ſed aliam hac præſtantiorem, quæ contē-
platiua eſt. & cum hac ſtat ocium, & trāquillitas;
& quæcunque tribuuntur beato viro. & addit Phi
loſophus; Non enim qua homo, ita uiuet; ſed qua
diuinum quoddam exiſtit in ipſo. & declarat hoc
diuinum inquiens; Si diuinum eſt mens ad homi-
nem; & vita, quæ diuina, humana melior. deinde
ſubiun-

ſubiungit; Non enim debemus bumana curare; cum ſimus homines; neque mortalia, cum ſimus mortales: ſed, quantùm fieri poteſt, ad immortaliratem ad niri; & omnia facere, vt viuamus, ſecundùm optimum eorum, quæ in nobis ſunt. quid clarius, quàm determinatio Ariſtotelica contra Pomp? Et, ſi quis pro eo dicat, quòd & ipſe ponit fęlicitatem hanc ſpeculatiuam; dicendum, quòd biſariam errat: primò; quia non ponit hanc homini neceſſariam, neque conuenientem; cum tamen excitet hominem Ariſto. quantum poteſt, ad hanc capeſſendam: & primùm ponit hanc omnibus numeris Morali. errat etiam; quia ſuo ſpeculanti concedit additionem fieri poſſe. & eſt graue peccatum; quia tunc non poterit dici fęlix; cũ expreſsè dicat Ariſt. de hac fælicitate ibi; Nihil eorum, quæ fęlicitatis ſunt, imperfectum eſt. At diceret aliquis, vt Alex. primo ani. cap. 34. quòd intellectus poſsibilis per habitum Deum intelligit. & 2. ani. cap. 4. Intellectus agẽs à perfecto poſsibili intelligitur: ergo ſtabit fœlicitas ſpeculatiua; quæ conſiſtit in intellectione Dei: & tamen intellectus poſsibilis corruptibilis erit. Dictum hoc, quãuis exprimere videatur fælicitatem; nullo tamen modo exprimit; quia intelligere per habitum, ſiue practicus ſit, ſiue ſpeculatiuus; nullam tamen ſecum tenet proportionẽ cum intellectione Dei, niſi valde remota, & à poſteriori acquiſita. modò cum hac non ſtat fælicitas; quia in tali cognitione nõ quieſcit intellectus. at Philoſophus ibi cap. 9. agens de fælicitate, inquit, & præter ipſam nullum finem appetere. neque dicendum intellectum agentem ei copulatum eſſe, ut formam; quia eſt præter omnem veritatem, quòd Deus Glorioſus informet materiam generabilem, & corruptibilem. confirmatur veritas huius concluſionis auctoritate; ſi quidem omnes leges hanc teneant; etſi dinerſæ ſint in fundamentis; quandoquidem illa credita ſint; hæc autem determinata. hanc eandẽ diuinus Plato poſuit in Phædr. Anima omnis immortalis. deinde in Phæd. animis dinerſa tribuit loca. idem 6. de rep. & in 10. reip. oſtendit animã eſſe immortalem. in Timæo; Anima ſecundùm naturam euolat à corpore. & 12. de leg. inquit; Animæ ſenſitiuæ mens infunditur etiam cum ſigno euidenti. Poteſt hæc eadem confirmari: nam ex ſententia Platon. vt notauit etiam Philop. in prol. 1. ani. circa monumenta viſa ſunt mortuorum phãtaſmata, ſiue umbræ quędam; quæ non eſſent, niſi anima immortalis eſſet. Ad hoc dicit Pomp. ꝙ circa mortuorũ tumulos, aer eſt valde craſſus, tũ ex euaporatione cadauerum; tum ex ſaxorum frigiditate. & ſic fiunt in tali aere, vt in ſpeculo, apparentiæ, vt de iride dictũ eſt meteor. 3. Quę opinio, meo quidem iudicio, à veritate quam maximè remota eſt: nanque uerum eſt, quòd refractiones, & reflexiones à luminaribus fiunt, occurrentibus craſsis corporibus, & nubiloſis, vt de iride dictum eſt: at hoc in iſtis imaginibus non tenet. ibi non ſunt radij, qui reflectantur, corporum luminoſorum. quòd, ſi dicatur; Sunt radij ſyderum: tũc quærendum eſt; quare magis contingat hoc in ſepulchris, quàm alibi; cum, & alibi reperiatur aer, etiam magis craſſus ob uaporum eleuationem, vt in paluſtribus, & ſtagnantibus locis. quærendum inſuper, quare magis fiunt hæ apparentię circa tumulum unum, quàm alium. nulla, vt opinor, habebitur reſponſio. vndè concluſio firma manet, ratione, auctoritate, & ſigno confirmata. Patet & tertia particula, quòd ſit ſimpliciter incorruptibilis; ſecundùm quid tamen corruptibilis, ut dictũ eſt: nam & poſsibilis, & agens, & habituatus, & actu ſpeculans, ſic omnibus dictis modis corruptibilis eſt; quia his pariter & incepiſſe dicitur; quare ſecundùm quid corruptibilis. Fuit ſententia Auic. Algaz. fuit & Theophr. cui inter Græcos maxima fides adhibenda. Alb. hic c. 13. cum probauerit ipſam incorruptibilem, inquit; De anima poſt mortem, quòd nobilius eſſe capiat; quoniam tota conuerti habet ad intellectum agentem, ſicut ad formam; & per eum intelligere, ſeparata à materia; quod eſt ſummum fælicitatis eius. Quam fælicitatem expreſsit Saluator in parabola de decem uirginibus, ut nos expoſuimus. teneo itaque animam immortalem eſſe; & diuerſus à ſententia Ariſto. incepiſſe per creationem, nunquam tamen defuturam. quę poſt mortem beatur, ſi bona eſt, Et hęc dicta ſint à nobis in tã alta materia ad laudem Dei omnipotentis. qui ſit benedictus per infinita ſecula. amen.

Quoniam antem animalium. Intentio apud T.c.40.
Auerro. & omnes clara; & eſt agere de uirtute motiua. cauſa uerò huius ordinis à Philop. dicitur; tum, quia neceſſe erat præpoſuiſſe tres illas animæ particulas, ut cõmodè dignoſci poſſet, quænã illarũ motiua uirtus commodè diceretur; tũ etiã, quia, quæ dicta ſunt ad motiuæ uirtutis definitionem, non nihil conducent. Tex. duas habet particulas: in altera ponit cauſam intentionis, ſimul atque intentionem ipſam: in ſecunda quærenda proponit. inquit in prima; Quoniã anima diſtincta eſt ſecundùm duas potentias, diſcretiuam, ſcilicet, & motiuam; nam primo ani. 19. dixit duas haſce animæ uires, quibus animatum diſtinguebatur ab inanimato, à progenitoribus accepiſſe. de diſcretiuo ſenſu ſcilicet, & intellectu, dictum eſt priùs; modò agendum eſt de uirtute motiua. dixit de anima animalium, ut Alb. notat cum Philopono; quia anima plantarum neque diſcernit; neque mouet. addit Philoponus duas etiam iſtas dixiſſe, quia uidebatur conuerti ad falſas antiquorum opiniones: dicere enim uidebantur illorum nõnulli, quòd anima mouebatur; quia corpus mouet ea ratione, qua omne mouens mouetur. opinabantur quinetiam animã omnia noſcere; quia ex omnibus conſtaret, ut iam dicta fuit Empedo. ſententia. ſat itaque fuit duas iſtas enumeraſſe vires. Dixit Philoſophus, quòd dianoea opus eſt. notauit hic Simpl. per dianoeam voluiſſe intellectũ, ueluti communi hoc uocabulo: quod, ut ſic, ad vniuerſum intellectum extenditur. & addit, & fortè uſque ad phantaſiam, non tamen quæ irrationalium; ſed quæ cum ratione intelligitur: & eſt humana. & confirmat, dicto etiam Theoph. quippè

qui

qui dubitauit, an rationalem, vel irrationalem potiùs illam poneret. Dicendum itaque de virtute motiuâ ſecundùm locum, quid, ſcilicet, ipſa ſit: nam apud omnes conſtat eam eſſe; cum ferè omnia in motu eſſe non lateant: at, quid ipſa ſit, dubium eſt. Vtrum una. In hac ſecunda particula proponit dubia: & in duas diuiditur particulas; quia bifariam dubitat: & primò inquit; Si eſt particula animę; & ſic, an ſeparabilis magnitudine, vel ratione; aut eſt tota anima ipſa. poſita eſt particula, aut ratione, vt conſuetum differentiæ modum innuat: deinde, aut magitudine, vt notet ſeparationem in ſubſtantia, quomodo & in eo, quod priùs continuum eſt, conſpicitur, cum in partes diuiditur. Simplicius inquit; Nam, quæ continui ſunt particulę, ab inuicem ſeparatę ſunt loco: anima verò, cum in loco non ſit ſecundùm partes; ea propter illius particulæ totæ per totas aditum nactæ ſunt. Latini per particulas intelligunt animę potẽtias. intereſt tamen inter partem, & potentiam, vt notat Philop. quandoquidẽ pars ea propriè dicitur, quæ ab alijs eiuſdem totius diſtinguitur; nec in illis reperitur; vt pes ab alijs, & manus. at potentia ea eſt, quę in uniuerſo tota, ac per uniuerſum reperitur; vt bonus odor per vniuerſum pomum, atque in vniuerſo pomo eſt. &, quia potentia ſubſtantia non eſt; pars verò ſubſtantiæ ſubſtantia eſt; propter hoc Philop, velle uidetur ſubintelligi hoc dubium, nunquid, ſcilicet, particula animæ ſit, uel potiùs potentia: &, ſi particula, utrum earum, quę dici conſuetæ ſunt; vel pręter hæc aliud. Them. ad hoc declinare uidetur ob duo dicta in tex. vtrum ſcilicet, ſeparabiles ſint magnitudine; & tunc veræ partes erũt vel potiùs ratione; & tunc potentię. Simpli. fauere videtur Latinis, quòd per partes intelligamus potentias ob hoc, quia anima indiuiſibilis eſt; neque partes habere videtur; ideo potentię intelligendæ ſunt. Auerro. intelligit de veris partibus, & ſic eſſe uidetur; cum Ariſto. vt in primo fecit, agat modò cum Plat. qui ſepratas animæ particulas loco ponebat, & ſubiecto. Dicerem ego, notans prius diuinum Simpl. fundamentum, quòd tametſi Philoſophus animã dixiſſe uideatur impartibilem; non ob id penitus vnam eſſe voluit, ut rationalem cum ſenſitiua, & altrice: ſic enim non poſſet ſeparari anima; ſed voluit vnam eſſe, quatenus in corpore hoc uno continetur, & ſimul cum vitis iſtis, quæ corpus informant, quando non adhuc ſeparabiliter viuit. Quo poſito, dicendum puto, ꝙ per particulas, intelligere poſſumus partes, etſi, vt in corpore hoc, habere non dicatur anima; verũ, ſecundùm ſe ipſam, ut dictum eſt: quod Latini nõ animaduerterunt: qui totam animam impartibilem, & unam omnino eſſe voluerunt: ideo dubitatio potuit locum habere ad vtranque partem; quamuis ſecundùm Ariſto. de potentijs tantùm. & ſic per potentias, intelligere poſſumus potentias, & partes. uerùm, quia nobis notiores potentiæ ſunt; ea propter de illis dubium eſt audiendũ. dixit partes, quę conſuetæ ſunt dici tales, vt ex Simpl. Philopono que colligitur: nanque apud Plat. tres animæ particulæ nominabantur famoſæ 4. & 9. de rep. & in Timæo, & 9. de leg. rationem, ſcilicet, iram, & appetitum: & præter has habet uim mouendi corpora; vt non modò per animæ partes, vt per formas viuant corpora; ſed effectrices ſimul habeant animas; & ab eis moueantur: at iudicandi uim ſecundùm ſeipſam adipiſcitur anima, vt diuinè ex Platon. Simpl. notauit. Et ſi pars. Tangit dubium ſecundum, Et ſi pars, vtrum dictarum aliqua, uel præter illas una ſit.

Habet autem dubitationem. Occaſione dictorum quæſtio communis oritur de animę partibus quomodo plures, vndè, & quot. Tex. tres habet particulas: in prima dubium introducit: in ſecũda cauſam dubij, cum qua ponit duas antiquorum opiniones, quæ cauſam illam confirmare uidentur: in tertia illas reprobat. prima nota eſt; quomodo, ſcilicet, oportet partes animæ dicere, & quot. Notauit Philop. Ariſto. per dicta hæc in Plat. reſpexiſſe, ut qui malè acceperit partes animæ; malè quinetiam, quot ſint. Notauit Simp. ly, quot, dictum eſſe à Philoſopho de animæ partibus dubitante, ut motiuam reperiat; non quod uelit particulas, loco, & ſubiecto diſtinctas, ut lignum, & equus; ſed uoluit ſignificare pluralitatem cum quadam vnitate; uel ut in re indiuiſibili, puncto ſcilicet, qui & principium, & finis dicitur; vel diuiſibili, continuo tamen, vt in linea particulę, quæ per deſignationem plures, atque infinitæ eſſe poſſunt: non enim pugnat Ariſto. aduerſus particularum pluralitatem; cõſtat enim apud ipſum plures eſſe ratione; ſed aduerſus pluralitatem illam, in qua diuerſa eſt alia ab alia particula, loco, & ſubiecto. Notauit ſubinde Simp. ly, quomodo, ut innuat differentiam particulæ, quæ in anima incorporea eſt; non ut particulas corporis eſſe: ideo dubitatiuè incedens, dixit, quomodo; utrum. ſ. ſit illo, uel illo modo. Modo enim. In hac ſecundâ ponit cauſam dubij, quia quoquomodo infinitæ videntur eſſe; & non ſolùm ſecundùm numerum determinatum: ut qui ponebat tres illas Plat. rationalem ſcilicet, iraſcibilem, & concupiſcibilem neque ſecundum eos, qui ad dualem referebant, dicentes eſſe rationalem, & irrationalem. uidentur infinitæ, ut deducunt Latini, ſi multitudo ducatur ab actibus: quandoquidem infiniti fermè dici poſſunt actus concupiſcentiæ. Auerro. deducit ab obiectis. & clarius eſt; ut, ſi à numero concupiſcibilium quiſpiam numerare uoluerit concupiſcibilem animam; dubio procul infinitam reperiet. Simpl. deducens, quomodo infinitæ ratione, inquit eas, ueluti à nobis incomprehenſibiles, ratione; non tamen ad naturam ſi referantur: ea de cauſa dixit, quodammodo infinitæ; quia non quatenus ſeparatæ, infinitę ſunt; cum actu infinitum à natura non detur, ſiue continui particulæ ſint; ſiue incorporei cuiuſdam: erunt itaque omnino finitæ, ut differentes ratione; ſed nobis incomprehenſibiles, ut quæ ſecundùm plures diuidantur modos, ut ſeparabili, & inſeparabili; cognoſcitiuo, non cognoſcitiuo; rationali, irrationali, & ſimilibus. Intereſt autẽ inter Simpl. & alios;

& alios; quia videtur ſecundùm illorum ſententias declinare ad dubia in Plat.vt introducit Philop.& ſic erit propria quædam in Plat.diſputatio. at ſecundùm Simpl.generaliùs loquitur Philoſophus: quia eius intentio erat agere, quæ animæ particula foret motiua uirtus: ea de cauſa dubia hęc de partibus introduxit, vt de anima vniuerſa. corollariè deinde in Plat. deſcendit, ſcilicet, diuiſio data à Plat. nō ſufficit. & ſentētia talis mihi placet magis. Egid. in hac parte declarat, quomodo potentiæ animæ dicantur rationales, ſiue irrationales. & inquit, quòd datur rationale per eſſentiam: & tale attribuitur intellectui; qui per eſſentiam rationalis eſſe dicitur. datur rationale per participationem; & conuenit appetituī, ut iraſcibili, & concupiſcibili; cum appetitus tales apti ſint obedire rationi. Hanc eandem ſententiā poſuit Sueſſa. defendens à blateronibus Egid. At, meo quidem iudicio, vterque fuit in errore. & ſuppono duo; alterum, ꝙ unamquanque uirtutem cognoſcitiuam ſuus ſequatur appetitus. & Philoſophi paſsim approbata ſententia, vt uoluntas inſequens intellectum: & appetitus concupiſcibilis, ſiue irraſcibilis inſequens ſenſum, ſecūdùm, quòd appetitus nullo modo eſſe poſsit, niſi pręuia fuerit obiecti illius appetibilis cognitio. his ſtantib. ſic arguo; Appetitus ſenſitiuus non poteſt corrigi à ratione intellectiua, niſi ſua præcedat ratio, ſiue diſcurſus ſenſus; ergo, niſi ponatur ſenſus rationalis per eſſentiam, non poterit illius appetitus rationalis eſſe per participationem. deduco; quia diſcurſus intellectiuus eſt de obiecto vniuerſali à materia ſeparato, verbi gratia, de bono in uniuerſali; non autem de hoc, vel illo bono; ideo uoluntas appetet illud; non autem ſenſitiuus appetitus, qui eſt de hoc, uel illo bono. neceſſe itaque eſt, quòd præcedat diſcurſus ſenſitiuus, cognitiuus de hoc, uel illo bono, vt diuinè dixit Simpl. quòd nomen intellectus etiam de phantaſia ueritatem habet. & S. Thom. ueritate motus in quæſt. diſp. quæſt. 13. dixit; In homine eſt uis cogitatiua; quæ eſt collatiua intentionum particularium: vndè & ratio particularis dicitur, & intellectus paſſiuus. idem Auerro. 2. ani. 63. & alibi. bifariam itaque errarunt; tum, quia inſufficienter dixerūt de rationali per eſſentiam; quia non ſolùm intellectus; ſed cogitatiua talis eſſe dicitur: tum etiam, quia dixerunt appetitum ſenſitiuum regulari poſſe ab intellectu uniuerſali. Secundùm eſſe. In hac parte reprobat duas illas opiniones de animæ partibus, & duo facit: primò, quod dictum eſt: ſecundò infert tres inſtantias, ut redarguat clariùs. in prima capit fundamentum diſtinctionis ab illis: & inquit, quòd ſecundùm talem diſtinctionem dantur & aliç animæ partes, quæ adhuc diſtinguūtur magis. Et uegetatiua. Dat hic inſtantiam primam; nam uegetatiua habet operationem differentem ualde à parte rationabili, & longè maiorem, quàm inter ſe habeant particulæ illæ à Platone tactæ. Notandum, quòd antiqui ſolùm de humana anima locuti ſunt. modò in eadem anima quam maximè à rationali remouetur nutritiua: at iraſcibilis, & concupiſcibilis aliquo modo ad rationem reducuntur: nam communitatem habet cum rationali ſenſitiuum; tum, quia cognoſcitiuum, ut ſenſitiuum, & phantaſticum; tum etiā, ut appetitiuum: nam uoluntas etiam dicitur appetitus rationis, ab his verò quammaximè remouetur nutritiuum. Et ſenſitiua. Dat ſecundam inſtantiam. Sueſſ. in hoc damnat Auerro, ut qui utrāque opinionem copulatiuè per duo hęc refutauerit. & inquit Sueſſ. quòd argumento ſumpto à nutritiua, poſsint quidem utræque refelli: at argumento ſumpto à ſenſitiuo, niſi ſecunda; non enim in eadem anima plus differt à rationali ſenſitiuū, quàm iraſcibile: cum iraſcibile, & concupiſcibile ad ſenſum referantur, atque appetitum. At, illius pace, dixerim, hoc non habetur ex Auerro. uerbis: nam inquit Auerro. primò. Cum debeat anima diuidi per differentias in partes; debebat diuidi per illas, in quibus maior reperitur diuerſitas, ut in nutritiuam, ac ſenſitiuam. deinde exponit ſenſitiuam iuxta literam; quòd, ſcilicet, facile non ſit illam rationabilem, uel irrationabilem poni. quod ea ratione uerum eſſe uidetur, qua ſenſitiuum in brutis dici non poteſt rationabile: at in homine dici non poteſt irrationabile. deinde in ſumma exponit; cùm dicat; Et intendebat notificare errorem utriuſque diuidentium. & ſubdit; Qui diuidit in duo, ſcilicet, rationale, & irrationale; non facile poteſt ſenſum enumerare, vt dictum eſt. & nihil ſub hoc membro de uegetatiua dicit. deinde ſubiungit alteram opinionem, ſcilicet, diuidentium in tres. & ait, quòd peccarunt bifariam; tum, quia dimiſerunt particulas alias magis differentes, ut nutritiuam: tum, quia ad illam diuiſionem ſequitur infinitas, ut dictum eſt. Opinor Doctorem iſtum noluiſſe attribuere Auerroi quod eſt S. Thomæ. qui uerificat utrunque contra ſingulam opinionem, ſcilicet, quòd neque ſenſitiua, neque nutritiua ſtat cum prima, aut cum ſecūda diuiſione. melior, ut opinor, fuit ſententia Auerro. quā noluit etiam Them. referens de nutritiua ad primam diuiſionem; deinde obiectionem, de ſenſitiua ad ſecundam. Poſſet tamen ſaluari, quòd etiam argumentum à ſenſitiuo ſumptum, teneat contra diuiſionem primam trimembrem. Ad fundamentum Sueſſ. quòd, ſcilicet, ſenſitiuum in eadem anima non differat plus à rationali, quàm cōcupiſcibile; dicendum cum Simpl. quòd per plus diſtare, intellexit Philoſophus, non quòd ad maiorem diſtantiam ſit ſenſus, quam appetitus ille; ſed, quòd ſenſus ſit ſuo appetitu perfectior: & ſic habeat cum ipſo diuerſitatem; quandoquidem ſenſus ſit cognoſcere; appetitus uerò à ſuo duci cognoſcente; cum nihil appetat, quin prius cognoſcat. & hoc modo ſenſus erit magis rationi proximus: nam, tametſi ducatur quandoque ſenſus ui appetitus incitante in malitiam; & ſic uideatur quammaximè à ratione diſtare; ſenſus tamen, ſecundùm ſe in id tendit, quod pręſtantius eſt: ea de cauſa ambiguè dixit Philoſophus, neque ut rationabilem, uel irrationabilem poni, cum cognoſcat, & appetat. & ſic obiectio ſtabit in eadem hu-

mana anima, vt loquebantur antiqui. Notandum inſuper non eſſe hoc Platoni vitio dandum, ſi animam vniuerſam in tres duntaxat particulas illas diſtinxerit; quia, vt exponit Simplicius, Platonis ſermo 9. de rep. fuit de tribus illis animæ particulis; quæ ad actiones conferebant; non enim voluit vniuerſam animam diſtinguere. partitionem illam accepit etiam in moralibus Ariſtoteles, vt quę ad electionem, ſiue ad vitam, quæ in actione conſiſtit, maximè attineret. Adhuc & phantaſia. tertiò obijcit, argumento ſumpto à phantaſtica virtute, quæ imaginatiua dicitur: quę quidem ab alijs ratione diſtinguitur, quomodo ſe habeat in diſtinctione, vel identitate aliarum particularum animæ.

T.c.42. Cui autem horum. Intẽtio clara, & ex dictis elicitur; cum modò dubitet, cui particulæ dictarum eadem, vel diuerſa ſit. & dubium hoc maximè contingit, ſi vltra diſtinctionem inter particulas iſtas à ratione ſumptam, addiderimus etiam, quæ à ſubiecto. Tex. duas continet particulas: in altera de phantaſia; in reliqua de appetitu agit. prima dubium continet, cui animę particulę aſcribi debet phantaſia, an ſubiecto, ſcilicet, diſtinctæ ſint. Auerro. cum S. Thom. & Philop. tangit difficultatem iuxta tex. verùm, in quo difficultas iſta conſiſtat, non declarat. Sueſſ. exponit difficultatem eſſe de phantaſia; cum ratione ab alijs animæ particulis diſtincta ſit: ſi ponantur illæ ſubiecto diuerſæ, quomodo ipſa ſe habeat propter hoc, quia illam vnaquæque determinatam corporis particulam tenet. at phantaſia per vniuerſum corpus diſſeminata operatur. Opinio tamen hæc non mihi videtur ad Ariſt. quandoquidẽ 2. huius tex. 20. diximus duplicem dari phantaſiã, alteram imperfectã, & hanc per vniuerſum corpus diſtributã eſſe; reliquam verò perfectam; & talem in determinata corporis particula operari. modò hic Philoſophus non de imperfecta, ſed de perfecta determinat. Simp. Notandũ dictas eſſe particulas, vt quæ non loco, ſed ratione tantùm diſtinguuntur; & totius ſint, quales conueniunt his, quæ ſine corpore ſunt; cum vnaquæque in omnibus ſit; & nuſquam coerceatur, vt in naturalibus calidum in igne à leui non diſtinguitur ſecundùm locũ, ſed ſecundùm proprietatem. Dicendum itaq; vt colligitur ex dictis Simplicii, quòd dubium ſtat ſuper hoc fundamento, quod habet pro manifeſto, quòd phantaſia ratione diſtinguitur ab alijs animæ particulis. tunc videretur de ea ſequi, quod de alijs animę viribus, ſi ponantur ſubiecto diſtinctæ; cum inter ſe & ratione differant, vt & ipſa phantaſia diſtinctam ab aliis in corpore particulam teneat: quòd ſi non, & ponatur ſubiecto eadem alij, adhuc dubium eſt, propter quid & inter ſe aliæ non vniuntur. præterea videtur poſſe vniri parti ſenſitiuę; cum nonnihil commune cum illa teneat, particulare, & ſenſatum imaginatur. videtur quinetiam communicare rationi, cum non præſentibus ſemper ſenſibilibus operetur, ſed etiam abſentibus: & pro arbitrio, vt intelligens, imaginari poterit imaginans. dubium itaq; præcipuum eſt de phantaſia. Adhuc autem. In ſecunda hac particula Philoſophus agit de appetitiua inſtantiam. Sueſſ. inquit ſecundum S. Thomã. Ariſt. reprehendere Plat. quòd duos duntaxat poſuerit appetitus, iram ſcilicet, & concupiſcentiam; cum tamen ſint tres; quia datur & uoluntas, appetitus ſcilicet, intellectus; quare tres erũt. hanc autem expoſitionem non accepit; ſed laudat, quæ Themiſtij eſt, ſcilicet, quòd abſurdum, quod ſequitur, fuit, quòd appetitus diuidatur in duas partes; & illarum quælibet dicatur anima: Plato enim diuiſit animam per iraſcibilem & concupiſcibilem; quæ tamen particulę animæ non ſunt, ſed appetitus: nam ſecundùm Simpliciũ particulæ animæ ſubſtantiæ ſunt; quia partes ſubſtantiæ. & ſic exponi debet abſurdum, quòd, ſcilicet, appetitiua, quæ ratione, & uirtute ab iſtis differt, ponatur tamen eſſe anima, &c. At me hercule fateor non poſſe ullam iſtarum credere ſecundùm illorum opinionem extitiſſe: nam Sanctus Thomas non exponeret tunc contra diuiſionem partium animæ; de qua tota intentio eſt; ſed utrum detur unus, uel plures appetitus. de qua conſideratione non eſt curæ Ariſtoteli, at Sanctus Thom. arguit cum Ariſtotele contra diuiſionem illam Plat. bimembrem; & contra ſingulum membrum deducit ad inconueniens. & primò, ſi diuidatur per rationale anima, cum appetitus, qui ratione ab his diſtinguitur, conſequatur; tam rationale, quàm irrationale ſequetur appetitus, bifariam ſubiecto diuiſus: quod abſurdum eſt. addit; Quia datur appetitus in rationali, & eſt uoluntas; datur & in irrationali, & eſt iraſcibilis, & concupiſcibilis, deinde ad ſecundam inquit; Si diuidatur in tres anima; tunc erunt & tres appetitus ſubiecto diſtincti, quod eſt ſecundum abſurdum. non potuit dici quicquam clariùs etiam ſecundùm Ariſtotelem. Quòd etiam ea non fuerit ſententia Themiſtii, hoc palàm eſt; quia ſecundùm Themiſtium Ariſtoteles non reprehenderet Plato. de animæ diuiſione, ſicut ipſe ex intentione facit; ſed, quia poſuerit animam eſſe appetitum. quæ res eſt omnino ab Ariſtotelis ſententia diuerſa. Et quòd hoc noluerit Themiſtius, declaro per eius uerba, cum dicat; Et appetitiuum, quòd ratione potentia, & actu ab his diſtinguitur partibus, rationali, & irrationali, ſiue ab omnibus dictis; & aliquis ponat illum unum dictorum. deinde ponit inconueniens, ſi diuidatur, inquiens abſurdum hanc potentiam diuidere, & ponere illam in rationali, atque in irrationali; & non facere ipſam ab alijs ſeparatam ecce quid clarius, quòd inſtat contra diuiſionem? quare ſcilicet, ſi illæ ponuntur ſubiecto diſtinctę; etiam appetitus iſti diuiſi; diſtincti, ut illæ ſunt, ſubiecto non ponuntur. dicendum itaque cum Auerroe, Sancto Thoma, Themiſtio, quòd appetitiua ab alijs differens omnibus in actione, & diffinitione; & non ponere ipſam ſeparatam ab alijs. deinde addit Auerroes. Et ponere ipſam in duabus illis, rationali ſcilicet,

& irrationali ; & non determinare illam altero duorum modorum; quia pręcipuus appetitus non eſt, niſi in anima rationali. dicit autem hoc Auerro. propter ſuum tex. qui dicit; Principale autem exiſtit in parte cogitatiua; nō principalis verò in deſiderio, & ira. deinde cum alijs ſequitur, dicens, appetitum numerari ſecundùm numerum virtutum : quare, ſi tres erunt animæ, triplex inuenietur appetitus. Simplicius cum Themiſtio, & iſtis declarat magis; primò ponens fundamentum, quòd appetitus definitione ab iſtis virtutibus ſeparatur, vt illius oſtendit operatio: nō enim idem cum cognoſcente virtute eſt, quia non iudicat : neque idem cum nutritiua, quia non eſt abſque cognitione : & ex confeſsis habetur, quo ſubiecto non diſtinguitur à cognoſcente; nāque in rationali eſt voluntas; in phantaſtico verò ira, & concupiſcentia. inconueniens autem deducit modo ab alijs diuerſo; vt ſenſus ſit, quòd inconueniens ſit ſequeſtrare appetitiuum à virtute cognoſcente. quòd tamen contingeret, ſi, quæ ab inuicem ratione differunt, particulæ animæ differrent etiam ſubiecto. Docta ſanè expoſitio videtur iſta; at ſupponit vnum, quod nondum declaratum eſt. prima verò magis ad hominem eſt. Dubitat Sanctus Thomas, propter quid eſt, ꝙ appetitus ſenſitiui duo ſunt : at rationalis eſt vnicus, voluntas ſcilicet. Solutionem Sancti Thomæ impugnat Sueſſanus inquiens, non eſſe peripateticè dictam. & ait; ꝙ Sanctus Thomas ſupponit duos eſſe appetitus ex parte ſenſus; cum tamen Ariſtoteles in Plato. dicat, non eſſe appetitum diuiſibilem in duas animas : ibi non colligitur tres eſſe appetitus. præterea, ſi diſtinctio fieri debeat ex parte obiecti, tunc ſicut dolorificum, & voluptificum duos in ſenſu formant appetitus. à pari bonū, & malum in intellectu duos formabunt appetitus; quia duo etiam actus diſtincti; ad bonum, velle; ad malum, nolle. tenet itaque cum Them. quòd, ſcilicet, ſicut vnus eſt appetitus intellectiuus; ſic etiam ſit vnicus appetitus ſenſitiuus : cuius obiectum eſt vnum in vniuerſali, vt ſenſibile; duo verò in particulari; quia poſſumus appetere quicquid ſentimus, vt etiam obiectum voluntatis eſt ens, &cæ. At, eius pace, dixerim, peripatetica videtur eſſe magis opinio S. Thomę; quandoquidem reſpondens, primò notat obiectū cuiuſcunque appetitus in genere. & eſt bonum apprehenſum, ſiue ſimpliciter bonum ſit, ſiue acceptum ſub ratione boni. 2. phyſ. 31. ſubiungit deinde, quòd alio modo apprehendit bonum illud intellectus; & alio modo ſenſus. & in hoc tangit ſolutionis fundamentum, inquiens; Intellectus apprehendit bonum vniuerſale; at ſenſus ſub determinata ratione boni. concupiſcibilis mouetur à bono delectabili; iraſcibilis verò à triſtabili habet originem motus : finitur tamen in delectabile : delectat enim valdè vindictam de hoſte ſumere : at intellectus bonum ſimpliciter ſibi tenet obiectum. Ad ea verò, quę obiecta ſunt, & ad primum dicendum, ad primum dixiſſe Piloſophū non eſſe diuidendum appetitum, qui neceſſariò diuidit poſita animarum diuiſione; quia erit ab illis ſubiecto differens, cum ſit ratione diuerſus. Ad aliud dicendum, quòd non eſt ſimile de bono & malo; tum, quia ſermo eſſe debet de obiecto, ꝙ habeat rationem boni delectabilis in ſenſu; uel boni ſimpliciter in intellectu: & ſic excluditur malum : tum etiam, vt & ipſe reſpondet S. Thomas quia bonum, & malum, cum ſint contraria, ſub vna poteſtate reducuntur, vt album, & nigrum, ſub uiſu. Ad fundamentum Græcorum, dicendum, ex parte virtutis cognoſcitiuæ unicus eſt appetitus inſequens. at, ſi capiatur diſtinctio ab obiectis, & actibus diuerſis; in ſpecie ſubalterna diuerſi erunt.

Et etiam de quo. Sanctus Thomas diuerſus ab T.c.43.
omnibus introducit, inquiens, ſtare adhuc Ariſtotelem aduerſus prædictas diuiſiones; volens etiam oſtendere inconueniens ſequi, ſi detur illa partitio ob uirtutem, quæ mouet loco. difficilè tamen ſuſtinetur intentio iſta. Auerroes autem introducit, quòd intentio hoc in loco nō eſt has tractare quæſtiones; ſed agere de uirtute, quę mouet loco, quænam iſta ſit. In tex. tres ſunt particulæ exponendæ : in prima, quam intendit, de uirtute ſcilicet, loco motiua. quæ ut determinetur magis, agit in ſecunda de motu augmenti; in tertia de inſpiratione, & de ſomno; nam, ut rectè notat Philoponus, loco mouere æquiuocum eſt. dicitur de uirtute, quæ totum animal mouet, & locum mutat, progreſsiuo, ſcilicet, motu. dicitur autem de eo principio, quod ſecundū augmentum mouet. at hoc in plantis, atque in omnibus uiuentibus reperitur. dicitur & de mouente per inſpirationem, &cæ. diſtinctum itaque eſt hoc æquiuocum, ut de illo agat membro, ꝙ maximè propoſito conueniens ſit. inquit in prima, & de quo nunc ſermo, agendum eſt de motu ſcilicet, in loco, quid eſt mouens animal. non. n. quæritur, ut rectè Simplicius, de principio naturalis motus, ut de motu ignis ſurſum; ſed de motu animalis. in ſecūda ponit motum augmēti nam & talis aliquo modo dici poteſt in loco; ꝙ enim augetur, occupat maiorem locum; quod uerò minuitur, minorem. differentem tamen ab hoc ponit Philoponus; quia talis motus in ſtirpibus eſt natura : at, de quo quæritur, eſt motus ab anima. & ſic rectè dixit Auerroes, quòd motor in eis eſt diuerſus. non tamen ob id augmenti motus, & generationis, & nutrimenti, dici debēt motus ſimpliciter naturales; cum in diuerſas partes fiunt, ſed uitales; & qui ab anima uegetatiua prodeunt; at comparati motui progreſsiuo, dici poſſunt naturales; quia fiunt ſine electione; & omnibus eodem modo inſunt. Sunt huius uirtutis tres iſtæ potentiæ, nutritiua, augmentatiua, generatiua. quibus quatuor etiam ſubminiſtrant, attractiua, concoctiua, retentiua, expulſiua, ut Auerroes ſecundo col. & Gal. in de uiribus natural. De inſpirat. autem. In hac tertia particula ponit motiuum in inſpiratione; nam, tametſi & motus iſti aliquo modo dicantur in loco eſſe; non habent principium,

quod

quòd vniuerſum moueat animal: ſed tale quid ſecundùm illam partem ſolùm mouet: nanque inſpiratio non omnibus ineſt animalibus, ſed duntaxat pulmonem habentibus, & cũ dilatetur palmo in ſpatium maius, maiorem videtur occupaſſe locum; cum verò contrahitur in anguſtum, minorem. idem de ſomno, & vigilia; cum in hac à centro ad circumferentiam ſpiritus expandantur; in illo à circumferentia ad cẽtrum; quare in loco videtur motus: at ſunt iſti à particulari virtute; quamuis omnibus animalibus ineſſe videantur: quia, ſi perpetuò vigilaret animal, non viueret, vt rectè Simplicius. eum itaque fiant à particulari virtute, vt Philoponus, tamen motum notat in palpebris; ideo conſiderandum poſteriùs erit; quia multas habent difficultates; quamuis motus iſtis omnes ſint ab anima.

T. c. 44. Sed de motu. Intentio eſt agere de tali principio, quod eſt, ſecundùm locum mouens. In tex. tria facit: primò proponit: ſecundò declarat, quibus non conueniat; cum procedat primò diſputatiuè: nam, vt notat Simplicius, ex comparatione oppoſitorum, facilis redditur ad quæſita aditus, vt modò obſeruat: & primò, quòd tali non conueniat virtuti nutritiuæ; ſecũdò, quòd nõ ſenſitiuę; tertiò, non intellectui ſpeculatiuo; quartò, non practico, quintò, non appetitui: in ſecunda itaque particula excludit nutritiuam virtutem à tali principio. in tertia adducit rationes. prima nota, quærendum. ſ. illud principium eſt, quod ſit motiuum ſecundùm locum, vitale, ſcilicet; quia non de quocunque locali motu agitur: in ſecunda inquit, quòd non eſt vegetatiua. in tertia rationem ponit: & bifariam diuiditur; quia duas rationes tenet, vel tribus modis, ſi alio modo legatur litera; nam duplex hæc litera eſt, vt notat Simplicius, ſcilicet, vt hæc ſimul legatur tota; Sẽper enim propter aliquid motus hic; & aut cum phantaſia, & appetitu. & in hac vna contineretur ratio. ſecunda verò ibi; Amplius, At ly, &c. difficultatem ponit: videtur enim etiam particula iſta inferre rationem; & ſic ly, gratia cuius, ſub intelligetur, cogniti. & ſi legatur hoc modo erit tripartita lectio iſta tex. at in re quicquid ſit, non multùm facit. Primam lectionem ſequitur Them. exponens. & videtur etiam Ariſto. quando quidem excludens vegetatiuam, inquit; Nihil enim non appetens, aut fugiens, mouetur. at ſalua ti põt & altera lectio; vt ſit ratio vna ly, Alicuius gratia: deinde ſit alia ibi; Aut cum phantaſia, aut cum appetitu. neque intelligendum eſt idem dixiſſe per duo hęc, hoc cum phantaſia cognoſcente, ſiue cum appetitu cognoſcitiuo; ſed potius diſtinctiuè locutum, ut ſit ſenſus; Aut cum phantaſia cognoſcente, aut cum appetitu rationali, vt contingit nos per intellectum moueri, cũ voluntate ſequimur diſciplinam aliquam addiſcendam, vt Philoponus eum Simplicio tetigit cum appetitu verò ſenſitiuo: vt, cum ad venerea mouemur. in plantis verò appetitus non reperitur. At diceret aliquis; Animal, quia appetit cibum, ad cibum mouetur; ergo à nutritiua mouetur; quia obiectum illud delectabile, quod eſt, cuius gratia, eſt obiectum nutritiuę virtutis. Ad hoc dicendum cum Themiſtio, quòd appetitus non reperitur in plantis, ſed in ſenſu, ac phantaſia. non enim appetitus talis idem cum nutritiua eſt; quia cibus, non vt nutrit; ſed vt guſtui cognitum, delectabile, & proficuum, animal mouet: ſignum, quia in plantis nutritiua eſt, non tamen in eis eſt appetitus cibi cognitiuus. Non appetens, aut fugiens. non modò quis appetere dicitur, cũ appetibile ſequatur; verùm etiã ille appetit, qui fugit noxium. addit; Sed autem vi. Albertus trahit ad plantas. vt ſenſus ſit, quòd tales locum mutant, niſi vi, vt cum tranſplantetur lignum. At aliorum omnium ſententia tenet de animali. & verior eſt; vt, cum inuitum trahatur animal, puta, ad macellum; tunc à proprio, & ſibi naturali non mouetur impetu. Amplius. Ponit in hac ſecundam, ſiue tertiam rationem; vt ſit deductio talis ſecundùm Auerroem, & Philoponum; Si nutritiua tale eſſet principium; tunc plantę loco mouerentur: ergo haberent imaginationem, & deſiderium: ergo haberent organicum membrum, per quod commodè motus ille fieri poſſet: at hoc, ſupple, non datur plantis à natura; ergo, &c. ſcilicet, neque ſecundùm totum, neque ſecundùm partes poſſunt plantæ moueri. At diceret aliquis; In plantis reperitur motiua virtus; non autem mouet; quia organa ad hoc commoda non habent: & ſic ratio ab organo nulla erit. Dicendum cum Simplicio, Philopono, quòd natura non egiſſet fruſtra in toto aliquo genere, quod eſſet, ſi in plantis principium motiuum poſuiſſet; nuuquam tamen in opus exiturum. non habent itaque ad motum in loco organa, vt pedes: quinimo oppoſitam partem, & capiti ſimilem humi defixam tenent. non dedit autem natura plantis motum talem; cum inter viua imperfectiſsima ſint; & eſcam proximam habeant; neque egeant, vt remotè illam quærerent; ut quæ perfectiora ſunt animalia, ſcilicet, faciunt. Notauit artem Philoſophi Simplicius, quomodo per remotionem ab iſtis in determinatam veritatem de virtute motiua deſcendat, cum dixerit in plantis non eſſe; quia non ptænoſcunt, nec appetunt. innuens per hoc, duo hæc requiri, vt motus in loco fiat.

Similiter autem neque ſenſitiuum. Intentio eſt eandem concluſionem verificare in animalibus negatiuè, vt fecit in plantis. Tex. tres continet particulas; in prima ponit concluſionem; in ſecunda cauſam; in tertia confirmat ratione diſcurſiua: prima nota, à ſimili de nutritiua, ſ. neque ſenſitiuum. in ſecunda ponit cauſam quę ſic deduci poteſt; nam hic quæritur cauſa motus proxima, & eſſentialis; & quæ per ſe cauſa ſit. & hoc notauit Auerroes in fine commen. cum dixerit hic non fieri locum concomitantiæ in iſtis deſtruendis; quia poſſet eſſe dubium; cum dicere poſſet aliquis; Tenet in animalibus perfectis; Eſt ſenſitiuum: ergo concomitatur eſſe etiã ſecũdùm locum motiuum. At non T. c. 45.

tenet de cauſa per ſe, & eſſentiali, quæ quæritur.
cum itaque cauſa talis ſit per ſe, erit etiam de
omni: ergo, ſi ſenſitiuum eſſet tale; omnia
mouerentur loco animalia: quod eſt falſum; cū
dicat; Multa animalia ſunt, quæ ſenſum habent; &
tamen uſque in finem ſunt immobilia. Simpli-
cius digrediens ponit cauſam: & eſt motus eius,
qui fit cum appetitione; quandoquidem anima-
lia iſta præteriti memoriam non tenent; ſed,
quod pręſens eſt, ſolùm cognoſcere ualent: at, ſi
imaginationem potentem cum ſenſu ſubiecto eā
dem perfectiora animalia teneant; mouentur lo
co memoria præteriti, ut ſunt, quæ aſſueſcere poſ-
ſunt, ut canes, equi, urſi: alia uerò non talia, ſed
determinatam habent memoriam, vt apes. at, cū
ſenſu hebetiori facto, hebes quoque & imagina-
tio fiat; & contra; tunc erunt animalia, quæ dun
taxat in id, quòd appetendum, extenduntur, qua-
les oſtreæ ſunt. quæ etiam, cum hiauerint, ma-
nifeſtant hebetem quandam imaginationem ob
nutritionem duntaxat: non mouentur tamen lo-
co. non itaque, quatenus ſentientia ſunt, progre
diuntur animalia; nam & ipſæ oſtreę progredi
poſſent. Si igitur. In hac tertia arguit ad ho-
minem. Poſſet quiſpiam dicere; Animalia iſta,
quæ imperfectiſsima ſunt, loco moueri poſſent;
ſed non habent inſtrumenta, quibus motum e-
xerceant. modò arguit, aſſumens fundamentum
à diuina natura, quæ non deficit in neceſſariis;
neque abundat in ſuperfluis. ſupponit deinde,
quòd animalia iſta perfecta ſint in propria ſpe-
cie; quia non monſtroſa ſunt; neque imperfe-
cta; vt ſit modo ratio talis; In animalibus perfe-
ctis, ſiue non orbatis non deficit natura: ſed ani-
malia iſta ſunt huiuſmodi: ergo dediſſet illis in-
ſtrumenta ad motum neceſſaria; ſi in illis mo-
tiua uirtus extitiſſet. maior nota eſt: niſi profa-
nus aliquis naturam accuſare uellet. minor decla-
ratur per ſignum à Philoſopho: quia generati-
ua ſunt; & augmentum habent, & decremen-
tum: in diminutis contingere quidem poteſt na
turę diminutio; diminuuntur enim, ut ait Simpli
cius, non totę formæ, quæ, quod ſecundùm na-
turam eſt, requirunt: neque in ipſis totis, quod
præter naturam eſt, ſtare poteſt; ſed diminuuntur
aliqua ex atomis, quę ſub formis ſunt: quare
corruptibilia ſunt; cum à principio non ſint, quod
uerè eſt. & inquit Albertus. Si monſtra peccant
in principalibus membris, citò moriuntur: &,
ſi peccatum fuerit in non principalibus; non ge-
nerant monſtro ſimile, ſed ſpeciei, vt frequen-
ter. cum itaque talia generent, orbata non ſunt:
cum uerò recipiant augmentū; imperfecta non
manent; ut pueri imperfecti dicuntur, cum den
tes per ætatem non habeant; habebunt tamen;
& tunc, reſpectu huius, perfecti eſſe dicentur. at
oſtreę, quamuis debitum recipiant augmentum
nunquam tamen uiſę ſunt huiuſmodi habere or-
gana; non itaque ſunt imperfecta. &, quia ſimi-
le generant; non ſunt monſtra. Perſuadet Phi-
loponus, quòd ſenſus non ſit motiua virtus; quia
non operantes ſecundùm ſenſum, ut clauſis ocu-
lis, ſiue non audientes mouemur; quinimò me-
liùs in quiete ſentimus. At dubium eſt; cum di
ctum ſit in totis formis non poſſe, quod præter na
turam eſt, reperiri, de talpa, quæ à tota ſpecie lu-
minibus priuata, progreditur. Cui facit ſatis Sim-
plicius, inquiens; Imperfectum bifariam dici-
tur; & reſpectu propriæ ſpeciei, ſiue formæ, ut
cœcum eſſe, reſpectu naturæ humanæ, quæ ocu-
lis utitur: altero modo reſpectu proximi gene-
ris, vt defectus in aliqua ſpecie illius, quod pro-
ximum genus habere aptum eſt. dicendum ita-
que talpam imperfectam eſſe ſecundo modo, non
primo; quia, ut talpa perfectiſsima eſt, etiamſi ca
reat luminibus; ſic & oſtrea perfecta dicitur: &
quamuis generare non uideatur; generat tamen,
vt Simplicius notat. quomodo & plantæ per ab-
ſciſſum ab ipſis ramum: ſic & oſtrea quendam ſu-
pra terram ſpargens à ſe humorem, perfectam red
dit terram recipientem. Concludit modò Phi-
loſophus per maiorē poſitam, quòd talia anima-
lia haberent partes organicas ad progreſsionem.
Rectè & Gal. poſuit utilitatem particularum; quā
doquidem pro uniuſcuiuſque virtutis opere ſua
data ſint organa conuenientia.

At verò neque ratiocinatiua. Intentio in præ T.c.46.
ſenti tex. eſt remouere uirtutem motiuam ab in
tellectu. At dubitaret aliquis, quare non memi
nit de phantaſia, utrum moueat. Satis facit Phi-
loponus. Quia phantaſia nihil proprium tenet;
ſed quicquid habet, id à ſenſu mutuat. quinimò
dicimus phantaſiam non mouere; nam pręcipuè
moueret tempore ſomni, cum phantaſiamur. In
tex. duæ ſunt exponendæ particulę: in altera po-
nit propoſitionem negatiuam; in reliqua pro-
bat. prima nota ſatis. At in hac particula reperi-
tur, At uero neque ratiocinatiua; in codicibus
latinis. & apud Auerroem. Neque cogitatiua.
Auerroes non de cogitatiua voluit intelligi; ſed
per hanc intellectus ſpeculatiuus; & per intelle-
ctum, intellectus operarius, ſiue actiuus. quam
expoſitionem, ſecutus eſt Albertus, etſi tex. ha-
beret, ut Sanctus Thomas; & credo propter Auer
rois reuerentiam. At melius Sanctus Thomas
apud quem tametſi duę illæ legerentur particulæ;
intellexit tamen de intellectu, ut ſpeculatiuo:
& applicuit particulam illā, ratiocinatiua; quia
diſcurrit à notis ad ignota. in tex. græco hoc non
reperitur, inquit Sueſſanus, ſed iſtæ; At verò ne-
que noeticus, &cæ. Non reperi tamen hoc in co-
dicibus, quos expoſuere Simplicius, & Themi-
ſtius: non enim dicit νοητικὸν, ſed legitur, λογισμὸν,
quòd uidetur poſſe ſtare cum tex. Latinorum,
ratiocinatiua: & ſic rectè expoſuit Sanctus Tho
mas cum iſtis Græcis. Notat Themi. duplicem in
tellectum eſſe, ſpeculatiuum ſcilicet; cuius obie-
ctum formaliter acceptum ſpeculabile dicitur; &
actiuum, cuius obiectum ſic acceptum in actionē
vertitur. at obiectum illud ſpeculatur, non ut ab
eo ſequitur actio; ſed in ſpeculatione illa uniuer-
ſali tenet; modò probat, ꝙ intellectus neq;, vt ſim
pliciter, ſpeculatiuus; neq;, ut ſecundū qd, talis eſ
ſe pōt totalis motus in loco cauſa. & ſic particula

hæc

hæc ſecunda duas iſtas declarandas continet. in-
quit, ſpeculatiuus nihil intelligit agēdū. & poteſt
eſſe minor. cui maior erit, ſemper motus eſt fu-
gientis aliquid, vel proſequentis: non itaque in-
tellectus ſpeculatiuus mouet. Ar diceret aliquis;
Poteſt & ab hiſtoria cõfirmari; quia ſpeculantes,
& maximè à ſpeculatione detēti; à propria uia ab
errarunt: atque nonnulli in præcipitia clara ſe di
uerterunt, ut legitur de Thalete, quem & Philop.
tangit, qui fortiter ſpeculans in puteum præcipita
uit. nam contemplans, vt tale, omnino non mo-
uet; ſed circa uerum, uel falſum uerſatur conti-
nuè; nõ autem circa ea, quæ in actione ſunt; in qui
bus ſemper fugiendum aliquid, vel proſequendū
reperitur. Sed neque. In hac ſecunda probat, ꝙ ne
que, etiam ſi intellectus contemplabitur aliquid
proſequendum, ſiue fugiendum, quod actiuum
eſt; cognitum tamen per modum ſpeculationis;
talis erit motus cauſa. & exemplo manifeſtat: nā
contingit multoties nos timorem intelligere, aut
delectationem; non ob id tamen nos moueri;
ſed cor mouetur, uel pars alia; non tamen ab intel
lectu; ſed potiùs, ut Auerr. exponit; ab illo horri-
bili, uel delectabili. At, quia viderat Auer. quòd, ſi
cor mouetur ab obiecto timoroſo; nõ mouebitur
vt extra animā eſt; ſed, ut cognito; quare dici poſ
ſet ab intellectu: ideo dicit, quòd ſcriptura iſta
erat fortè diminuta: & ſupplere debemus, quòd
cor mouetur; quia alia corporis particula, à qua
cor mouetur. at tunc redibit inſtantia de prima
illa particula. dicendum itaque Philoſophum ad-
duxiſſe exemplum de corde, vt oſtenderet, quòd
abſque quo intellectus præcipetet timorem, cor
mouetur. vt facto terræ motu, vel imani aliqua vi-
ſa beſtia, exanimatur homo, & cor mouetur, ſi-
cut in delectatione aliqua alia pars. attamen per
intellectum in uniuerſali intelligentem terræmo
tum, & huiuſcemodi, non præcipitur motus fugæ
& manifeſtat Them. inquiens; Quamuis moueа-
tur cor, uel aliqua alia pars; quieſcit tamen totum
animal. quòd, ſi intellectus intelligens, princeps
eſſet huius motus; vtique facta intellectione mo-
ueretur animal. At dubitaret aliquis, cum Ariſto.
determinet in fine huius, quòd intellectus con-
currit ad motum; nunc neget ipſum mouere. Re
ſpondet Simpl. quòd negat intellectum eſſe totalē
cauſam; ibi uerò affirmat eſſe concauſam.

T.c.47. Amplius, & præcipiente. Intentio adhuc eſt
confirmare, quòd intellectus practicus non mo-
ueat. In tex. duò facit: primò per vnum; ſecundò
per alterum, hoc idem exemplum manifeſtat. in-
quit in primo, quòd frequenter intellectu iuben-
te aliquid proſequi, & ab alio auerti, vt recta di-
ctat ratio, incontinente rationem habente, nihil
proficit; quandoquidem ſuam rationi oppoſitam
proſequitur concupiſcentiam. Et omnino uide-
mus. Exemplo ſumpto à Medico confirmat idē:
nam, ſi haberet artem; eſſet principium totale
mouens, & non aliud; ſequeretur, quòd Medicus
ſanaret ſeipſum ęgrum: quod non admittitur. ſe-
queretur & alterum, quòd non ageret aliquis, niſi
rem illam, quam nouit, vt inquit Auerro. Ex qui-
bus elicitur, quòd alterius, quàm ſcientiæ, pro-
prium magis ſit agere. Themiſtius exemplum hoc
non de Medico in ſe, ſed de Medico in alium, ex-
ponit. ut ſit ſenſus, quòd haber aliquis artem me-
dicinæ; & tamen non curat mederi; ſicut habens
artem equitandi, non curat equitare. Adducit etiā
rationem ad idem Them. nam plerunque moue-
tur homo ad præterita, imaginatione: ut, cum
imaginatur præteritas voluptates; ad pręterita ta
men non mouetur loco: ergo cognitio non eſt ſuf
ficiens cauſa motus. Aduertendum tamen, quòd
exemplum hoc poteſt potiùs cogitatiuæ diſcurrē
ti, quàm intellectui accommodari; cum ſit cum de
terminatione temporis præteritum.

At vero neque appetitus. In hoc intentio eſt T.c.48
declarare, quòd principiū talis motus eſſe non po
teſt appetitus. In tex. duo dicit: alterum eſt deter
minare partem negatiuam in diſputatione; & de-
erat oſtendere, quòd neque appetitus eſt talis:
alterum, affirmatiuam aggredi, oſtendere, ſci-
licet, quænam ſint, quæ poſsint tale dici princi-
pium. &, cum non ſit vegetatiua, neque ſenſiti-
ua; uidebatur deduci ad has duas virtutes, appe-
titiuam ſcilicet, & intellectiuam. At in his non
parua etiam reperitur difficultas; quia, ut in-
quit Auerroes, non uidetur eſſe cognitio; cum ple
runque à deſiderio moueamur, cognitionem, ſi-
ue rationem dimittentes: non eſt deſiderium;
quia non rarò concupiſcimus. quæ tamen, ra-
tioni obedientes, non ſequimur. inquit itaque,
quòd appetitus non poteſt eſſe dominus, ut con-
tingit in viris continentibus. qui cum carnalia
appetant; ipſa tamen non ſequuntur, ut legitur
apud Alexandrū de fato, quòd phyſionomus ple
raque de Socrate turpia dixit; & multùm ab eius
electione remota. qui cum derideretur à circun-
ſtantibus, Socr. tamen tacente; reſpondit po-
ſtea, laudans phyſiononum, qui ei vera prædi-
xerat; quæ ex natura tradita fuerant, at ſe phi-
loſophiæ exercitatione illis omnibus domina-
tum fuiſſe. Videntur autem. Introducit ſecun-
dam hanc Auerro. cum dixerit, ſcilicet, quę non
ſunt; modò declarat, quæ ſint huius motus ini-
tium: & inquit duo hæc eſſe: & diſiunctiuè pro-
tulit, aut appetitus, aut intellectus. hoc autem
dictum eſt; quia duo hęc mouent; ſed non ſimul
frequenter, vt in temperatis hominibus, & reli-
gioſis: in quibus appetitus nullo modo diſtrahi-
tur; neque ab intellectu diſcedit; ſed illud appe
tit duntaxat, quod honeſtum eſt. at plerunque
uel intellectus mouet, uel appetitus. & quamuis
appetitu mouente concurrat etiam intellectus;
concurrit tamen vi, & deceptus, ſiue tractus ab
appetitu: ſicut contra contingit, ſi, ſcilicet, in-
tellectus ſit principale mouens, ut in tempe-
ratis hominibus. in quibus tametſi appetitus
ad concupiſcentias trahere uideatur; dirigi-
tur tamen etiam inuitus ab intellectu. addit
deinde; Si quis phantaſiam. Auerroes in-
quit duo eſſe agentia motum; intellectum, ſcili-
cet, & phantaſiam: in pluribus enim motibus mo
uentur ab imaginatione, ſicut animalia irratio-

nalia mouentur abſque vlla cognitione; ſiquidem cogitationem non habent; ſed eius loco agunt imaginationem. tria itaque ad motum concurrunt, mens, phantaſia, & appetitus, ut Philop. ac meliùs cum Simpl. dicamus, per mentem, ſiue intellectum, utcunque ſimul intellexiſſe, ſcilicet, cũ eo etiam phantaſiam. & erit commune uocabulum ly, intellectus omnibus uiribus illis, quæ ex ſeipſis excitantur ad opera: & non ſemper egent mouentibus earum ſenſoria, vt ſenſus ſenſibilibus. aſſumpta hic itaque eſt phantaſia, vt cum Simplicio dicamus, vt actus quidam ſolum cognoſcitiuus; non autem, ut imaginatio illa eſt, quæ appetitum ſequitur irrationalem; ſed, ut ſimul ordinata cum intellectione, quæ ab appetitu diſtinguitur: Concludit Philoſophus, quòd vtraque ſecundùm locum motiua ſunt, intellectus, ſcilicet, & appetitus: non enim ſine intellectu uoluntas cauſa eſſe poteſt; nec ſine appetitu phantaſia; nõ ſolum, vt cognoſcente; ſed etiam, vt deponente ſimul cum appetitu; ita vt fermè appetitui concedatur pręcipua mouendi ratio: etenim, quod fugibile eſt, aut proſequendũ mouet; hoc autẽ appetibile eſt: quare ab appetibili motus & ipſe mouet.

T.c. 49. Intellectus autem. Intentio, vt elicitur ex dictis Them. & Simp. eſt declarare intellectum illũ, qui eſt cauſa motus; quia non quilibet intellectus eſt talis; ſed, q actiuus eſt. In tex. ſunt quatuor. particulæ declarandæ: in prima ponit duas propoſitiones; in ſecunda, cauſam ſecundæ; in tertia, cõcludit ex dictis; in quarta, quod concluſum eſt, declarat. inquit in prima, quòd intellectus, qui propter aliquid eſt, & actiuus, diſtinguitur à ſpeculatiuo, ſine. Auer. declarat, Finis ſpeculatiui ſcire eſt; actiui uerò operari. meliùs cum Them. nam finis ſpeculatiui eſt actus, ſiue perfectio ipſa; practici verò aliquid vltra actum. clariùs tamen cũ Simpl. dicendum; quia, ſcilicet, finis ſpeculatiui eſt, verũ; actiui verò, bonum. Addit Ariſto. quòd practicus eſt propter aliquid. non tamen ob id credendum ſpeculatiuum non eſſe propter aliquid. intereſt tamen: quia, propter quem eſt actiuus, ille finis extra eſt; at propter quem ſpeculatiuus, intra eſt. ea de cauſa dicuntur ſapientes à vulgaribus ociari, cum extra non uideant, quid illi contemplentur: omnia enim faciunt, vt ſciant, quod eſt uera animi rectitudo. cum itaque in ſpeculatiuo lateat; nec ſit ad propoſitum in præſentia; ea de cauſa poſuit Philoſophus ly, propter aliquid, in intellectu actiuo. Elicitur ex hoc tex. vt notat Philoponus, quòd ſermo non eſt de intellectu deforis adnentante ſpeculatiuo; cum eundem ſubiecto ponat cum practico, ratione tamen differentem. ponit ſecundam propoſitionem, cum dicat; Et appetitus eſt propter aliquid. Et hoc habet Auer. quod deſiderium non eſt principium mouens; quia propter aliquid eſt, quod eſt deſideratum, ſiue appetibile. appetibile itaque eſt, quod actiuum intellectum pariter & deſiderium mouet: à deſiderio verò ſic moto, mouetur homo ad operationem, ſiue executionem rei illius: propter aliquid itaque eſt intellectus, & appetitus: non q finis intelligatur ille, qui in ratiocinio repetitur; ſed ille, qui poſt ratiocinium, motu acquiritur, ut Simpl. inquit. Ponit in ſecunda particula cauſam Philoſophus, dicens; Cuius enim appetitus. cauſa, quare propter aliquid ſit appetitus; quia ab eodem primo mouetur, à quo intellectus actiuus; ita ut appetibile illud ſit principium intellectus actiui; à quo, ſcilicet, actiuus intellectus incipit ratiocinari, ut rectè inquit Them. erit tamen in opere vltimum: quare in his duo apparent motus; alter intentionalis, & qui reſolutiuus dici poteſt; alter uerò realis, qui compoſitiuus poterit appellari; vt, ſi quiſpiam appetat domum aliquam ædificare, principium mouens factiuum hunc intellectum ad diſcurrendum eſt ædificanda domus; à qua & appetitus mouetur: tunc, ut hanc componat, incipiet diſcurrere, quòd parietes tali debent conſtrui ordine, ſic contignationes, & reliqua; ultimò, ut hęc fiant, oportet & ligna, tegulas, & lapides apparare. hic nouiſſimus eſt terminus ĩtellectus, & huius motus, quippè qui alterius erit initium. artifex primò incipiet lapides, & ligna præparare; & poſtremò in domum ipſam factam terminabit. rectè itaque dixit Philoſophus, quòd ultimum practici intellectus, eſt in opere principium. Quare rationaliter. Concludit Philoſophus in hac tertia inquiens, quòd duo hæc videntur eſſe mouentia. rationabiliter itaque, vt inquit Them. in duobus iſtis, intellectu, ſcilicet, & appetitu, quærendum eſt principium motus in loco in animalibus. Appetibile. In hac quarta aſsignat cauſam, cum dicat duo illa moueri ab appetibili, hoc eſt, ad diſcurrendum, qua via appetibile illud acquiri poteſt. mouet autem diſcurſum intellectus, non ut talis, ſed vt deſiderans; mouet & deſiderium; at non ut tale, ſed ut cognoſcens: quare ex vtriſque vna fit conſpiratio, vnus conſenſus; quia vnum illud eſt appetibile, in quod tendunt concordes. & ſic dixit Auerro. quòd conſenſus mouet ad operationem. Sic concludit philoſophus, quòd intelligentia mouet; quia principium huius eſt appetibile. Notat poſtremò Auer. quòd illud, quod dixit Philoſophus de intellectu operatiuo, intelligẽdum eſt de imaginatione: irrationalia nanque ab imaginatione mouentur.

Et phantaſia. Intentio eſt reducere ad vnum mouentem, quæ duo eſſe uidentur talia, intellectus, ſcilicet, & appetitus, Auer. delarat modum huius motus in animali; quippè qui, cũ vnus ſit, debet quientiam vnũ principium habere, à quo dependet. uidetur tale appetibile eſſe: nam imaginatio apprehendit primò deſideratã rem abſq; appetitu; & cũ tale cognouerit, deſiderabit illud: & tũc nõ impeditus ab oppoſito deſiderio, mouebit animal in loco ad illud deſideratum. In tex. duæ ſunt particulę præcipuæ declarandæ: in altera format conſequentiã; in reliqua illã probat hypotheticè inquit in prima q phãtaſia nõ mouet ſine appetitu: igitur primũ mouens erit appetibile: nõ. n. dicitur moueri aliquis, quia cognoſcat; ſed, quia appetit cognitũ; ideo à cognito, ut appetibili, moretur; & ut appetibile, appetitum mouet. pręcedit ſa T.c. 50.

nè

nè,ut ait Simpl.appetitus intellectũ, ſiue phanta-
ſiam. ſequitur itaque concluſio; Primum itaque
mouens appetibile eſt. Si enim duo. In hac ſecũ-
da probat,& dupliciter; primò hypotheticè; ſecũ-
dò ratione ſumpta ab ipſomet appetitu. inquit
primò. Si duo ponantur mouentia,neutrum ſeor-
ſum poſſet eſſe totale mouens; quia ſuperflueret
alterum: ideo ſecundũ partẽ vnam,moueret alte-
rum; & ſecundùm alteram,reliquum: ergo neceſſe
erit unum totale reperiri mouens, quod primò
& per ſe moueat. Si igitur intellectus,& appetitus
eſſent duo mouentia diſtincta; tunc motus anima
lis non proueniret ab ois, niſi accidentaliter, ut
inquit Auerr.ceu habere tres,ſi de ſcaleno,uel iſo
chele,probaretur; nõ primò ſcilicet, probaretur.
erit igitur accipere unum commune iſtis; quod
eſſet mouens primum. At hoc non datur; quia in-
tellectus non uidetur mouens ſine appetitu; quia
intellectus appetens mouet; non autem cogno-
ſcens, ut ſpeculatiuus. confirmatur; quia non fit
cauſa motus,niſi quæ ſecundùm ſe ipſam cauſa fu
gæ ſit, aut proſecutionis; quia per hoc mouet:
hoc autem præcipuè ab appetitu fit. Voluntas.n.
In hac idem probat, ratione ſumpta ab appetitu:
nam uoluntas eſt appetitus rationis, ſiue intelle-
ctus; cum ſecundùm rationẽ moueatur; appetitus
autem mouet præter rationẽ. In hoc ſtatuis ratio
nis: nam plerunque dictat ratio ſic agendum eſſe;
quia ſic rectè agetur: diuertet tamen appetitus, ut
in incontinente contingit; neque rationi paret;
& ſecundùm ipſum ſequitur motus, & non ſecun-
dũ intellectum dictantem: ergo primò mouẽs ap
petitus eſt, hoc: cui motus origo maximè debe-
tur; quia cooperante intellectu cognoſcente, ſi-
mul mouet; cum,vt dictũ eſt,ſeorſum nullus iſto-
rum mouet acceptus. Oſtendit deinde differen-
tiam Auer.inter voluntatem,& appetitum: volun
tas cum ratione eſt; ſecus autem appetitus. No-
tat & aliam differentiam doctiſsimam Alb. quia
irrationalia ducuntur ab appetitu, ratione alicu-
ius appetibilis: neque facultatem habent vllam,
qua poſsint auerti. at voluntas eſt, qua homo libe-
rè agit; neque poteſt ab aliquo cogi: nam tripli-
citer conſtringitur aliquid; vel per vim extrinſe-
cùs illatam,non tamen afficitur voluntas,cum in-
uitus operetur ille, quæ vi,& aſtrictus operatur, &
agit: ſecundo modo, cum virtus eſt addita mate-
riæ,vt appetitus in brutis; ea de cauſa bruta ducũ
tur: homo liber eſt; quia voluntas virtus organi-
ca non eſt: cogitur & tertiò, cum per rationem cõ
cluditur aliquid; de quo concluſo adhuc volun-
tas libera eſt ad eligendum: volũtas enim ſui cau
ſa eſt; & cogi non poteſt.

T.c.51. Intellectus quidẽ omnis. S. Thom. introducẽs
inquit intentionem eſſe declarare vnum quoddã
accidens: & eſt, quare,ſcilicet, interdũ rectè agi
mus; interdum autem non. quæ non mihi ſatiſ-
facit; quia in hoc non intendit Philoſophus aſsi-
gnare rationem actionum noſtrarum, ſed decla-
rare, quodnam ſit principium mouens in loco.
Sueſſa. quamuis laudet introductionem S.Thom.
in medio tamen com.ponit,vt intelligit ipſe, in-
troductionem. ſecundũ Philop.& Them. ꝙ; ſcili-
cet Ariſto. aſsignet differentiam inter intellectũ,
& appetitum, atque imaginationem in mouendo
At philoſophus ille, vt opinor, non accepit Græ-
corum mentem; quam accepit Auer.& clara eſt,
quòd, ſcilicet, per hanc rationem probare velit
Philoſophus, appetitum eſſe principalem mouẽ-
di cauſam; nõ intellectũ; quia ille ſemper rectus;
quare nõ moueret, niſi rectè; nõ itaq; moueret ſem
per: at appetitus & rectè,& non rectè mouet; ſem-
per itaque mouet: at tale debet attribui princi-
piũ motui; ergo,&cę. Et hæc eſt intentio principa
lis, ad quam per modum corollarii ſequitur uerũ
eſſe, ꝙ poſuit S.Thom. quia declaratur accidens il
lud. Sequitur & quod dixit Sueſſ. declarans eſſe dif T.c.52.
ferentiam illam,&c. In tex. tres ſunt particulæ de-
clarandę: in prima duas ponit propoſitiones; quę
ſimul acceptę vim tenent unius aſſumpti: in ſecun
da concludit: in tertia concluſum illud declarat.
inquit in prima, ꝙ intellectus quidẽ omnis rectus
eſt: appetitus autem, & phantaſia, quandoque re-
cta, aliquando verò non recta: intellectus dicitur
ſemper rectus (ſermo eſt de actiuo) quando non
eſt cum phantaſia unitus: quia ſic manet ſecundũ
vniuerſales habitus ſemper rectus: in his enim
nullus eſt error, ſcilicet, non eſſe occidendum, nõ
męchandum, iuſtitiam colendam eſſe, Deum ue-
nerandum, parentes honorandos, remp. inſtaurã-
dam,& ſimilia. ſic etiam in factiuis, quòd grauia
deorſum ponantur; leuia ſurſum; ꝙ ordinatæ fiãt
contignationes: at in phantaſia ſtat actiua. minor
particularis; quæ poteſt ſic,& aliter haberi. Cum
autem connectitur intellectus imperfectioribus
vitis; tunc redditur rectus, & curuus. at cum iſtis
motus ſit; quia in illo uniuerſali non fit proſecu-
tio, aut fuga. concludit in ſecunda, vnde ſemper
mouet appetibile. Ex hac concluſione apparet ve
ritas concluſionis dictæ, imò intentionis. intelli-
genda autem phantaſia recta, ſi cum intellectu cõ
cors operabitur: non recta verò, cum ipſa ſine in-
tellectu, uel non ſecundùm intellectum. Sed hoc.
In hac tertia declarat, quale eſſe debet appetibi-
le hoc, quod mouet. & inquit, Bonum, aut appa-
rens bonum. Notat Auer. ꝙ tale bonum, ad quod
mouet iſta, non eſt bonum ſimpliciter, quod eſt
commune omnibus: nam id tale eſt actu lauda-
bile ſemper: tale autem bonum non eſt agibile
per nos; ſed motus eſt ad actuale bonum, circa ꝙ
ſunt actus, & motus noſtri. hoc autem bonum cir
ca particularia uerſatur, quod contingit ſic eſſe,&
aliter ſe habere. non mouet autem, niſi ꝙ ſubin-
duit boni rationem, vt in cõfeſsis habetur à Plat.
paſsim, atque Ariſto. etiam ſi ſecundùm ſe malum
fuerit. Notat Simpli. quòd principium illius pro-
poſitionis, Appetibile autem mouet, poteſt bifa
riam legi: & quòd dicat appetitiuum, & tunc cla
ra erit lectio; quia tale actu per obiectum appeti
bile mouet: poteſt etiam, ut communiter legi-
tur, legi appetibile; & tunc debet intelligi actu;
ita ut ſimul ſit cum actu appetitiuo; quia ſic actu
cognitum,& appetitum mouet; ita quòd appeti-
bile in anima mouet ad id, quod extra eſt: bonum
autem

autem neceſſarium ſpeculatiuum mouet volenté. ſed non actiuum. hic verò agitur de bono, quod etiam irrationalibus commune eſt; quia proptet hoc fit localis motus; quia bonum hoc eſt alicui, & ad aliquod, & aliquando, ut inquit Themi. tale autem, quod quandoque bonum apparet, mouet concupiſcibilem virtutem, atque iraſcibilem, & utranque, quatenus iucundum offertur. hoc autem eſt actuale bonum. i. quod tunc mouet, cum actu offertur tale: & hoc eſt contingens: quia eſſe poteſt, quòd alicui ſit bonum aliquid; quod tamen alteri malum erit: ſic bonum, & malum actiuo, ut inquit Philopon. committitur intellectui; nerum autem, & falſum, ſpeculatiuo.

T.c.52. Quod quidem huiuſmodi. Concludit Philoſophus, quænam illa uirtus ſit, quæ moueat. In tex. duæ ſunt exponendæ particulæ: in altera concludit, ut dictum eſt: in ſecunda reprobat huius occaſione, quę factæ ſunt de anima, ſiue animę uiribus diuiſiones. prima nota; q. ſ. appetitus moueat, manifeſtum eſt: in ſecunda inquit, quod diuidentes animæ partes, ſi ſecundùm potentias diuidant. Notandum, quòd ſi diuidatur anima per partes, vt Plat. erat opinio; tunc diuiſio talis, erit localis diuiſio; quia erant animæ ſubiecto plures: at, ſi diuidatur ſecundùm potentias, erunt eædem ſubiecto; ratione tamen inter ſe different. multæ autem ſunt tales, nutritiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, conſultiuum; adhuc & appetitiuum. Addit deinde Philoſophus, quòd plus differũt ab inuicem, quàm concupiſcibile, atque iraſcibile: nam, ut exponit Simpl. plus differt nutritiuum ab intellectiuo, conſultiuo, & appetitiuo; quàm differat concupiſcibile ab iraſcibili; nam hi inuicẽ communicant in ratione appetitus: nam Philoſophus primo rhet. dixit; Appetitus irrationalis ira, & concupiſcentia eſt. & notat Simpl. quòd per intellectiuum hic, ſpeculatiuum intelligit; quia practicum per conſultiuum pronuntiauit: etiam appetitiuum differt à conſultiuo, vt quod communius eſt; cum ſit rationale, & irrationale. Platonem damnat hic Philopo. tum, quia tres illas animas ſub nullo communi poſuit; tum etiam, quia pleraſque reliquit animæ particulas. Dictum eſt cum Simplic. tres illas particulas Plat. tetigiſſe, quas ad eruditionem opinabatur congruas: & propter hoc tres illas dũtaxat annumerauit: quas etiam Ariſt. in eth.

Dubitatur propter ea, quæ dicta ſunt, vtrum appetitus ſit principium motus in loco, aut intellectus; aut ſimul vterque: quòd non appetitus, probatur; quia nulla virtus fertur in incognitum: at, ſi appetitus ſeorſum ab intellectu moueret; nõ eſſet niſi, quia eſſet in actu per ſpeciem rei appetibilis: ſed hoc eſſe non poteſt; quia non cognoſcit appetitus; ergo, &c. q non intellectus, probo; Motus localis neceſſariò ſupponit fugam, vel proſecutioné: at intellectus intelligés, cũ vniuerſale intelligat, non ponit fugã, ſiue proſecutioné; ergo, &c. Nemo eſt, qui intelligens remp. eſſe inſtaurandã; illam, vt ſic, inſtauraret. quod non vterque; quia non ex æquo; cum intellectus oſtendat obiectum appetitui cognitum ſub ratione boni; & ſic videatur eſſe princeps: tum etiam, quia animal neceſſariò moueretur. deducitur; quia intellectu dictãte, tale obiectũ bonũ eſſe, & nõ eſſe aliquid melius, nec malum impediens, appetitus neceſſariò eliciet actum; & imperabit virtuti in lacertis, vt exequatur, & ſic in homine non dabitur ob hoc libera voluntas. In oppoſitum eſt ſententia Ariſto. 49. tex. cum dicat; Quare rationabiliter hæc duo videntur mouentia, appetitus, & intelligentia practica. In hac difficultate tria faciemus: primò diſtinguemus de appetitu: ſecũdò videbimus, quid dixerit Philoſophus in hac materia: tertiò, quomodo talia dicta veritatem determinent: ſimul atque argumenta ſoluẽtur. pro primo tribus modis dici poteſt appetitus, naturalis, ſenſitiuus, & rationalis. Auer. primo phyſi. commen. vltimo. S. Tho. in prima parte, q. 19. & 59. & 4. contra Gentiles cap. 19. inquit, quòd res naturalis perfecta per formam, habet naturalem inclinationem ad operationem, & ad finem illius formę; qui eſt eius bonum, & conueniens. talis inclinatio in re illa naturali, eſt appetitus naturalis: ſic ex forma intelligibili in intelligente inclinatio fit in proprium finem; & illa dicitur voluntas. idem contingit & in ſenſu actu per ſenſibile: & talis inclinatio appetitus ſenſitiuus dicitur. At poſſet quiſpiam dubitare, vtrum talis inclinatio, ſiue appetitus, diſtinguatur à forma, & quomodo. videtur diſtinctus, cũ Ariſt. 2. ani. 27. enumeret quinque animæ potentias ab inuicem diuerſas: inter quas ponit appetitum. Huic dicẽdum, Si comparatio fiat inter appetitum ſenſitiuum, & intellectum; ſiue inter naturalem, & ſenſum; q diſtinguitur realiter appetitus ab illis. fundamentum huius, quia in miſto rationali reperiuntur formæ diuerſæ, & non vna; quãuis animatio una ſit. vt rectè dixit Philop. in com. 41. Tres animæ ſunt, ſed animatio una: ideo appetitus eſſentię unius diſtinguitur realiter, realitate eſſentiæ ab alia eſſentia: at, ſi reſpectu propriæ capiatur eſſentiæ, ut ſenſitiuus, reſpectu ſenſitiuę tunc ſubiecto non diſtinguitur, ſed ſola ratione; quia eadem eſſentialiter uirtus eſt, quę obiectũ cognoſcit; & quæ ad illud idem habet inclinationé. Notandum tamen, quòd appetitus intellectiuus, ſiue noluntas, eſt duplex; ſicuti etiam bifariam acceptus eſt intellectus à Philoſopho tex. 48. & pro intellectu, & uirtute ratiocinatiua, quam cogitatiuã dixit Auer. quandoquidem illa ſit, quæ particulariter diſcurrat: ſic & ad talem intellectum particularem actu ſua ſequitur particularis uoluntas. in ſecundo uidendum, quid dixerit Philoſophus; & primò tex. 48. dixit; Videntur duo hæc mouentia, aut appetitus, aut intellectus, ſi quis phantaſiã poſuerit, ſicuti intelligentiam quandam. deinde exponẽs, quid per intellectum uoluerit tex. com. 49. dixit; Intellectus, qui propter aliquid ratiocinatur, & qui practicus eſt. Ex quibus dictis, & primò colligitur diſiunctiuè locutum de principio motus; ex ſecundo non ſpeculatiuum voluiſſe, ſed actiuum intellectum, a quo operatio in opus dirigitur. colligitur & tertium, quòd per appetitum in-

telligit

telligit quid commune, & intellectiuę, & phantaſticę uoluntati: etiam per motum, non quoſcunque motus, ſed progreſsiuum; & quo de loco ad locũ mouetur animal: & dicitur animalis motus: ſimiliter, quo animal mouet manum, aut pedem, animalis dicitur motus; at hic ſecundùm partem. cũ autem diſiunctiuè pronunciatum ſit tale principium, dubium eſt, utrum alterum illorum tale poſsit eſſe: ratione diſiunctiuę alterum ſat eſt uerum eſſe. ſed hoc falſum eſt; quia intellectus actiuus eſſe non poteſt, uel incomplexum intelligẽs quia ad tale non mouetur uoluntas ad fugam, aut ad proſecutionem; nec complexum, quia uniuerſale: ex ſolo uniuerſali non mouebitur homo. præterea motus localis, cum vnus ſit, uidetur etiam ab unico tantùm pendere principio: non poſſunt itaque duo illa concurrere. Notandum pro reſolutione dubij, primùm, quòd appetitus eſſe non poteſt alicuius rei, niſi illius præcedat notitia uirtutis, ad quam talis refertur appetitus, vt rectè notauit Simplicius com.43. inquiens; Non eſt poſsibile ſine cognitione appetere. ſecundò notandum, quòd, tametſi duo dixerit Philoſophus mouentia; non tamen, ut duo; ſed, ut unum, eſſe uoluit propter hoc; quia obiectum vtriuſque unum & idem eſt: non enim moueret intellectus, ſi potentia eſſet intelligens; neque appetitus, ſi potentia appetens: quare, ut uirtutes iſtę moueãt; neceſſe eſt, eſſe actu tales, ratione obiecti cogniti, & uoliti. tertiò notandum, quòd, tametſi quacunque appetitiua ſua cognoſcitiua prętantior ſit, ut Simplicius c.43. in mouendo tamen, appetitus principaliori modo concurrit, quàm intellectus, ut uidetur innuere Philoſophus 9.met.50. cum ibi ponat appetitum eſſe principem in motu. & 52. huius concludens dixit; Quòd talis potentia animæ moueat, quæ dicitur appetitus, manifeſtum eſt. At, cum non poſsit eſſe abſque uirtute ſua cognoſcente; dicetur appetitus cognoſcitiuus principium motus. & ſic, quę diſiunctiuè protulit Ariſto. copulatiuè uoluit uerificari. At quiſpiã diceret; Appetibile, ut cognitum, & uolitum, habet rationem finis; quia ſic mouet, ut bonum, ut amatum: ergo per unitaté huius obiecti non habebitur cauſa motus progreſſiui, niſi finalis: at non effectiua, quæ quęritur. Dicendum cum Ariſt. tex.49. quòd principium actionis eſt ultimum, quod ab actiuo intellectu cognoſcitur agẽdum. & ſecundùm conſiderationem iſtã dixit Auerr. 12. met. 36. quòd balneum in anima mouet in genere cauſæ efficientis; ut extra uerò, finalis: nam balneum extra, ut primò cognitũ ſub ratione boni; pariter & uolitum tunc mouet, ut appetibile, atque in ratione finis, ſub eſſe tamen diminuto, ac potentiali, quo ad poſſeſsionẽ, & uſum eius: at cum diſcurrens intellectus paſsiuus, ſiue cogitatiua modum adeundi nouiſsima ſui cõſideratione, & ſimul appetat agendum, tunc imperat inferiori uirtuti; quæ in lacertis reperitur, ut inſtrumentariæ, quòd moueat: appetitus autem cum intellectu, ſic præcipiens, principalis eſt cauſa motus; ita ut hæc duo, intellectus, & appetitus primò ab appetibili, ut fine, mota, & eius ratione ex duobus vnum effecta in ratione agentis, deinde pręcipiẽtia mouẽt. & ſic concluſit Ariſt. tex.com.49. & propter hoc intelligentia mouet; quia principium huius eſt appetibile; nanque appetitus eſt, ob quẽ fuga ſequitur, uel proſecutio: ea de cauſa in motu dicitur principalis cauſa motus; & nõ intellectus. His viſis, reſtat, vt ſoluantur argumenta: & ad primum dicendum, quòd appetitus ſeorſum acceptus, non mouet; ſed, ut cognoſcitiuus mouet: eſt tamẽ principale in motu principium, vt dictum eſt. virtus cognoſcitiua dictans concurrit, ut cauſa minus principalis, ſiue dicta, ſine qua non. ad ſecundum reſponſio patet. ad tertium dico duo illa concurrere ad motum; non tamen, ut duo; ſed, ut in unum appetibile diriguntur, ut dictum eſt: ergo neceſſariò animal mouebitur. Negatur conſequentia. Ad argumentum dico, quòd poſitis illis cauſis ſic naturaliter agentibus, ſequitur actus ille de neceſsitate: nam appetitus primo ſui actu nõ poteſt non appetere bonum cognitum: ergo voluntas noſtra libera non erit. Negatur conſequentia. & pro hoc notandum, quòd voluntas poteſt capi duobus modis; altero modo, ùt comparatur obiecto, ut cognito ſub ratione boni; & eſt ei primus actus: altero modo, ut ſimul cum intellectu diſcurrẽte per media, quæ ad finẽ illũ conducunt, ratione à fine ſumpta, qui in actiuis principium eſt; eligit magis hoc, quàm illud medium; & eſt actus ſecundus in quo ſtat eius libertas, ut poſsit uelle hoc, & non illud. modò ad argumentum, concedo, quòd primo ſui actu non poteſt uoluntas non uelle bonum cognitum; cum non appareat ibi malum, neq; maius bonum; quia actio illa pendet ab obiecto naturaliter agente in voluntatem; ita vt poſitis talibus cauſis, & nõ impeditis ſequatur actio neceſſariò; ideo dicitur, quòd primi motus non ſunt in poteſtate noſtra. at in ſecundo actu conſiſtit uoluntatis libertas ad uelle, & nolle: quinimo uolens, A, poteſt etiã non uelle, A, non tamen ſimul, & ſemel: neque vt eſt ſub hoc actu ratione huius. poteſt etiã non velle, A. & ratio rectè adducitur à Scoto primo ſen. diſtin. 39. quia voluntas vult cõtingenter A: falſa tamen eſt in ſenſu compoſitionis: quia ſenſus eſſet, quòd voluntas uolens A, nõ uult A: at in ſenſu diuiſionis vera eſt, vt, ſcilicet, illi voluntati, cui ineſt velle pro A, poſsit ineſſe non velle pro A: at non pro actu illo, & ſimul.

Quoniam autem appetitus. Introducunt Latini; Cum Philoſophus dixerit retro, quòd appetitus non eſt præcipua cauſa motus; & modò determinaſſe videtur oppoſitum, quòd ſcilicet, appetitus ſit prima cauſa; videtur in hoc ſoluere; cum in nobis ponat appetitus oppoſitos: & qui vincitur, non videtur mouere: at, qui vincit, mouet. non diuerſus ab hac Simpl. & ipſe, inquit; Cum Philoſophus retro dixerit de temperato viro, ac de intemperato; modò oſtendit diuerſitatem, quæ contingit ratione appetituum oppoſitorum. In tex. duę ſunt propoſitiones exponendę; in altera colligitur, ut notat Philop. Syllogiſmus: in reliqua declarat, quæ in illis appetitibus oppoſitio eſſe dicatur. Syllogiſmus talis erit; In quo eſt T.c.53.

temporis

temporis ſenſus; in eo ſunt motus contrarij, ratio ſcilicet, & cócupiſcentia: ſed in homine(& eſt minor, quæ in textu non ponitur) eſt ſenſatio temporis: ergo & in eo ſunt hi appetitus contrarij, Simp. inquit, quòd primò ponit coniunctionem illam, ἐπὶ. &, priuſquam reddat, quod exigit coniunctio illa, interponit, in quibus reperiantur hi contrarij appetitus. Dubitatur circa particulam tex. quia concupiſcentia, & ira uidētur etiam appetitus cótrarij; & non ratio, & concupiſcētia. præterea non ſolus homo videtur cognolcere tempus; ſed etiā irrationalia; ſiquidem formica colligat propter tempus hybernum; & grues tempeſtatem fugiant Ad primum cum Auerr. dicere poſſemus, quòd intelligi poteſt cōtrarietas iſta in appetitibus illis ſentitiuis; at manifeſtiori modo in ratione, & concupiſcentia in homine. At dictum Auer. non ſtat cum Ariſt. qui in tex. declarauit, qui ſint tales contrarij appetitus: & dixit, ratio, & concupiſcentia. quare dicendum, & meliùs cum Philop. quòd intelligenda eſt cōtrarietas in illis, ubi ſit cognitio temporis; quia temperatus, v.gr. mouetur concupiſcentia ad aliquam rem delectabilem præſentē, vt ardens ad potum frigidæ: conſiderans tamen futurum, ſcilicet, quòd futuro tempore nocebit; ratione ab illo auertitur delectabili; ſic in homine ſit inter oppoſitos iſtos apptitus, pugna. At de iſtis appetitib. nō dicitur vniuocè appetitus, veluti genus de ęquis ſpeciebus, ſed analogicè. Ex quibus Simplicij uerbis elicitur, quòd & anima de animis analogicè dicitur; cum ſingulus appetitus à propria ſua uirtute cognoſcitiua re non diſtinguatur. Ad ſecundum dicendum cum Them. Simpl. & Philop. in ſecunda ſolutione, quæ eſt ad propoſitum magis, quòd irrationabilia non cognoſcūt tempus; ſed cognoſcunt ea, quæ ſibi facta ſunt in tempore. ut, ſi heri, uel nudius tertius fuerit canis in aliquo loco percuſſus baculo, timēs adhuc percuti, ad eundem non redibit; non enim numerat dies, horas, & ſimilia tempora; quia proprium eſt rationalis animæ numerare, ut ait Philop. ſed recordatur percuſsionis factæ in illo tempore abſque conſideratione temporis illius; timet quinetiam percuſsionem futuram; non quia cognoſcat futurum, ſed, quia percuſsionis recordatus eſt. & formica colligit grana, naturali potiùs, quàm diſcurſiua, & animali prouidētia. Intellectus. In hac particula declarat, inquiens; Iubet propter futurum retrahere; quia æger. v.gr. cognoſcens in futurum malè ſe habere, niſi caueat ab obiecto aliquo præſente delectabili; retrahitur: at concupiſcentia, quę irrationalia ſunt, non retrahūtur; ſed, quod delectabile eſt, pręſens auidè amplexantur; quia eorum appetitus ab eo duntaxat, quod iucūdum eſt, mouetur: rationalis uerò non modò à iucundo, ſed etiam à bono; quia rationalis ſolus futurum conſiderat; quia ſolus tempus cognoſcit: qua propter non temerè dixit Alex. Them. referēte, quòd homo erat temporis factiuus. non cognoſcentia tempus præſens, quod eſt, ſequuntur; non quia præſens cognoſcant; ſed, quod de præſenti, vt iucundum, mouet: & eſt eis ſimpliciter bonum, vt coitus, & crapula; cum non videant futurum; in quo multa mala contingere poſſent.

Specie igitur. Expoſitores, quid voluerit T.c. 54.
Philoſophus in hoc tex. non rectè ſentiunt, Simplic. excepto. quidam volunt epilogum fieri; alii, quòd ordinem moueutium declaret, &cæ. At continuatur tex. ad particulam primam tex. expoſiti, ἐπὶ. vt ſit lectio; Quoniam ſpecie vnum, &c. Interpoſuit autem dicta de oppoſitis appetitibus, vt oſtenderet, quòd appetitiuum mouetur ab appetibili; quoniam per appetibile, appetitiuum mouet, qualecunque fuerit præualens appetibile. In tex. tria ſunt exponēda: in primo, quod eſt mouens primum: in ſecundo quot requiruntur in motu: in tertio declarat illa. inquit in primo, ꝙ eſt unum ſpecie. Inquit Philopo. & rectè Ariſto. accepiſſe ſpeciem loco generis. conformis huic Simplic. & ipſe, inquit, non accuratè accepiſſe ly, ſpecie vnum; ſed, vt dictum eſt, quæ ab vno, & ad vnum. hoc autem ſic vnum, eſt appetibile ipſum; non autem potentia cognitum, ſiue volitum, ſed actu tale: hoc autem mouet, & non mouetur. & iſta eſt diſpoſitio primi motoris, vt notat Auerro. mouet uel intelligere, ut, cum appetitus fuerit partis intellectiuę; vel imaginationem, vt, cum fuetit imaginatiuæ. Sic exponit Auerro. iuxta ſuum textum. At non ſtat cum Philoſopho; quandoquidem appetibile, cum moueat intellectum, aut imaginatiuam; non erit actu cognitum; deinde mouebit ad cognitionem; non autem ad localem motum; de quo in præſentia ſermo eſt: ideo dicendum, quòd mouet, ut intelligitur, aut imaginatur: ſic idem cū appetitiuo ſubiecto dicitur, & rōne differens; & ſic præcedit appetitiuū: appetitiuū verò ipſum appetibile cōtinet, tanquā finē, vt rectè Simpl. Plura autem numero. Auerr. exponens iuxta tex. ſuum, in quo habebat, Plura numero, quia res, per quas fiunt motus, ſunt tres; ait, quòd oportet in motu, vt motores ſint plures vno; & cauſa, quia tres ſunt, per quas fit motus. S. Tho. refert ad ly, ſpecie unū, vt ſit ſenſus, ſecunda mouentia conueniunt ſpecie cum primo mouente, at numero ſunt plura. At neutra harum ſtat cum Ariſt. non quæ Auerr. quia ly, plura referri debent ad ly, vnum. vt ſit ſenſus; Vnum ſpecie; plura numero. quod non fecit Auerr. non quæ S. Tho. quia alia mouentia ſecunda non dicūtur vnū ſpecie cū appetibili. primò intereſt inter appetibile, & appetitum: etſi ſint vnum ſubiecto; ratione tamen differunt, vt notauit Simp. quare referendum hoc totum ad unam intentionem de appetibili, vt ſit ſenſus; Vnum ſpecie appetibile eſt; plura autem numero ſcilicet, appetibilia, uel appetētia, ratione appetibilium, videtur innuere Them. Philop. cū S. Thoma, cū dicat plura numero, quia mouet phantaſia, intellectus, appetitus, & appetibile. Quoniam autem tria. In hac ſecunda vult enumerare omnia illa, quæ ad motum conducunt. capit Auerr. quæ in 8. phyſ. 42. 43. dicta ſunt ad motum concurrere; & ſunt tria, V.gr. mouens, immobile; motum, & mouens; motum tantùm, enumerauit tria hæc ad motum concurrere. quę tamen

ſi di-

ſi diligentiùs cōſiderētur, habita etiã diuiſione primi membri ab Ariſt. quatuor erunt; mouens, ſcilicet, immobile; mouens, motum; quo mouet; & motum ſolùm. Eſt autem. In hac declarat mēbra diuidētia; & primum, ſcilicet, mouens immobile eſt ipſum appetibile, bonum ſcilicet, actiuum intellectum, vel imaginatum, & appetitum: non q actiua immobilia ſint; cum aſsiduè ſint in tranſmutatione; & poſsint ſe aliter habere: ſed, quatenus appetitum ipſum mouet; immobile dicitur appetibile: nam, ut rectè inquit Simpl. appetibile ſubiecto ab appetitu non diſtinguitur, ſed ratione; ut uerò ſic diſtinguitur, mouet; quia appetitui comparatur, ut finis; ea de cauſa dicitur non moueri, cum moueat: quod uerò mouet motum. & eſt in declaratione ſecundum. & eſt, ut inquit Auerr. res appetitiua. & exponit. ideſt membrum, in quo iſta eſt animæ particula: & eſt cor. Reprehendit Auerroim Sueſſ. cum dicat; Sequeretur idem eſſe mouens, quod mouetur, & inſtrumentum; ideo nō membrum; ſed potentia membro inſita, eſt intelligenda. At malè damnauit Auerr. quia non accepit membrum hoc Auerr. ſeorſum ab anima; ſed animatum, ut accipi debet; quia actiones ſuppoſitorum ſunt: non enim pupilla uidet, ſed oculus, 2. ani. 10. & idem dixit Simplic. cum dicat; Opus eſt reperiri medium inter cor mouens, & membra alia ſolida mota. deinde inquit Philoſophus, quòd mouens, & motum eſt appetitiuũ. Auerr. ly, motum de appetitu bifariã exponit (& accepit à Simp.) uel q ab appetibili excitatus eſt ad actu appetere; quia non ab illo mouetur loco: vel, quòd appetitus dicitur, qui eſt appetitus in actu. & innuere videtur Plutarchi expoſitionem. qui uoluit Ariſto. platonico more locutum fuiſſe, appetitiuum, actu ſcilicet, dici motum; propterea quòd omnino in motum deſinit. & totum hoc erit ad motum in loco. Alex. verò, referente Simpli. vult appetitum ſecundùm accidens moueri, quia in corpore eſt, quocum mouetur: quod autem mouetur ſolùm, animal eſt; inſtrumentum verò, quo mouet, corporeum eſt. Exponit Philopo. de ſpiritu. de quo meminit Philoſophus in libello de cauſa motus animalium. At dubium contingit, & maximum, an mouens ſit appetitiuum. & eſt anima, quæ eſt appetens, & cognoſcens: deinde motum tantùm animal eſt: quomodo intelligatur animal motum; ſi intelligatur animatum: ergo idem erit mouens, anima ſcilicet, & motum. i. anima ipſa, quæ cum animali mouebitur. præterea mouens debet eſſe ſeparatum, ſiue diſtinctum à re mota. Quomodo itaque erit anima mouens ab animali diſtincta, cum ſit eius forma? nutritiua ob ſuam imperfectionem, diſtinctionem à corpore non ita manifeſtat; atque in oſtreis magis; cum ſecundùm partes moueantur: ſed magis apparet hoc in perfectis animalibus de quibus dixit Philoſophus 8. phyſi. 27. vſque ad 30. quòd pars mouens eſt à parte mota, diſtincta. neq; dicere poſſumus, quòd vna pars mota in animali, moueat aliam; quia ſic motus animalis non eſſet per ſe primò, ſed ſecundùm partem. Notandum itaque cum diuino Simpli. quòd anima eſt actus, ſiue perfectio corporis organici phyſici; & ſic eſt forma. eſt etiam anima vtens corpore organico ad opera vitæ: &, ut ſic, non eſt ſimpliciter forma organici, vt organicum eſt: animal autē ſubſternitur organum animæ vtēti: quare ad argumentum dico, quòd eſt anima, vt principium mouens; non autem, vt forma eſt animalis, ſed, ut utēs; & à ſeipſa, forma eſt, excellens: ut autem uniatur anima mouens animali moto, medio indiget; quod corpus propriè dici non debet; quia rurſus & illud eſſet motum; & non quo mouet: quare eſſet adhuc quærendum medium illud, quo moueret illud motum: medium itaque tale corporeum eſt, non corpus: medium autem hoc erit anima ipſa organum informans; quæ ſecūdũ ſeipſam non mouetur; cum ſit incorporea; principium tamen eſt animalis moti, ut viuentis: corporea tamen eſt, ut quæ inſeparabiliter ſimul eſt cũ corpore: non enim mouetur animalis corpus ab anima; ſed animal ipſum. Exponit autem ſeipſum Ariſt. cum dicat; Tanquam motum appetitiuũ, ut appetitiuũ, ideſt, tali formatum anima: illa quippè vt informãs, immediatè eſt cauſa motus in animato: quia, ſi illa non eſſet animatum, neque moueretur, neq; eſſet, ſed corpus. & clariùs dixit motum appetitionem ly, aut actio, Simplicius non admittit diſiunctiuè legendum; ſed ueluti ſecundùm quod. at, ſi legatur coniunctiuè; diuiſè notat impartibilem quendam actum appetitionem eſſe ſubiungit deinde Philoſophus, quòd, quo mouet, medium ſcilicet, dixit corporeum, non autem corpus, vt dictum eſt, ſcilicet, corpoream uitã. tranſmittit ſe dicturum, quando aget de communibus corporis, & animæ operibus. Auerro. intelligit in libello de ſomno, & vigilia: Simpl. in de motu animal. determinabit. quem tunc temporis nō uiderat Auer.

Nunc autem. Introducēs Auer. inquit; Cum T. c. 55.
Philoſophus coepit quærere res, per quas ſit motus; hic narrare coepit rem quandam uniuerſalē, ideſt in uniuerſali: quia exactè magis de organo motus aget in libello de motu animal. agit autē hic de tali organo, ut ſeruet continuum ſermonē ut notauit Philop. nam in calce lecti tex. Quo uerò mouet organo, iam hoc corporeum eſt: ideo organum modò declarat. Tex. duas habet particulas: in prima declarat, quale ſit organum: in ſecunda ratione confirmat. inquit in prima. Mouens organicè, ut ſummatim dicatur, eſt, ubi principium, & finis. Auerro. uult, quòd primum inſtrumentum, quod mouet corpus, ſit ſubiectum animæ deſideratiuæ. & eſt in uno loco; à quo expellũtur partes partis animalis motæ; & ad quam attrahuntur partes illius partis. & uidetur Auerr. uoluiſſe tale membrum ſecundùm Ariſt. cor extitiſſe. Damnat Auerro. Albertus, cum dicat, hoc nòn tenere de corde; quandoquidem immobile à quo eſt motus, eſſe coniunctum oportet organo, à quo eſt motus, ut lacertus per neruum deductũ ad membrum aliquod in animali, per extenſionem mouet illud; deinde per chordam ad radicē membri à fine lacerti deriuati contrahit ad ſe

mem-

membrum. conſtat autem cor cōiunctum non eſſe huiuſmodi organis. Sueſſ. quin etiam per Auerr. Auerr. dextruit. Habet Auer. 7. phyſ. 4. cōtra Gal. quòd cor eſt primum motum in animalib. At nō eſt idem primum motum, & inſtrumentum primi motoris. præterea cor non eſt ſemper per expanſionem principium motus; & per contractionem finis, ut uidetur Ariſtotel. dicere: nam, cum aſſiduè expandatur, contrahaturque cor; non aſſiduè tamen mouetur, aut quieſcit animal. deinde ponit Sueſſanus ſententiam Alberti, quæ fuit de muſculo, qui uidetur ginglymo ſimilis, cum in concauo chordam habeat, per quam contrahit in gibbo neruum, per quem expandens mouet. recitat deinde diuerſas alias opiniones de organo: & ad nullam ſe determinans inquit, quòd quicquid ponatur inſtrumentum eſſe, ueritatem habet hic, ſecundum Philoſophi dicta. Admiror huius Philoſophi ſententiā: qui cum Auer. de corde damnauerit; nūc opinionem illam ſaluet. Fortè diceret aliquis: Excludit de corde ſententiam. Hoc dici nequit; quia laudat, ſiue ſaluat opinionem Them. & inquit Them. poſſe intelligere per organū intrinſecum, cor. Sanctus Thomas, & Egid. cum Auerr. tenent cor eſſe organum motus; & quòd in eo duę illæ uerificantur conditiones: quòd, ſcilicet, in ipſo ſit principium, & finis. & principium motus eſt immobile, ut in vnoquoque contingit organo motus. Malè etiam dixit Sueſſ. quòd Them. non exponit organum intrinſecum, quale ſit; cum expreſſè dicat, Locus circa cor. addens, quòd cor eſt principium, & finis. & hoc idem dicere uidetur Auerr. cum dicat, hoc organum eſſe in uno loco, à quo expelluntur partes partis motę, &cæ. innuens, quòd eſt in loco medio, ubi expelluntur partes, ſcilicet, omnes cordis particulæ; quod & ipſum eſt animalis pars. quare Alb. ratio nō tenet; quia cor immobile, & ſemper manens; cum in medio animalis ſit, ueluti cētrum in circulo, & principium motus; quia ab eo particulares motus omnes in animali deriuātur. Ariſt. in de ſomn. dixit; In corde eſt initium ſenſus, & motus. idem de motu animal. Cor mutationum principium. idem 3. de part. cap. 3. Cum itaque ſit principium motus; nō poteſt dici primum: quia appetitiuū illud eſt, ut hic Philoſophus determinauit: ergo organicum, & corporeū. Quòd mala ſit Alb. opinio, patet; quia muſculus per neruum mouet; & per chordam ducit ad quietem. non poterit idem eſſe principium, & finis. ꝙ ſi dicat, Eſt lacertus, hoc nō ſtabit cum Ariſt. quia non ſola diffinitione diſtinguetur in eo initium, & finis; ſed per magnitudinem; cum per neruum, & chordam: deinde non erit idem organum, vt inquit Philoſophus, quod ſit tale: ſed erit, ut terminus, à quo, & ad quem. quod ſimilitudinem nō habet cum ginglymo. præterea organum mouet, quia mouetur; & ſimul mouet, & mouetur: at, ſi per neruum mouet; tunc organum per organum mouebit. Ad id, ꝙ cor non continatur alijs partibus, negādū eſt; quia continuatur per neruos: nā Philoſophus 1. de hiſt. cap. 17. Cor neruulos ſuis in cauis continet. Ad id, quod obijcit Sueſ. dico, ꝙ Auerro. 7. phyſ. c. 4. dixit, quòd primum, quod in animali mouetur, cor eſt inter cęteras partes animalis; non tamen eſt ſic motum, quin alias partes moueat, vt organum dicitur. Ad aliud dico, quòd cum appetitiuum eſt actu per appetibile; tunc ad extenſionem, & contractionem cordis ſequitur in animali motus; & non ſemper. quare poſitio Auer. quo ad hoc ſuſtineri poſſet. At contra poſitionem de corde, de ſpiritu, de neruo, & ſimilibus; ſtat difficultas ardua; nam unumquodque iſtorum corpus eſt; ergo habet rationem moti: & propriè eſt, quod mouetur; non autem, quod moueat: pręterea non corporeum, ſed corpus eſſe dicitur. deinde non ſtat cū Philoſopho: ſiquidem dicat Phil. ꝙ idem principium, & finis eſt. Si idem; ergo ſecundùm ſe totum, tale eſſe debèt. qui autem fieri poteſt, ut corpus ſecundùm eandem particulam ſit initium, & finis per totum? Hoc forte animaduertens Philop. qui uoluit ſpiritum eſſe organum; & voluit eſſe in cordis medio; ubi cum eſſet, ueluti centrum in circulo; diceretur ea ratione initium, & finis: ꝙ & ſpiritus corpus erat; & habebat hanc difficultatem; dixit, ꝙ ſpiritus dicitur animatus; & ſimpliciter ſpiritus; &, quòd non mouetur, niſi vt ſpiritus; nō autem, vt animatus; nam Phil. dixit, animā immobilem eſſe; ob hoc comparauit ginglymo. At opinio iſta non ſtat cum Ariſtotele; cum expreſsè dicat 2. ani. 10. Non eſt potentia uiuens, quod abiicit animā; ſed, quod ipſam habet. At data illa, ſequeretur, quòd ſpiritus moueretur motu uitę; & tamen animam non haberet; ſi, ut ſpiritus; non, ut animatus, moueretur. Pro reſolutione huius dicendum cum diuino Simpl. ꝙ organicè mouens poſt appetitiuū mouens eſt; ꝙ dicitur mouens primum: nam, quamuis ab appetibili moueatur; à ſeipſo tamen in appetibile fertur, non autem organicè: eſt deinde organicum mouens ante motum; vt non modò ſit motū; ſed etiam dicatur mouens. hoc ſic poſito, ſit tale vel cor, uel ſpiritus, vel aliud animatum corpus; non erit horū ullum, ut corpus; quia ſic motum eſſe dicitur: neq; per ſe totū motū, & mouens, ſed anima ipſa, ut illius corporis forma. quæ, cū vniuerſum illud corpus informet, ac charácterizet: corporea eſſe dicitur: & ipſa tota per ſe ipſam totā eſt mouēs animal, tāquam illud, ſecūdū quod mouetur animal, forma, ſcilicet; non autem, ut à quo: & eadem ipſa quoque ad motum illius per accidens mouet, ut formalis cauſa eius, quod mouetur. Dixit Phil. ut ginglymus. Ginglymus, ut exponit Philop. eſt duorū oſſium cōpoſitio; quorū alterius cōuexū in concauū alterius iniectū ſit. & talia rōne differunt; cum in alio corpore ſit curuū, in alio cōcauū; ſubiecto autem idem; quia ſe contangunt; & non ſimul utrūque mouetur, ſed in alterius concauo reliqui conuexum. Simp. ex Plutarchi ſentētia exponit, ginglymū eſſe duorū anulorū connexionē; ita vt alterius cōuexū concauū reliqui tangat: vel, ut Alex. quòd, ſcilicet, anulus ſit, qui circa fibulam vertitur, vt cū fibula intus manente, & extra ſic porta uertēte, moueatur. At contra haſce, quas interpretes tenent expoſitiones, inſtat, & ualidiſſimè,

ſimè, Simpl. & accipit à Phil. fundamentũ; qnia inquit in tex. Ratione altera, magnitudine verò inſeparabilia. quomodo talia erunt, ſi ſuperficies diuerſę ſint? Conſueuit Phil. vt notat Simplic. ea magnitudine inſeparabilia dicere; neque etiam, quæ in continuo inueniuntur particulæ; quandoquidem ratione ſitus, ſunt inter ſe diuiſæ: minus quæ ſe tangunt, dicenda ſunt talia; cum nulla ſit tangentibus ſe ſuperficies vna communis; ſed ea dicuntur, quæ tota, ac per ſeipſa tota, ſubiecto ſunt eadem: quare Alexand. noluit, quòd uerba iſta in tex. poſita, eſſent pro expoſitione ginglymi; ſed duntaxat pro motibus noſtris, cum in partibus oppoſitis fiunt, uerbi gratia, ſurſum, deorſum, lęua, ſiue dextera, contingant; ita quòd manente parte una, mouetur altera: Sic & quæ media inter utranqne partem ſuperficies eſt; ipſa ſecundùm ſe totam, cum profundo careat, fit finis, & initium; finis motæ, initium quieſcentis. At, ſecundùm hanc expoſitionem uideretur, tãquam fruſtra poſitum exemplum de ginglymo. dicendum itaque cum Simplic. ꝙ exemplum non eſt aſſumendum à ginglymo, ut corporeum eſt; quia, cum profunditatem habeat; alibi curuitatem, alibi uerò profunditatem tenet: ſed ſumendum ab eius ſuperficie; quæ & curua, & concaua eſt ipſa tota per totã; uerbi gratia, ſi capiatur anulus intra alterum anulum poſitus, cum ſuperficie ſua curua tangit anulum ambientem; & mouetur contentus manente continente immobili; & eius ſuperficies etiam moueri dicitur, quatenus vt terminus ſua cauitate tenet anulum motum. quæ eadem ſuperficies, vt contangit immotum anulum, dicitur quieſcere; eadem tamen, ut curua, & concaua, terminat anulum motum; ſed remotiùs, ut curua; immediatiùs, vt concaua. Sic itaque & curuum, & cauum, erunt magnitudine inſeparabilia, ut dixit Philo. quia per ſeipſum totum eſt curuum, & concauum. & ſic totum uidetur quodammodo & moueri, & quieſcere, non autem per ſe; nam per ſe moueri corporibus conuenit; ſed per accidens, & ſecundùm habitudinem ad motam rem. erit itaque exemplum ſimile ualdè animæ informanti, ut dictum eſt. Conueniens ſanè eſt, ut cum primum mouens, appetitiuum ſcil.cet, ſubſtantia ſit; motum quientiam, ſcilicet animal ſit ſubſtantia; ut & organum, quo fit talis motus, ſubſtantia ſit. Hoc enim gibboſum. Declarat Phil. ut dictum eſt, quam habeat conuenientiam exemplum de ginglymo. Inquit Auerro. quòd motus animalis ſimilis eſſe uidetur motui gyratiuo; nam in illo expulſio eſt, & attractio: nam in tali motu partes quandoque ad nos; aliquando à nobis moueri videntur. declarat, quod in tali motu animalis ſemper datur aliquod quieſcens; quia incipit in eo motus à parte dextera; & tunc ſiniſtra pars quieſcit: & contra. Inquit Philop. quòd motus in ambulantibus fit circa aliquod quieſcens: at in piſcibus, & ſerpentibus, hoc ueritatem non habet: & ſic non proportionatur motui circuli; quia in eis non fit circa aliquod quieſcẽs. Alb. uerò ſaluat & in iſtis ſuũ quieſcẽs, ut uolatilibus idem mẽbrum eſt, in quo principium, & finis. in ſerpentibus pars anterior expellitur; & poſterior retrahitur. Simpl. uniuerſum tex. trahit ad eandem intentionem. quòd, ſcilicet, quieſcens impellat, & trahat; motum impellatur, & trahatur. quod uerificatur in ginglymo proportione quadam: nam anulus contentus per ſuperficiem cauam mouetur; quia diſtat magis à cauitate continentis: at per curuam manet; quia immediata illi eſt, & trahitur; & per primam impellitur. idem de anima, ut forma, & habens cum appetitu contactum, manet; ut iu animali, mouetur; cum & illud moueatur. Addit Philo. Omnia pulſu, & tractu mouentur. Notandum, ut rectè inquit Them. quòd duo oportet eſſe ſtantia in motu animalis, intrinſecum alterum, extrinſecum reliquum: nã intrinſecum eſt, ꝙ in medio eſt oppoſitorum motuum, ſurſum, & deorſum; dexteri, & ſiniſtri, & cæ. oportet. n. manere aliquod, ut inquit Ariſto. ſicut in circulo, cũ motus fiat in circunferentia, qũo in corde. ꝙ in medio manens per extẽſionem dr̃ principium motus per ſyſtolem, ſiue contractionem, dr̃ terminus. Auer. exponit, ut dixit 7. phyſ. 10. quòd omnis motus circularis componitur ex pulſione, & tractu. at hoc vr̃ uerum in motu uiolẽto. S. Tho. ly, ſicut in circulo, uult intelligi, ꝙ Phil. 6. phyſi. 85. de motu ſphærę determinauerit, quod mouetur, ſecundùm formam; non mouetur ãr, ſecundũ materiam: & ſic manet, & mouetur. At ſecundùm hanc, non rectè poterit uerificari impulſus, & tractus reſpectu centri. dicendum itaq; cum Simpli. & meliùs. quòd centrum manens impellit circunferentiam à ſeipſo, æqualiter moueri: trahit verò; quia mouetur circa centrum circunferentia. Datur etiam manens aliquod extrinſecum, ut notat Themiſt. ſicuti manus expellitur à manente cubito; ad eũdemque retrahitur; & crus à fœmore, & ad fęmur: & attractio, & expulſio fit, ſecundùm lineas non rectas, ſed potius curuas: & ideo aſsimilatur gyro, inquit Auer. deinde ponit Auerro. duas propoſitiones, ex quibus ſequitur cor eſſe à quo, & ad quod. prima propoſitio eſt, quòd motus animalis componitur ex pulſione, & tractione: ſecunda, ꝙ in tali motu ſit res quieſcens principium pulſionis, & finis tractionis. ex his contingit, ut illud quieſcens ſit idem: &, ꝙ in animali eſt tale membrum; & illud eſt cor. T.c.56.

Omnino quidem igitur. Per modum fermè epilogi confirmat, & declarat magis, quæ dicta ſunt: nam appetibile eſt primò mouens: appetitiuum autem cũ imaginatione mouet. In tex. duo facit: primò repetit id, ꝙ eſt principiũ motiuum ĩ aĩali: in ſecũda particula dubitat, qũo, q̃ impfecta ſunt aĩalia, moueantur. in prima ponit tres propoſitiones: & concludit primã per modum cõcluſionis; Appetitiuũ, quatenus appetitiuum aĩal eſt, ſeipſum mouet. addit in ſecunda. Appetitiuum non ſine phantaſia. Notandum, ꝙ hic agit de intellectu actiuo: nã ſpeculatiuus, ut inqt Simpl. nõ eget phantaſia, niſi quatenus capit à ſenſu ſenſibilia p abſtractionẽ: at actiuus eget illa neceſſariò: nã p intellectũ, & uolitum uniuerſale, nũquã ullus fieret de-

determinatus motus: ideo oportet ,ut formetur
particularis ſub illa vniuerſali , ſi dēt fieri motus.
mouet itaq; animal phantaſia,& intellectus;at nō
vt talis; ſed,vt appetitiuū eſt, vt diximus Auer.no
tat,ꝙ forma imaginata,vel habetur à ſenſu,vt in ir
rationalibus;vel habetur ex cogitatione,vt in ho-
mine . ob id in tertia inquit Phil.Phātaſia omnis,
aut rōnalis,aut ſenſibilis.deīde cōcludit, ꝙ & alia
aīalia iſtā participant.hoc autē ea ratione factum
eſt,ut oſtendat commune motus principium ani-
malib.omnibus.Conſiderandum.In hac parte du
bitat etiam de imperfectis animalib. utrum appe
titum habeant,& phantaſiam.declarat, quæ intel
ligat imperfecta:& ſunt,quibus ſolus tactus ineſt:
habent etiam guſtum,at nō determinatum;ſed,vt
quidam tactus eſt:talia ſunt, quæ lapidib.manent
affixa;& nō mouentur tota,ſed dilatatione dunta
xat partium,ac retractione:dicuntur uerò imper-
fecta in genere animalis;at in proprijs ſuis ſpecie
bus perfectiſsima ſunt;cum eis nihil deſit. Dubi-
tat itaq; Phil.utrum habeant: mox arguit , ꝙ ha-
bēt,argumēto ſumpto à lætitia,& triſtitia,quæ in
eis reperiuntur.& tale eſt argumentum; Vbi læti-
tia,& triſtitia,ibi appetitus:ergo in iſtis appetitus
eſt.ꝙ verò habeant,palàm eſt ; quia expanduntur
ſupra delectabile,& à noxio auertuntur ; quare &
appetitus,cum ad illa extendatur: quinimò con-
uerſim dicuntur hæc in animalib.mortalib.ubi.ſ.
appetitus ; ibi & lætitia eſt,& triſtitia:& contrà.&
ſermo redditur clarior adhuc:quādoquidem etiā
nō præſente delectabili,vidētur ad ipſum quoquo
modo moueri:quare nō ſenſu mouentur;cum pręſ
ſentium ſit ſolùm;ſed appetitu.dubitat deinde de
phantaſia: & ſolutionem capit Phil. ab illorum
animalium motu.& eſt ratio ab effectu:quòd,cum
indeterminatè moueantur; indeterminatam quo
que habeant phantaſiam . nam in perfectis pro-
priam ſedem obtinet in cerebro phantaſia : at in
iſtis,in quibus etiā caput non reperitur,ſed permi
ſtas corporis teneant particulas,ut inquit Alb. in-
diſcretè quinetiam animæ vires operantur: nō.n.
locum mutant, vt venentur eſcas ; neq; ſecundum
ſe tota determinata mouentur imaginatione; ſed
in eodem manentia, per partes duntaxat extēdun
tur ad iucundum;& ob triſte comprimuntur.vndè
indeterminatus valde eſt motus iſte: arguit quin-
etiam indeterminatam imaginationem.

T. c. 57. Senſitiua quidem. Intentio in præſenti tex.vt
bene elicitur à Simpl.eſt ponere differentiam in-
ter phantaſiam,quæ animalib.omnibus cōmunis
eſt;& illam, quæ duntaxat homini propria . Cum
dictum ſit in imperfectis animalib. phātaſiā repe
riri; quantò igitur magis in his,quæ perfecta ſunt?
dixit etiam intellectum humanum à phantaſia de
pēdere.In tex.ſunt tres particulę declarādæ: in pri
ma duas ponit propoſitiones,duo membra phāta
ſiæ diuiſę continentes:phantaſia ſiquidem & ſenſi
tiua,& rationalis eſſe dicitē.accipit ſecundum hoc
membrum declarādum:quare in ſecunda particu
la declarat , quę ſit phātaſia rationalis; & aſsignat
cauſam: in tertia ponit quoddam cōſequēs;utrum
que appetitum à uictoria. in prima inquit; Phāta
ſia ſenſitiua,ut dictum eſt, & in alijs reperitur ani
malib.& hoc palàm eſt.deinde addit ſecundā. Cō
ſultiua uerò in rationalib.& hominib.ſolùm,ut in
quit Them. Auer.inquit,quòd eligere, facere hoc
imaginatum;& non hoc,eſt de actione cogitatio
nis; nō imaginationis:quare per phātaſiam huma
nam,intellexit Auer.cogitatiuam. Philop. intelli-
git phantaſiam in homine,quę eſt intellectui cęle
mentaris.ut ſit ſenſus; Quòd intellectus practicus
humanam dirigit phantaſiam:quaſi innuens,ꝙ in
tellectus talis colligat à phantaſia tali plura phan
taſmata;& illa unum cōmune reddat.in quā ſen-
tentiā cadit etiam de latinis Alb.cum dicat; Cum
deliberatur , utrum priùs hoc , uel illud agendum
ſit;hoc iā rationis eſt opus ordinantis phantaſiā ;
& appetitum.addens; Mens antē, quæ ratio eſt , à
metiendo dicitur.At opinio iſta ſtare non poteſt
cum Ariſt.tum,quia hic ponit duas phantaſias,ue-
luti duo membra, hoc unum commune diuiden-
tia ; & ut rationalem.ſ.diſcurſiuam in homine di
ſtinctam ponit ab ea,quæ in irrationalibus reperi
tur:quę ultra pręſens delectabile nō diſcurrit:tum
etiā,quia ſequeretur,ꝙ intellectus,qui à materia,
atq; eius cōditionibus ſeparatus eſt , & uniuerſali
ter ītelligit; eſſet uirtus hæc,& ſingulariter intelli
geret.deducitur;quia Philoſophus inquit in tex.
Vtrum aūt agat hoc, aut hoc,rationis eſt opus.Si
per rationem intelligatur intellectus,iā patet utra
que conſequētia ; &,ꝙ ſit hæc;& ſingulariter intel
ligat . dicēdum itaque cum Auer.ꝙ phantaſia,quę
in homine eſt , cogitatiua dicitur;& eſt uirtus di-
ſcurſiua particulariter ; & intellectus paſsiuus no
minatur,ut frequenter dictum eſt.& rectè notauit
Simpl.ꝙ Phil. imaginationem humanam cōſultā
tem appellat;&,ꝙ uerſatur circa contingentia,nō
autem circa perpetua;&,quæ eodem modo ſem-
per ſe habent;ſed in his,quæ aguntur: eam ob cau
ſam cęleſtibus non conceditur imaginatio,neque
ſenſus; ſed ſolo agunt intellectu.addens Simpl.ꝙ,
ſi quis illis ſenſum concederet;diuerſa ſanè ratio
ne , & non ut in mortalibus eſt,aſsignaret.quòd,ſi
quis dicat ; Etiam nonnulla animalia uidentur
conſultiuam talem imaginationem habere,ut ca-
nes ſunt,ſimiæ,equi, & huiuſmodi . Reſpondet ad
hoc diuinè Simpl.ꝙ talia animalia non intus poſ
ſident talem uirtutem,ſed capiunt ab extra , ut ab
hominibus illam habentibus,cum diſciplinabilia
ſint ſatis ab illis. Vtrum enim . In hac ſecunda par
ticula duo facit: primò declarat , quomodo talis
fiat deliberatio : ſecundò deducit tria conſequen
tia.inquit primò . Vtrum agat hoc , aut hoc,ratio
nis eſt opus. Per rationem,cogitatiuam uoluit,ut
dictum eſt.quæ,ut particularis ratio,ab intellectu
practico,ut à ratione uniuerſali , diſtinguitur; &
nō,ut Sueſſ.qui uoluit phātaſiā hominib.propriā
eadem eſſe cum intellectu practico,& neceſſe ſem
per uno mēſurare:nā quodcunq; appetēs, ꝙ maius
bonum eſt,appetit appetitu rōnali:at cognoſcere
in quo hoc exceditur ab illo, opus eſt , ut ab uno
fiat hęc diſtincta cognitio.uř Auer.uelle,quod fiat
ab eadē virtute , cogitatiua,ſ.quæ ex pluribus ſibi
occurrentibus phantaſmatibus eligit , quod ſibi
opportu-

opportunũ vr̃ magis. At melior eſt in hoc Græcorũ ſñia, Simp. Them. Cũ notet Them. ly, vnũ, accipi pro quadã mẽſura, v.g. vlna panni alicuius inæquales partes menſurari poſſunt, & maior ex illa cognoſci. ſic, ſi preponatur aliquod vtile expetendũ; &, ꝙ magis ſit tale, cõparabitur illi, ꝙ ſecundũ ſe vtile dr̃: &, ꝙ magis erit ei proximũ; id erit vtile magis eligendũ; ſic de ſuaui, & reliquis ſic diſcurrens per talia contingentia phantaſia rõnalis, qd erit agendũ, ſano ſemper cõſilio deliberabit; cum progrediatur latiùs cõtẽplans, ꝙ̃ phantaſia irrationaliũ: quippè quę in id protinus fertur, ꝙ ſibi præſens offertur iocundũ. Quare. Deducit in hac tria conſequentia: & primum, quare põt vnũ ex pluribus viſis facere. S. Thom. inquit, ꝙ phantaſia deliberatiua põt ex pluribus, i. ex tribus; duob. ſ. inuicẽ cõparabilibus; & tertio menſura: ꝙ erit mediũ in ſyllogiſmo practico. Philop. voluit ex pluribus phantaſmatibus vnũ quoddã cõe ab intellectu ratiocinante ſecerni, v.g. vtrùm conducat occurrere amico, vel nõ: & eligit, ꝙ ſic: deinde vtrũ in loco, in quo manet, vel alibi; &, ꝙ alibi: deinde, vtrum per mare eundũ, vel per terram; &, ꝙ per terrã. ex his colliget vnũ cõe phantaſma, ꝙ, ſ. oportet videre amicũ peregrè proficiſcentem per terrã. at cõe iſtud facere non põt intellectus, vt vr̃ Philop. ſentire: quia tale non abſtrahit à conditionibus materię; cũ reſpiciat determinatũ amicũ determinatè proficiſcentẽ, & ſimilia. quare illud cõe dicetur, rõne particulariũ phãtaſmatum; quę ſub ſe, vt partes continet: at & ipſum quoq; particulare erit: ea de cauſa doctiſſimè dixit Simpl. Ea, quæ deliberãdi vim hẽt; mouetur & ipſa à ſenſibilibus, qñ excitatur in principio, ſed non à ſolo ſenſu pp id, ꝙ ſecundũ ſubſtantiã cũ rõne cognationẽ habet; & ita erga eam agit, ut qñque illã conſequatur; qñque verò ab illa diuertat. S. Thom. hic appellat rõnem deliberatiuã. At, quid ipſe per hanc voluerit; poſſumus ab eo de facili accipere; qñquidẽ in q. diſp. de an. q. 13. dicat; In hoïe ãt eſt vis cogitatiua, quę eſt collatiua intentionũ particularium: vnde & rõ particularis dr̃, & intellectus paſſiuus. Sed dicendũ cũ Simpl. & meliùs, ꝙ reſpiciens in utile, ſi tale quæratur, & plura reſpicere, atque inuicẽ comparare; cũ non anguſta ſit rõ deliberatiua; at denique, ꝙ capiendũ ſit, deliberare. ꝙ ẽt vr̃ innuere Them, cum dicat, non moueri hominem ab apparẽti bono, vt, quæ irrationalia ſunt, mouentur; ſed componit multoties: Si hoc, hoc; &, ſi hoc, turſus hoc, quouſque ex pluribus vnum cõcludat. Et cauſa. Deducit ſecundum; & eſt, quòd irrationalia ob id habere non dicuntur. Auer. iuxta ſuum tex. exponit, ꝙ animalia non habent cogitationem, vt diuerſa cõſiderare valeant; ſed in id repente cadunt, ꝙ eis obiicitur delectabile. At litera hẽt, opinionẽ. Notandum, ꝙ duplex poteſt dici opinio; altera ſine diſcurſu, ut quæ habetur, cognitio de re exterius exiſtente (& talem etiam in brutis eſſe conceſſit Iambl.) altera eſt cum diſcurſu, & ſyllogiſmo: & talis à ſolis habetur hominibus; quia diſcurrunt. dixit, opinionem, quia hic agitur de agibilibus, quæ contingentia ſunt, & particularia: ea pp, poſt ſyllogiſticum etiam diſcurſum, habetur opinio, non ãt exacta ſcĩa, ſiue cognitio. appetitus itaque irrationalium. cum ſyllogiſmum non habeat, neq; ẽt opinionem hẽt: at rationaliũ appetitus, vt inquit Them. & cum opinionẽ eſt; & abſq; opinione. addit; Hæc aũt eã. i. opinio ex ratiocinatione ſequẽtẽ hẽt imaginationẽ, tanquã eam, quæ circa agibilia contingẽtia verſatur. deducit tertium facto ſyllogiſmo in ſecunda figura, vt notat Simpl. Appetitus in brutis non hẽt ratiocinationẽ; at ipſum deliberans hẽt vim rõcinandi: talis itaq; appetitus non hẽt vim deliberandi: ob id, vt ait Them. non quilibet appetitus voluntas eſſe dr̃: ſed voluntas quælibet appetitus eſt. Vincit aũt. Auer. notat, ꝙ in habentibus plures appetitus, ut in aĩali rõnali contingit, qñq; euenit, ut ſimul à duobus illis moueatur rationale animal, v.g. Si cui febrienti cauſone, cui non ſit in viſceribus læſio; & iuuenis ſit tẽperaturæ ſanguineę; concocta materia, offeratur potus aquę frigidæ: tunc appetitus ſenſitiuus ſimul cũ rõnali mouebit. at plerunque contingit, ut alter alterũ vincat, qñ inter illos ſit pugna, ſi ſuperior fuerit vincens inferiorẽ, & contentum, pro ratione ſui motus, mouebit, qũo inquit Auerr. cũ aliis exponentibus, Simpl. excepto, ſuperior orbis inferiores alios raptu mouet. Et addit Philoſ; Natura, quæ ſurſum principalior mouet; ita vt tribus lationibus iam moueatur. S. Thom. quia expoſuit per exemplum de orbibus, & qui ſuperior eſt, natura principalior mouet, in illis ẽt notat tres motus dari; atq; eoſdẽ illos in hoïe. in ſphæris, ut. ſi q̃libet de contẽtis accipiatur; illa trib. mouetur motibus: primò à prima ſphęra ſupra mundi polos: ſecundò ab illa, quæ mouetur ſupra polos Zodiaci: tertiò à ſeipſa. ſic & in hoïe primò eſt motus appetitus inferior à ſe; ſecundò ab appetitu ſuperiori; tertiò à rõne deliberante. At in hac expoſitione, quam & Egid. poſuit, vt mihi vr̃, duplex eſt error; tũ ex parte exempli; tum ẽt ex parte rei ipſius primus, quia, ſecundũ hanc expoſitionẽ darentur, ſecundũ Ariſt. nouem orbes: cuius oppoſitũ 2. cęl. paſſim legitur: cũ ibi dicat duos eſſe ſolũ motus; alter ſphęrę octauę, quã mobile primũ eſſe voluit; ſecundus planetarũ, per regionẽ oppoſitã: deinde in re ipſa; quia appetitus non mouet appetitũ, niſi quia uirtus cognoſcitiua rõne diſcurrẽs, uincit alterã cognoſcitiuã; cũ oſtendat bonũ cognitum eligendũ eſſe; non ãt, ꝙ apparet. At, ſi daretur illa expoſitio; eſſẽt quatuor motus; primus appetitus ſenſitiui; ſecundus proprię ſuæ rõnis, ita dictantis tertius appetitus rõnalis; quartus virtutis rõnalis. Alb. tres iſtos motus trahit ad motum actionis: ut primus ſit maior facta ab ĩtellectu uniuerſalis; minor particularis; quibus factis, ſequaẽ ad motum impetus. tres iſta bene, ſecũdũ ſe, dicta eſt; uerũ tñ nõ eſt ad ꝓpoſitũ; quia hic agitur de pugna, quæ inter iſtos duos cadit appetitus. Them. inquit, ꝙ orbis primus inferiores ſuperans, non ita rapit, ut inferiores ſuum omnino motum deſerant: uerùm, quamuis proprio moueantur motu inferiores; rapiuntur tñ in oppoſitam regionẽ à prima ſuperante: ſic & in homine videre eſt tres il-

pp melius. At hæc non vř Philoſophi ſnīa eſſe; cū ſatis pateat per ea, quæ in ſecūdo dicta ſunt; Nutritiua eſſe pōt ſine aliis; aliȩ verò nō ſine ipſa. prȩterea in ſentientibus ſenſus tactus eſſe poteſt ſine aliis; at non ſine tactu alii. & idcirco ſtare non pōt S. Thom. introductio, ꝙ, ſ. velit modò ponere ordinē inter animæ vires. Alb. Egid. ꝙ velit nunc cōparare inter ſe potentias aīæ, & cū illas habēte. neq; iſta ad propoſitū eſt; cū iā ſatis de hoc actum ſit. Philop. inquit; Cū aliqua ſint animata immobilia penitus, vt plātæ ſunt, loco, ſ. aliqua verò mobilia: & talia in duplici differentia; vel ſecundùm partes, & hæc bifariā; vel, vt ſublunaria ſunt, Zoophita. ſ. quæ lapidibus hærent; vel ſupra lunā, vt orbes ſunt; vel, quæ, ſecundū totū locū mutant, progredientia. in hac parte, cū dixerit de his, quæ, ſecundū totū, mouentur loco; intendit ponere differentiā intet iſta, & quæ immobilia ſunt; & quæ ſecundū partē mouentur. Meliùs dicendū cū Simp. eſt, ꝙ, cū de inſtrumēto animæ parū ſit dictū; & ab aliis ſolū, quæ inſtrumenti formalis cauſa eſt, expoſita ſit; in præſencia epilogans, quæ alibi latiùs diſputata ſunt, de inſtrumēto agit. Multiplex autē inſtrumentū reperitur: in imperfectis ſanè animatis, vt ſtirpibus ſatis ſimplex eſſe dicitur, cū multa abundet terra, & inhabile ad patiendū ſit: ꝙ verò ſentiendi vim tenet; in maiori reperitur elementorū mediocritate; & non in exceſſu terræ, vt indicat tactus ſenſoriū, quod extremū eſt; cū diuerſas qualitates reſipiat. principiò itaque determinat, quale vegetans ſit inſtrumentū; deinde qnale, ꝙ tangendi, ac guſtandi vim habet; vt in his, quæ nō ſecundū totū, ſed ſecundū partē mobilia ſunt: poſtremò, quale ſit illorū, q̄ perfectiora ſunt, & progrediuntur; & à remotis ſenſibilia capiunt. Reuocandū aūt eſt, ꝙ frequenter dictū eſt, ꝙ viuentia omnia altricem animā habere neceſſe eſt; ſentiētia verò, tactū, & guſtū; perfectiora verò, ſenſus alios. Tex. duas habet particulas exponendas: in altera ponit concluſionem; in reliqua probat. inquit in prima, quòd vegetabilē animā neceſſe eſt habere, quodcunque viuit à primo ſui ortu vſque ad interitū. patet hoc, ſi quiſpiā intelligat, qūo viuens, vt viuens, eſſe dicitur; neq;, priuſquā viueret, aliquid erat; neque, poſtquā interiit; quandoquidē, ꝙ tale eſt, corruptibile eſt; & materiā hēt. materia verò, vt doctiſsimè Simpli. inquit, ab extra quoquo modo vitā recipit, & aduentitiè (animal verò vitam connatā hēt) & hanc ob cauſam ad priuationē eius accedit; & cōtinuè fluens eſſe cognoſcitur; & p defluxū quā celerrimè vitā abiiceret: niſi cōtra, nitēs natura nutritione, ꝙ fluxum eſt, reparans, & quandoque ſuperans; quandoque verò ȩquè ſe habens; interdum etiā ſuperata, per ſtatutum tēporis ſpatium vitam conſeruatet. Neceſſe. Probat, quod dictum eſt: & ratio ſtat in hoc: & in generabilibus tenet; Omne. ſ. ꝙ generatur, augmētū neceſſe eſt habere, vigorē, & diminutionē: hæc aūt impoſsibile eſt ſine nutrimento eſſe; quia impoſsibile eſt, quòd tale, vt inquit Auer. repentè creſcat, ſtet, & diminuatur: ſed motus iſti tempore perficiuntur; quare non ſine nutrimento: ab ortu itaque ad interitū vſque talia uiuentia nutrimēto egent. Cōcludit Philoſ. neceſſe eſſe vegetalē potentiā in omnibus generabilibus eſſe; in inanimatis verò minimè; non. n. egent nutritione quamuis augeri videātur, vt metalla; neque in his, quæ perpetuò uiuunt; cū non aduentitiè vitam acquirāt; ſed ut eis, inſitū, & conatū eſt, uiuūt ſolū; ea pp nullo extrinſecùs remedio egēt, ut uiuant.

Dubitatur, utrū inter augmentū, & decremētū detur ſtatus. Egid. tenet, ꝙ nō datur, niſi inſenſibiliter: quia, tametſi fiat auctio cōtinua vſq; ad terminū; & in fine calor inſenſibiliter excedat; vř ſtatus eſſe; cum tñ in rei ueritate non ſit; cum non dētur, niſi duo iſti motus, auctio, ſ. & diminutio. fundamētum Egid. fuit; quia inter calorē fortē, & nō fortē, medium non datur; quia per alterum excedit; p reliquum exceditur. Gāda. tenet oppoſitam partē, fundamētum capiēs à philoſopho 8. phy. ꝙ inter duos motus oppoſitos quies mediat; ergo inter auctionē, & diminutionē, motus. ſ. oppoſitos mediat quies; ergo in illa ſtatus. Sueſſa. tenet cum Egid. cum legerit hic apud Auer. duos iſtos duntaxat dari motus; quia ad pfectionē ſuā quilibet in inſtāti accidere nō pōt. hāc eādē inquit fuiſſe ſentētiā Them. deinde propriā deponit ſnīam. & imaginatur uiuēs augeri uſq; ad A, inſtās p excluſionē prioris, & poſterioris motus, tenēdo auctionē, & diminutionem eſſe motus continuos. excludit priorē; quia in illo nō eſt auctio: & immediatè antea erat: excludit poſteriorē; quia in illo nō eſt diminutio; ſed poſt illud immediatè erit. ex his tenet dari poſſe ſtatū momētaneū, in quo nullus illorū fiet motus. ad fundamētū Gādau. inquit, ꝙ inter duos motus cōtrarios inuenitur quies per negationē utriuſque motus. At opinio iſta nullo modo ſtare pōt: & primò nō cum Them. cum tria hȩc tēpora enti naturali reſpectu ſui aſsignet augmenti; cū dicat; Omne, quod fit, augmentum hēt, uigorē, & declinationē: minus ſtat cum Auer. quandoquidē dicat Auer. cum Ariſt. 8. phyſi. 74. Quando magnitudines naturales perueniunt ad finem naturalem; deinde incipiunt diminui; quoniam inter iſtos duos motus, eſt tempus, in quo eſt quieſcens. præterea neque ſtare poteſt cum Ariſtotel. cum dicat, qnod fit, habere ſtatum; & hoc non fieri ſine alimento. modò alimentum non nutrit in inſtanti, ſed in tēpore: ergo ſtatus intelligi non poteſt in inſtanti. cōfirmatur pet fundamentum tactum à Simpl. non enim datur nutritio, niſi, quia ab animali fiunt continuè particularū defluxus: ea proptet aliquādo calor, & illo virtus defluxum vincit; & tunc fit auctio: quandoque vincitur, & fit diminutio: aliqñ æquè ſe habet, ut in uigore. neq; ēt ſuſtinēda ſanè eſt Egid. ſententia de ſtatu inſenſibili; qa ex rei ipſius natura, ſtatus dař Arguit Egid. Signet tēpus, ī quo eſt ſtatus, & ſit, A; tūc neq; auctio fit, neq; diminutio: vel virtus ȩquè fortis erit in fine illius tēporis; uel nō: ſi nō; ergo nō erit ſtatus, ſed diminutio: ſi ſic; ergo poterit adhuc durare p tp̄s illi æquale: & ſic nō erit finis. Ad ꝙ dicendū, ſuppoſitis primò ꝙ auctio fit alteratione prauia, 8. phy. 55. ſecūdò, ꝙ agēs alterās in agē

do repatitur, 3. phyſic. 16. tertiò, ꝙ vita cōſiſtit in calido, & humido. hebetatur calidū p frigidū; & humidū per ſiccū. modò ad argumentū primò dico, ꝙ tēpore ſtatus ceſſat victoria ſuper defluxū; neq; ēt tunc ab eo vincitur immediatè natura, ſed manet continuè, calore alterās, nō per exceſſum, ſed per æquale: neq; tamen per totū tēpus illud, quodcunq; fuerit, eſt æquipotens; quia agendo repatitur; Ergo diminutio. Negatur cōſequētia; qa non ad quēcunq; defectū ſequitur diminutio, ſed ad determinatū, qualis tunc temporis non eſt: ꝙ, ſi ad imaginationē capiatur; mathematica erit, non naturalis: rectiùs itaq; In hoc dixit Gandau.

T. c. 60. Sēſum aūt. Intendit modò declarare, in quibus reperiatur ſenſus viuentiū, & in quibus non reperiatur. Tex. duas particulas hēt: in prima declarat, in quibus non reperitur; in ſecunda, quibus inſit: in prima adhuc tria facit: ponit primò conclusionē; deinde duas rōnes confirmantes: prima eſt, ꝙ ſenſum non neceſſe eſt in omnibus viuentibus eſſe. Neq;. Ponit primā rōnē. & notat Philop. quòd & rōne ſumpta à corpore, & rōne ſumpta ab anima; Ariſt. probat in plantis ſenſum non eſſe; & primò à corpore, ſumpto tamen priùs fundamento à tactu; quia, ſi quæ ſenſum habent; neceſſariò dicuntur habere tactum; nam tactus in ſentientibus eſſe poteſt ſine aliis; aliorū nullus ſine tactu, vt ſecundo huius dictū eſt: quare, quibus negatur tactus; iſtis ſimpliciter negatur ſenſus: at corpus plantarū eſt corpus ſimplex; ergo tactū nō habēt: nā tactus ſupponit mediocritatē inter contrarias qualitates, vt extremas recipere valeat: corpus verò ſtirpiū ſimplex eſſe dicitur, idq; rōne excedentis vnius elementi; quod terra eſt; quæ eſt inepta valde, vt à ſenſibilib. pati poſsit. S. Thom. per corpus, ſimplex elementū intellexit, quod habet qualitates in ſummo. at hoc ad propoſitū non eſt; tū, quia in hoc libro agit de animatis: tū ēt, quia difficultas erat, vtrū in plantis ſenſus eſſet; quandoquidē antiquorū plurimi illas ſenſum habere voluerunt. & contendit Simpl. inquiens; Videtur Ariſt. aſſumere, quod dēt probare. inquit Philoſophus in oībus viuentibus non eſſe ſenſum: & hoc probari dēt; quandoquidē totū oppoſitū appareat; tum, quia diſcernere viuentia debent inter id, quod eſt ſibi proprium, & quod eſt alienum. præterea dictum eſt, corpus plantarum ſimplex eſſe à prædominio; non tū ꝙ oīno ſimplex ſit; cū miſtū ſit ex quatuor elementis: ꝙ, tametſi ex illis æqualiter tēperatū nō ſit; declinat tamē ab extremis: &, quia dicitur, quòd excedens eſt terra in illis; vnde, cū difficile patiatur, ſenſum habere non poſſunt. hoc tamen non valet; quia, etſi clarum nō habeāt ſenſum; habent tamē, vt Plato voluit, dormientē ſenſum. Dicendū tamē cū Ariſt. Cū natura reſpexit in eſſe viuētis, ꝙ terreum eſt; & difficilè patitur; quod non donauit ipſum ſenſu; quia neque de facili læditur; cū nō de facili patiatur: ideo ſenſu nō eget: in quibus verò natura cōſulit, non pro eſſe tantùm, ſed ēt pro bene eſſe; facilia in paſsione poſuit; quare & illis ſenſus fuit elargita; vndè & humanū corpus facillimè pati dicitur; cū & temperamēto, ac cutis tenuitate, cæteris præſtet animalibus. animal itaq; cū facilè patiatur; iuxta ſeipſum totum ſentiens eſſe dr̄. Neq;. Tāgit ſecundā rōnē ab anima ſumptam, vt notat Philop. nā, quæ formas non recipiūt ſine materia, ſenſum nō habent (idem S. Tho. & cōis opinio) ſenſus ſiquidē ſuſceptiuus eſt ſpecierū ſine materia: plātæ verò, cū terreæ ſint, non ſentiūt; ſicut & in nobis particulæ illæ, quibus dominatur terra, ſenſum non habent, ut oſſa, vngues, & huiuſmodi, vt inquit Philop. Sueſſ. hic reprehendit expoſitionē Auerro. vtpote non ad propoſitum. & inquit, quòd particulā illā, quorūcunq; corpus ſimplex, expoſuit de corporibus cęleſtibus; quaſi dicat, tactū non eſſe omniū viuētiū; quia non cęlorū, qui viuunt. & addit, quòd non conuenit intentioni Ariſt. quia excluſit corpora cęleſtia ſuperiùs. At eius pace dicā, non rectè accepit Auer. minus ēt rectè artē, & mentem Ariſt. nam Auer. non ſuper verbis illis, Neq; quorumcunque corpus, &c. applicuit expoſitionē illā de corporibus cęleſtibus; neq; ēt poterat hoc facere; quandoquidē in tex. ſuo verba illa exponenda non reperiuntur; ſed applicuit illis; Neq; in rebus, quæ non recipiūt ſine materia. & ſenſum iſtū accepit Auer. à Simpl. ꝙ non animaduertit Sueſſ. dicendum itaq; cum diuino Simpl. quòd illa negatiua, neq; non ita ſimpliciter poſita eſt; ſed ſententiam quandam innuere videtur: repetenda tamen negatiua antecedens. vt ſit ſit ſenſus; Neque ſine tactu vllum eſt animal. & addit, neque; nam duo ſunt animata, in quibus ſenſus non reperitur, planta. ſ. ob nimiam imperfectionem; & cęlū ob nimiam perfectionem; quia animal cęleſte non patitur; non habet itaq; ſenſum, qui in animalibus reperitur, paſsiuum, receptiuumve. Senſus literæ eſt, vt textus affirmatiua intelligatur in textu negatiua: nam animalia cęleſtia poſſunt vtique recipere formas ſine materia; non acquiſitiè tamen, ſed formas cognoſcitiuas, pręſtantiori tamen modo, & non per viam ſenſus; quia intelligentię, vt in cęlo ſint, ſenſus paſsiuos non ſupponunt. ex hac itaque affirmatiua colligitur negatiua, ꝙ ſcilicet, animalia, quæ corruptibilia ſunt; cognoſcitiuas formas non recipiūt ſine ſenſu præcedente ad illas. duplex itaq; ponitur cauſa; quare animalia habent ſenſum tactus: altera eſt; quia ſine hoc non reperiuntur alij: reliqua; quia acquiſitiè recipiunt cognoſcitiuas formas. & hoc, nō eſſe receptiua ſine materia, arguit in eis paſsiuū ſenſum reperiri. Addit Phil. Si nihil fruſtra natura facit. Fruſtra egiſſet natura, ſi, ꝙ animalibus propriū bonū eſt, denegaſſet. hoc aūt, vt ſecundū propriā naturā ſe ipſa ab innoxijs tueatur: at, ſi denegaſſet eis ſenſus, cū ꝓgreſsiua ſint, facilè fuiſſet, vt in interitū laberetur. Philop. voluit hāc eſſe primam cauſam; quare ſit ī animalibus ſenſus; cū nihil fruſtra natura faciat; ſed omnia propter aliquid; nā, aut oīa naturalia ſunt propter aliquid, vt inquit Auer. aut accidētia ſunt conſequentia naturā de neceſsitate, vt pili, qui in corporis particulis non determinatis oriūtur. Philop. & pilos propter aliquid factos eſſe voluit, ut qui in extremis ſupercilijs

lijs

lijs,& in capite;cũ capilli ſint, ut tegãt caput: illi uerò,ut cuſtodiãt oculos:& qui etiã in mẽto ſunt propter decorũ:qui uerò ſub alis naſcũtur, & qui ſenectute cani fiũt;pp aliquid nõ ſunt, ſed accidẽtia magis cõſequẽtia; q̃ pp aliquid ſunt in corpore.ſecũda cauſa fuit;nã,cũ ꝓgrediãtur hęc animalia,occurrũt multis eſculẽtis nocuis,& inocuis.ꝙ, ſi ſenſum nõ haberẽt;indiſcretè recipiẽtia cibos, ad interitũ nutrirẽtur:& ſic fruſtra fuiſſet operata natura:quæ animalibus dedit mẽbra ad motũ utilia:& dedit motũ,ut ſaluarẽtur in eſſe,proprijs acceptis nutrimẽtis.quomodo itaq;, ſi sẽſum nõ haberẽt ? quomodo ẽt generarẽt,ſi nõ nutrirẽtur ? ꝙ eſt viuẽtiũ finis. Addit Phil. Manẽtibus quidẽ. In hac ſecunda particula huius ſecũdæ partis facit ſatis dubio; qa dicere poſſet aliquis; Animalia imperfecta,qualia ſunt Zoophita, nõ progrediũtur, vt nutrimẽtũ capiãt. Reſpõdet,ꝙ natura illis dedit adhærẽs alimẽtũ,ut plãtis: quare, cũ imperfecta ſint; ſolo tactu,& guſtu viuũt;neq; perfectiores ſenſus habẽt,quibus à remotis nutrimẽtũ uenari habeant. Auer. deinde ſuũ tex. ſecutus,inquit; quæ ſine ſenſu mouẽtur; cæleſtia corpora ſunt:nã illa, cũ ęterna ſint,nõ indigẽt ſenſu:quare natura,ſi eis sẽſũ fuiſſet elargita; ocioſè feciſſet;ſicuti,ſi corruptibilib. aĩalib. denegaſſet;ocioſè pariter egiſſet.

T. c. 62. Non poteſt autẽ corpus. Intẽtio eſt cuidã dubio ſatisfacere:nam,cũ dictũ ſit,à natura datos eſſe animalibus ſenſus,ut ſeipſa tueãtur ; & propriũ conſequãtur finẽ; fortè diceret aliquis; In animalibus perfectis,in quibus intellectus diſcretiuus reperitur ; quare eſt ꝙ ſine alio ſenſu regere ſe ipſa non ualẽt proprio intellectu diſcretiuo ? In tex. duæ ſunt particulæ exponendæ: in altera ſoluit: in reliqua ſolutionem declarat. Solutio eſt in prima ꝙ nullũ eſt corpus,in quo anima ſit,& intellectus diſcretiuus;in quo nõ reperiatur ſenſus; ꝙ,ſ.loco moueatur generabile. deinde addit; Sed profectò neque ingenerabile. Particula iſta diuerſimodè intelligitur. Them. cui adhęrere uidetur Auerro. uult ex Phil. ſententia,ꝙ neque in plantis ob imperfectionẽ; neque in cæleſtibus ob perfectionẽ reperiatur ſenſus ; ita ut litera negatiuè legatur: at uerò non ingenerabile, ſupple, tale eſt, in quo ſit ſenſus,ut in generabili ; quia ingenerabile diſcretiuum habet intellectũ; & tamen nullo modo ſenſum habet. particula uerò,quę ſequitur; Quare non habebit ; ly,non,pro,ne. ut ſit ſenſus; Quare habebit,cũ nõ cõferat nec ad corpus cęli,neq; ad eius animam? Philop. duas adducit ſuper hoc opiniones; alteram Alex. alteram Plutarchi. Alex. Themiſtio cõformis inquit; Propter quid cæleſtia ſenſum habẽt;cum neque ſint ad animam utiles, neque ad corpus;cũ ſint impaſſibilia,atq; immortalia ? nã ſentiẽtia ſunt aĩalia iſta corruptibilia;ut acceptis p ſenſum ſingularibus, poſtremò ex illis formẽt conceptus uniuerſales: at cœleſtia ſemper purè,& abſtractè intelligunt. At,ſecundũ Alex. ſententiã,in litera non eſt particula illa negatiua ; ſed ita legitur tex. Propter quid aũt habebit ? at concluſio,quę ſequitur (cũ dicat Phil. Nullũ ergo habet animã corpus,ſine ſenſu non manens)non poteſt ſtare cũ Phil. ſecundũ Alex. dicta. dicitur, ꝙ concluſio iſta ſequitur ad priorẽ partẽ,in qua agit de animali corruptibili;at non ad ſecundam,quæ eſt de ingenerabili : altera uerò,quæ Plutarch. eſt, ſaluat Ariſt. textum cum illa particula, non, ut ſit ſenſus; Propter quid cæleſtia non dicuntur habere ſenſum ? non. n. meliùs eſt, ſcilicet, non habere pro eorum corpore,nec pro anima ; cum præſtantius ſit ſentiens non ſentiente. nec negandum eſt habere;quia non patiuntur;nam uerum eſt de ſublunaribus, ꝙ ſenſum non habent,niſi patiantur; non autem de cęleſtib. cum digniori modo ſentiant:ideo eorum corpori cõfert habere ſenſum: confert & animæ;quia non modò uniuerſalia cognoſcũt cæleſtia animalia; verùm & particularia; non tamen,ꝙ à ſenſu uniuerſalia capiant;ſed proprio intellectu illa cognoſcunt;& ſenſu,particularia. laudat hanc Diuus Thom. quandoquidem extorta admodum uideretur, ſi concluſio iſta ; Nullum ergo habet animam corpus,&cæ. referatur ad primam partem tex. quæ de generabilibus eſt. at, quę ſint iſta ingenerabilia, S. Thom. cum Egid. tenent,non corpora cæleſtia,à quibus omnino ſenſum demunt,Ariſto. ſententia;ſed voluere Demonas eſſe,animalia,ſ. aerea: cũ nulla ſit ratio, ut inquit Ariſt. quare ſenſum nõ dicantur habere. At, quicquid ſit de Demonibus;non puto hanc poſſe Ariſt. eſſe ſententiam; quandoquidem de Demonibus nihil dixit. neq; ſecundũ ſundamenta peripatetica aliquid dici põt;cũ ſenſum effugiãt. melius itaq; cũ Græcis alijs dicẽdũ,ꝙ,per ingenita, corpora cœleſtia eſſe voluit; à quib. omnino ademit ſenſum. at dicendum puto potius cum Alex. Them. Auerr.& Simpl. ꝙ illud, At neq; ingenitum noluerit intelligere corpora cęleſtia, ſupple, non habere ſenſum;& non referatur ad proximè dictũ ſed ad illud; Nullum corpus ſimplex ſenſum habet,at neque ingenita,&cæ. cauſa uerò,quare datus ſit animalibus ſenſus,eſt,ut congenita uirtute cognoſcitiua,congenitũ cognoſcibile teneat.&, quamuis non expreſsè, implicitè tamen innuit ; cum dicat,impoſsibile eſſe animalia genita progredientia intellectum habere,ſenſum autem nõ. & cauſam rurſus aſsignat ; cũ neq; animæ melius ſit,neq; corpori:quia neq; intellectus magis intelliget;imò minus;quãdoquidem ſpeculatiuus abſque ſenſus nõ ſpeculatus eſſet; neq; habitus in ſe ſpeculatiuos contineret:neque actiuus ageret,nõ ſimul concurrente ſenſu:& corpus,ſi non oſtenderet ei ſenſus; quæ nocua,quę ue innocua illi ſunt ; durare nõ poſſet. addidit autẽ intellectui illud; Iudicans,ut inquit Simpl. veluti illud,ꝙ intellectum contemplantem indicaret,ut diſtinctum ab actiuo,& reddat ſermonem manifeſtum magis; quia dubium non eſt de actiuo;cum operari non poſsit ſine ſenſu;at contemplans non omnino uidetur. Auer. exponit cauſam ultimam de ingenitis, ꝙ, ſcilicet, ſenſus non confert animæ ; quia potiùs minus intelligerent;cũ ſenſus impediant : neque corpori ; quia ſenſus potiùs faciunt ad interitum quã ad durationem,ſiue diuturnitatẽ : at meliùs, ſecundùm primam,quæ literę gręcæ conſona eſt.

Nullum

T.c.62. Nullum ergò habet animã. Intẽtio, ſecundũ
Latinos,eſt probare,ꝙ ſenſus ineſt omnibus ani
malibus.at,quorſum iſtud poſitũ ſit,nõ apparet.ſe
cundũ Them.intẽtio eſt probare in animalib.quę
media ſunt viuentia inter plãtas,& cęleſtia corpo
ra reperiri ſenſum;cum tam à plantis, quã à cęle-
ſtibus ſenſum;exemerit.huic uidetur& Philop.cõ
cordare:& ꝙ modò velit Philoſophus in animali
bus iſtis,partim perfectis,partim imperfectis,po
nere differentiã:quia rõne à genere ſumpta cõue
niunt omnia in animali:diffinitio ſiquidẽ anima-
lis omnibus cõpetit , etiam Zoophitis : cõmuni-
cant quinetiã omnia in habere ſenſum tactus.po-
nit itaq; primò conueniẽtiã,mox differentiã.Ve-
rũ & introductio iſta nõ uidetur adhuc ſcopũ Ari
ſto.determinare,quorſum iſta ſint;cũ etiã non de
beat hic ponere talẽ differentiã , quandoquidem
ſatis de hac in lib.de hiſt. dictũ fuerit:ideo dicen
dũ cũ Simpl.ꝙ intentio ſit agere,quale ſit inſtru-
mentũ ſenſus:nã palàm eſt,ꝙ vitæ latitudinẽ ha-
bẽt,aliquæ exquiſitiores,ſiue perfectiores;aliquæ
verò remiſsiores,ac imbecilliores ; & quę perfe-
ctiores ſimul,& remiſſas ſub ſe tenent: non autem
è conuerſo,ubi remiſſæ ſunt,ibi & exquiſitæ. con-
ſtat etiã,cũ in corpore ſint tales;ſua quinetiã ha-
beant determinata in corpore organa , quibus
ſuas expediant vires.nõ eſt autẽ ſermo de organo
imaginationis,& intellectus;cũ ſatis patuerit di-
uerſitas dicta t.c.7.intellectũ nõ egere organo:cõ
tra autẽ,ſenſus;ideo de organo ſenſuũ;cũ iã dictũ
ſit de plantis,ꝙ,ſ. habent corpus ſimplex , terreũ,
ſcilicet , à prædominio . Tex.duas habet particu-
las : in altera concludit ex dictis: in reliqua ponit
conditionalẽ unam diſiunctiuam.prima iã expo-
ſita eſt;& dirigitur ad partem primam in tex.ſupe
riori,vt dictũ eſt.in ſecunda ſormat vnã hypothe-
ticã à deſtructione alterius partis , vt eliciat cor-
pus ſentiẽs,ꝙ ſit inſtrumentũ.& inquit; Si ſenſum
habet,neceſſe eſt,aut corpus ſimplex eſſe,aut mi-
ſtum,vt ſcilicet,tanquã inſtrumentũ ſuæ correſpõ
deat vitæ ſenſitiuæ.neq; diſſonũ videatur, ꝙ acce
perit Phil.ly,ſimplex;cũ apertiſsimum ſit corpus
animalis miſtũ eſſe;quia voluit ſatisfacere diuiſio
ni;quæ in duobus ſaluatur mẽbris:vel, vt oſtendat
differẽs eſſe corpus ſenſitiuum à vegetatiuo, ꝙ ap
pellauit ſimplex.primũ dixit Simpl. deſtruit dein
de membrum hoc.& ratio,ſecundũ Simp.ſorma-
ri poteſt in ſecunda figura;Omne ſentiens ex ne-
ceſsitate tactũ habet:ſed ſimplex nõ habet tactũ:
ergo ſẽtiẽs nõ erit. neceſſe verò eſt,tactũ hàbere,
ſi animal eſt;quia alij ſenſus eſſe non poſſunt ſine
tactu:ac tactus ſine alijs,ut ſecundo ani.dictũ eſt.

T.c.63. Hoc autẽ ex his. Intẽtio ponitur à Philop.
cum dicat ; Hoc ex his eſt maniſeſtum ; nam per
quædam in memoriam reuocata,probat Philop.
imò hypotheticè declarat utranq; propoſitionẽ
in ſyllogiſmo poſitã;quia modicula eget expoſi-
tione.In tex.tres ſunt particulæ exponẽdæ: in pri-
ma cõcludit animal habere ſenſum tactus:in ſecũ
da cõcluſionẽ iſtã probat per differẽtiã tactus ab
alijs ſenſibus:in tertia ponit vnũ corollariũ de gu-
ſtu.in prima ponit tres propoſitiones; & ex illis p
modum aſſumpti cõcludit.inquit in prima . Qm̃
animal eſt corpus animatum.hãc dixit 2.ani. 10.
Sicut oculus ex pupilla,& viſu;ſic animal ex corpo
re,& anima.deinde in ſecunda inquit ; Et corpus
omne tangibile.nã,cum corpus ſit; neceſſe eſt ab
alijs extra tangi corporibus,de generabilibus ſer
mo eſt:quare excluditur cælum,ut Simpl.notat;ꝙ
noluit eſſe tãgibile,vt volebat Plat.q2 Philoſ.id eſ
ſe tãgibile uoluit,ꝙ ex quatuor ſimplicibus qua-
litatib.miſtũ eſſet;cælũ aũt ſimplex. in tertia in-
quit,id eſſe tãgibile,ꝙ eſt ſenſibile tactu.debebat
modò ex his iſerre ; Ergo omne corpus animalis
tangibile erit;& tamen cõcludit ab hac diuerſam
cõcluſionẽ: & eſt ; Neceſſe eſt animal corpus ta-
ctiuum eſſe,ſi dẽt ſaluari animal.intulit autẽ iſtã;
quia ſequitur ad illã:& eſt, quã habet in intentio
ne: nã,cum corpus animalis ſit tangibile;non eſt,
vt inanimatum ab inanimato , vt rectè exponit
Them.ꝙ ſ.nihil mediat;ſed tactus in animalibus
judicium infert de re,quæ tangitur:quare, cum tã
gibile ſit animalis corpus,ꝙ animatum eſt;res ẽt
tangentes ſentit, & iudicat;quare tactum habere
dicitur:at tangibilia cognoſcuntur tactu:quę,cum
extrema ſint,ſupponunt cognoſcitiuum organum
medium inter extremas qualitates tenere; quare
non ſimplex.Alij.n.In hac ſecunda declarat con-
cluſionem;& præcipuè,quo ad illam particulam;
Si dẽt ſaluari animal;quia intellexit animal ſim-
pliciter;nõ autẽ,vt videns,uel,ut audiẽs.& inquit
Phil.ꝙ alij ſenſus per altera ſentiunt,vt viſus,audi
tus,& olfactus: iſtis,ut animal perfectum,indiget:
at verò,ut animal ſimpliciter,ſolo tactu:eo ſiqui-
dem cõſeruatur in eſſe ſolo tactu: ea ratione nõ à
remotis,neq; per media extrinſeca,aerẽ.ſ.& aquã
ſed,contangẽdo percipit obiecta,& à noxijs auer
titur,proficua ſequens;ſic primas percipit qualita
tes ; à quibus,& ſalus pendet,& interitus : nam, ſi
moderatæ ſint,ſaluant : ſi verò immoderatæ , de-
ſtruunt.ſine tactu non poſſet iſta diſcernere ani-
mal.Notat Simpl.ꝙ ratio iſta differt à prima;quia
talis à ſalute animalis accepta eſt;prima uerò à iu
dicatiua uirtute tactus.At dicet aliquis; Et plantæ
tangunt proprium nutrimentum, quo aluntur ; &
tñ nõ iudicãt,nocuum,vel innocuum fuerit. ſignũ
eſt;ꝙ,ſi ponanẽ in terra nõ cõueniẽte,pereũt.præ
terea & Zoophita,quãuis tactũ habeãt;nõ uiden-
tur diſcernere nocuum ab innocuo . Ad primum
facit ſatis Them.inquiẽs,ꝙ talis contactus,proxi
mus eſt inanimatorum contactui:ob id neque gu
ſtum habet;quãdoquidẽ fruſtra haberẽt;cum mã
ſiua ſint;neq; habeant,quo moueãtur loco;quam
quam noxia ; & lætalia tangãt.Ad aliud dicẽdum,
ꝙ Zoophita, etſi,ſecundùm totum,locum nõ mu
tant;mouẽtur tñ,quia cognoſcunt;cum ſupra de-
lectabilia expandantur hiantia;contrahãtur dein
de,ſi triſte aliquod attigerint:quare animalia cũ
primo guſtu nutrimẽtum capiant;egent neceſſa-
riò tactu.Propter ꝙ & guſtus . In hac tertia ponit
coroll.uel aliam rõnem,ut uoluit Simp.& eſt,ꝙ &
guſtus eſt,ſicut quidã tactus.Auer.exponit,ob hoc
guſtum eſſe neceſſarium animali;ſicut eſt tactus :
nam guſtus eſt propter nutrimẽtum , ut diſcernat

animal

animal cõueniẽs ab incõueniẽti. & nutrimentum
eſt corpus, ꝙ tangitur: ideo eſt neceſſe, vt guſtãs
tangat.excitatur tactiua uirtus à guſtu,nõ rõne pri
marũ qualitatum;ſed humorum,qui in illis fiunt.
corrumpunt autẽ animal; & ſeruant ſenſibilium
paſsiones iuxta tactum per calidum,frigid.&c.nõ
tñ,ut animal eſt,ſed ut paſsibile:nã id, ꝙ cum hu-
more eſt,percepto à guſtu, ſeruat, uel negat ani-
mal,ut animal eſt. Cum itaq; neceſſum ſit,ut ani-
mal nutriatur;uim hanc habere dẽt,qua nocuũ ab
innocuo diſcernat.id itaque,ꝙ cũ humore eſt, nõ
ſolùm,ut guſtabile,occurrat;ſed etiam ut tangibi
le:quo fit,vt guſtus ſit quidam tactus; non tamen,
ut inquit Simpl.quòd guſtus ſit tactus; ſed, quòd
guſtus non ſine tactu eſt:habet itaq; tactũ animal.

T.c. 64. Sonus autem,& color. Cũ dixit,ꝙ guſtus nõ
ipſius tangibilis,ſed nutritionis eſt; & nutritio re
quirit ipſum corpus tangibile;at non,ut tangibi-
le eſt;ſed ut cum humore;nũc ex cõparatione op
poſiti,ut introducit Simpl.notũ facit,ꝙ ipſum nu
triẽs omnino in tangibili exiſtit.In tex. duæ ſunt
particulæ declarandę:in prima ꝙ dictum eſt; in ſe
cunda,habita occaſione a prima,diſcernit,qui ſen
ſus ſint neceſſarij,& quomodo.in prima inquit,ꝙ
ſonus,odor,& color nõ alunt,neq; augẽt animal;
nã augmẽtũ, & decremẽtum nutritionẽ ſequunt,
ut retro dictum fuit.Sit itaq; ratio talis ab oppoſi
to:nã,ſi quæ nõ ſine medio cognoſcuntur,non nu
triunt;ea nutrient,quæ abſq; medio cognoſcuntur
hoc ideo ex neceſsitate ineſt: neceſſe itaq; guſtũ
tactũ eſſe;quia tangibilis,& uegetatiui,ſ.nutritiui
ſenſus eſt:nam nutriens nõ eſt ſapor;quia nõ qua
litas,ſed cum ſapore eſt; id tale ex quatuor quali
tatibus temperatũ,& ſimile fieri neceſſe eſt; quia
ex his nutrimur,ex quibus ſumus;quare guſtus ta
ctus quidam erit;cum realis fiat contactus:at co-
lor ſpecie cognoſcit;ſic odor,& ſonus modo quo-
dam ſpiritali;undè non nutriunt.hi ſunt neceſſa-
rij omni animali;quinimò ſine his non poſſet ani
mal eſſe;nam animal ſenſu animal dicitur: tactus
uerò primus omnium exiſtit (& hic tangit differẽ
tiam; quia animal dicitur,& de imperfecto ani-
mali,qualia Zoophita ſunt; & de perfecto) tactus
.n.neceſſarius eſt animali,ut animal eſt; tres autẽ
alij minimè: at illi perfecto animali & ipſi ſunt
neceſſarij: nam perfectum illud animal eſt, ꝙ pro
greditur,& locum mutat:tale autem,ut ſibi conue
niẽs habeat nutrimẽtum,operæpreciũ eſt, ut quæ
ritet à remotis:eget itaq; neceſſariò niſu,& alijs:
ſecus poſſet ita conuenienti, ſicut inconuenien-
ti occurrere pabulo. erunt itaq; in animali pro-
pter melius,non propter ſimpliciter eſſe animal;
perfectiora cum ſint animalia;eis dedit natura,ut
ſaluentur:ꝙ non modò tangendo, ut imperfecta
alia ſentiant;ſed à remotis etiam ſibi uictum quæ
ritent: oã per hos duos ſentiendi modos,ut inquit
Auerr.ſaluabitur perfectius,& melius.

T.c. 65. Hoc autem erit. Intentio in præſenti tex.ſe
cundùm omnes,eſt declarare,quomodo ſenſus il
li tres,ſcilicet, fiãt per medium:at cauſa huius in
tentionis à nemine ponitur, Simpl. diuino exce-
pto: quia uideretur præter rem feciſſe Ariſt.qua
doquidem de recipiẽtibus per extrinſeca media
& per intrinſeca ſatis 2.huius dictũ ſit, ſenſibus:
ea de cauſa notandum,ꝙ idcirco hoc fecit Ariſt.
vt manifeſtam daret adhuc differentiam inter ſen
ſus,qui aĩali neceſſarii ſunt, ut animal eſt, & qui
propter melius: nam, qui per cõtactum ſentiunt;
magis afficiuntur ſenſus; & paſsiui dicuntur: qui
uerò à remotis recipiunt: patiuntur minus. prete
rea,quo magis patiuntur ſenſus:eo redduntur ad
iudicandum,agendum ue de ſenſibilibus ineptio-
res: contra uerò, qui minùs,ut tres illi ſunt,uiſus
ſ.auditus,& olfactus. Tex. duas primò particulas
habet:in prima ponit propoſitionem dictis con-
ſonam:in ſecunda exemplo manifeſtat. inquit in
prima.Hoc erit,ſi per medium fuerit ſenſitiuum;
eo ꝙ mouetur à ſenſibili.ſ.medium;à medio uerò
ſenſitiuum.Sicut.n.mouens.In hac ſecunda exem
plo manifeſtat:& tria facit:primò ponit exemplũ
in motu locali;quippè qui cęterorum motuum re
gula eſt,8.phyſ., 8.ſecundò applicat motui altera
tionis:tertiò ſuam præponit ſententiam de ſenſa-
tione,Platonis opinioni,de radiorum extra miſ-
ſione.inquit in primo,ꝙ localis motus p medium
fit:& ad minus tria in tali motu apparẽt: primum
ꝙ mouet,nõ autem mouetur,ea.ſ.intentione mo
tus, ſicut v.g.manus.datur ſecundum,ꝙ mouetur,
vtputa à manu,& eſt uirga;& etiam mouet lapidẽ
dat & tertiũ. ꝙ tñ mouetur,lapis ipſe.neq; inte-
reſt, an plura dentur media; quia omnia talia di
centur mouẽtia,& mota.at ſola extrema ſunt,quo
rum alterum dicitur mouens tantùm; reliquum
uerò motum tantùm. & exemplum eſt de motu
uiolento,de proiiciente ſcilicet, forti, quia con-
ſpicuus nobis redditur magis.Idem in alteratio-
ne.In hac ſecunda particula oſtendit idem de al-
teratione, tria.ſ.& in ea reperiri proportione,tri
bus illis dictis correſpõdentia.Datur alterans, ꝙ
mouet,& non mouetur,ut ſenſibile ipſum, uiſibi
le.ſ.audibile, uel odorabile. Datur medium, ꝙ à
ſenſibili mouetur; & ſenſorium ipſum mouet; &
ſic mouens,& motum dicitur.tertiò ſenſitiuum ip
ſum,ꝙ à medio mouetur;& dicitur motum tãtùm
notat autem differentiam quandam Phil. cum di
cat; Præter quam quod manentia in eodem loco
alterat,Latini exponunt, ꝙ primum alterãs, cum
alterat,nõ mouetur,ſicut primum mouẽs in loco.
quando mouet,quoquomodo & ipſum mouetur;
tametſi non eadem motus intentione.huic uidet
expoſitioni Them.cõſentire,cũ dicat:Manẽte eo
dẽ loco,quod alterat.at litera in tex.dicit manen
tia.quam fortè reſpiciens Auer.expoſuit de me-
diis,quę in tali delatione ſenſibilium non mouen
tur,ut aer,& aqua: & ſic in alteratione medium
non transfertur: ſecus autem in motu ſecundùm
locum.poteſt tamen utraque expoſitio ſtare:nam
& Philop.quamuis habeat,manentia in tex.expo
nit de alterãte declarat. hoc exemplo de cera:nã
que in cera fit impreſsio ſigilli ab imprimente: &
euſque extenditur cera à ſigillo,quouſque uis im
primentis durat: ſic & alteratio permultum durat
facta ab impreſsionibus idolorum;in his,quę nata
ta ſunt ſucceſsiuè paſsionem deferre,altè impreſ-

ſionem

ſionē ceræ recipit:at, ſi totis virib. lapidi incubueris; neq; veſtigiū vllū ī lapide relinques,ſed aqua lōge,lateq; exprimitur: ita & aer, ſi maneat vnus,& facit,& patitur; quia, ſi diuiſus eſſet aer, non vtiq; cōtinuè ad ſenſū deferret ſenſibile. Vndè. In hac tertia ꝙ de repcuſſiōe eſt melius, quá viſum egrediendo repercuti:nā refractio radiorū viſualium, cū vltra egredi nō valeāt in aliquod corpus, leue, atq; expolitum,vſq; ad obiectum viſibile fit, ſecūdū proſpectiuos. At melius eſt, vt dicamus, ꝙ ſpecies obiecti per aerem delata ferientem corpus læue expolitum, ita vt indiuiſus maneat, defert illum ad uiſum; non ſecus quàm, ſi ad finem ceræ preſſura ſuccederet.

T.c.66. Quod aūt. Elicit Simp. intētionē ex prima ꝓpoſitione in tex. poſita, cū dicat, ꝙ nō ſit poſsibile corpus animalis ſimplex eſſe; manifeſtū eſt: ita ut ſincerè fit, affirmare, ꝙ nullū daſ corpus ſimplex, ꝙ ſenſum habeat: quare neque animal corpus ſimplex erit In tex. quatuor sūt particulę: in prima ponit, ꝙ dictū; & ſuis cōfirmat rationibus: in ſecūda ponit differētiā īter tactū, & alios ſenſus, ſiue magis alia ſenſoria; quia ſermo de ſenſoriis eſt, ut dictū eſt: in tertia cōcludit; & cōcluſum rōne cōfirmat: in quarta ponit coroll. inquit in prima ꝙ corpus animalis nō eſt ſimplex. fundamētū huius eſt; quia ſentiēs eſt; quare neceſſariò tactū habet; quia ſenſus alij abſq; tactu eſſe nō poſſunt: nā, cū quinq; ſint ſimplicia corpora diuinū excipitur, ut Themiſt. & Simp. cū ob eius dignitatē ſenſus iſti in eo nō reperiātur; & de mortaliū anima Ariſt. ſermo intelligatur: de alijs verò propriū faciet ſermonē; nō ſolū, vt ſimplicia ſunt; ſed etiam, vt denominātur talis. Tactus autē corpus miſtū indicat; neceſſarius nāq; eſt ī animali; nā quāmaximè proximū eſt, ut ab extremis qualitatibus lędatur animal: opus itaq; fuit, ut eas cognoſcere poſſet, ne cui earū occurrēs ī cautè, īteriret aīal: quare datus eſt tactus, quo aīal ipſum pro ſui tutela paſsim de extremis iſtis qualitatibus iudiciū ferat. Alia. In hac ſecunda vt oſtēdat in ſenſorio tactus neceſſariam eſſe miſtionem; cōparat ſenſorijs aliorū ſenſuum. & concedit Platoni ſenſoria iſta eſſe poſſe ſecundùm tria elemēta, terra excepta; idq; , vt cōfirmet magis, ꝙ intēdit. cōcedit itaq; ſenſoria igneū, aereū, & aqueū: at nō tactiua erūt; quia egent medio extrinſeco, vt ſenſibilia recipiant; quia oportet, ꝙ in iſtis & mediū, & inſtrumentū ſit denudatū à qualitatibus ſenſibilibus: talia itaq; vel ſimplicia erūt, uel maximè talia à prędominio: ſunt. n. abſque colore, ſono, & odore. tactus uerò nō ſentit à remotis; ſed tangendo iudicat; vnde ſibi tale nomē cōparauit. ex quo concluditur, ꝙ ſenſoriū tactus ſimplex eſſe non pōt; quia, ſi tactus ineſt animalib. vt deducit Them. is ex aliquo ſimplicium eſſe non pōt trium, ſ. dictorum, neque ēt corpus aīalis ex aliquo illorū erit. poſsibile eſſet, ut inquit Auer. Si alii ſenſus poſſent à tactu denudari, ꝙ corpus aīalis ſimplex eſſet: cū verò hoc fieri non poſsit, ideo corpus aīalis miſtū erit. & cauſa eſſentialis huius, ut inquit Auer. quia hēt tactum. & quamuis ſenſus alii tactu ſentiāt; q a obiecta ſenſibilia mouent eorum ſenſoria, quaſi tangendo; ſentiūt tū ꝑ media extrinſeca, vt dictū eſt; ſolus aūt tactus per ſeipſum. Quare. In hac tertia concludit, ꝙ. ſ. nullum eorum elementorum erit corpus animalis, neque terrenū; imò minùs terrenū; cum terra ad ſenſum inepta magis ſit. ſenſoria itaq; illorum trium quāuis ſecum teneāt etiā tactum, ex quo compoſita dicuntur; non recipiunt tū per illū; neq; ut ille, ſed accepta, ut ſimplicia, per extrinſecum mediū ſentiunt. Dat rationē Philoſ. Quia tactus eſt, ſicut medietas. nā alii ſenſus ex ſuppoſito utuntur elementis; & ut inſtrumentis, & ut mediis: tactus nerò cū ſit oīum tāgibiliū, neceſſariò erit, ut medietas; unde inſtrumētū tactus medium erit inter tāgibilia; cum, ut inquit Auer. non poſsit denudari à qualitatibus tangibilibus; neq; comprehēdere poſſet tāgibilia, ſi eſſet tāgibile ſimplex: ea ꝑp addit Phil. ꝙ nō ſolū receptiuus frigidi, & ſicci, quæ ſunt terræ differētiæ; ſed calidi, & frigidi, & aliorum omnium tāgibilium. Et ꝑp hoc. Ponit corollar. ꝙ ꝑp hoc oſſa nō ſentiunt, nec capilli, neq; plātæ; quia terreæ ſunt: nā terra, ſecundum ſeipſam, ut inquit Them. eſt elemētorum inſenſibiliſsimū. Signum, quia partes, quæ plurimū per terrā excedunt, ſenſu priuantur: vnde ſoluitur argumentum; Si dicatur; Miſta omnia naturalia à prædominio grauia; quia deſcēdunt ad mediū, uel prope; ergo oīa priuabuntur ſenſu. Dicendum, ꝙ, ſi redundaret in eis plus iuſto terreum elementum, dubio ꝓcul non ſentirēt, vt oſſa, & plantæ: at, ſi exceſſus ille fuerit proportionatus alijs elementis, nō ſequitur. præterea in animali nō modò reperitur temperatura innata, ſed influēs; atq; per influētē actuata. cum itaq; tactum nō habēt; neq; cæterorum ullum habebunt; cum ſine tactu eſſe nequeant. Concludit Auer. ꝙ inſtrumētum tactus neq; eſt ignis; neq; aliud ſimplex elementum. & accepit à Simp. dicente, ꝙ ſenſibilia perfectorū ſenſuum ſunt tenuium partium; atq; poſſunt immediatè tacta ſentire ob nimiā eorum paſsibilitatem: quare cōcludit; ꝙ, etſi ſenſiteria aliqua ſint ſenſibus iſtis præſtantioribus; nullum illorum tū eſt uniuerſum animal; ſed, ſecundùm unam illius particulam, ſenſorium eſt uiſiuum, ſ. auditiuum, ſiue olfactiuum: at, ſecundùm vniuerſum animal, ſenſorium tactiuum eſt, nō āt tenuium partiū, ſed ſolidum, ac firmū.

Manifeſtum igitur. S. Thom. ſecūdum primā ſuam introductionem, inquit. Concludere intēdit Philo. qūo ſe hēat aīal ad ſenſus; & primò ad tactū deinde ad alios: meliùs tū cum Simp. ꝙ declarauerit de ſenſorijs. uerùm, quia ſenſorium tactus eſt uniuerſum animal; ea de cauſa oſtēdere intendit, neque tactum eſſe ſine animali; neq; ſine tactu animal. In tex. duę ſunt particulæ. in prima concluſionē ponit cum ratione, ut oſtendat animal non eſſe ſine tactu. quia, poſito, ponitur; & dempto, demitur. in ſecunda ponit corollarium. concludit in prima, ꝙ hoc ſolo priuata ſenſu, animalia moriuntur: neque. n. poſsibile eſt, ut non animal exiſtēs, hāc habeat ſenſum: neq; etiam, cum ſit aīal; neceſſe eſt habere ſenſum alium, præter hunc. & eſt rō à conuerſim dictis. intelligitur autem de animali T.c.67.

corru-

corruptibili: quia in aĩali diuino nullus horũ reperitur ſenſus, vt rectè Them. & addit; Sed altera forma animalis eſt diuinũ corpus, longè præſtantior, atq; diuinior; & alio fortè modo ſenſibiliũ receptiua. Et pp hoc. In hac ſecunda ponit corollariũ, ꝑ ꝙ habebitur inter ſenſoria diuerſitas: & eſt. ꝙ alia ſenſibilia, tactiuis exceptis, nõ corrumpunt aĩal vniuerſum, ſed duntaxat particulã illã, q̃ ꝓpriũ eſt illius ſenſorium ſenſibilis, per ſe. ſ. at per accidens contingit qñq; & aĩal ipſum corrumpere, v.g. ſi intenſus color fuerit, ſiue lumen valde rutilans. non uniuerſum aĩal, ſed ſenſorium uiſus, ꝑ ſe deſtruet: ſic de ſono, ad auditum; & de odore, ad olfactum. cõtingit tñ, ꝙ vnumquodq; horum ꝑ accidẽs aĩal corrumpat, ſi ſimul fuerit aliud admiſtũ deſtruẽs cũ illo ſenſibili: non.n. tonitrui ſonus corrumpit aĩal; ſed, qui cum eo vi citatus eſt aer: neq; reſolutus odor à re aliqua fętida necat; ſed, qui cũ eo maligni uapores naſum petunt. ſic & de uiſu. non uetula uiſa, puerum necat; ſed, qui maligni ab oculis eius uapores egrediuntur, inficiunt. & ſapor interficit, non ãt, ut humor, ſiue ſapor; ſed, ſi ſimul contingit & tactiuus eſſe ꝓpriarum, ſiue principalium partium: nã ſapores aĩalib. eſſentialiter nocẽt, mediante guſtu, vt rectè Auer. at, ut quidã tactus & illi tactiles ſunt, interficiunt; excellẽtes uerò primæ qualitates, quæ ſunt reſpectu tactus; corrumpunt aĩal. Intereſt ãt inter tactum, & ſenſus alios: nã aliorum obiecta deſtruunt propria ſenſoria per ſe; aĩal uerò ꝑ accidẽs: at obiecta tactus, ſi exceſſerint & ſenſorium per ſe; & aĩal quoq; eſſentialiter deſtruunt; cum uniuerſum aĩal ſenſorium eſſe dicatur tactus: tota.n. caro, ut inquit Them. & totum aĩal eſt ſenſoriũ tactus; & nõ pars aĩalis determinata.

T.c.68. Omnis q̃dẽ.n. In hoc tex. ponit dñiam inter ſenſus iſtos (quo ad ſenſoria) quę cognoſcitur per eſſe, & per melius eſſe: repetit tñ priùs, q̃ dicta ſunt de tactu. In tex. duæ ſunt particulæ declarandæ: in prima oſtendit neceſsitatem tactus; in ſecunda ꝙ alii ſenſus nõ ſunt neceſſarii pro eſſe aĩalis; ſed duntaxat pro bene eſſe. inquit in prima, ꝙ quilibet exceſſus in obiecto ſenſibili ſenſoriũ corrũpit; quare & tactile, tactũ. Hoc ãt tactu aĩal uiuere dr; q̃a impoſsibile eſt, ut aĩal ſit ſine tactu: ideo excellens tactile per ſe corrumpit aĩal: & cauſa eſt, ut inquit Auer. quia ſenſus tactus eſt de rebus neceſſariis, animali, ꝙ ſit ens; nõ ãt rõne melioris eſſe. At diceret aliquis; Et guſtus ſic neceſſarius ur eſſe; qñquidẽ abſq; nutrimento, uel cum ueneno ſo nutrimẽto interiret aĩal. Inquit Simpl. ꝙ guſtus hanc hẽt neceſsitatẽ pp nutrimentum; at nõ ob qualitates conſtitutiuas ſubſtantiam aĩalis. Sed ad primam rõnem dicendum, vtilem eſſe pp nutrimentum: ad ſecundam, ꝙ ſapor, non, ut ſapor, interficit; ſed, q̃ ſimul cũ ſapore eſt, mala tactilis qualitas, quę craſim temperatã diſtrahit, atq; diſſoluit: neceſſe itaque eſt aĩalia hunc ſolum ſenſum habere. Alios ãt In hac ſecunda oſtendit alios ſenſus pp bene eſſe: nam uiſum hẽt aĩal; quia in aere, & in aqua uiuit, ut per utrunq;, ꝙ ſibi conueniens, cernere poſsit nutrimentum; ut diutiùs poſsit aĩal durare, & per multum temporis eſſe; at non pro eſſe ſimpliciter. Recipit aĩal uiſu ꝑ utrunq; medium, illuminatum tñ, ut ꝑ diaphanum, &, quæ eminus diſtant pro ſui ſalute iudicat. & non ſolùm per aerem, & aquam; ſed ꝑ quodcunq; diaphanũ uidemus; ita, ùt inquit S. Thom. ꝙ ẽt per corpora cęleſtia uidemus. guſtũ ãt pp delectabile: nã guſtus eſt pp appetitũ cibi. Inq̃t Simpl. Tactus facit ad eſſe aĩalis; at guſtus ad diuturnus eſt, & uiuere; quod nõ ſit abſq; nutrimẽto: & hac de cã guſtus eſt melior tactu, & ꝑfectior: & hic intelligitur guſtus, ut eſt à tactu ſeparatus, & diſtinctus: auditus, ut ſonos audiat, ut per illos intentiones recipiat ſignificantes. & animalia rõnalia uerbis auditis formant intentiones, ſiue, cõceptus ſignificatiuos; quos lingua deinde exprimũt: nam hoc eſt in aĩalibus oĩbus; qñquidẽ alterum alteri auxilietur; &, ut contingit, opem fert. exprimunt & irrationalia ſuos affectus, & paſsiones ad inuicem lingua. Et hæc dicta ſint ad laudem Dei omnipotentis, beatiſsimę virginis Mariæ, ac beati Anto. confeſſoris; qui perpetuò benedicti ſint.

F I N I S.

Series cartarum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes ſunt terniones, præter X qui eſt duernio.

1970